


926
21

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Serie	A
Signatura	11
Tabla	
Numero	142

2 400 40 **Selma** MADE IN SWEDEN



i 1185375x

Presbitero a. l. p. Miguel Valquez. R. 3057
Del Colegio de la Comp. de N. S. de Granada.

SPECVLVM

MORALE *et alio*

TOTIVS SACRÆ SCRIPTVRÆ *et alio*

IOANNIS VITALIS



S. R. E. CARDINALIS. *Notione & explicatione
conforme a l. c. p. 1. 2.*

Ex ordine Minorum, atq; Doctoris eximij. *R. 17. 5.*

*In quo uniuersa ferè loca, & figura veteris, ac noui Testamenti
in sensu mystico explanantur.*

Opus planè Concionatoribus in primis, ac animarum pastoribus
summopere necessarium.

*Cui tres Indices præpositi sunt: vnus cap. seu titulorum: alter locorum, &
Figurarum Sacræ Scripturæ: tertius rerum omnium
generalis, & alphabeticus.*



VENETIIS, MD

Apud Societatem Minimam

Superiorum permissu.

DE AVCTORE operis.



Ioannes Vitalis natione Gallus, professione Theologus suo tēpore p̄stantissimus, religione Frater Seraphici Ordinis, fama ac sanctitate clarus, ob idq; Cardinalis à Clemente V. Sum. Pont. creatus, post commentaria in quatuor libros Sent. ac lib. vnum de ipso B. Mariæ Virginis conceptu, nonnullaque alia opuscula, præsens opus conscripsit anno post natum Salvatorem mundi, M. C. C. C. V.



Illustris. ac Reuerendis. D. D.

F. CONSTANTIO
SARNANO
S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO.



Bernardus Iuncta S. D.



IN more positum esse videtur, Card. amplis. vt cum quis de re aliqua librum in vulgus emittere cōstituerit, illum quoque in eius nomine exire cupiat, de quo honorificè sentit. Hanc ego consuetudinem nunc secutus, mitto ad te Speculum morale totius Sacrę Scripturę Ioannis Vitalis olim ex ordine tuo celeberrimi Cardinalis. Egregium illud quidem, ac p̄clarum opus, sed quod, vt verum fatear ita mendis, ac erroribus exæstuabat, vt iam neglectum prorsus, atq; veluti in tenebris consepultum iacere videretur. Verum cum opera, studio, sumptuq; meo acuratissimè emendatum, expurgatum, atq; in formam multo meliorem, quam antea restitutum fuerit, denuo in lucem nunc illud emitto. Quod autem amplitudini tuæ id potissimū dedicauerim multæ me causæ commouerunt: vna est,

quod cum auctor huius operis nedum eruditione, & sanctitate, sed etiam dignitate ordinis tui singulare decus, & ornamentum extiterit; tu quoque hac in re ut iam neque professione, neque dignitate, ita neque doctrina, neque integritate illi es quicquam inferior; quam obrem nihil à re alienum facere sum arbitratus, si id tibi dicatum esse volui. Altera vero, quod tu, cum multa præclara opera doctissimorum virorum tuæ religionis vetustate consumpta viderentur. ut iterum in lucem renouata prodirent, plurimum laborasti: quocirca rem tibi haud ingratam facere iudicavi. Si in quo summam semper diligentiam adhibuisti, me quoque laborasse hac significatione ostenderem. Demum multis abhinc annis valde sum cupidus tribuendi, scilicet, aliquod meæ erga te obseruantia testimonium, quo aliqua ex parte cognosceres, te ob singularem animi tui virtutem, ac prudentiam, tanti à me fieri, quantum iure credi potest: sed cum ob vitium mearum imbecillitatem oportunius nihil hactenus inuenire potuerim, hoc argumento usus sum, ratus scilicet hunc in modum aliquam animi in te mei significationem dare. Ut igitur munus huiusmodi his rationibus iucundum, optatumque esse non dubito, ita animi propensionem eius, qui tibi illud offert, gratam fore confido, & spero. Quod ubi verum esse conspexero, alia deinceps tum maiora, tum gratiora expectare poteris. Vale & diu viue felix.

Venetijs octauo Kalend. April. 1584.

IN

INDEX OMNIUM TITULORVM, QVAE IN HOC VOLVMINE TRACTANTVR.

A.

De Benedictione. 37.a



De Aetatibus hominum. 138.b

C.

De Abstinencia. 2.a

De Conuersatione inter saecularis. 43.b

De Accidia. 11.b

De Coniugio, & matrimonio. 43.b

De Adulatione. 13.a

De Amore Dei, & proximi. 13.b

De Consecratione Ecclesiae, & animæ. 349.b

De Angelis. 3.b

De Anima deuota. 17.a

De Contemplatione. 44.a

De Ambitione. 5.b

De Aduocatis, & consiliarijs. 15.a

De Charitate. 38.b

De Affectione. 37.b

De Colligationibus malis. 57.a

De Apparitionibus Dei. 1.a

De Cruce. 57.a

De Apostolis. 16.a

De Conuersatione. 81.b

De Appetitu humano. 16.b

De Corde. 82.b

De Assumptione B. Virginis Mariae. 170.b. 347.g

De Conscientiae præparatione. 83.a

De Auaritia, & usura. 6.b

De Consuetudine. 85.a

De Ascensione Christi in caelum. 6.a

De Concupiscentia. 85.b

De Aquarum diuisione. 3.a

De Consiliarijs. 86.b

De amore parentum. 15.a

De Comparatione. 86.b

De Confessione. 86.b

De Curiositate. 79.a

De Christo. 337.b

De Confessione personarum Trinitatis. 103.a

De Curiosis, & rumoribus non audiendis. 16.b

B.

De Baptismo. 35.b

De Bello. 36.b

Index omnium titulorum .

G.

D.

De Diuitijs. 66.a

De Dispensatione temporalium .
321.a

De Doctrina custodiendi sensus
interiores. 76.a

De Doctrina. 77.a

De Defectu correctionis. 79.b

De Delitijs, & voluptatibus car-
nalibus. 103.b

De Deuotione. 109.a

De Doctoribus. 113.b

De Diffectione fraterna. 122.b

De Desperatione. 123.a

De Diuisione. 78.a

E.

De Ecclesia. 123.b. 172.a

De Eleemosyna, & hospitalita-
te. 128.b

De Electione. 350.b

De Expositionibus scripturae .
131.a

De Eucharistia. 132.a

De Elatione, & fastu. 138.a

De Exemplis. 138.b

De Extremo iudicio. 354.b

F.

De Fide. 140.a

De Fortitudine. 143.b

De Fama. 144.a

De Francisco seraphico. 144.a

De Gratia. 144.b

De Gloria. 151.b

De Gula, & intemperantia .
151.b

De Gloria vana, & iactantia .
155.a

H.

De Hippocritis. 176.a

De Humilitate. 155.b

De hominibus errantibus. 138.b

De hospitalitate. 128.b

I.

De Inuidia. 174.a

De Ira. 178.b

De Iuuenibus, & pueris. 179.b

De Ingratitudine. 182.a

De Infirmis varijs. 182.b

De Imagine. 183.b

De Iustitia. 159.a

De Infirmorum visitatione .
336.f

De Ieiunio. 159.b

De Inobedientia. 218.a

De Intentione operis. 158.b

De Iudicio finali. 162.b

L.

De Lachrymis. 182.b

De Luxuria. 185.a

De Legibus amicitiae. 15.a

De Lingua. 106.b

De

Index omnium titulorum .

M.

De Maria Virgine matre Chri-
sti. 18.a

De Morte. 191.b

De Mandatis Dei. 191.b

De Misericordia, & pietate .
200.a

De Mundo. 203.a

De Muneribus. 204.a

De Matrimonio, & coniugio .
43.b

N.

De Numero quadragenario .
204.b

De Nuptijs animæ. 206.a

O.

De Obedientia. 218.a

De Oratione. 206.a

De Officio diuino. 216.b

De operibus bonis. 219.b

De Odio, & rancore. 212.a

De Otio. 223.a

P.

De Pulchritudine spiritali ani-
mæ. 223.a

De Prudentia. 224.a

De Perseuerantia. 226.b

De Principibus saecularibus .
227.b

De Præatore. 230.a

De Poenis inferni. 230.b

De Prælati, & clericis. 233.a

De Peccato in generali. 249.a

De Poenitentia, & mortificatio-
ne. 260.b

De Prælati, & sacerdotibus .
351.b

De Præsumptione. 265.b

De Paupertate. 265.b

De Prædicatoribus. 266.a

De Portis duodecim. 271.b

De Pluuia petenda. 272.b

De Perseueratione. 302.a

De Pulchritudine beatitudinis .
28.b

De Pane. 27.b

R.

De Resurrectione Christi. 273.a

De Religione. 273.b

De Rapina. 301.b

De Religiosis, & tentationibus .
350.a

S.

De Sensibus custodiendis. 72.a

De Spiritu sancto. 302.a

De Spe. 305.b

De Sortilegio. 306.b

De Superbia. 306.b

De Sacramentis. 308.a

De Sanctis. 308.a

De Statibus animæ tribus. 320.b

T.

De Timore. 309.a

2 4

De

Index omnium titulorum.

- De Tribulatione, perfecutione, &c. 310.b
 De Tentatione. 315.a
 V.
 De Virginitate. 321.a
 De Vita nostra breui, & misera. 324.b
 De Vita æstiuæ, & contemplati-
 ua. 326.b
 De Virtutibus, in generali. 327.a
 De Viribus animæ & sensibus. 336.b
 De Vindicta. 336.b
 De Via triplici. 336.b
 De Veritate. 337.a
 De Vanitate. 337.b
 De Visione Dei. 337.b



INDEX LOCORVM
 OMNIUM SACRÆ
 SCRIPTURÆ,

Quæ in hoc opere mysticè declarantur, iuxta ordi-
 nem librorum, atque capitulorum noui
 ac veteris Testamenti digestus.

Ex libro Geneseos.

Cap. I.



- D**IXIT Dominus fiat lux. 141. b
 Germinet terra herbã virentem. 296. a.
 Fiat firmamentum in medio aquarum. 346. b
 Posuit stellas in firmamento celi. 35. G.
 2 Fons ascendebat de terra, irrigãs vniuersam superficiem terre. 18. c. 36. b. 88. c. 271. a.
 Fluius egrediebatur de loco voluptatis. 103. c
 Produxit Dominus de humo omne lignum pulchrum visu. 19. f
 De ligno scientiæ boni, & mali, &c. 37. c
 3 Lignũ vite in medio Paradisi. 82. e
 Maledictus eris super terram, super ventrem tuũ gradieris. 10. c. 37. c
 Maledicta terra in opere tuo. 37. c. 103. h. 11. c
 Adam vbi es? Vocem tuam audiui, & timui. 94. a. 102. f
 Ipsa conteret caput tuum. 105. d
 Collocauit Dominus flammeum gladiũ ante Paradisum. 19. f. 142. d. 250. e. 339. d
 Eritis sicut dij. 308. a
 Erant ambo nudi, & non erubescerant. 297. a
 4 Quarto die fecit solem, & lunã. 76. f
 Posuit Deus signum in Cain, qui occiderat fratrem suum, &c. 37. c. 85. g
 Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. 84. d
 Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. 68. e
 Egressus est Cain a facie Domini profugus. 103. g
 Vbi est Abel frater tuus? respondit, nũquid custos sũ fratris mei? 102. g.
 Eiectus est Cain a facie Domini. 146. f. 211. f
 Ero vagus, & profugus in terra. 250. g
 5 Ambulauit Enoch cum domino, & non apparuit, quia tulit eum dominus. 44. d
 6 Fac tibi arcam de lignis leuigatis, vt saluetur vniuersum semen. 26. f
 Factum est diluuium quadraginta diebus

Index locorum

- di bus super terram, &c. & de colū
 ba. 83. g. 84. c
 Nō permanebit spiritus meus in ho
 mine, quia caro est. 189. g. 302. e.
 307. a
 Gigantes erant super terram. 235.
 a. 307. b
 7 Inundauerunt aqua diluuij quadra
 ginta diebus, & quadraginta no
 ctibus. 37. b
 Rupti sunt fontes abyssi magna, &
 cataraeta celi aperta sunt. 62. b.
 Aque diluuij inundauerūt super ter
 ram. 204. e
 Multiplicatae sunt aqua, & eleuaue
 runt arcam. 171. f
 8 Requieuit arca super montes Arme
 nia. 11. d.
 Tertia die congregatae sunt aqua in
 locum unum, & apparuit ari
 da. 38. b
 Aperuit Noe fenestram, & emisit
 columbam. 39. a. 41. f
 Cum non inueniret columba ubi re
 quiesceret pes eius, reuersa est ad
 arcam portans ramum. 61. f
 Sensus humani prouisi sunt ad ma
 lum ab adolescentia sua. 73. f
 Columba portans ramum oliuae. 166. d
 Coruus uō reuersus est ad arcam, sed
 columba. 206. e
 Clausi sunt fontes abyssi, & catara
 eta celi, & prohibita sunt pluuia.
 231. d
 9 Arcum meum ponam in nubibus,
 & erit signum fœderis. 23. a
 Noe bibit uinum, & inebriatus est,
 & Chā irrisit, & maledictus fuit.
 37. d. 59. f.
 De quatuor coloribus Iridis. 85. b
 Cumq; obduxero nubibus caelum,
 apparebit arcus meus in nubi
 bus. 112. b. 113. c. 185. a
 11 Cumque proficiscerentur de oriente
 inuenerunt campum. 6. a
 Coxerunt lateres, & bitumen habue
 runt pro cemento. 6. a
 Erat terra labij unius, & confusum
 est. 6. c
 Venite adificemus turrim, cuius ca
 cumen pertingat caelum. 307. b
 12 Egredere de terra tua, & de cogna
 tione tua. 1. b. 73. b. 101. d. 183.
 b. 292. e
 13 Cum eleuasset oculos uidit regionem
 pulcherrimam. 10. g. 182. g.
 Ne queso sit inurgium inter me, et te,
 & pastores meos, & tuos, fratres
 enim sumus. 178. g
 14 Dixit Abraham, leuo manū meā,
 quod non recipiam quicquam à fi
 lio. 170. d
 Vallis siluestris habebat puteos mul
 tos bituminis. 183. d
 15 Cum occubisset sol facta est caligo
 tenebrosa, & apparuit clibanus
 fumans, &c. 45. a. 234. b
 Abraham offerens sacrificium abige
 bat aues. 127. f
 16 Dixit angelus Domini ad Agar, re
 uertere, et humiliare sub manu do
 minae tuae. 303. g
 18 Tres uidit, & unum adorauit. 1. b.
 4. d. 103. f.
 Lauentur pedes uestri, requiescite sub
 arbore. 92. b. 96. e. 142. a. 264. f
 Clamor, Sodomorū uenit ad me. 80. g
 Loquar ad Dominum meum, cū sim
 puluis, & cinis. 96. e
 Descendam, & uidebo utrum clamo
 rem, qui uenit ad me, si opere com
 pleuerint. 244. a
 19 Est hic ciuitas parua, ad quam pos
 sū confugere, ut saluet. 66. f. 156.
 b. 276. b. 278. b
 Surgite egredimini de loco isto, quia dele

Sacrae Scripturae.

- 27 Vox quidem uox Iacob, sed manus
 sunt Esau. 13. d. 132. e
 Det tibi Deus de rore celi, & de pin
 guedine terra benedictionem.
 21. e. 109. e
 Affer mihi duos haedos optimos, qui
 bus libenter pater tuus uescitur.
 30. e. 296. b
 Odor filij mei sicut odor agri pleni.
 60. d. 339. d
 In rore caeli, & pinguedine terra erit
 benedictio tua. 37. e. 348. d
 Accede huc, ut tangam, & probem,
 utrum tu sis. 40. d
 Dixit Rebecca Iacob: Esau frater
 tuus minatur tibi: fuge ad Laban
 fratrem meū. 73. e. 105. f. 188. a.
 Tedet me uir & me & propter filias Heth.
 317. g
 Sume arma tua, pharetram, & arcū.
 131. b.
 28 Tulit Iacob lapidem, quē supposue
 rat capiti suo, & uidit scalam, &
 angelos. 48. b. 262. c.
 Cum euigilasset de somno, ait: uere do
 minus est in loco isto. 54. a.
 Vidit Iacob scalam, & dominum in
 nixum scalae. 63. d. 64. b
 Iacob uoluit quiescere post solis occa
 sum. 116. b
 Vidit scalam, cuius cacumen attinge
 bat caelum. 213. d
 Angeli ascendebant, & descendebāt
 in scala. 220. f
 29 Rachel erat uenusta facie. 17. f.
 Lia lippis erat oculis. Tandem Iacob
 positus est optatis nuptijs. 30. b.
 46. e. 326. b
 Amouit lapidem, quo os putei clau
 debatur. 295. c
 30 Posuit uirgas in canalibus, ut oues
 conciperent. 29. b. 72. b
 Dormiat mecum hac nocte Iacob pro
 man-
 delebit dominus ciuitatē istā. 74. d
 Filij Loth inebriauerunt patrē. 104.
 d. 186. a
 Uxor Loth conuersa est in statuā
 salis. 134. d. 286. b
 Pluit Dominus super Sodomā ignē.
 190. b.
 Percussit Sodomitas caecitate omnes
 a minimo usque ad maximum.
 191. b
 Introduxerunt angeli ad se Loth, &
 eos, qui foris erant percusserunt ce
 citate. 231. 232. & 233. b. 258. c
 In monte saluum te fac. 289. g
 20 Redde uxorem uiro suo, quia pro
 pheta est. 117. d
 Profectus Abraham in terram au
 stralem. 152. f. 219. f
 21 Leuauit Agar uocē, & fleuit. 94. b
 Dixit angelus Domini ad Agar, un
 de uadis, quo fugis? à facie domi
 ne meae fugio. ibid
 Ismael factus est uir sagittarius.
 108. f
 22 Nunc cognoui, quod timeas Domi
 num. 264. b
 Tolle filium tuum Isaac, & offeres
 in holocaustum. 311. c
 Expectate hic cum asino. 288. g.
 24 Ingredere benedictae domini, cur fo
 ris stas? 13. c. 109. g
 Seruus Abraham suspēdit in aures Re
 becca. 17. e. 296. b
 Rebecca puella decora, & incognita
 uiro. 17. e
 Egredere fuerat ad meditandum in
 agro. 236. b
 25 Collidebantur paruuli in utero Re
 beccae. 79. c
 26 Fodit tres puteos, & apparuit ei do
 minus. 2. a
 Seminauit Isaac in terra illa, & inue
 nit centuplum. 32. d. 188. b

Index locorum

- mandragoris meis.* 48. c
Oves ad aspectum uirgavū concipiebant varia. 138. e
Effundens hydriam in canalibus recurrit ad puteum. 269. g
31 Cur ignorante me fugere voluisti, ut indicares mihi, & prosequerer te cum gaudio. 74. a.
Oves Laban non erant maculosæ. 119. b
Septē annis seruiui tibi, oves tuæ steriles non fuerunt. 241. e. 245. f.
Die, noctuque astu videbar, & gelu. 313. c
22 Apparuit Dominus in lecta Iacob. 1 b
Percussit angelus imum femoris Iacob, & emarcuit. 4. c
Dimitte me iam ascēdit aurora. 24. a
In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior. 52. b. 293. b
Iacob luctabatur cū Angelo. 211. b
Apud Laban peregrinatus sum, & fui vsq; in hodiernū diem. 266. g
33 Iacob reuertenti occurrit Esau frater, amplexans, osculans. 6. f
Hubeo mecum oves, & boues fetas. 223. c
Esau osculatus est Iacob. 319. b
34 Egressa dina, ut uideret mulieres corrupta est. 76. c
Quādo granissimus dolor uulnerū est, arreptis duobus filijs Iacob, &c. 93. f
Mutate vestimenta vestra, surgite, & ascendamus in Bethel. 70. a. 184. d
Surge Iacob ascende in Bethel, & habitabit ibi. 88. b. 274. b
36 Tulit Esau uxores suas, & filias, & filias, & omnem animam domus suæ, & substantiam, & pecora, &c.
- & abiit in alteram regionem, recessitque a fratre suo Iacob.* 7. f
Reuersus Ruben ad puteum, cum nō inuenisset puerum scidit vestimenta sua, & ait; puer non comparet, & ego quo ibo? 52. b. 184. b.
Tinxerunt in sanguine hœdi tunicā Ioseph. 62. a. 64. g. 107. b.
Ego sum frater vester Ioseph. 99. c
Vide si tunica filij tui sit, an non. 275. g
38 Dedit Thamar pro arabone annulū & armillam. 57. e
39. Iniecit domina oculos in Ioseph, & ait: dormi mecum. 72. c. 104. f
Qui relicto pallio fugit. 104. f. 186. c. 190. g
Mulier molestā erat adolescenti Ioseph. 187. d.
40 Tria canistra farinae super caput meum. 2. d. 152. b. 258. g
Videbam vitem, in qua erāt tres paginæ. 43. b. 71. b. 85. g. 103. f. 300. b
Tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharaon mysterij tui. 103. b
Pistor Pharaonis fuit suspensus in patibulo. 231. b
Succedentibus prosperis prepositus pincernarum oblitus est interpretis sui. 339. e
41 Eductum de carcere Ioseph totoderunt, ac ueste mutata obtulerunt 101. b. 298. d
Clamauit populus alimenta petens. 117. b. 207. b. 268. g
Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? 248. d
42 Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. 175. e.
Dixit Ioseph ministris, implete saccos. 241. e

Sacræ Scripture.

- Ioseph cum fratribus suis celebravit conuiuium in meridie, biberunt uinum, & inebriati sunt.* 29. c
Sumite uobis de omnibus terra frugibus, deserte uiro munera. 219. b
Attollens Ioseph oculos uidit Benjamin, commota sunt uiscera eius. 230. c. 275. e
44 In sacco Benjamin inuentus est sciphus. 271. a. 296. b
45 Eleuauit uocem Ioseph, quam audierunt Aegyptij. 61. g
46 Fratres mei uenerunt ad me, & sunt pastores ouium. 241. f
Venit Iacob ad puteum iuramenti. 268. c
47 Petimus, ut iubeas seruos tuos esse in terra Gessen. 210. g
48 Ioseph posuit Effraim ad dexteram. 11. d
Cancellauit Iacob manus super filios Ioseph. 173. e
49 Effusus es sicut aqua: non crescas, quia ascendisti, &c. 58. f
Lauabit in sanguine uuae pallium suum. 61. a. 90. g
Lauabit in uino stolam suam. pag. 62. b
Simeon, & Leui fratres uasa iniquitatis. 78. b. 119. b
Ruben tu primogenitus meus, ascendisti lectum patris tui. 85. g
Isachar asinus fortis uidit requiem. 347. c
Neptalim seruus emissus, dans eloquia pulchritudinis. 207. d
- Ex libro Exodi.**
- 1 Preposuit eis magistros operum.** 237. f
Seruiebant Pharaoni in luto, & latere 281. b
Paruulos interficiebant. 66. b
2 Filia Pharaonis descendebat ut laueretur in flumine. 88. b
3 Apparuit Dominus in rubo. 1. b. 167. d
Vadam uisionem hanc magnam. 18. f. 337. f
Cunque minaret gregem ad interiora deserti apparuit ei Dominus. 33. a. 54. c. 77. b. 136. g
Vidit Moyses rubum ardere, & non comburi. 41. a. 341. b
Deus Hebræorum uocauit eos, ut eamus uiam trium dierum in solitudine. 94. b
Solue calciamenta de pedibus tuis. 94. b. 133. c. 279. f
Clamor filiorum Israel uenit ad me. 210. a
Moyses pascebat oves Iethro. 241. c
Viam trium dierum ibimus in solitudine. 318. b. 336. g
4 Sponsus sanguinū tu mihi es. 127. d
Manus Moysi extracta apparuit leprosa. 155. d. 253. a
Non credent mihi neque audient uocem meam. 333. d
6 Incircumcisus labijs ego sum. 77. b
7 Denorauit uirga Moysi dracones magorum. 23. a
Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi in deserto. 96. a.
Elena uirgam & percute mare. 25. b
Induratum est cor Pharaonis. 123. d
8 Ebulliet fluuius ranas. 187. b
Moyses orando fugauit ranas. 340. d
9 Grando Aegypti lesit primitiua. 257. f. 318. b
Extendit Moyses manus suas ad celū, & cessauerunt tonitrua. 215. c
10 Denorata est herba a locustis. 118. g
Nonne uides quod perierit Aegyptus. 179. a

Index locorum

- Tenebra erāt in vniuersa terra Aegypti. 141.f
 Extende manū tuam, & sint tenebrae in tota terra Aegypti. 203.c. 289.g
 12 Sument de sanguine bēdi, & ponent super vtrumque postem. 57.f. 61.b. 65.a
 Comedēt illum baculos tenentes in manibus. 122.g
 Edent carnes nocte illa assas. 137.f.
 Media nocte ingrediatur Aegyptum, & percutiam omne primogenitū. 346.c
 13 In columna ignis precedebat eos. 26.d. 42.f
 Mementote diei huius, in quo egressi estis de Aegypto. 62.f
 Erit quasi signum in manu tua. 61.b
 14 Submersi sunt quasi plumbum in aquis. 97.d
 Liberavit Deus Israelem de manu Aegyptiorum. 30.g
 Liberati sunt de Aegypto transeundo mare rubrum. 36.a
 Angelus Domini precedebat castra Israel. 26.d. 42.g
 15 A ligno indulcatae sunt aquae. 3.c. 280.c
 Venerunt in Marath, & non poterāt bibere. 249.b
 Venerunt in Elim ubi erant duodecim fontes aquarum. 300.b
 16 Cum incaluisse sol, liquecebat mā. 13.f. 109.c. 269.c
 Man. liquecebat ad solem, & indurabatur ad ignem. 51.b
 Vespere comedēt carnes. 294.d
 Nutriti sunt filij Israel in deserto Man. 79.e
 Anima nostra nauscat super cibo isto. 134.e
 Mane ros iacuit per circuitum castrorum. 149.a
 17 Moyses, Aaron, & Hur, ascenderūt super uerticem collis. 55.a
 Stabat Moyses in vertice montis, habens virgam Dei in manu. 63.b
 Percutiens virga bis silicem, egressae sunt aquae. 100.d
 Iurgati sunt contra Moysen, dixerunt da nobis aquas. 112.f.
 Manus Moysi erant graues. 13.a
 18 Prouide de omni plebe uiros potentes. 228.c
 Iethro erat cognatus Moysi. 15.b
 Mendacium fugies. 31.e
 Gabaonita confederati filijs Israel, impugnantur. 318.c
 19 Bestia non ascendat montem. 7.b
 Ascendit Moyses in montem, ubi promiscuum vulgus non poterat ascendere. 54.b
 Bestia si tetigerit montem, lapidabitur. 79.e. 114.e
 Iam aduenerat dies tertius, & mane incaluerat. 332.f.
 20 Sex diebus operaberis, sabbatho nō facies opus. 28.e. 43.e.
 21 Si rixati fuerint uiri. 57.g
 Cunctus populus videbat voces, & lampades. 54.e
 Altare de terra facietis mihi. 136.d
 Non edificabis altare de lapidibus sectis. 70.c
 22 Non sequeris turbam ad faciendum malum. 116.b
 24 Fuit Moyses cum Domino quadraginta diebus & quadraginta noctibus. 29.c. 44.g. 51.d
 Erat autem species, & gloria domini quasi ignis ardens. 34.c
 25 Facies supra coronam auream. 43.f
 Facies emunctoria ad lampadas emungendas. 81.g.

Sacrae Scripturae.

- Quatuor circulos aureos preparabis. 83.f. 334.c
 Facies duo Cherubin. 122.c
 Facies candelabrum de auro purissimo. 124.e. 174.b. 311.b
 Cherubin vnus erat in latere vno. 225.d
 27 Praecepit filijs Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum. 239.b. 275.f
 28 Facies laminam de auro purissimo. 60.g. 237.b
 Facies vestimenta sancta Aaron. 241.f
 29 Arietem consolationis tolles, & coques carnes eius in loco sancto. 133.a
 30 Dimidium sicti iuxta mensuram tēpli diues non addet. 141.g
 Dixit dominus Moysi, sume tibi aromata. 329.g
 32 Ecce runt sibi vitulum constabilem. 9.b
 Dimitte me, vt irascatur furor meus contra illos. 213.a
 34 Facies Moysi cornuta erat ex consortio sermonis Dei. 53.e
 In claritate vultus Moysi, &c. 136.c
 Caue ne vnquam cum habitatoribus terrae illius iungas. 272.b
 37 Exēdētēs alas suas Cherubin. 50.g
 Beseleel vestiuit arcam de auro purissimo. 233.a
 lum super altare. 142.b
 5 De Turture dicitur, qui offerebatur pro peccato: retorquet bis caput eius ad pennulas, ita ut collo adhaereat. 93.g
 6 Aquae maledictionis facient computrescere femur tuum. 3.g
 Ignis iste perpetuus est, qui nūquam deficiet. 13.e. 40.e. 224.c
 Hec est lex holocausti: cremabitur in altari tota nocte. 40.g
 Relinquam partem similem. 132.b
 Sacerdos, qui offert ostiam pro peccato comedet in loco sancto. 263.g
 7 Anima, quae ederit sanguinem peribit. 108.b. 179.a
 8 Posuit laminam auream consecratā in sanctificatione. 27.b
 10 Arreptisque Nadab, & Abiu filij Aaron turibulis imposuerunt ignem, & ignis deuorauit eos. 42.c. 288.a
 11 Omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit. 69.a
 Omne gressibile quod mundum, &c. 102.b
 Animal, quod diuidit vngulā, & ruminat mundum erit. ibid.
 12 De purgatione puerperij in quadraginta diebus. 257.c
 13 Leprosus habitat extra castra. 9.g
 Leprosus habebit os veste contactum. 12.d
 Vir siue mulier, in cuius capite, vel barba lepra. 119.d
 Quando leprosus mūdabatur, pili rauebantur. 130.d
 Cum lauerit carnem suam aqua. 132.b
 Vir de cuius capite capilli fluunt. 132.b

Ex libro Leuitici.

- 1 **F**ide auibus holocaustum oblatū fuerit. 45.e. 89.b
 Holocaustum de omnibus fiebat detracta pelle. 97.f
 4 Praecipitur sacerdoti, vt afferat vitu-

Index locorum

- Vestis lanea, vel lineæ, quæ lepram habuerit.* 158.g
- Leprosus habeat vestimenta dissuta.* 144.e
- Plaga lepræ si fuerit in homine.* 251.a
- Quicumque maculatus fuerit lepra.* 254.d
- 14 *Immolato vno passere pro mundatione leprosi, alter fugiebat in agrum.* 6.d. 156.b
- Si fuerit plaga lepræ in ædibus.* 119.g
- Contaminatum se clamabit leprosus.* 187.f
- Lex quæ requiruntur ad mundationem lepræ.* 330.g
- 15 *Vir de quo egreditur semen coitus.* 267.e. 268.f
- Homo colligens ligna in Sabbato debet lapidari.* 295.a.
- 16 *Summus Pontifex semel in anno offerebat vitulum immaculatum.* 60.b
- Positis super ignem aromatibus.* 110.g
- Lauabit Aaron carnem suam.* 56.c
- 18 *De semine tuo non dabis Idolo Moloch.* 158.g
- 19 *Non seres agrum diuerso semine.* 293.g
- 20 *Vir siue mulier, in quibus phytionicus.* 118.b
- Si quis dederit de semine suo idolo Moloch.* 306.c
- 21 *Si albuginem in oculo, si torto naso, non accedat ad altare.* 68.f. 117.c
- Gibbosi non intrant templum.* 129.b
- Homo de semine tuo, qui habuerit maculam non offeret panes.*
- 135.f. 245.e
- Homo qui habet maculam non intrabit intra uelum nec accedet ad altare.* 240.b
- Prohibetur sacerdotibus interesse funeribus mortuorum.* pag. 284.a
- 22 *Cum lauerint carnem suam aqua, tunc poterunt de sacrificijs vesci.* 89.c
- Sumetis uobis die primo fructus arboris pulcherrimæ.* pag. 139.g. 340.g
- 23 *Anima omnis carnis in sanguine est.* 64.b
- Omnis anima, quæ nõ fuerit afflictæ, peribit.* 12.a. 255.c
- Sumetis uobis die primo fructus arboris pulcherrimæ spatulasq; palmarum.* 299.b
- 24 *Præcipe filijs Israel, ut afferant oleum de oliuis purissimum.* 14.f. 114.f
- 25 *Si attenuatus fuerit frater tuus, & uendiderit possessionem.* pag. 90.f
- Dabo benedictionem meam anno quinto.* 133.g.
- Iubileus erit quinquagesimus.* pag. 31.a
- 26 *Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, dabo uobis pluuiam.* 202.e

Ex libro Numeri.

Cap. i.

HI sunt nobilissimi principes multitudinis, &c. 229.c

4 *Gaditæ, Gersonitæ, Meraritæ ministrant*

Sacræ Scripturæ.

- ministrabant in templo domino.* 277.c
- 5 *Præcipe filijs Israel, ut projiciant de castris omnem leprosum.* 78.f
- Aquæ maledictionis.* 169.3.b
- 11 *Ortum est murmur populi, quasi dolentium, &c.* 12.f
- Cum descendisset res super castra, descendebat Man.* 19.c. 53.c. 110.b. 113.d
- Erat Man. quasi semen coriandri.* 83.c
- Quis tribuat ut omnis populus prophetet?* 113.b. 234.b
- Circuibat populus, & colligebat Man.* 116.b. 268.b
- Flagrauit populus desiderio carniũ.* 286.b
- In mentem veniunt Cucumeres, & Pepones.* 97.g
- 13 *Inuenerunt uitem, & absceiderunt palmitem cum uua sua quem portabant duo uiri in vno uetere.* 23.d. 143.c
- Misit exploratores Moyses.* 102.b
- Introducæm uos in terram lacte, & melle manantem.* 31.b
- 14 *Tradet huiusmodi lacte, & melle manantem.* 32.a
- 15 *Homo colligens ligna Sabbato debet lapidari.* 11.f. 295.a
- 17 *Refert uirgam Aaron ut sit tibi in signum rebellium.* 22.b. 218.f
- Virga Aaron sicca floruit.* 22.a. 61.f. 302.a
- Quem elegerit dominus ipse est sanctus.* 117.d
- 20 *Iste sunt aquæ contradictionis, in quibus iurgati sunt filij Israel.* 70.g
- Percutiens uirga bis siliem egressæ sunt aquæ largissime.* 82.b. 100.d. 213.d
- Cum eduxeritis aquam de petra bibet omnis populus & iumenta.* 58.g
- 21 *Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo.* 58.e. 62.a. 86.d
- Immisit serpentes ignitos in populũ.* 86.d. 161.b
- Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo.* 113.e. 134.b
- 22 *Aperuit dominus os Asinæ, & locuta est.* 101.d. 218.a
- Historia asinæ Balaam.* 310.d
- 24 *Orietur stella ex Iacob.* 22.b
- Dixit homo, cuius obturatus est oculus, qui uidit uisionem omnipotentis Dei.* 32.f. 56.c
- Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel.* 72.g. 285.g
- 25 *Madianitæ ornauerunt filias suas, ut deciperent filios Israel.* 73.b
- 27 *Provideat dominus Deus spiritu: m omnis carnis hominem qui sit super omnem multitudinem.* 247.f
- 31 *Omne quod potest transire per flammæ, igne purgabitur, vel aqua, &c.* 88. b. 261. f. 311. b
- Armauit Moyses septem millia electorum uirorum.* 304.e
- 32 *Quando Pontifex obierit reuertetur homicida ad terram suam.* 60. g

Ex libro Deuteronomij.

- 1 **D**Ate ex uobis uiros sapientes, & gnaros. 182.A
- 7 *Te Israel elegit dominus, ut sis eis populus peculiaris.* 298.b
- Videbatur mihi panis, quasi ex bordo.* 96.f

- 8 *Ductor tuus sui in solitudine, in qua erat serpens flatu advens, scorpio, & dipsas. 5.f. 10.b. 108.b*
Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam. 29.a
- 10 *Circumcidite præputium cordis vestri. 307.b*
- 11 *Ponite verba mea in cordibus vestris, & suspendite ea per signum. 266.e*
- 14 *Hoc est animal, quod comedere debetis bouem, & ouem, & capram. 55.d*
- 18 *Caue ne imitari velis abominationes illarum gentium. 153.b*
- 20 *Interficiet in ore gladij Etheum Eueum. 117.e. 153.g. 188.d*
- 21 *Mulier capta in bello si tradatur coniugio debet circumcidere unguis. 178.e. 206.b*
Si videris in medio mulierem pulchram. 280.e
- 22 *Cum edificaueris domum nouam facies murum tecti per circuitum. 73.d. 279.b*
Non indueris veste quæ de lino, & lana contexta est. 108.b. 293.f
Non induetur mulier veste virili. 153.b
- 28 *Vineam plantabis, & fodies, & vinum non bibes. 112.e*
- 30 *Circumcidet dominus Deus cor tuum. 174.d*
- 32 *Fel draconum vinum & eorum, & venenum aspidum insanabile. 106.b. 317.b*
Hircos cum medulla tritici. 152.b
Gens absque consilio est, & sine prudentia. 164.g
Deuorabant eos aues morsu amarissimo. 232.b
Si acvero ut fulgur gladium meum. ibid. c

Sicut aquila prouocans ad volandum pullos. 339.a
 33 *Benedictus in latitudine Gad. 7.d*
Latere Zabulon in exitu tuo. 94.a
Benedictus Aser, tingat in Deo pedem suum. 110.a

Ex libro Iosue.

- 3 **D** *Efficiebant aquæ inferiores, & intumescebant superiores. 106.e*
- 4 *Extraxerunt de medio Iordanis alveo duodecim lapides. 143.a*
- 5 *Hodie abstulisti opprobrium Aegypti à nobis. 29.f*
Defecit Manna propter quod comederunt filij Israel de fructibus terræ. 105.d
- 6 *Iericho erat clausa septem paribus murorum, qui ceciderunt tubicinantibus sacerdotibus. 71.f*
Sacerdotes septem vicibus circueiunt Iericho. 224.d
Maledictus qui reedificabit Iericho. 293.a
- 7 *Anathema in medio tui. 11.e*
Acham furatus est pallium valde bonum, & ducentos siclos argenti, & regulam auream. 177.e
Acham lapidatus est, quia furatus est pallium & regulam auream. 295.b
- 10 *Gabaonitæ confederati filijs Israel impugnantur. 73.g*
Ponite pedes super colla regum. 124.a
- 14 *Fratres mei dissoluunt cor populi, & nihilominus ego secutus sum dominum. 68.c*
- 18 *Vsquequo marceitis ignauia. 12.b. 30.d*

Ex

Ex libro Iudicum.

- 1 **D** *edit Caleb Axa filia sua irroguum superius, & inferius. 81.e. 113.b. 104.a. 214.e. 294.c*
- 4 *Mulier Iabel interfecit Sisaram. 191.b. 203.e*
Iabel propinavit lac Sisaræ. 321.g
- 5 *Stellæ manentes in ordine, & cursu suo pugnaverunt aduersus Sisaræ. 3.b. 121.a. 214.b*
Gedeon confregit lagenas, & tenebat tubas in manibus. 265.b
Delbora sedit sub palma, quæ nomine illius vocabatur. 319.c
- 6 *Dixit Angelus Gedeoni tolle carnes, & panes azymos, pone supra petram. 14.b. 25.c*
Dormiuit Samsón vsque ad mediam noctis, & consurgens portauit ambas portas. 273.e
Gedeon confregit lagenas tenens lampades in manu. 319.b
- 7 *Qui biberunt aquam flexo poplite, repulsi sunt à bello. 11.b. 40.d*
Duc populum ad aquas, & ibi probabo illos. 312.a
Fracta lucerna Gedeonis apparuit lumen. 340.g
- 9 *Ierant ligna vt vngerent sibi regem. 6.a*
Ficus noluit deserere dulcedinem sui fructus. 52.b. 95.a
Locuta sunt ligna ad vitem; veni, & impera nobis. 55.a
Egrediatur ignis de Ramno, & deuoret Cedros Libani. 75.g
Dixit vitis, nunquid possum deserere vinum. 112.d
Noluit oliua deserere dulcedinem, vt regnaret super ligna. 202.e

- Mulier illisit capiti Abimelech fragmen mloæ. 86.b. 182.f. 265.c*
Misit dominus spiritum pessimum inter Abimelech & viros Sichem. 218.b
Precidetes ramos de arboribus sequentur ducem. 279.b
- 11 *Filia Iephte primo occurrit ei, & immolauit eam. 182.b*
- 12 *Dic ergo Schibboleth, & dixerunt Sciboleth. 71.d*
- 13 *Tulit itaque Manue hædum de capris, & libamenta, & posuit super petram. 136.a*
Concipies & paries filium, & erit Nazarus domini. 347.c
- 14 *Samsón occurrit leo, & examen apum. 292.a b*
- 15 *Colligauit caudas vulpium, & combussit segetes. 57.c. 119.c*
- 16 *Crines in capite Samsónis, & de toto processu historiarum. 17.b. 99.a. 106.e. 188.e. 191.d*
Irruit spiritus domini in Samsónem, & lacerauit leonem. 302.d
- 17 *Fuit adolescens de Bethleem, qui peregrinari voluit vbicumque commodum reperisset. 68.f*
Quis te huc adduxit? quid hic agis? 248.a
- 18 *Viderunt filij Dan in Lachis. 219.b*

Ex libro Ruth.

- 2 **R** *uth excussit virga hordeum. 25.d*
Intinge buccellam panis in aceto. 60.a. 265.e. 291.a. 294.b. 221.a

b 2 Ruth

Index locorum

Ruth stabat in agro à mane vsque ad vesperam. 331.c

Ex libro primo Regum.

- 2 **F**ilij Heli, filij Belial nescientes dominum, neque officium Sacerdotum ad populum, sed quicunque immolasset victimam, veniebat puer Sacerdotis dum coquerentur carnes, &c. 127.g. 180.d. 248.d
- D**imittite nos ad vnam partem sacertalem, vt comedamus bucellam panis. 247.c
- H**abebant fuscinulam tridentem. 131.d
- 3 **P**uer Samuel ministrabat domino coram Heli. 179.g. 301.a
- O**culi Heli caligauerant, & videre non poterat lucernam Dei. 182.g. 301.a
- N**on cecidit verbum eius in terra. 108.e
- 7 **I**ntonuit dominus fragore magno in die illa, & terruit Philisthæos. 89.a. 250.b. 309.c
- C**õuenerunt filij Israel in Masphath, & hanferunt aquam, & effuderunt in conspectu domini. 89.b. 327.b
- I**bat Samuel per singulos annos in Bethel & Galgala, & Masphat. 235.d
- 9 **C**onsurgens vade, & quere asinas. 80.b
- 11 **D**ixit Naas Amonites viris Iabes Galaad, in hoc feriam vobiscum pactum, vt eruam oculos vestros dextros. 58.e. 76.a
- 13 **P**orro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel: cauerant enim Philistijm, ne forte face-

- rent Hebræi gladium, aut lanceã. 121.c
- 14 **I**nuenit Ionathas fauum mellis, & applicauit ad os suum, extendens summitatẽ virgæ. 25.e. 60.e. 65.d
- A**tten dit Ionathas reptans manibus & pedibus. 59.a. 262.a
- 15 **A**gag pinguis simus, & tremens oblatu s est Samueli. 198.e
- 16 **V**idi filium Isai fortissimum robore, & dominus erat cum eo. 53.f
- N**on hunc elegit dominus: non elegit dominus ex istis. 238.c. 239.g. 244.b
- D**avid solus quia humilis electus est in regem. 157.b
- S**piritus domini recessit à Saule, & agitabat eum Spiritus malus. 174.g
- D**avid tangendo citharam expellebat spiritum malum à Saule. 210.b
- V**idi filium Isai Bethleemitem scientem psallere. 182.a
- 17 **E**legit David quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit in peram, & accepit baculum pastoralem, quem semper habebat in manibus, & iuit contra Goliath. 57.f. 131.g. 334.g
- N**unquid canis ego sum, quia venis ad me cum baculo. 57.f
- 18 **P**ercussit Saul mille, & David decem millia. 86.g
- E**xpoliauit se Ionathas tunica, qua erat indutus. 130.d
- 21 **S**i mundi sunt pueri maximè à mulieribus. 134.f
- E**cce hic gladius Goliath Philistæi. 177.f
- D**ixit sacerdos nõ habeo panes laicos panes ad manum: si mundi sunt pueri, &c. 179.b

Mutauit

Sacræ Scripture.

- M**utauit David os suum coram Achis. 227.g
- 25 **C**ecidit Abigail ad pedes David. 21.c
- B**enedictus dominus Deus Israel, misit te hodie in occursum meum. 21.g. 76.c
- A**bigail ascendit asinam cum quinque puellis, & occurrit David. 35.d. 58.b. 76.c
- 30 **V**iri David inuenerunt puerum Aegyptium in agro, & adduxerunt ad David. 4.g

Ex libro secundo Regum.

- 1 **M**ontes Gelboe nec ros nec pluuia descendiãt super vos. 109.d. 207.a
- D**avid uestimenta sua scidit, omnesque uiri, qui erant cum eo, & plaxerunt, & sterunt. 264.g
- 3 **N**on deficiet tenens fistula, & fluxum seminis sustinens. 187.f. 263.b
- 4 **D**ormiente ancilla, quæ purgabat triticum, & ostium dimiserat apertum, intrauerunt duos latrones, & praeciderunt caput Isboseth. 67.f. 75.e. 186.c. 223.c
- L**atrones filiorum Amon. 12.c
- 6 **D**avid, & omnis Israel deducebat arcam Domini. 171.b
- P**aruitus est David uniuersa multitudo in Israel tam viro, quam mulieri collyridam panis vnam, &c. 333.g
- A**dduxit arcã domini in ciuitate David cum gaudio. 18.e
- 9 **M**iphiboseth erat claudus utroque pede. 183.d
- 10 **A**mon fecit radi mediam barbam nuncijs David, & vestes truncari usq; ad nates. 70.b. 178.c. 223.b
- 14 **O**mnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram. 192.a. 200.b
- 15 **C**unctus populus incedebat contra viam oliuæ ad desertum. 198.c
- D**avid ascendebat cliuam oliuarum sies, nudis pedibus incedens, & aperto capite. 88.d. 102.d. 262.b
- D**ixit David Sadec sacerdoti: Ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo a vobis indicans mihi. 54.d
- 17 **M**elius est consilium Chusi, quã Achitofel. 6.b. 15.e
- 18 **A**bsalon sedens in malo suspensus est in quercu per crines, & transfexus est lanceis. 66.b. 71.c. 226.b
- 21 **A**drieli genuit quinque filios, quos omnes David exposuit morti. 73.g

Ex libro tertio Regum.

- 1 **E**rat autem Abisag Sunamitis. 17.f
- Q**uesierunt Abisag puellam pulcherrimam. 223.b. 279.d
- 2 **D**ixerunt filij prophetarum aqua amare sunt, & terra sterilis. 5.e
- P**ropositus est thronus matris regis, quæ sedit ad dexteram eius. 23.f. 26.g
- A**edifica domum in Ierusalem quacunque die inde egressus fueris, scito te moriturum; 227.c. 328.f
- P**rocepi mulieri viduæ ut pascat te. 137.a
- 3 **I**udicium de duabus mulieribus, quæ contendebant coram rege. 106.e. 333.d
- A**pparuit Dominus per somnium Salomoni 247.b

b 3 4 Puer

Index locorum

- 4 Puer mortuus est inter genua matris. 277.f
- 5 Lepra Naam in mundata est in Iordane, & c. 36.f
- Præcepit Salomon, ut tolerent lapides grandes pretiosos, & ponerent in fundamento templi, & quadrarent eos. 142.e
- 6 Aedificauit Salomon atrium interioribus ordinibus lapidum politorum. 4.a
- In ostijs abiernis sculpsit Cherubin palmas, & celaturas, valde eminentes. 14.f
- Nihil erat in templo, quod non auro tegeretur. 20.f
- Omnes parietes templi per circuitum sculpsit varijs celaturis, & torno. 20.f. 140.b
- Aë Cherubin habebant quinque cubitos, & mutuo iungebantur. 45.b
- Domus domini cum edificaretur, malleus, & securis non sunt audita. 310.d. 334.e
- 7 Statuit duas columnas in porticu templi. 14.b. 128.b
- Fecit Salomon in templo quasi flores lilij. 175.d
- 8 Dedicauit Salomon domum domini septem diebus. 27.a
- Expandebant Cherubin alas suas. 50.g
- Si fugerit populus Israel inimicos suos. 207.f
- 10 Fecit Salomon thronum de ebore grandem. 27.d. 345.a
- Regina Saba venit ad Regem Salomonem. 96.a
- Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te semper. 34.g. 52.a
- 12 Lapidauit omnis populus Aduram. 257.g
- Ieroboam posuit duos vitulos in duobus montibus. 320.b
- 13 Hoc erit signum, altare scindetur, & cinis effundetur. 172.g. 287.e
- Sepelire me in sepulchro, quo vir Dei sepultus est. 193.g
- 17 Cornu pascebant Eliam. 132.g
- Ceruis præcepi, ut pascant te. 218.a. 275.a
- 18 Tribus annis nec ros nec pluuia fuit in Israel. 109.g
- Fecit de vinea Naboth hortum oleum. 104.a
- Latrunculi filiorum Amon. 187.b
- Elias aedificauit altare, diuisit bouem, & posuit super ligna. 306.a
- 19 Angelus portauit Eliam dormienti sub iunipero panem subcineritium & vas aquæ, & ambulauit in fortitudine cibi illius, & c. 2.c.b. 5.d.
- Non in spiritu dominus sibilus auræ tenuis ibi dominus. 23.f. 156.c. 252.d
- Perrexit Elias in desertum, & sedit subter iuniperum. 264.a
- 20 Ponamus saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus. 264.b
- Abtulit puluerem à capite suo, & cognouit eum rex. 251.d
- Nonne vidisti Achab coram me humiliatum. 70.f
- 21 Conuersa est vinea in hortum oleum. 21.b
- Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum oleum. 226.b
- 22 Nubecula parua quasi uestigium hominis ascendebat de mari. 22.a. 24.e. 300.b
- Rel Israel mutauit habitum, & ingressus est bellum. 95.b
- Vltra Iosaphat fecit naues bellicas. 170.f

Sacra Scriptura.

- 25 Custodit virum istum, qui si lapsus fuerit erit anima tua pro anima illius. 80.b
- Ex libro quarto Regum.
- 2 Sanaui aquas, & non erit ultra mors, neque sterilitas. 199.d
- Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal. 22.g
- Ecce currus igneus, & equi ignei, & ascendit Elias in caelum. 43.e. 52.b
- Posuit Elias sal in vase, & sanauit aquas. 80.a
- Ascende calue. 109.a
- Currus igneus eleuauit Eliam. 32.g. 122.b
- Elias inuoluit pallium. 135.a
- Habitatio ciuitatis optima est, sed aquæ pessimæ sunt. 292.d
- 3 Non videbis ventum, nec pluuiam, & alueus replebitur aqua. 115.g. 207.f
- 4 Dixit Giezi currum post eum, & accipiam aliquid ab eo, & sequitur quomodo Giezi factus est leprosus. 7.a. 9.b
- Faciamus ei cenaculum paruum, & ponamus ibi mensam, candellabrum, & c. 17.g. 83.b. 134.f. 335.b. 345.b
- Præmisit Eliseus Giezi cum baculo, & non surrexit puer mortuus. 57.c. 59.d
- Inuenerunt coloquintidam, & clamauerunt: mors in olla, & apposita farina facta sunt olera esibilia. 112.c. 221.a
- Pete vasa vacua non pauca. 218.a. 163.g. 203.b
- Apprehendit pedes Elisei dicens, nūquid petiui filium. 211.g
- Caput meum doleo. 257.f
- Hidria farinae non deficiet, nec lectus olei minuetur. 269.d
- 5 Dilectum est Naaman leproso: lauare septies in Iordane, & mundabitur caro tua. 3.a. 36.g. 153.e. 169.g. 196.g
- 6 Salua me domine mi rex: ait ille: unde te possum saluare. 20.d
- 7 Fugerunt Lyvi animas suas tantum saluare cupientes, & reliquerunt tentoria sua. 69.g
- 10 Occiderunt septuaginta tres, & posuerunt capita in cophinis. 257.d
- 12 Reuixit mortuus cum tetigisset ossa Elisei. 13.b. 139.a
- 18 Loquere nobis Syriacè si quidem intelligimus linguam istam. 16.b. 79.f. 121.d. 134.f
- Dicitur Ezechia: quæ est fiducia tua, confidis in baculo isto arundineo. 71.c. 294.a
- 20 Ostendit Ezechias domum aromatatum. 155.b
- 23 Præcepit rex sacerdotibus templi, ut proijcerent de templo vasa, quæ facta fuerant Baal. 234.e
- 24 De latrunculis Moab. 323.c
- 25 Sedechias captus est cæcus, ac uinctus cathenis à rege Babylonis. 85.d. 101.g
- Ex libro primo Paralipomenon.
- 9 Per girum templi morabatur in custodijs suis, ut cum tempus fuisset aperiret fores. 73.g
- 10 Philistij expolauerunt, & amputauerunt caput Saul. 57.b
- 18 Aysai filius Saruie percussit Edom in valle Salimarum. 65.d. 345.g

Index locorum

- 21 *Dauid eleuans oculos vidit angelū domini stantem euaginatū tenentem gladium.* 69.b
Cum percuteret angelus Ierusalē vidit dominus & misertus est. 201.g
 22 *Filius qui nascetur ex te erit vir quietissimus.* 347.b

Ex libro secundo Paralipomenon.

- 1 **D**ictum est Salomoni dormienti petenti sapientiam, quia petisti &c. 56.d. 117.g
 3 *Stravit Salomon pavementum templi pretioso marmore.* 20.e
Fecit velum ex iacinto & purpura. 111.d
 3 *Cherubin stabant rectis pedibus.* 2.b. 337.b
 7 *Descendit ignis, et deuorauit holocausta.* 14.a. 19.b
 13 *Stetit Abias super mōtem Semeron, &c.* 103.c
 20 *Cum ignoremus quid agere debeamus. hoc solum habemus residui.* 312.g. 338.f
Non eritis vos, qui dimicabitis: O Iuda, & Ierusalem nolite timere. 340.b
 24 *Ozias percussus est lepra, qui accipit turibulum.* 252.b
 32 *Aegrotauit Ezechias dolore pedum.* 222.g

Ex libro primo Esdræ.

- 1 **V**asa aurea, & argentea protulit Cyrus in templum. 276.e
 3 *Seniores, qui viderant templum stabant.* 125.e. 276.d

- Fundato templo à cementarijs sacerdotibus stabant.* 139.b
Filij Iuda, quasi vir vnus stabant super eos, qui faciebāt opera. 276.d
 6 *Cyrus rex præcepit in domo domini, quæ est in Ierusalem.* 234.f
 7 *Esdras parauit cor suum, vt inuestigaret, & faceret legem domini.* 274.d.e

Ex libro tertio Esdræ.

- 3 **R**ex Darius fecit cenam magnam omnibus purpuratis. 29.e
Fortior est veritas, & proualeat. 325.a
 4 *Nunciamus regi quoniam si ciuitas Ierusalem edificata est.* 119.a
 8 *Facite quod placitum est domino, & superamini à populis terra.* 74.d

Ex libro Nchemiæ, qui Secundus Esdræ dicitur.

- 1 **F**iat domine auris tua intenta, & oculi tui aperti. 277.e
Dissipatus est murus Ierusalem, & porta eius combusta. 121.b
 3 *Nchemias reedificauit portas Ierusalem, quæ succense fuerant.* 272.d
Tertia erat porta vetus. 314.c
 13 *Præcepit Nchemias vt non aperirentur porta vsq; post sabbatū.* 193.b
Amonites & Moabites non intrabūt in ecclesiam in æternum. 240.c

Ex libro Tobie.

- 1 **C**um irent omnes ad vitulos aureos, hic solus fugiebat confortia hœum. 9.c. 73.g. 207.d. 317.a
 Tobias

Sacræ Scripturæ.

- Tobias cum filio, & vxore fugiens nudus latuit.* 67.a
 2 *Tobias de nido hirundinum calidis stercorebus excæcatur.* 78.a. 98.b. 223.c
Filij sanctorum sumus, & vitam illā expectamus. 226.b
 3 *Hoc habet pro certo omnis, qui colit te quoniam vita eius in probatione fuerit coronabitur.* 314.c
 5 *Quale gaudium mihi est, qui in tenebris sedes, & lumen celi videre nō valeo?* 94.g
 6 *Fel piscis ualet ad ungedos oculos ubi fuerit albugo.* 59.f. 93.a. 262.g
Cordis eius particulam si super carbones ponas fumus eius extricat omne genus demoniorum. 95.d
Venit ad fluium Tigris exenterauit piscem. 102.e
Reliquit prandium suum. ibid.
Hoc audiui quia demonium occidit eos. 154.d
Qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se excludant, habet potestatem demonium super eos. 154.e
 12 *Bona esoratio cum ieiunio.* 159.b
 13 *Ex lapide pretioso omnis circuitus murorum Ierusalem.* 321.f
 14 *Fiij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus.* 227.f

Ex libro Iudith.

- 6 **L**igauerunt Achior ad arborem. 61.f
 8 *In superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur.* 51.f. 76.c. 321.f
Memores esse debetis quomodo pater nosler Abraham tentatus est,

- & per multas tribulationes probatus Dei amicus effectus est.* 143.b. 191.g. 307.f
Flagellis domini quasi serui corripi-mur ad emendationem, & non ad perditionem. 306.e
Nos ergo vltiscamur nos pro his, quæ patimur. 307.f. 313.f
 9 *Memores estote Moyse serui domini, qui Am'lec confidentem in virtute sua, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit.* 315.g
Ora pro nobis, quoniam mulier sancta es. 206.g
 10 *Surrexit Iudith de loco, in quo iacebat prostrata ad dominum.* 100.e. 334.f
Exiit se vestimentis viduitatis suæ, & lauit corpus suū, vnxit se myrtho optimo &c. 265.g
Cui etiam dominus contulit splendorem, & illam pulchritudinem amplauit. 223.d
 12 *Iudith baptizabat se in fonte aquæ.* 35.c
 13 *Iudith amputauit caput Holofernis.* 3.c
Benedicta es tu filia à domino præ omnibus mulieribus. 21.c
Benedixit te dominus in virtute sua. 21.f
Iudith post ieiunium amputauit caput Holofernis. 160.e
 14 *Circuncidit Achior carnem præputij sui.* 77.a
 15 *In gloria Ierusalem, in latitia Israel.* 321.f

Ex libro Hester.

- 1 **R**ex iussit ceniuium preparari in vestibulo horti & nemoris, quod

Index locorum

- quod regio cultu constum erat. 19.a.33.f
 Fecit grande conuiuium curctis principibus, & pueris suis, ibid.
 Septem diebus iussit conuiuium præparari in vestibulo horti. 83.d. 134.f.334.a
 Bibebant qui inuitati fuerant aurcis poculis vinum, vt magnificētia regia dignum erat. 29.d
 2 Introdūcta est Hester ad cubiculum regis Assueri. 27.a
 Marдохeus fuit nutritus filie fratris sui Hester. 27.b
 Fecit regnare Hester pro Vasthij. 30.c.124.a
 4 Mori debeat quicumque, nisi rex auream uirgam ad eum tetenderit pro signo clementie. 25.c.64.f
 5 Cito uocate Aman vt Hester obediat uoluntati. 124.c
 6 Hic quem voluerit rex honorari, debet indui vestibus regijs. 263.b
 8 Assuerus dedit Hester medietatem regni. 17.g
 10 Fons creuit in fluuium magnum. 109.c.115.d

Ex libro Iob.

- 1 **D**escēdit ignis, & consumpsit oves. 71.f
 Filij tuis cadentibus, & bibentibus vinum, irruit uentus, & cecidit domus, & oppressit liberos, & mortui sunt. 154.f.315.d
 4 Ecce qui seruiunt ei nō sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. 288.b
 5 Paruulum occidit inuidia. 175.b
 7 Dies mei velocius transferunt, quam a texente tela sciditur. 326.c
 8 Cautela aranearū fiducia eius. 69.f
 Ecce nunc in puluere dormiam, & si mane me quiesceris non subsistā. 12.a.136.a
 Nunquid crescere potest carectum sine aqua. 104.f.175.b
 11 Quasi meridianus fulgor occurret tibi. 56.g
 13 Quasi putredo consumendus sum, & quasi uestimentum quod comeditur à tinea. 318.g
 14 Truncus eius ad odorem aquæ germinabit. 205.a
 Homo cum mortuus, atque nudatus fuerit, ubi quæso erit? 349.g
 Lapidēs excauant aquæ, & alluione terra consumitur. 292.d
 21 Dulcis fuit glauis Cochiti. 115.a. 187.a
 Tenent timpanum, & citharam, & in puncto ad infernum descendūt. 105.f
 24 Probauit me quasi aurum, quod per ignem transit. 315.b
 26 Spiritus eius ornauit celos. 267.c
 30 Qui me comedunt, non dormiunt. 275.c
 31 Ignis est usq; ad consumptionem deuorans. 191.b
 Quis mihi tribuat auditorem, & desiderium meū impleat omnipotens, & librum scribat. 345.e
 Si uidi lunam incedentem clare, & osculatus sum manum. 278.g
 34 Ad preceptum tuū eleuabitur aquila. 111.f
 38 Vbi eras cū me laudarent astra matutina? 12.d.227.a
 Quis posuit in uisceribus hominis sapientiam, aut quis dedit gallo intelligentiam. 224.c
 39 Pulli eius lambūt sanguinem. 65.b
 Cui dedit in solitudine domum. 291.f

Sacræ Scripture.

- 40 Beemot dormit in locis uirentibus. 189.g
 Ex libro Psalmodum.
 1 In cathedra pestilentie non sedit. 243.a
 4 In pace in idipsum dormiam, & requiescam. 219.a
 Signatum est super nos lumē uultus tui domine. 146.f.
 5 Sepulchrum patens est guttur eorū. 183.a
 7 Sagittas suas ardentibus effecit. 268.b
 11 Argentum igne examinatum probatum, septulum. 314.c
 Diminuta sunt ueritates a filijs hominum. 157.b
 16 Effusa est contentio super principes, & errare fecit eos. 78.d
 17 In te eripiar a tentatione, & in Deo meo non transgrediar murum. 69.b. 182.b.
 Ignis a facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo. 304.f
 Inclinauit celos, & ascēdit caligo sub pedibus eius. 331.f
 23 Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam. 297.f
 25 Proba me Deus, & tenta me, ure res meos. 312.b.
 30 Turbatus est in ira oculus meus, anima mea, & vēter meus. 178.g
 33 Humiliabam in ieiunio animā meā, & oratio mea in sinu meo conuertetur. Quasi proximum, &c. 161.b
 35 Inebriantur ab uertate domus tuæ, & torrēte uoluptatis potabis eos. 28.b
 36 Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua, &c. 80.d
 38 Dixi custodiam uias meas, vt non delinquam, &c. 106.f
 43 Aestimati sumus sicut oues occisionis. 284.e
 44 Obluiscere populum tuum, & domū patris tui, & concupiscet res speciem tuam. 284.b
 48 Qui confidunt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. 43.f
 51 Quid gloriaris in malitia, qui potēs es in iniquitate. 250.f
 57 Sicut aspidis surdæ, & obturatis auribus. 99.f
 64 Pinguecit speciosa deserti. 281.e
 Visitasti terram, & inebriasti eam. 184.b
 65 Conuertit mare in aridam. 262.d
 67 Conuenerunt principes coniuncti in medio iuuecularum timpanistrorum. 207.a
 68 Laboraui clamans, rauca factæ sunt fauces meæ. 207.b
 70 Confitebor in uasis Psalmi. 217.d
 Cum exiret de terra Aegypti, linguam, quam non nouerat audiuit. 116.a
 72 Sicut adipe, & pinguedine repletur anima mea. 114.e
 75 Dormierunt somnum, & nihil inueniūt uiri diuitiarum in manibus suis. 113.b
 78 Deus uenerunt gentes in hereditatē tuam, polluerunt templum, &c. 237.b
 79 Incensa igni, & suffocosa ab increpatione uultus tui peribunt. 105.b
 82 Bene principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebea & Salmana. 229.e
 83 Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum. 323.g
 Ascensionēs in corde suo disposuit in ualle

- valle lachrymarum. 331.b
 89 Mane sicut herba transeat. 326.c
 90 A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris. 211.c. 282.f. 318.d
 Super aspidem, & basiliscum ambulabis. 283.b
 Angelis suis Deus mandauit de te, &c. 282.f
 101 Vigilanti, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. 195.e
 102 Renouabitur, vt aquila iuuentus tua. 99.g
 103 Tange montes, & fumigabunt, fulgura, conuersiones. 49.d
 Ortus est Sol, & congregati sunt. 116.f
 Qui facit angelus suos spiritus, &c. 209.b
 Hoc mare magnum, & spaciosum manibus, &c. 254.b
 Petra refugium bevinacis. 317.a
 104 Locusta, & bruceus comedit omnem fructum terrae eorum. 103.f
 Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem, vt lacret eis. 201.f
 106 Sedentes in tenebris, & umbra mortis. 243.g
 Omnem escam abominata est anima eorum. 268.a
 120 Per diem sol non vret te, neq; luna per noctem. 308.e
 126 Sicut sagitta in manu potentis, ita filij excusorum. 79.g
 132 Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam Aarō. 119.e. 146.f
 140 Dirigatur oratio mea, sicut incensum. 206.g
 141 Emitte manum tuam de alto, eripe me de aquis. 340.d
 142 Non intres in iudicium cum seruo

- tuo. 166.f
 147 Flauit spiritus eius, & fluent aquae. 183.f. 302.d
 Mittit cristallum suū sicut bucellas. 265.b

Ex libro Prouerborum.

- 4 **O** Mni custodia serua cor tuum. 75.b.
 Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & creuit vsque ad perfectam diem. 82.c
 5 Fauus distillans labia meretricis. 190.e
 6 Vade ad fornicam piger. 12.a
 9 Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem. 27.c
 17 Iustus prius est accusator sui. 91.a
 23 Cui uis uisus patri uis? cui rixae? cui fons? cui visio oculorum? nonne hos, qui commorantur in uino, & student calicibus epotandis? 106.c
 Eris sicut dormiens in medio mari. 185.b
 24 Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & eccetotum repleuerant urticae. 81.d. 172.b. 241.b. 280.g. 288.c.
 26 Sicut qui mittit lapidem in aceruū Mercurij. 247.d
 27 Sicut anis transmigras de domo sua. 278.c
 30 Tria sunt mihi difficilia, & quartū penitus ignoro. 238.b. 252.g

Ex libro Ecclesiastæ.

- 1 **O** Ritur sol, & occidit, & ad locū suum reuertitur, girans per meridiem. 77.c
 Omnia flumina intrant in mare, &

- non redundant. 175.c
 2 Dixi in corde meo vadam, & fruuar bonis. 105.b
 Feci hortos, & pomera, & conserui ea. 286.a
 4 Vnus est, & secundum non habet, nō patrem, non filium. 127.b. 228.e.
 Laudauit magis mortuos, quam uiuētes. 197.d
 5 Est alia infirmitus pessima, quam uidi sub sole diuitiæ congregatæ. 255.a
 12 Rumpatur funis argenteus. 199.d.
 Florebit amigdalus, dissipabitur capparitis impinguabitur locusta. 339.g

Ex libro Sapientiæ.

- 2 **V** Ino pretioso, & unguento nos impleamus. 104.d
 Venite fruamur bonis, q̄ sunt. 196.d
 Umbra transitus est tempus nostrū. 195.b. 326.d
 3 Qui confidunt in illum, intelligent ueritatem. 279.d
 In paucis vexati, in multis bene disponentur, quia dominus tentauit eos. 283.c
 5 Errauimus a uia ueritatis. 116.f
 Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis. 67.d. 104.b. 193.b
 6 Diligite lumen sapientiæ, qui preestis populis. 247.g
 Audite reges, & intelligite iudices finium terræ.
 Iudiciū durissimum bis, qui presunt fiet. 300.b
 Deduces eos in uia mirabili. 278.g
 Cum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu, &c. 346.c

In veste poderis, quam habebat erza orbis terrarum. 64.g. 127.g.

Ex Cantico Canticorum.

- 1 **I** N odorem unguentorum tuorū currimus. 48.a
 Equitatu meo in curribus Pharaonis asmilauit te amica mea. 51.c
 Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in uincis. 80.b. 126.e
 Nigra sum, sed formosa filia Ierusalem. 109.c
 Introduxit me rex in cellaria sua. 111.b
 Fragrantia unguentis optimis. 160.g. 303.c
 Indica mihi quē diligit anima mea, ubi pascat, ubi cubet in meridie. 328.b
 2 Donec aspiret dies, & inclinetur umbra. 30.b
 Imber abiit, & recessit flores apparuerunt in terra nostra. 31.d
 Sub umbra illius quem desiderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. 49.c. 339.f
 Surge amica mea, ueni in foraminibus petrae. 51.b
 Tempus putationis aduenit, nox turris audita est in terra. 94.b
 Capite uobis uulpes paruulas. 119.c. 316.e
 Si ignoras te o pulcherrima mulierū, egredere, & abi post uestigia gregum. 136.a
 Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. 144.b
 Ego flos campi. 159.e. 234.b
 Ascendit sicut uirgula fumi ex aromatis. 213.f
 3 Surgā, & circuibō ciuitatem. 44.b

Quæ est ista, quæ ascendit sicut virgula sumi ex aromatibus. 50.c
 Paululum cum pertransissem inueni quem diligit anima mea. 50.b
 Per uicos & plateas quæsiui dilectum, & non inueni. 280.d
 Ferculum fecit sibi Salomō delignis Libani. 171.f
 Ascensum purpureum media charitate constravit. 209.c
 4 Hortus conclusus, soror mea, sponsa mea. 19.g. 21.b
 Paululum cum pertransissem, inueni quem diligit anima mea. 40.b
 Vulnerasti me in vno crine colli tui. 211.b. 275.e. 333.a
 Candidi facti sunt Nazarei eius. 299.g
 Quam pulchra es amica mea, oculi tui columbarum. 317.c
 Surge aquilo, veni auster, persta hortum. 329.g
 Dilectus meus candidus, & rubicundus. 40.a
 5 Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est, & quæsiui, & non inueni. 41.c. 51.a.
 Comæ copitis eius, sicut elatæ palmarum. 75.b
 Ego dormio, & cor meum vigilat. 111.a.
 Veniat dilectus meus in hortum suum vt comedat fructus pomorum. 221.g
 Labia eius distillantia myrrham priam. 323.b
 Inuenerunt me custodes, qui circum-eunt ciuitatem, percusserunt me, vulnerauerunt me. 266.g.
 6 Quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa vt sol. 51.b. 331.g. 338.f
 Dilectus meus descēdit ad arteolam

aromatum. 115.a
 Descendi in hortum meum, vt uiderem poma conuallium. 276.f. 285.b
 Dentes tui sicut grex ouium. 332.a.
 7 Soror nostra paruula est, vbera nō habet. 20.a
 Veni dilecte, egrediamur in agrum, commoremur in villis. 49.b
 Videamus si floruerūt mala punica. 49.a
 Nasus tuus sicut turris. 144.g
 Duo vbera tua, sicut duo botri. 131.b
 Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt. 158.g. 220.a
 Venter tuus sicut aceruus lilij. 306.a
 8 Qui habitas in hortis amici auscultant te. 4.f
 Quæ est ista, quæ ascendit de deserto de licij affluens. 50.c
 Pone me ut signaculum super cor tuum. 52.g
 Sub arbore malo collocaui te. 63.b
 Ego murus, et vbera mea sicut turris. 121.b
 Assimilare capræ hinnuloque ceruorum. 279.a

Ex libro Ecclesiastici.

9 **C**um aliena muliere ne sedas oculo. no. 85.b
 10 Semen hoc ex honorabitur, quod præterit mandata domini. 310.b
 14 Nequæ est oculus inuidi, & auertens faciem suam. 175.d
 15 Cibauit illum pane vitæ, & intellectus. 133.b
 In medio ecclesie aperuit os eius, &c. 270.c
 20 Est qui redimat modico pretio. 70.b
 21 Labia imprudentum narrabunt stultitia

ta, verba autem prudentium statim ponderabuntur. 224.d
 24 Ego quasi fluuius dorix. 25.a
 Ego quasi terebinthus extendi ramos meos. 41.f
 Quasi cedrus exaltata sum in Libano, &c. 63.g
 31 Beatus diues qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit. 266.a
 Vigilia, & colera, & tortura viro in puncto. 153.b
 32 Gemmula carbunculi in ornamento auri. 38.b
 37 Cum operario annuali tracta de consumatione anni. 95.a
 39 Florete flores quasi lilium, & date odorem. 41.b. 145.g
 Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plantata. 118.e
 Vidi speciosam sicut columbam ascendentē de super riuos aquarum.
 40 Mors, sanz uis, cōtentio, & rumphea. 326.b
 43 Tripliciter sol exurens mōtes. 149.b
 Sol in meridiano exurit terram. 16.g
 Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. 223.d
 Vide arcum, & benedic, qui fecit illum. 296.g
 Sol refulgens radijs suis obæcat illos. 116.g
 46 Dedit Dominus ipsi Calib fortitudinem. 329.d

Ex libro Isaia Prophetæ.

1 **C**andelas meas odiuit anima mea. 65.e. 104.b. 172.e. 208.b
 Caupones tui miscent uinum tuum. 114.c
 Vulnus, & liuor, & plaga tumens nō

est circumligata. 167.b. 175.f. 190.g
 Omne caput languidum a planta pedis, vsque ad verticem non est in eo sanitas. 182.f
 2 Ingredere in petram, abscondere in fossa humo a facie timoris Domini. 316.b
 4 Creauit Deus splendorem ignis flammantis per noctem. 311.g
 Venite ascendamus ad montem Dei, & ad domum Dei Iacob. 298.a
 5 Vineam factam est dilectio in cornu olei, & edificauit turrim in medio eius. 39.a. 121.b. 346.b
 Exp. Et auit vt faceret uuas, & fecit labruscas. 179.d. 220.b
 Vineam non putabitur, neq; fodietur. 309.g
 Væ qui irabitis iniquitatem in funiculis. 251.g
 6 Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri. 4.a. 43.a.b. 217.a
 Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. 52.b. 218.b. 347.b.
 Volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius culculus. 43.g. 113.d
 Excæca cor populi huius, & aures aggraua. 221.e
 7 Sibilauit dominus muscæ, quæ in extremo fluminum Aegypti. 188.d
 Pete tibi signum a Domino Deo tuo, & in profundum inferni. 110.f
 8 Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis. 345.d
 11 Flos de radice eius ascendet. 60.d
 12 Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor, ut colūba. 91.d. 207.c
 13 Replebuntur domus eorum draconibus. 44.a. 229.f

Index locorum

- Ecce dies domini veniet crudelis, & indignationis plenus.** 197.e
- 17 Sicut avis fugiens, & sicut pulli de nido suo.** 45.b
- 18 Ite angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam.** 271.b
- 20 In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti, ciuitas Solis vocabitur vna.** 124.b
- 21 Custos quid de nocte.** 126.e
- 24 Clausa est domus nullo introeunte.** 73.c
Congregabuntur cōgregatione vnius facis in lacum. 232.g
- 26 Anima mea desiderauit te in nocte.** 111.a. 195.f
- 28 Vae coronæ super bigebrijs Ephraim.** 91.a
- 29 Erit nobis visio omnium, sicut visio libri signati.** 356.a
Audient in die illa surdi uerba libri. 345.f
- 32 Beati qui seminatis super aquas.** 269.b
- 35 Tunc saliet sicut ceruus claudus.** 207.e
In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami, & iunci. 110.d
- 38 Reuersus est sol decem lineis, & c.** 6.e
- 39 Ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri.** 124.f. 178.d
- 43 Dedi in deserto aquas, in inuio flumina.** 281.g
- 44 Effundam spiritum meum super sementuum.** 304.d
- 46 Vocans ab oriente auem.** 239.g
- 51 Ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum domini.** 163.g
Consolabitur Dominus Syon, & consolabitur omnes ruinas eius. 281.b
- 53 Ascendit sicut virgultum corameo, & sicut radix de terra sitiendi, & c.** 231.c
Reputauimus eum quasi leprosum. 169.b
Quomodo descendit imber, & nix de cæli, & illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terram. 112.e
Quare appenditis argentum vestrum non in panibus? 114.b
- 56 Adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos.** 207.e
Speculatores eius cæci omnes, canes muti, non valentes latrare. 268.d
- 59 Si abstuleris de medio tui cathenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest.** 286.a
- 60 Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris.** 51.b. 53.g
Aedificabunt filij peregrinorum murus. 126.c
- 62 Super muros tuos Hierusalem consilij tui custodem.** 125.b. 229.e
- 64 Si abluerit dominus sordes filiorum Sion in spiritu ardoris.** 92.g
- 66 Videbunt cadauera illorum, qui prauaricati sunt in me.** 106.d. 198.c

Ex libro Hieremiæ Prophetæ.

- 1 Virgam vigiliam ego video.** 22.b. 195.e
Nescio loqui, quia puer ego sum. 328.b
- 2 Me dereliquerunt fontem aquæ viue.** 120.e
- 3 Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris.** 250.g
Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc prostrata sis. 253.c
- 4 Leo ascendet de cubili suo, & prædogen-**

Sacræ Scripturæ.

gentium se leuabit. 331.g

Cap. 6.

Vae vobis, quia declinavit dies, quia longiores factæ sunt umbra vesperi. 195.b. 326.e

Cap. 7.

State super vias vestras, & interrogate de semitis antiquis. 94.f

Cap. 8.

Transit messis, finita est aestas. 196.b

Cap. 14.

Confusi sunt agricolæ. 312.b

Cap. 18.

Figulus faciebat opus super rotam: & dissipatum est vas, quod ipse faciebat, & conuersus fecit vas alterum. 22.g

Cap. 23.

In prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterij. 113.f

Verba mea quasi ignis, & quasi mallens conterens petras. 267.g

Cap. 3.

Aedificabitur ciuitas in excelso. 125.f

Cap. 31.

Vox in excelso audita est lamentationis, luctus, & fletus, & c. 238.b

Erit dies, in qua clamabunt custodes Samariæ. 271.b

Venient, & laudabunt in montem Syon super frumento, vino, & c. 286.d

Cap. 41.

Habemus thesaurum in agro, frumentum, hordei, & mellis. 288.b. 341.e. 111.h. 145.b

Venerunt viri de Sichem, & de Si-

lo, & de Samaria octoginta viri, rasi barba, & scissis vestibus, & c. 103.a

Cap. 44.

Fertilis fuit Moab in adolescentia sua, requieuit in fetibus suis. 77.f

Cap. 49.

Quasi aquila ascendet, & volabit. 48.f. 331.e
Clamate, accingite vos cilicijs. 210.d

Cap. 51.

Sedechias positus est in carcere usque ad diem mortis suæ. 250.f

Ex libro Trenorum.

Cap. 1.

DE excelso misit ignem in ossibus meis. 305.b

Cap. 2.

Consurge in nocte in principio vigiliarum. 90.g

Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. 47.a

Cap. 3.

Sedebit solitarius, & tacebit. 243.d
Filij Syon incliti, amicti, auro primo. 379.f

Cap. 4.

Cædidi facti sunt Nazarei eius, & c. 299.f

Lamiæ lactauerunt catulos suos. 67.

EX 6

Ex libro Baruch Prophetæ.

Cap. 2.

STellæ dederunt lumen in custodijs suis, vocatæ sunt, & dixerunt adsumus. 224.a

Cap. 3.

Ibi fuerunt gigantes nominati, qui ab initio fuerunt statuta magna. 8.a. 227.b. 335.b

Disce ubi sit prudentia, ubi sit lumen oculorum. 116.a. 225.a

Filij Agar exquisierunt sapientiam, & prudentiam, quæ de terra est. 116.b. 225.f

Coinquinatus es cum mortuis. 193.a

Ubi sunt principes gentium, qui in anibus cæli ludunt, &c. 196.b. 325.d

Quid est Israel, quod in terra inimico non es, inueterasti in terra aliena? 258.b. 315.b

Ex libro Ezechielis Prophetæ.

Cap. 1.

Similitudo animalium, et aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardentium. 16.c. 40.b. 305.b

A lumbis hominis usque deorsum uidi, quasi speciem ignis splendens in circuitu. 19.b. 120.f

Spiritus vitæ erat in rotis. 82.f

Ubi erat spiritus illuc gradiebatur,

nec reuertebantur. 91.f. 220.c.

278.a. 302.d

Ecce manus missa ad me, in qua erat liber inuolutus. 131.b. 271.b

Cap. 2.

Expandit librum coram me, qui erat scriptus intus, & foris. 345.e

Scriptæ erant in libro lamentationes, carmen, & v. 308.f

Cap. 7.

Aquæ redeuntes a latere dextro. 35.b. 62.b

Cap. 8.

Vidit homines tenentes faciem ad orientem, & dorsa ad altare. 103.g

Cap. 9.

Signa tau super frontes virorum gentium, & dolentium. 42.g. 58.d. 64.c. 167.e

Apparuit i Cherubin similitudo manus. 327.b

Cap. 10.

Imple manum tuam prunis ignitis. 111.f

Manus domini tetigit me, & erexit me. 146.d. 340.e

Sonitus alarum Cherubin audiebatur. 50.g

Cap. 13.

Non ascendisti ex aduerso, nec opposuisti te murum pro domo domini. 126.c. 214.b

Cap. 16.

Hæc fuit iniquitas Sodomæ, saturitas, & abundantia panis. 154.g. 190.d. 243.a

Ornata es auro, argento, & vestita es bisso. 334.b

Cap. 17.

In terram bonam super aquas multas plantaisti eam. 13.b

Aquila

Aquila grandis magnarum alarum.

171.e

Sumam ego de medulla cedri. 346.a

Cap. 19.

Leo factus est, & didicit capere prædam, hominesque comedere.

245.b

Cap. 21.

Tabescet omne cor, & dissoluetur manus. 253.f

Cap. 22.

Questui ex eis virum, qui interponeret se sepem pro domo Domini.

215.a

Cap. 24.

Fili hominis ostende domini carmen, & v. 51.g

Carnes eorum, ut carnes asinorum. 69.f

Cap. 31.

Cedri fuerunt altiores eo. 19.g

Cap. 34.

Væ pastoribus Ierusalem, &c. 237.c. 352.c

Cap. 36.

Effundam super uos aquam mundam. 146.a

Cap. 40.

Octo gradibus ascendebatur ad templum. 141.b. 203.a. 222.d. 329.c. 335.g

Cap. 41.

Cælatura erat in ipsis ostijs templi, cherubin, & sculpitilia palmarum. 16.c. 40.b. 305.b

Cap. 44.

Porta hæc non aperietur, sed claudetur in æternum. 272.c

Fili hominis ostende carmen, &c. 51.g

Cap. 46.

Porta non claudetur usque ad vesperam. 194.a

Cum fecerint principes spontaneum sacrificium, & holocaustum.

110.b

Cap. 47.

Vir qui habebat funiculum lineum metiebatur longitudinem, latitudinem templi. 2.f. 17.a. 53.b

Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro. 36.d. 146.b

Pendula erunt fructus eius in cibum, & folia ad medicinam. 239.d

Ex libro Danielis Prophetæ.

Cap. 1.

Pueris dedit Iesus sapientiam, & intelligentiam. 1.b. 160.c.

179.e

Cap. 2.

Daniel ingressus reuelauit regi mysteria. 76.f

Vidi statuam eius caput aureum, petus de argento, &c. 97.b. 165.a.

176.e. 228.b. 260.a

Abscissus est lapis de monte sine manibus. 347.b

Cap. 3.

Fecit statuam auream, & statuit eam in campo Dura. 12.c

Fornax succensa erat, naphtha, pice, &c. 185.c. 301.a. 319.e

Succidite arborem, & ramos eius. 177.a

Omnes conueniant ad adorandam statuam auream, quam dedicauit Nabuchodonosor. 235.d

Angelus Domini descendit de fornace, & excussit flammam.

311.f

Cap.

Index locorum

Cap. 4.

Videbam, & ecce arbor in medio terra, altitudo eius nimia. 20. g. 63. b. 81. b. 142. g.

Visio capitis mei in cubili meo. 55. g. 282. g.

Leuavi oculos meos ad caelum, & sensus, & figura restituta sunt mihi. 59. b. 164. f. 291. a.

Cum feris erit habitatio tua donec septem tempora mutantur. 87. b.

Ego Nabuchodonosor eram flens in domo mea. 307. f.

Cap. 7.

Fluvius igneus, rapidusque egrediebatur a facie eius. 1. c. 304. e.

Deos aureos, & argenteos, & aereos, qui non vident, nec sentiunt laudant. 90. e.

Iudicium sedit, & libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui ex his, quae scripta erant in libris. 166. f.

Tres ordines gentium erant in ore beati. 175. f. 299. a.

Quatuor venti erant in medio mari. 203. g. 319. b.

Cap. 9.

In templo erat abominatio desolationis. 220. g.

Cap. 10.

Angelus quem vidi habebat corpus quasi Crysoliti. 47. c.

Ecce manus domini tetigit me. 313. e.

Cap. 11.

Hauerunt iuge sacrificium. 139. d.

Polluerunt sanctuarium fortitudinis. 240. d.

Cap. 13.

Melius est mihi incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei. 321. g.

Ex libro Osee Prophetæ.

Cap. 6.

Viuificabit nos post duos dies. 91. g.

Ciuitas operantium idolum. 323. c.

Cap. 14.

Ero quasi ros Israel, quasi lilius germinabit. 33. d.

Ex lib. Ioelis Prophetæ.

Cap. 1.

Residuum erucæ comedit locusta, &c. 108. b. 138. e. 320. a.

Cap. 2.

Sol conuertetur in tenebras. 262. c.

Dabo signa in terra deorsum sanguinem, & ignem. 304. a.

Ex lib. Amos Prophetæ.

Cap. 2.

Spertribus sceleribus Moab, &c. 259. b.

Cap. 6.

Dormitis in lectis eburneis. 109. e.

Va qui opulenti estis in Syon. 197. b.

Ex lib. Ionæ Prophetæ.

Cap. 2.

Orauit Ionas ad Dominum de ventre piscis. 251. d.

Cap. 3.

Ahuc quadraginta dies & Ninive subuertetur. 205. b.

Sacræ Scripturæ.

Cap. 4.

Vidi, & ecce candelabrum aureum totum. 158. b.

Cap. 4.

Percussit sol super caput Ionæ. 116. e. 312. g.

Vermis corrodit bederam. 174. f.

Cap. 8.

Ieiunium quarti, quinti, septimi, decimi erit in solemnitates præclaras. 162. g.

Cap. 14.

Reuertetur omnis terra usque ad desertum de colle Remon. 32. a.

Ex libro Malachiæ Prophetæ.

Cap. 3.

Quis stabit ad videndum eum? ipse colabit, conflagrat, purgabit, mundabit. 168. b.

Ex libro primo Machabæorum.

Cap. 2.

Homines, & iumenta, boues, & pecora non gustent. 261. f.

Porte aperta sunt. 125. e. 174. g.

Templum ad solum dirutum est. 296. g.

Cap. 3.

Custodes tui quasi locustæ. 116. g. 126. b. 239. a.

Ex libro Sophoniæ Prophetæ.

Cap. 1.

Dies illa dies iræ, et calamitatis. 168. e.

Ex libro Zachariæ Prophetæ.

Cap. 1.

His sunt, quos misit Dominus, ut perambularent terram. 268. b.

Omnis, qui zelum habet legis exeat post me. 69. d.

Nunc ergo o filii emulatores estote legis, & date animas vestras pro testimonio patrum. 297. a. 314. b.

Cap. 6.

Refulsit sol in clipeos aureos. 16. c. 116. e.

Index locorum

- 8 Committunt Romani per singulos an-
nos magistratum vni. 332. b
10 Ierusalem sancta, & libera cum fi-
nibus suis. 75. d. 336. e

Ex libro secundo Ma- chabæorum.

- 1 **A**cceperunt ignem de altari, &
absconderunt. 112. b
4 Ambiebat Iason summum sacerdo-
tium. 6. a
Menelaus quedam vasa aurea fura-
tur. 333. d
5 Non propter locū dominus elegit gen-
tem, sed propter gentem locum.
279. f
7 Templum luxuria, & commessationi-
bus erat plenum. 74. c
8 Dato signo adiutorij cōmiserunt bel-
lum. 22. f
14 Ranæ qui continentie propositum
multis tenuit. 324. f
15 Suspenderunt caput Nicanoris.
317. e

Ex Euangelio secun- dum Matth.

- 1 **N**oli timere accipere Mariā con-
iugem tuam. 294. a
2 Murmurabant dicētes pares illos no-
bis fecisti, qui portauimus pōdus
diei, & astus. 175. d
Stella quam viderant in oriente an-
tecedebat. 143. b. 333. a
3 Genimina viperarū quis demonstrabit
vobis fugere a nētura ira. 117. d
Cuius ventilabrū in manu sua. 165.
g. 309. f
Obtulerunt ei aurum, thus, & myr-
rham. 275. g
Erat Iōānes in deserto. 291. e. 293. b

- 4 Si filius Dei es, dic, vt & c. 117. f
118. d. 318. d
5 Beati mūdo corde, quoniam ipsi Deū
videbunt. 54. a
Si offers munus tuum ad altare, &
ibi recordatus, & c. 222. e
Beati pauperes spiritu, quoniam ipso-
rum est regnum cælorum. 265. b
Relictis retibus suis, secuti sunt Do-
minus. 267. f
6 Cum oratis nolite fieri sicut hypocri-
tæ. 177. g
Considerate lilia agri quomodo cre-
scunt. 113. a. 291. b
Occurrit Iesu homo in immundo, qui
domicilium, & c. 154. b
Si dimiseritis hominibus peccata eo-
rum. 222. e
Nō licet tibi habere uxorem fratris
tui. 238. f
7 Descendit pluuia, venerunt flumina,
flauerunt venti, & irruerunt in do-
mum illam, et cecidit. 66. f. 172. g
Arbor bona, bonos fructus facit. 75.
d. 81. b
8 Simul exhortæ spinæ suffocauerūt il-
lud. 9. d
Extendens Iesus manum tetigit eū,
dicens: volo mūdare. 16. d. 330. b
Si eicis nos hinc, mitte nos in porcos.
154. d.
Grex porcorum impetu magno praci-
pitatus est in mari. 186. b
Domine salua nos perimus. 340. f
9 Vidit hominem sedentem in theloneo
Matthæum nomine, & ait sequere
me. 9. a
Surge tolle grabatum tuum & uade.
88. b
Dicit paralitico, confide remittun-
tur tibi peccata tua. 63. f
Filia mea modo defuncta est, veni im-
pone manum super eam. 94. c

Semen

Sacræ Scripturæ.

- Semen est verbum Dei. 147. b
Allidebat eū, & spumare faciebat.
221. b. 318. c
10 Proiecto vestimento cæcus exiliens
venit ad Iesum. 70. a
Estote prudentes sicut serpentes, & c.
88. e. 158. f. 278. a
12 Cum immundus spiritus exierit ab
homine. 103. c. 154. d.
Dæmoniachus erat surdus, & mutus.
179. b
In Beelzebub principe demoniorū.
& c. 255. d.
Discipuli vellebant spicas. 267. e
13 Inuenta vna preciosa margarita.
42. e
Simile est regnum cælorū saginæ mis-
sæ in mari. 34. b
Simile est regnum cælorum grano si-
napis. 42. f
Simile est regnum cælorum thesauro
abscondito in agro. 35. f. 61. e
Simile est regnum cælorum homini,
qui seminavit semen bonum in a-
gro suo, & inimicus homo superse-
minavit zizaniam. 123. a
Granū sinapis minimum est omni-
bus seminibus. 156. d
Vos estis lux mundi. 288. d
14 Misereor super turbam, quia ecce iā
triduo sustinet me. 136. b
Saltauit filia Herodiadis, & placuit
regi. 79. e. 105. d
Cum cæpisset mergi clamauit, domi-
ne saluum me fac. 319. g. 333. e
Modicæ faci quare dubitasti. 318. b
15 Mulier Cananea a finibus Tiri egres-
sa. 91. c. 95. a. 256. g
17 Exiit dæmonū a puero lunatico. 9. g
Assumpsit Iesus Petrū, Iacobum, &
Ioan. & c. 33. b. 45. f. 47. e. 219. c.
288. d. 294. f. 344. e.
Bonus est nos hic esse. 294. a
18 Serue nequam omne debitum dimisi-
tibi, nonne ergo & te oportuit mi-
sereri, & cæc. 15. a. 99. b. 178. b.
223. a
Simile est regnū cælorum homini re-
gi qui voluit ponere rationem cū
seruis suis. 72. b. 164. f
Quousque dimittam ei? vsq; septies?
non dico tibi vsq; septies, sed vsq;
septuagies. 100. c
Redde quod debes. 165. e
Vbi duo vel tres cōgregati fuerint in
nomine meo. 211. b
19 Ecce nos reliquimus omnia, & secu-
ti sumus te, quid ergo erit nobis.
269. b
Si vis perfectus esse, vade, & vende
omnia quæ habes. 68. b
Omnis qui reliquerit domum, vel fra-
tres, vel parentes. 272. g
20 Quid hic statis tota die ociosi? 13. b.
Misit operarios in vineam suam. 84.
f. 173. g
Cæcus quidam sedebat secus viā men-
dicans. 94. g. 250. b
Voca operarios, & redde illis merce-
dem. 221. b
21 Maledixit ficulnæ, in qua non inue-
nit fructum, sed tantum folia, &
ait nunquam ex te fructus nasce-
tur. 12. b. 285. c
Ite in castellum quod contra vos est,
& inuenietis asinam. 88. d. 145.
e. 262. b
22 Diliges Dominum Deum tuum ex
toto corde tuo. 14. f. 40. a
Amice quomodo huc intrasti nō ha-
bens vestem nuptialem. 34. b
Ecce prandium meū parauit. 259. a
Introduc pauperes debiles, cæcos, &
claudos. 32. a
23 Qui autem iurauerit in auro templi.
10. e

Index locorum

Va vobis, qui similes estis sepulchris
de albat. 287.e

24 Si sciret paterfamilias qua hora fur
veniret, & c. 193.g. 195.b

Fidelis servus, & prudens, quem con-
stituit Dominus, & c. 236.d

25 Homo quidam peregrinatus proficiscens, no-
cavit servos suos, & tradidit illis
bona sua, vni dedit quinque talen-
ta. 28.a.e. 169.e

Venit sponsus, & quae paratae erant
intrauerunt cum eo ad nuptias. 30.a

83.a.84.b. 109.d. 138.b. 160.g

Quod vni ex minimis meis fecistis,
mibi fecistis. 128.b

Cum venerit filius hominis in sede ma-
iestatis suae. 168.b

26 Accipiens Iesus panem, gratias a-
gens benedixit. 27.g

Ceperunt conspuere in Iesum, & ve-
lare faciem. 234.b

29 Iesus voce magna clamans, emisit
spiritum, & velum templi scissum est in
duas partes. 78.c. 266.f

28 Erat autem aspectus eius sicut ful-
gur. 4.b. 162.b. 231.a

Ex Euangelio secundum Marcum.

2 *S*urge, tolle grabatum tuum, & ua-
de in domum tuam. 249.d. 261.f

5 Cum tetigisset mulier Iesum, confestim
sicatus est fons sanguinis eius. 59.g.
185.g. 316.f

Iesus tenens manum puellae, ait, Ta-
bita surge. 87.c. 144.b

6 Non licet tibi habere uxorem fratris
tui. 238.f

7 Solutum est vinculum linguae eius. 96.c
Expuens Iesus tetigit linguam eius.
102.d

8 Allidebat eum, et spumare faciebat.
291.b. 318.c

Demon discerpens demoniacum. 255.d

14 Adulescens relictus sine quo nudus pro-
fugit. 68.g. 279.c

16 In nomine meo demonia eijcient, lin-
guis loquentur novis, serpentes tol-
lent. 97.g. 211.e. 267.d

Ex Euangelio secundum Lucam.

1 *C*oncipies, & paries filium, &
vocabis nomen eius Iesum.
20.e

Suscepit Israel puerum suum, recor-
datus misericordiae suae. 201.b

Serviamus illi in sanctitate, & iusti-
tia coram ipso, & c. 85.a. 221.g

2 Post triduum inuenerunt Iesum parē-
tes eius in templo. 94.b. 98.g

Postquam impleti sunt dies purgatio-
nis Mariae. 194.g

Pastores erant in regione eadem, vi-
gilantes, & custodiētes, & c. 195.e.
316.f

3 Descendit spiritus sanctus corporali
specie, sicut columba. 303.g

5 Relictis retibus suis secuti sunt Do-
minum. 67.b. 265.f

7 Ibat Iesus in ciuitatem, quae uoca-
tur Naim, & suscitauit filium ui-
duae. 94.d. 166.c. 180.d

Maria lacrymis rigauit pedes Do-
mini, & c. 129.b

Oleo caput meum non unxiisti. 174.b.

Exiit qui seminat seminare semē suū.
268.f. b. 282.g

10 Homo quidam descēdebat ab Ierusalē
in Ierico, 94.a. 143.c. 187.b. 291

Dimitte mortuos sepe ire mortuos
suos. 296.f

11 Cum eiecisset demonium, locutus est
mutus. 95.d. 255.d

Amice accomoda mihi tres panes.
137.b

Sacrae Scripturae.

12 Anima mea multa bona habes in au-
nos plurimos. 11.a. 67.c. 101.c
199.g.

Si sciret paterfamilias qua hora fur
veniret, vigilaret. 195.c. 197.d
263.b

Sint lumbi vestri praecincti, & lucer-
nae ardentes. & c. 220.d. 322.a

Quis patas est fidelis servus, & pru-
dēs quē constituit dominus. 224.g

13 Hanc autem Abraham filiam alliga-
uit Satanis, nec poterat sursum re-
spicere. 10.c. 11.a

De ficulnea succide cā, ut quid terrā
occuparet. 12.b. 128.b. 170.b. 221.f

Mulier quae habebat spiritum infir-
mitatis annis decē, & octo inclina-
ta erat, nec poterat sursum respice-
re. 65.d. 188.c

Cum introuerit paterfamilias, & clau-
serit ostium. 163.f. 194.a

14 Inga bouum emi; villam emi; uxore
dixi. 7.c. 29.e. 135.d

Homo quidam fecit cenam magnam,
& uocauit multos. 29.e. 256.c

Introduc debiles, claudos, & caecos.
31.g

Nullus eorum qui vocati sunt, gu-
stabunt cenam meam. 116.e

15 Quae mulier habēs decem dragmas,
& c. Et homo habens decem oues,
etc. 4.e. 32.d. 128.a. 200.g. 250.c

Historiam de filio prodigo vide 60.a
87.c. 107.b. 123.c. 146.d. 175.g
181.b

De diuite qui epulabatur quotidie.
67.g. 70.g. 192.b. 231.g. 311.d.

16 Facite vobis amicos de mammona
iniquitatis. 129.b. 141.f

17 Si habueritis si dem ut granum sina-
pis. 118.g.

Uxores ducebant, & dabant nuptui.
31.g. 104.a. 154.a

18 Et qui praebant, & qui sequebantur
increpabant eum ut taceret, ipse
vero multo magis clamabat, & c.
91.d. 100.a. 209.b

De Publicano & Pharisaeo. 98.b
102.b. 197.a

19 Cepit Iesus eijcere de templo emētes,
& redētes. 7.f. 8.b. 127.b. 237.b

Domus mea domus orationis est, & c.
187.b. 237.b

Vidēs ciuitatem fleuit super illā. 8.a

Zachus nō poterat videre Iesum pra-
turba, quia statura pusillus erat,
& c. 46.f. 51.e. 61.g. 71.b. 89.b.
200.g. 297.b

21 Erūt signa in sole, & luna, & stellis.
34.b. 126.b

22 Facta est contentio inter eos quis eq-
rum videretur esse maior. 80.b

Amputauit auriculam serui. 248.b

Surgite & orate, ut non intretis in-
tentationem. 282.c

24 Dederunt Christo partem piscis af-
si, & fauum mellis. 59.b

De duobus euntibus in Emaus. 56.b
109.a. 118.d. 142.e. 340.e

Sedete in ciuitate donec induamini
virtute ex alto. 290.d

Stetit Christus in medio discipulorū,
& c. 327.g

Ex Euangelio secundum Ioannem.

2 *N*uptiae factae sunt in Cana Gali-
lae. 55.a. 83.a. 296.b

Erat quidam regulus, cuius filius in-
firmabatur. 100.f

De Muliere Samaritana. 8.g. 118.a
265.b

Angelus domini descēdebat in pisci-
nam, & c. 4.d. 36.b. 58.b. 125.b
c 3 Ecce

- Ecce sanus factus es noli peccare, ne deterius tibi contingat. 101.a
- 6 Est puer hic, qui habet quinque panes hordeaceos. 122.e. 264.a
- 7 Vnum opus feci, & omnes moriamini. 27.d
- Circumcisionem accipit homo in sabato, vt non soluatur lex Moysi. 152.b
- Flumina de ventre eius fluent, &c. 304.b
- 8 Tulerunt lapides, vt iacerent in eum. 78.c
- 9 Lutum fecit Iesus, & liniuit oculos cæci nati. 101.c
- Operari oportet dum dies est. 220.d.
- 10 Ego sum pastor bonus. 237.b
- Ego sum ostium, per me si quis introierit, &c. 39.a
- 11 De Lazaro sepulto fetido. 85.c. 97.e
- 12 Si quis mihi ministraverit honorificabit eum pater meus. 301.d
- Qui mihi ministrat, me sequatur, etc. 201.d
- 13 Si non lauero te non habebis partem mecum, &c. 92.b
- 14 Si diligeritis me, gauderetis vtique, &c. 284.b
- 15 Posui vos, vt eatis, et fructum afferatis. 239.c
- 16 Ille spiritus veritatis docebit nos omnem veritatem. 304.b
- Arguet mundum de peccato, & de iniquitate, & de iudicio. 2.d.
- 19 Iesus crucifixus est in medio duorum latronum. 3.a
- Stabat iuxta crucem Iesu mater eius, &c. 21.g
- Erat tunica incōsutilis desuper cōtexta per totum. 43.e. 64.g. 123.b. 174.a
- Sitio. 58.d
- Cōtinuo exiuit sanguis, et aqua. 21.b

- Vnus militum lancea. latus eius aperuit. 60.b. 61.f
- Non diuidamus eam, sed sortiamur. 78.b
- Obtulerunt ei vinū myrrhatum, &c. 194.b. 262.d
- 21 Pisce oues meas. 236.g. 241.d
- Domine hic autem quid? &c. 191.b. 219.d. 294.g
- Maria stabat ad monumentum foris plorans. 55.e
- Mitte digitū tuū in latus meū. 59.e

Ex lib. Actuum Apostolorum.

- 1 Homines erāt perseverantes in oratione cū mulieribus, & Maria matre Iesu. 207.e
- Dum compleverunt dies pentecostes, &c. 113.d
- 2 Factus est repente sonus, &c. 305.f
- Loquebantur varijs linguis. Apostoli. 267.b. 302.f
- 3 Quidā vir erat claudus ex utero matris suæ. 117.h. 268.g
- 4 Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. 301.f
- 7 Dura cervice, & incircumcisi corde &c. 219.a
- 8 O plene omni fallacia, & omni dolo, 278.g
- 9 Surgens Paulus de terra, apertis oculis nihil videbat. 8.e. 274.g
- Ingredere civitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. 174.a
- Dixit Ananias Paulo: Dominus Iesus misit me ad te ut uideas. 218.g.
- Oratio fiebat ab ecclesia ad Deum pro eo. 208.a
- Petrus servabatur in carcere, &c. 38.b. 67.c. 87.f. 91. h. 101.e. 145.g. 208.b. 241.c. 311.a

Ex

Ex Epistola D. Pauli ad Romanos

- 1 Dicens se esse sapiētes, stulti facti sunt. 224.e
- 2 Qui alium doces, teipsum non doces. 268.e
- 12 Sicut in vno corpore multa membra habemus. 284.b
- 13 Cui tributum, tributum: cui uectigal uectigal. 153.e

Ex Epistola prima ad Corinthios.

- 1 Christus factus est pro nobis sapientia, iustificatio, redēptio. 315.b
- Gloria nostra hæc est, testimoniū cōscientiæ nostræ. 156.a
- 5 Epulemur non in fermento veteri. 117.e
- 10 Qui stat videat ne cadat. 165.c. 309.e. 225.f
- 11 Si nos ipsos indicaremus, non vtique indicaremur. 167.a. 198.d
- Iudicium sibi manducat, & bibit, nō dijudicans, &c. 134.a
- Probet seipsum homo, &c. 134.a. 135.c
- 13 Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, &c. 220.d
- 14 Plus volo loqui quinque verba, quā decem milia uerborum. 247.a.

Ex Epistola secunda ad Corinthios.

- 6 In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros. 287.f. 300.b
- Nemini dantes ullam offensionē, etc. 300.b

Ex Epistola ad Galat.

- 6 Mibi autē absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. 293.b
- Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi, &c. 80.f

Ex Epistola ad Colossenses.

- 3 In psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus. 217.b

Ex Epistola ad Philipenses.

- 2 Hoc semite in vobis, quod est in Christo Iesu. 59.d

Ex Epistola ad Ephesios.

- 3 Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo, &c. 64.b. 33.f
- 4 Vna fides, vñū baptisma, &c. 332.e
- Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. 274.b.
- 5 Fructus lucis est in omni bonitate, in simplicitate, & veritate. 239.d
- Non est vobis colluctatio aduersus carnem, &c. 167.e

Ex Epistola prima ad Timotheum.

- 2 In magna domo sunt uasa aurea, argentea, &c. 220.d
- Docere mulieres non permitto. 881.e
- 4 Tu vero uigila, in omnibus labora

ra, & c. 237. f. 248. b
 5 Qui bene præsumunt presbyteri duplici honore digni sunt. 247. b

Ex Epistola secunda ad Timothæum.

4 Argue, obsecra, increpa, in omni patientia. 237. f. 247. b

Ex epistola prima ad Titum.

2 Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus. 148. b

Ex epistola ad Hebræos.

4 Verbum est sermo Dei, & efficax, et penetrabile. 268. b

9 In arca erant virga, tabule, & vna. 83. a. 334. g.
 Erat arca ex omni parte circumdata auro. 114. b

13 Charitas fraternitatis in nobis maneat. 330. a

Ex epistola prima Petri Apostoli.

1 Exultatis, modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus. 70. c
 Adolecentes subditi estote senioribus. 181. b

2 Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos. 152. e

4 Estote prudentes, & vigilate in orationibus. 215. d. 298. b

Ex epistola secunda Petri Apostoli.

1 Vos autem fratres ministrare in fide. 301. d

Ex epistola prima Ioan. Apostoli.

5 Tres sunt, qui testimonium dant in terra. 60. b. 350. b. 290. d.
 Tres sunt qui testimonium dant in celo. 290. d

Ex Epistola Iacobi Apostoli.

1 Beatus uir qui suffert tentationem. 126. b

2 Abraham ex operibus iustificatus est. 191. f

3 Sapientia huius mundi est animalis, diabolica. 225. b. 226. f

5 Gloriatur frater humilis in exaltatione sua. 277. g

Ex Epistola Iudæ Apostoli.

Vae illis, qui in uia Cain abierunt. 255. a

Ex libro Apocalypsis B. Ioan. Apostoli.

1 Vidi in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, uestitum podere, & præcinctum Zona aurea ad mamillas eius, caput & capilli eius candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. 2. f. 75. c. 128. c. 173. b. 334. c. 345. g

2 Balaam docebat mittere scandalum, edere, & fornicari. 117. e. 153. f. 188. c.

Gladius ex utraque parte acutus. 170. a

3 Qui uicerit scribam super eum nomen Dei mei, & c. 35. g
 Collirio inunge oculos tuos, ut uideas. 55. e. 110. d. 215. d

Tu dicis quia diues es, & nescis quia tu es miser, nudus, pauper, cæcus. 71. a. 167. c. 251. b

Eccce sto ad ostium, & pulso. 99. f
 Esto vigilans, & confirma cetera, que moritura erant. 130. b. 230. d
 Vincenti dabo edere de ligno uitæ. 137. d

Per opera tua, quia modicam habes virtutem. 156. e

Si non uigilaueris, veniam ad te sicut fur. 163. d. 195. c. 197. d

Nomen habes quod uiuas, & mortuus es. 221. b. 279. e

Quia calidus esses, aut frigidus, sed quia tepidus, & c. 244. b. 268. e

4 Sedes posita erat, & Iris in circuitu eius; 24. d. 243. a. 321. f

Et tres procedebant ante thronum, mittentes coronas suas. 28. e. 217. e

5 Vidi in dextera sedentis librum signatum sigillis septem, & nemo poterat soluere illa, etc. 62. b. 124. b. 170. g. 232. b

6 Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus. 59. g. 127. a. 228. g
 Vidi & ecce equus albus, & qui se-
 Ludebat super illum. 63. e. 243. b
 Na tota facta est sicut sanguis. 127. c. 173. g

Vidi & ecce equus pallidus, & qui sedebat super illum nomen illi mors. 259. b. 329. g

Stelle ceciderunt de celo super terram, sicut ficus emittit gressos suos. 290. e. 320. c

7 Audiuimus numerum signatorum centum quadraginta quattuor milia. 33. d

Agnus qui in medio throni est, reget eos, & ducet eos ad uitæ fontes aquarum. 34. a

Vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei uiui. 58. e. 334. e

Isti sunt qui uenerunt de magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. 59. f

Stelle ceciderunt de celo super terram. 127. d

Hi qui amici sunt stolis albis, qui sunt, & unde uenerunt ex magna tribulatione, & c. 323. a

8 Cecidit stella magna ardens ut facula. 5. g. 121. e

Stetit angelus iuxta aram templi habens, & c. 42. b. 48. a. 241. g

Tertia pars solis percussa est. 127. d

Vae uestris habitantibus in terra. 163. c. 265. e

Misit Angelus in terram grandinem, ignem, et sanguinem. 235. a. 248. e

Audiuimus uocem unius aquilæ uolantis per medium celum. 269. b

9 Datum est locustis, ut non occiderent eos, sed cruciarent mensibus quinque. 97. g. 196. e. 232. a

Ascendit fumus putei sicut fornacis. 55. f

10 Facies eius sicut Sol, & pedes eius similes auricalco. 44. g. 132. c

Liber inuolutus factus est in ore dulcis tanquam mel. 59. b

Vade, & accipe librum de manu Angeli. 262. e

Index locorum Sacre Scripture.

- Vidi Angelum fortem descendentem de celo, amictum nube. 341.e
- 11 Datus est mihi calamus similis virgæ. 25 f. 64.e. 164.d
- Visa est arca testamenti eius in templo. 171.a
- 12 Ostendit mihi fluium aquæ viuæ, procedentem de sede Dei & Agni. 35.d. 147.f. 303.e
- Datæ sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, vt volaret in locum suum. 45.b. 66.g. 171.d. 296.a
- Cauda draconis traxit tertiam partem stellarum. 7.e. 228.b
- Signum magnum apparuit in celo. 171.b
- Væ terræ & mari, quia diabolus descendit ad vos. 55.f
- Visum est aliud signum in celo, draco magnus, & rufus. 55.b
- 14 Vidi nubem candidam, & super nubem sedentem. 27.c. 345.a
- Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quattuor millia, &c. 34.g. 205.b. 287.e
- Misit Angelus falcem suam, & vindemiauit. 55.b
- Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius. 196.f
- Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. 323.a
- 15 Exierunt de templo Angeli habentes plagas. 174.f
- 16 De ore bestie exiibant tres spiritus in modum ranarum. 16.a. 258.e
- 17 Septem Angeli habebant septem phialas plenas ira Dei. 257.b
- 18 Væ meretrici magnæ quæ sedet super aquas multas. 85.b
- Vna die venient plagæ eius mors, & sterilitas. 221.a
- Terra illuminata est à gloria eius. 345.b
- 19 Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. 35.f
- Vidi Angelum stantem in Sole, & clamantem. 163.b
- 20 Iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera. 85.a. 168.b. 199.a
- Saluabitur omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro vitæ. 164.g
- Missus est in stagnum ignis & sulphuris. 232.b
- 21 Ostendam tibi sponsam uxorem agni. 17.e
- Ipsa ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. 26.e. 35.g. 125.c
- Ciuitas illa non eget sole, neque luna quoniam lucernæ eius est agnus. 35.d
- Quatuor portæ ciuitatis. 138.c
- Fundamenta ciuitatis ex omni lapide precioso. 143.a. 308.g
- Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. 125.b
- 22 Vidi thronum magnum & candidum. 26.b
- Ego sum radix & genus David, stella splendida, & matutina. 333.a

INDEX RERVM,
ET VERBORVM,
QVÆ IN HOC OPERE
CONTINENTVR.



ABSTINENTIAE
exempla Sæctorum. 2.c.3.b

Abstinentiæ effectus. ibid. 3.a. 221.b

Abstinentiæ modus, & regula. 2.d. 107.f. 161.f

Abstinencia figurata in veteri testamento. ibid. 3.a. 274.h

Abstinencia nos præparat, & conducit ad gloriam. ibid. 275.b

Abstinencia quomodo necessaria. 117.f

ACCIDIA.
Accidia cur vitanda. 11.h. 13.b

Accidia quid sit. ibid. c. 23.a

Accidiosis figura. ibid.

Accidiosi quibus comparantur. 12.f.g. 233.b

Accidiæ mala. 12.f.g. h. 223.b

ADULATIO.
Adulatio quomodo exprimitur. 13.c

ADUOCATUS.
Mali aduocati puniuntur. 15.d

Aduocati quibus comparantur. 15.g

Aduocati quomodo teneantur ad restituendum. 15.h

Aduocati figura. 15.e

Aduocati dent abstinere munere. 204.d

AMBITIO.
Ambitio animi non temper pertinet. 5.f

Ambitiosorum poenæ. 5.h

Ambitiosorum figura. 5.g

Ambitionis mala. 6.c. 234.h. 240.c. 307.h

AMOR.
Amor Dei est ignis. 13.c.h

Amoris Dei effectus proficui. ibid.

Amor Dei viuus. 13.h

Amor Dei erga homines. 14.a

Amor hominis erga proximum qualis esse debeat. 14.d

Amoris simbola, & figura. 14.f

Amoris defectus reprehenditur à Deo. 15.a

Amicitia legis. 15.c

ANIMA.
Anima deuota est Christi sponsa. 17.c.e

Animæ contemplatiuæ alæ figuratæ in &c. ibid. 52.c

Anima quomodo se debeat præparare ad Christum suscipiendum. 17.d.g

Animæ pulchritudines, quæ & quot, & quibus designantur. 17.e

Anima quam ob rem diligatur à Deo. 17.g

Animæ virtutes. 17.h. 45.b. 51.c

Anima deuota quomodo reficiatur. 110.b

Animæ deuotæ status. 49.c. 110.d

Animæ deuotæ operationes. 50.h. 52.d. 53.g. 110.g

Animæ deuotæ figura. 45.h. 53.e

Anima quomodo à Deo illuminatur. 47.c. 53.h. 55.e

Animæ contemplatiuæ typus. 47.h

Anima quomodo in Deum transformatur. 48.c. 49.g. 50.d

Anima spiritualis qualis esse debeat. 2.e

Anima fidelis est aqua. 3.f

Anima vnde curis opprimatur. 9.d

Anima talenti nomine exprimitur. 28.b

ANGELUS.
Angeli dicuntur stellæ. 3.h

Angeli diuersis modis describuntur. 4.b

Angeli cur ad nos mittantur. 4.c. 5.h

Angeli de nostra salute congaudent. 4.f

Angeli pugnant contra demones ne nos impugnent. 4.h

Angeli à peccato nos abstrahunt, & ad quas virtutes impellant. 5.b

Angeli sunt custodes ciuitatis. 52.d

Angeli docent vbi Christus sit querendus, & inueniendus. ibid.

Angelorum natura. 243.c

Angeli sunt nuncij. 270.f

Index rerum

Angeli prauī qui dicantur. 233.g
 Angeli ascendunt, & descendunt per scalam
 Jacob, vt poenitentibus assistant. 350.g
Apostoli.
 Apostoli quomodo designantur. 16.b
 Apostoli Petrus, & Paulus figurantur. 16.d
 Apostata religiosus. 94.f
Apparitiō.
 Apparitiones variæ quibus Deus se manifestauit. 1.
 Apparet Deus quibus personis. 1.g. 337.g
 Apparet Deus contemplatiuis iugentibus, & de diuinis loquentibus. 52.e. 337.g
Appetitus.
 Appetitus animæ quomodo figurantur in Sacra Scriptura. 37.g
 Appetitus inordinati. 38.b
 Appetitus carnales quibus designantur. 84.b.c.d
Aqua.
 Aqua viua quæ sit. 35.d.h
 Aqua lustrationis & expiationis quid significet. 36.a
 Aquæ profundæ sunt voluptates carnales. 105.b
 Aqua turbida est philosophia. 120.f
 Aqua est diuina gratia. 146.a
 Aqua petenda. 272.g
 Aqua Spiritus sanctus. 304.g
 Aquæ similitudo. 213.b
 Aqua est Sacra Scriptura. 118.a
Arcus.
 Arcus dicitur Christus. 20.a
 Arcus dicitur Beata Virgo Maria. 22.e
 Arca erat B. V. Maria. 24.g
 Arcæ ligna designantur privilegia B. V. Mariæ. 23.g
 Arma quibus dimicandum. 16.g. 131.f. 246.g
Assumptionis Beate Mariæ Virginis figura. 171.b
Auaritia.
 Auaritia est ignis quo incenditur mundus. 47.g. 71.f
 Auaritia est lepra. 130.h
 Auaritia quare latro dicitur. 187.d
Aurum.
 Aurum, & argētum sunt recrementa terræ. 67.a. 68.b
 Aurum, & argentum ad inferna trahunt. 67.a
 Aurum, & argentum sunt vilissima terræ. 70.b

B

Baptismus.
 Baptismus est puteus aquarum viuentium. 35.d
 Est fluuius aquæ viuæ. ibid.
 Quomodo designatur in veteri testamento. 35.h. 36.a
 Baptismi lex. 36.f
Barba quid significet in sacris literis. 119.d.f
Balsami natura. 322.g
Beatitudo.
 Beatitudo cur dicitur grande conuiuium. 33.e
 Cur dicitur terra fluens lacte, & melle. 31.h. 33.a
 Est quies nostra. 30.b
 Cur magna cœna dicta. 29.e. 31.e
 Cur per potum designatur. 28.h
 Beatitudinis ostium est Christus. 33.a
 Simbolum & figura. 29.b
 Perpetuitas, & securitas. 29.g
 Beatitudinem pauci obtinebunt. 34.a
 Beatitudine qui sint indigni. 29.1. 30.c. 31.g
 Beatitudinem qui volunt obtinere quales esse debeant. 30.a
Beati.
 Beati peccatorum recordabuntur. 31.e
 Stellæ appellantur. 35.g
 Gaudebunt de inferni miseria. 35.b
 Cantica laudum Dei innouabunt. 34.g
 Beatorum varia gaudia. 35.b
 Quadruplex signum gloriæ. 34.b
 Concordia. 29.g
 Visio. 30.c
 Præmia septem. 29.a
 Numerus. 33.a
 Beneficia, quæ à Deo accipimus. 27.g
C
 Castus ericlitus. 191.d
 Castus amator. 191.d
 323.e
 Caritas mira vis. 217.g
 Calcamentum qui. 133.d
 Caro nobis quantum nocet. 62.h
 Est domesticus hostis. 160.e
 Est domanda. 104.e. 261.c. 264.h
 Cæli ianua quomodo aperitur. 231.d
Charitas.
 Charitas beatorum qualis est. 34.b
 Quomodo corrumpatur. 190.g
 Qualis

Et verborum.

Qualis virtus. 141.b
 Est fundamentum ecclesiæ. 124.c
 Aduerfatur omni peccato. 65.f
 Cur dicitur ignis. 40.f. 42.b
 Quibus designatur. 38.f. 43.c
 Quomodo est turris. 39.b
 Est arbor. 41.e
 Est virtutum mensura. 42.e.h
 Est tunica inconfutilis. 43.a
 Designatur per columnam ignis. 42.f
 Reddit omnia facillima. 41.h
 Charitatis nostræ signa. 38.c. 41.c
 Effectus. 39.h. 40.f. 43.d
 Virtutes quatuor. 140.b
 Charitatis Christi erga nos signum. 39.a
 Charitatem nostram quomodo probat Deus. 40.c
 Chæreas ducere quam periculosum. 79.f
Christus.
 Christus protegit poenitentes. 98.f
 Est vita nostra. 132.d
 Dicitur angelus. 337.h. 341.f. 334.c
 In iudicio quomodo stabit. 69.b. 162.f
 Fuit agnus, hircus, aries. 133.a
 Describitur varijs modis in sacra Scriptura. 337.b
 Comitatur omnes in tormentis positos. 38.c
 Quot modis se nobis exhibeat. 333.b
 Quare carnem assumpsit. ibid.f
 Christus septies sanguinem sudauit contra septem vitia capitalia. 345.c
 Christi sanguis effectus. 59.f
 Christi crucifixi figura. 61.f
 Christus crucifixus, est veluti liber. 60.c
 Christi passio designata. 62.g
 Christi corpus, & caro quomodo lateat in sacramento. 135.b
 Circumstantia peccatorum in confessione aperienda. 95.h
Clauis.
 Claui jurisdictionis qualis sit. 24.g
 Claui scientiæ scientia opus habet. 248.a
Clerici.
 Clerici mali. 109.f
 Clericorum vita est liberatorum. 240.h
 Concordia quid sit. 33.d
Conscientia.
 Conscientia bona per quid describatur. 83.g. 84.f
 Qualis esse debeat. 83.h
 Est vinea cuique quam colere dēt. 84.f
 Est lapis quæ dēt esse perspicua. 84.g
 Est triplex. 102.g
 Quomodo possit afferre bona opera. 112.c
 Quomodo conseruanda. 323.b
 Quomodo debeat preparari. 83.c
 Conscientiæ bonæ simulachrum est Iris. 83.g
 Conscientiæ necessaria humilitas. 227.c
 Compunctiōnis peccatorum tempus. 204.g
 Compunctiōnis duo genera. 184.b
Confessio.
 Confessio quot modis designatur in sacra Scriptura. 86.h
 Est ablutio peccatorum. 92.g
 Non est differenda. 98.c
 Vt est mutilata reprehenditur. 96.b
 Confessionis effectus. 86.g. 87.f. 91.c
 Defectus. 92.c
 Necessitas. 100.a
 Quatuor comites. 102.f
 Confessione accedimus ad Deum. 87.f
 Omnia peccata delentur. 91.f
 Confessio quæ est bona, & quæ mala, quæ vera, & quæ ficta. 38.a. 87.g. 90.h. 205.a
 Confessionem quæ impediunt. 96.c
 Confessarius qualis esse debeat. 96.a. 100.c
 Confessarij munus. 102.b
Concupiscentia.
 Concupiscentia carnalis varijs nominibus explicatur. 85.h
 Homines eneruat. 103.a. 106.c
 Est fornax Nabuchodonosor, id est diaboli. 147.d
 Quæ damna inferat. 83.g
 Concupiscentiæ infames filij. 73.f
 Concupiscentiæ figura in scorpione. 86.d
 Concupiscentiam duo fugant. 35.e
Cogitatio.
 Cogitationes sunt tela, quibus dæmon nos ferit. 76.d
 Cogitationum fons, & origo est cor. 77.h
 Cogitatum carnalium dāna. 77.d. 78.a
 Cogitationes variæ. 76.h
Consideratio.
 Consideratio nostra circa quatuor versatur. 77.g. 325.c
 Considerationis virtus. 292.h
 Consideratio est radix omnium virtutum. 291.c
 Consideratio res optima. 243.c
 Confliarij qui esse debeant. 86.c. 266.a
 Consuetudo peccandi quam periculosa. 85.c
 Mala quæ inde oriuntur. 85.d
Contemplatio.
 Contemplatio reficit mentem. 44.g
 Quibus adiuetur. 45.c
 Quibus

Index rerum

Et verborum.

Quibus impediatur. 46. f. 51. c
Delectationem non labore parit. 47. g
Quomodo designatur. 48. h
In hac vita est imperfecta. 34. c
Contemplationis fructus. 46. h. g. 47. g
Quatuor genera. 50. f
Sex differentia. 55. h
Contemplationi quæ blandiuntur. 56. f
Contemplatione transformamur. 47. f
Contemplationis obiecta. 53. d
Contemplatiuus.
Contemplatiuus vir quam sit prudens. 44. f
 45. a. b. c
**Cōtemplatiuo reuelatur, quomodo debeat
 viuere.** 116. a
Contemplatiuus describitur. 52. b
Contemplatiui viri exercitium. 45. h. 51. c
Contemplatiuus despicit terrēna. 45. d
Conuersationi quatuor necessaria. 327. h
Contritio.
Contritio recōciliat omnes peccatores. 99. b
Vnde oriatur. 38. a. 55. d
A quo incipiat. 53. g. 84. a. 87. f
Est lux. 87. d
Est aqua, quæ abluit animam. 89. c
Contritionis status. 55. c
Effectus mirabilis. 133. c
Bona. 88. f
Contritio apparet Deus. 52. c
Cor.
Cor benignum suffert aliorum errata. 32. a
Est quasi claustrum. 316. a
Quomodo percussit à Deo. 82. h. 185. b
Quomodo est mortuum. 60. c
Quibus infestetur. 66. g
Est altare in quo Deo sacrificamus. 82. h
Sine charitate est lapis. 78. c
**Cor triplici littera scriptum, c, o, r, cameram
 omnipotentis regis, designat.** 335. h
Corda nostra sunt lampades illæ Virginū.
 82. f
**Corda nostra varijs nominibus describun-
 tur.** 83. a
Cordis infirmitas quadruplex. 253. f
Correctio.
Correctio est sagitta in manu potētis. 79. g
A quibus, & quomodo fieri debeat. 80. h
Correctionis comites. 79. h
Correctionis defectus quot mala pariat. 81.
 d. 241. g
Crux.
Crux est scala, qua ascendimus in cœlum.
 63. d. 64. a
Est arbor. 63. b

Est virga. 65. c. 64. a
Est baculus peccatoris. 57. f
Est lignum in aquis Marath. 60. a
Signum salutis. 58. d
Cur reficienda. 58. g
Cruis baculus timet diabolus. 57. g
Cruis baculus nobis necessarius. 58. g
Cruis quatuor ligna quid significant. 58. c
 63. d
Cruis mysterium quibus designatur. 61. d
Cruis fructus. 63. b
Cruis virtutes quinque. 64. f
Cruis Christi titulus descriptus. 346. a
Cruciatu sunt vestigia Dei. 54. a
Cupiditas.
Cupiditas frangit charitatem. 70. h
Mortem infert. 71. d
Suscitat rixas in capitulis electionum.
 254. h
Tres habet propagines. 71. d
Culpa, & pena humilitate delentur. 156. c
Cura.
**Cura animarum tam grata, quam contem-
 platio.** 131. c
Non omnibus committenda. 139. f
Curiositas.
Curiositas reprehenditur. 121. d
Efficit mentem vanam. 337. d
Vt est peccatum. 77. g
Vitanda in acquisitione sciētia. 122. a
Curiosus quid respondendum. 79. f
D
Defuncti.
**Defunctorum animæ quibus adiuan-
 tur.** 137. d
Defunctorum triplex differentia. 193. f
Delicia carnis fugiendæ. 104. c
**Delectatione diabolus tegit venenū peccati
 vt animam alliciat.** 317. c
Dæmon.
Dæmon quomodo expellatur. 95. d
Quod immo cogitationes. 76. c
Debet ob confessionem, & contritionē.
 53. a
Nos tentat quatuor modis. 315. e
**Magis in Quadragesima, quam alio tē-
 pore nos tentat.** 27. b
**Magis tentat religiosos, & quibus tenta-
 tionibus.** 281. g
Desperatio.
Desperationis damna. 60. f
Desperationis figura. 90. d
Deuotio.
Deuotio non semper haberi potest. 48. g
Quibus excitatur in nobis. 109. h
Designa-

Designatur. 109. h
Dum sumus in via non est pura. 111. h
Cur sit regno cœlorum cōparata. 112. a
Deuotionis effectus. 49. b
Deuotus vir describitur. 109. b
Non accipit regimē praelationis. 112. d
Quæ debeat habere. 144. b
DetraCTOR.
DetraCTOR quid sit. 107. h
Quibus comparetur. 108. f
Expellendus est. 108. g. h
Puniendus. 108. c
Corrigendus. 123. b
Deus.
Deus tripliciter peccatorum miseretur.
 201. a. c
Cur permittit honos tribulari. 311. g
Est fons luminis. 150. a
**Est pater habes duos filios, angelum,
 & hominem.** 87. d
Sex maledixit. 257. a
Deo proprium est misereri. 201. g
**Differentia, quæ debet esse inter prælatum, &
 subditos.** 81. b
Diabolus.
Diabolus diuitijs nos decipit. 69. h
Quomodo homines impugnat. 74. c
Quæ proponat hominibus. 106. b
Animam ingreditur. 95. c
Toto homini quomodo dominetur.
 ibid. d
**Quomodo & cur impediatur confessio-
 nem.** ibid. f
Semper nos persequitur. 259. h
**Ad tria mala hominem ducit medio
 peccato.** 256. g
**Nouē habet filias diuersis nuptui tra-
 ditas.** 154. c
Dies creationis mundi denotant virtutes.
 141. c
Discordia.
Discordia fratrum periculosa. 78. a
Discordia Prælatorū, & subditorū. 236. b. c
**Discordiam feminantes sunt peiores quam
 illi, qui crucifixerunt Christum.** 78. b
Discordes sunt leprosi. 78. c
Diuitia.
Diuitiæ impediunt animam. 66. d
Cur dicantur spina. 66. g
Sunt stercorea. 67. a
Sunt mola alimana. 67. d
Reddunt homines instabiles. ibid.
Morte extinguuntur. 193. a
Sunt modica bona. 70. d

Diuites.
Diuites aranæ sunt similes. 66. a. 69. f. 72. a
 193. c
Cruciatū tripliciter in inferno. 67. f. g
Sunt veluti pueri insipientes. 67. h
Miseri sunt. 71. a
Non possunt videre Christum. 71. h
Doctor.
Doctor vt sit malus. 140. h
Reprehenditur. 117. a. 120. f
Est murus Ecclesiæ. 121. b. 126. h
Dona Dei quomodo abolemus. 87. c
E
Ecclesia.
Ecclesia dicitur fol. 61. b
Dicitur vinea. 34. f
Dicitur arca Noe. 128. c
Dicitur ciuitas omnibus communis.
 123. g. 125. b
**Ecclesia militans, & triumphans quomodo
 designatur.** 33. c
Ecclesiæ muri. 121. b. 126. b
Lapides. 124. d
Virtutes. 124. f
Figuræ veteris testam. 125. c
Ordines. 127. c
Fundamentum. 128. b
Ecclesiæ obediendum ab omnibus. 124. a
Elatio.
Elatio mentis qui dicitur. 138. a
Elatio vitanda. ibid. d
Electio.
**In electioni prælatorum septem conditio-
 nes attendendæ.** 244. g
Electionis formę quattuor attendēde. 351. g
Electionis exemplum. 246. c
In electione prælati quattuor necessaria.
 350. g
Eligibilis persona quæ sit. 245. h. 246. g.
 247. b. f
Elemosina.
Elemosina ieiunio coniungenda. 159. h
Debet fieri de proprio, & de meliori.
 128. b
Qua intentione fieri debeat. 128. d
 130. c
Elemosina remittuntur peccata. 130. d
Elemosinæ exemplum. 128. c
Elemosinæ fructus. 128. f. 159. h
Elemosina est thesaurus in cœlo. 128. g
Eucharistia.
**Eucharistiæ sacramentum quomodo reci-
 piendum.** 53. a
Est lignū vitę in medio paradisi. 132. a
 Quanta

Index rerum

Et verborum.

Quanta preparatione, & puritate sumendum. 132. f. 133. h
 Varia habet nomina. 132. h
 Qui sumunt indignè moriuntur. 135. f
Eucharistiæ sacramento qui fiat indigni. 135. f
 Eucharistiæ fructus. 135. a. f
 Eucharistiæ figura in veteri test. 133. a. 134. f. 136. b
 Eucharistiæ sacramentum consolatur hominem. 134. d
 Eucharistiam sumpturus debet probare se ipsum quo ad sex. 135. d
 Eucharistiæ sacramento quot insint mirabilia. 137. g
 Eucharistia est fulcimentum vitæ spirituales. 136. b
Euangelium de Maria, & Martha per quas vita actius, & contemplatiua describitur, cur legatur in Assumptione Beatæ Mariæ Virginis 327. b
Exemplum.
 Exempla immutant corda intuentium. 138. g
 Exempla Pastorum quomodo describantur. 138. h
 Exemplum Christus ut daret, passus est. ibid. 139. e
 Exempla sunt lampades accensæ. 138. h
 Exempla cur magis moueant quàm verba. 139. e
 Exempla maiorum sequenda si rectè præcedant. 140. a. 334. g
 Exempla mala dantibus quid dicatur. 144. c
 Exemplum pulchrum de vi gratiæ. 269. b
 Exempla sanctorum proponenda sunt subditis. 269. c
 Exemplum nostrum Christus, quod quisque sequi debet. 338. f
Excessus animam grauatur. 152. h
 Excelsus in platis causa est ambitio. 228. g
Exitus.
 Exitus à peccato multiplex. 101. e
 Exitus diuinitum. 130. g
 Exitus à peccato duplex. 256. g
Excessus quomodo fiat. 50. b. 52. a
 Extasis effectus. 50. d
Expositio sacræ scripturæ fit quattuor modis. 131. b
F
Fides Ecclesiæ fundamentum. 128. b
 Est altare super quo sacrificatur Deo. 143. a
 Dicitur stella, & luna plena. 143. c
 Est vasa sanctorum noui ac veteris testamenti. 143. d
 Est tunica inconsutilis. 175. b

Cur dicitur vna. 332. e
Fide fit homo Dei amicus. 140. e
Fama bona cui comparatur. 144. c
Fortitudo.
 Fortitudine itur de virtute in virtutem. 143. h
 Fortitudo in quo consistat. 143. f
 Quomodo describatur. 143. g
 Quomodo custodiatur. 144. a
Flagella.
 Flagella cur infligantur bonis. 311. c
 Cur malis mittantur. 312. d
Franciscus causa multorum ordinum. 144. d
G
Gaudium plenum quale. 33. b
Gloria.
 Gloria quibus obtinetur. 35. f
 Quid sit. 34. e
 Est aqua viua. 35. d
 Gloriæ descriptio. 35. c
 Gloriæ corporum beatorum splendor. 33. b
Gratia.
 Gratia quid sit. 37. f
 Humanum appetitum ad se trahit. 73. c
 Est vnguentum, quo sanantur vulnera mentis. 98. b
 Dicitur lux. 136. f. 149. e. h
 Nomine olei in Sacra Scriptura describitur. 146. b. 149. e
 Exprimitur per manum Dei. 146. d
 Liberat ab omni tentatione. 146. g
 Cur nomine aquæ declaratur. 147. g
 Unde dicatur gratia. 149. d
 Est vita animæ. 150. f
 Dicitur ignis. 151. d
 Gratia necessitas. 151. c
 Effectus. 145. g. 148. g. 149. f. 150. c. 151. a
 Simbolum. 145. a. c
 Similitudo. 38. b
Gratiam inuenerunt homines apud alios ob multas causas. 147. c
 Gratia Deo agere debemus. 28. d
Gula.
 Gula virginittatis aduersatrix. 144. a. 151. g. 163. h. 321. b
 Quomodo refrenanda. 152. c
 Orationem impedit.
 Hominem a Deo separat. 152. h
 Gula damnum. 152. a. e. 156. a
 Gula dediti sepeliuntur in inferno. 152. a
 Gulositas dicitur spiritus immundus. 154. h
H
Hæresis quid sit, & per quid significetur. 119. c
 Hæretici puniendi sunt. 119. a

Per

Per quid designantur. 119. b
 Quibus armis impugnandi. 121. a
Hypocritis.
 Hypocritas magis detestatur Deus, quam aperte malos. 178. d. 236. f
 Hypocrita cui sit similis. 178. b
 Hypocritæ qui sint. 177. h
 Hypocrite sunt claudi, Holocaustum & Prophetæ Baal. 176. d
Holocaustum. Quomodo offerimus. 110. h
Homo.
 Homo est arbor auctera, cuius radices sunt in celo. 40. g
 Quomodo beluis similis efficiatur. 79. c. 157. d
 Est seruus Christi per creationem, & iure belli. 34. 5. h
 Hominum ætatis quattuor. 272. a
 Varia genera. 44. d
 Status ante, & post peccatum. 99. e
 Deo placentium tria genera. 320. h
 Hominis dignitas. 158. c
 Hominis solius est sciētē scire canere. 217. c
 Homines probi quomodo a Deo probantur. 40. d
 Homines aliqui ex omni gente saluabuntur. 34. h
Honestas est flos redolens. 72. g
 Hospitalitatis præmium. 128. c
Humilitas.
 Humilitas est murus omnium virtutum. 155. b. 321. g
 Est scala Iacob. 156. h
 In vestitu deprehenditur. 156. c
 Meretur iustificationem. 155. e
 Humilitatis laus. 155. h
 Effectus. 157. b. 507. g
I
Ieiunium hominem ad Deum conuertit. 160. a
 Vitia comprimit. 160. f
 Est in præceptum. 161. c
 Quando non meritorium. 161. a
 Ieiunij quattuor bona. 160. b
 Exempla sanctorum varia. 161. d. e. f. g
 Forma. 161. f
 Effectus. 161. h
 Comites quattuor. ibid.
Illantia tollit omne meritum. 155. b
Impotentia quid sit. 123. d
Imago hominis. 157. d
Infirmitas.
 Infirmiores animi variæ, per varias corporis infirmitates designatæ. 182. g

Infernus cur dicitur lacus. 232. f
Ingratitudo.
 Ingratitudinis poena. 28. f
 Ingratitudo reprehenditur. 27. h. 182. c
 Ingratitudinis malum quam graue. 182. c
Innocentia quid sit. 33. c
Inuidia.
 Inuidia est mater iræ. 178. e
 Est lepra. 78. f. 174. e
 Est mater detractionis. 109. f
 Est fera pessima. 174. e
 Quot mala pariat. 175. g. 176. a
 Hominem a Deo separat. 174. h
 Quid sit. 78. f
 Inuidiæ occasio. 86. e
 Inuidi sunt agricolæ Diaboli. 78. g
 Peiores quàm crucifixores Christi. 78. f
 Quæ mala committant. 78. g
 Inuidiorum mala opera. 109. g
Ira.
 Ira est filia inuidiæ. 178. c
 Est lepra. ibid. g
 Lumē orationis impedit. 178. f. g. 179. a
 Ira Dei contra peccatores. 189. g
 Iracundos detestatur Deus. 179. d
Iudicium.
 Iudicium extremum quale erit. 94. c
 Quam timendum. 197. e
 Contra prælatos. 167. c
 Contra Angelos, ac varios homines seuerum. 165. f
 Iudicij diuini consideratio valet ad tentationes superandas. 162. c
 Iudicij timor. 162. c. 164. a
 Iudicij extremi calamitates fugienda. ibid. e
 Iudicij extremi descriptio. 166. h. 167. c
 Iudicium duplex. 25. e
 Iudicium Dei contra peccatores. 164. h
 Iudicia Dei non iudicanda. 165. e
Iustitia.
 Iustitia quadruplex. 113. c
 In quattuor consistit. 228. b
 Iustitiæ exemplum Traiani. 159. c
 Rectitudinem Christus ostendit ibid.
 Tres partes. 353. c
Iuuenes.
 Iuuenes dēnt pugnare cōtra tētatiōes. 179. b
 Exempla a quo sumere debent. 280. c
 Mali. 180. b. 181. c
 Iuuenum conditiones. 180. c
 Superbia in tribus. ibid. e
 Iustitia in tribus. ibid. f
 Luxuria in tribus. ibid.
 Sapientia in tribus. ibid.

Humi-

Humili as in tribus. 180. h
 Castitas. 181. a
 Alij boni, alij mali. ibid. d
 Tria mala. ibid. f
 Iuuenum proborum varia genera. ibid. e
 Iuuenibus tria necessaria. 179. c
L
 Achrymæ vnde oriatur. 185. f
 Lachrymarum fructus. 184. g
 Lachrymare ob id tria debemus. 183. f
Latus.
 Latus Christi est osium. 60. a
 Latus Christi cur perforatum. 61. f
 Lateris Christi sanguis, & aqua. 62. b
 Lepa significat peccatum. 254. d
 Lex contra hypocritas. 177. c
 Liber Sacræ Scripturæ describitur. 131. a
 Quomodo scriptus. ibid. b
 Continet omnia necessaria salutis no-
 stræ. ibid.
 Librum de anima, ex quo quilibet condem-
 nandus est, legere oportet. 168. h
 Liber signatus septē sigillis est aterna Dei
 dispositio, cuius sigilla sunt. 332. d
Lingua.
 Lingua muro dentium, & labiorum cur cir-
 cundata. 76. c. 106. f
 Lingua, quando bene regitur. 107. g
 Locutio quando fieri debeat. 107. d
 Lotus quis dicatur. 89. c
 Lauare nos quomodo debeamus. ibid.
Luxuria.
 Luxuria describitur per asinos. 69. f
 Vnde oriatur. 190. b
 Quæ infirmitas animæ sit. 188. c
 Est fetor. 190. f
 Luxuriæ mala. 72. d. 185. g. 188. g
 Luxuriam vt vitet quis, quid agendum. 186. h
 Luxuriosi symbolum. 188. d
 Lux in quatuor naturis reperitur. 113. h
M
 Adgalena typus pœnitentiæ. 98. b
 Magdalena signa contriti peccatoris.
 98. g
Malum.
 Mali homines fugiendi. 74. b. c
 Malitiosus figura. 123. g
 Maledicta à Deo quæ sint. 37. a
Maria.
 Maria virgo est fons viuus ascendens de ter-
 ra. 18. c
 Est hortus, & paradysus. 19. d
 Est stella maris. 22. h. 27. a
 Est aurora. 24. a

Est consolatrix tribulantium. 25. c
 Est nobis in protectionem contra mû-
 di, & Diaboli pericula. 26. c
 Fuit plena gratia quantum potuit ca-
 pere. 22. h. 27. h
 Fuit noua mulier. 349. c
 Quomodo assumpta. 18. e. 24. f
 Reconciliat peccatores. 21. c
 Est benedicta sup alias mulieres. 24. d
 Mitigat iudicium, & sententiam Dei
 contra peccatores. 21. e
 Est adiutorium morientium. 25. c
 Quomodo concepit. 26. c
 Cur dicitur virga. 170. g
 Cur dicitur arca. 171. a
 Cur describitur porta. 272. a.
 Diuersis modis describitur in sacris li-
 teris. 18. c. 19. g. 20. f. 19. h. 23. a. 25. b.
 26. c. 26. g
 Mariæ auxilio defendimus ab inimicis. 21. g
 Mariæ fomes peccati extinctus fuit. 22. a
 Humilitas. 22. b
 Natiuitas & sanctificatio. 22. g. 27. a
 Quatuor pr. uilegia. ibid.
 Natiuitas, & assumptio. 26. c. 27. a
Mansuetudo est securum patientiæ. 314. c
Matrimonij vinculum. 13. f
Meditatio.
 Meditatio quomodo differat a contempla-
 tione. 54. g
 Quomodo differat a cogitatione. 55. c
 Meditationis effectus. ibid. d
 Meditatione videmus Deum 55. f
Medicina.
 Medicina peccatorum. 88. g. 93. f. 99. a
 Mendacij mala. 107. g
 Mensa acumbentes quid obseruare debeant.
 107. a
 Mel quomodo generetur. 39. c
 Mellis natura. ibid.
Mens.
 Mens quomodo eleuetur. 243. d
 Per quid eleuetur. 160. a
 Mentis puritati tria necessaria. 158. e
 Mentis lætitia ieiunium. 161. a
Ministri.
 Ministri principum, & p̄latorum. 44. b
 Ministri Dei partes quæ sint. 300. e
 Ministris Dei quid sit necessarium. 300. h
Mors.
 Mors à bonis non timetur. 193. d.
 Decipit multos. 193. f
 Semper expectanda. 193. g
 Mortis consideratio multorum bonorum
 causa.

causa. 192. a
 Amara memoria. 198. e
 Memoria semper habenda. 197. h
 De morte amicorum quō gaudēdum. 199. b
 Moriendum sibi quomodo. 194. c
Misericordia.
 Misericordia Dei magna. 98. e. 200. b. 332. g
 Quomodo impetranda. 200. h
 Quid sit. 32. b
 Misericordiæ Dei erga peccatores varia exē-
 pla. 202. g
Mulieres.
 Mulierum familiaritas quot parit incōmo-
 da. 74. d. 75. f
 Mulierum malitia. 75. f
Mundus.
 Mundus est mare fluctuans quadruplici ra-
 tione. 24. f
 Est carcer. 204. a
 Habet multos laqueos. 69. c
 Est fornax Babilonis. 72. a. 147. b. 256. c
 Mundi variæ figura. 203. f.
Munera.
 Munera non recipienda. 170. d
 A sex hominum generibus accipi non
 debent. 204. d
Mysterium.
 Mysterium redemptionis humanæ decem
 considerationes complectitur. 195. h
 Mysteria multa mirabilia in Sacramēto Eu-
 charistiæ. 127. g
 Mysteria magis deuotione, quam studio in-
 telliguntur. 76. f
N
 Natura humana fluxa, & momentanea.
 194. h
 Natura humanas instabilis quomodo sana-
 tur. 29. h
 Natiuitas Christi. 332. h
Nomen.
 Nomen domini suaue est. 211. g
 Est vtile. 212. a
 Nobilitas quæ vana sit. 151. e
Nouitius.
 Nouitiorum habitus. 298. e
 Nouitio quæ consideranda sint. 293. d
 Nouitius cui comparatur. 41. d
 Nouitiorum conuersatio. 280. e
 Nouitij dicuntur Nazari. 299. g
 Nouitius dicitur vas nouum. 93. a
Numerus.
 Numerus ceterum quadriaginta quatuor mil-
 lium quid significat. 93. c
 Numerus quadragenarius insignis. 204. e
 Numerus quaternarius nobilis. 206. a

O
 Obedientia duplex. 191. h. 218. h
 Quomodo esse debeat. 219. e. 294. f
 Obedientiæ mira vis. 218. b
 Exemplar. 218. d
 Exempla varia. ibid. e. h
 Obediendum Deo. 191. g
 Obstinati quales sint. 123. c
 Oculus in sacra scriptura intētionem signi-
 ficat. 158. g
 Oculi custodiendi. 72. c
 Oculi per peccatum exæcati illuminantur
 per pœnitentiam. 101. b
Odiū.
 Odium quot malorum causa. 222. d
 Odij remittendi exempla. ibid. f
 Odium, & rancorem habentes damnantur
 in sacra scriptura. ibid. h
Officiū.
 Officiū diuinū quomodo recitandū. 216. h
 Officiū recitare dicitur prophetari. 217. c
 Recitari debet cū attentione. 217. d. 285. i
 Quanta reuerentia recitandum. 217. c
Offensa proximo prius remittendæ, quam ve-
 nia de proprijs petenda. 99. c
Opera.
 Opera absq; charitate imperfecta sunt. 42. h
 Vt sint meritoria quatuor debent ha-
 bere. 140. g
 Quomodo Deo sint grata. 220. d
 Meritoria. 221. a
 Necessaria sunt. 220. h
 Non sunt condigna beatitudinis. 33. b
 Opera mentis purgata. 97. a
 Opera bona sine fructu quæ sint. 97. c
 Opera hypocritarum infructuosa. 177. f
 Operum quæ domino offeruntur duo gene-
 ra. 159. b
 Operibus bonis inuigilandum. 195. d. 199. a
Oratio.
 Oratio quid sit. 213. f
 Quomodo esse debeat. ibid.
 Curat infirmitates corporis, & animæ.
 215. c
 Cur statim non exaudiat. 215. f
 Fugat demones. 210. h. 214. a
 Quomodo designatur. 48. a. 213. b. c. g
 Per elemosinam exaudiat. 128. f
 Cur in ecclesia faciendā. 307. g
 Qualis exaudiat. 207. d. 208. a. d. 212. h
 Oratio collegij multum valet. 214. a. 215. g
 Oratio deuota p̄ inimicis fieri debet. 212. e
 Quomodo designatur. 208. d
 Orationis, vt exaudiat, quatuor circumstā-
 tiæ. 213. a

Index rerum

Et verborum.

Locus oportunus qualis sit. 212.f
Comites duo. 36.h. 209.a. 214.c
Tres species. 208.d
Duplex modus. 206.f. 214.f
Orationi quæ necessaria sint, vt sit perfecta. 184.h
Oratione pugnandum contra inimicos. 36.h. 214.c
Videtur Deus 36.c
Quid petere debeamus. 253.a
Scientias comparamus. 121.a
Orans debet esse vnitus cum Deo, & proximo 207.b
Orisium cordis pulsatur Christus. 99.f
Orisium.
Orium est fugiendum. 319.h
Est paradysus. 223.c
Orij typus. 223.b
Oriofis reprehenduntur à Deo. bi.a
Designantur in Tobia. ibid.b
A carne tentantur 323.h
Oriofis quid conueniat. 220.h
P
Paradisus amenitas. 32.f
Ianua clauditur malis. 231.a
Quot, & quæ portæ. 272.d
Passio Christi & martyrum cur dicitur vnum. 62.c
Patientia nobile vincendi genus. 315.g
Patria coelestis cur dicitur deserta. 32.c
Pastor.
Pastorum munus. 269.c. 352.c
Pastores debent pascere exemplo. 267. 268
Pastores cæci. 268.d
Pastores subditis quæ debeant explicare. 248.c. 268.c
Pastores quæ vitia fugere debeant. 242.c
Pastores quæ scire debent. 122.a
Pastoribus tria necessaria. 236.h. 239.h
Pauperes.
Pauperes dicuntur primogeniti. 67.b
Sunt diuites in celo. 68.b
Sunt à Deo. 68.c
Paupertas reddit hominem aptum ad sequendum Christum. 68.b
Paupertas commendatur. 266.a
Paupertas duplex. 71.c
Paupertatis vis. 68.g
Pax.
Pax vnit. 79.h
Pacem quæ nos doceant. 79.a
Pacis ob bonum debemus aliquid dimittere. 78.d
Pacem qui non habet cum proximo, nec etiam cum Deo habere poterunt. ibid.

Peccatum.
Peccatum est regio longinqua, & regio vrbis mortis. 87.c
Quomodo expellatur. 100.g
Quomodo impediatur confessione. 90.c
Quomodo deleatur. 84.b
Peccati status. 89.c
Effectus mali. 99.c. 256.d. 257.b
Peccator ad poenitentiam inuitatur multipliciter. 100.a
Dimittens poenitentiam. 88.g
Obsistatus durior est lapide. 98.d
Reuertere ad peccatum grauius peccatum. 97.g
Peccatum abscondit faciem Christi a peccatore. 147.a
Non sepe memoria reuoluendum. 155.b
Peccatum mortale quomodo interius perpetratur. 251.d
Sine poenitentia non sanatur. 263.d
Peccatorum gradus. 36.f. 251.c
Peccatorum dāna. 251.g. 252.a. 253.a. f. 258.h
Peccatum reddit mentem instabilem. 256.c. 214.f
Peccatum excæcat. 259.f
Peccator significatur per Lazarum foetidum. 96.g
Absq; diuino auxilio surgere nequit. 144.h
Est cæcus. 94.g. 249.a. 250.h
Septem modis à Deo recedit. 252.c
Significatur per puerum mortuum, quem non potuit resuscitare baculus Elisæi. 90.g. 249.a
Quibus moueatur ad poenitentiam 36.c
Quibus detineatur in peccato. 38.c
Quæ bona accipiat ex inspectione crucis. 59.h
Effundit sanguinem Christi. 62.f
Ad Deum accedere non potest nisi per contritionem. 99.c
Quibus cathenis ligatur. 85.d
Quibus sit similis. 91.g
Vocatur à Deo. 94.a
Tria facere debet. 95.b
Peccatoris relapsi poenitentia. 66.b
Peccata quomodo redeant. 182.c
Quomodo curantur. 96.a. 250.d
Peccatores excitat Deus. 89.c
Peccatorum recordatio qualis esse debeat. 90.b.c
Peccatorum quattuor radices, in fectis. 259.h
Pericula huius mundi varia. 278.c
Pericula mundi septem præcipua. 254.g
Peric.

Persecratiō sola inter virtutes coronatur. 227.c
Perseuerantia variè describitur. ibid.d
Petitio.
Petitio quid sit. 210.d
Cui facienda. 211.b
Quomodo facienda ibid.d
Quo sine facienda. 212.b
Frustra fit quatuor modis. 212.c
Petendum quid sit. 210.h
Philosophia.
Philosophiæ vtilitas. 120.f. 122.h
Simbolum. 120.h
Pietas.
Pietas Christi erga homines. 230.c
Quid valeat, & quātū grata Deo. 230.a
Pietatis varia exempla. ibid.d
Piscina est baptismus. 36.b
Est confessio. ibid.
Poenitentia.
Poenitentia est necessaria. 77.h
Est Deo grata. 263.c
Debet esse aspera. 264.a
Moderatè facienda. 87.c. 249.c
Designatur per vnguentum. 265.a
Est piscina. 100.h
Designatur per fel piscis Tobia. 98.c
Quomodo fiat dulcis, & facilis. 261.c
Varijs figuris designatur. 192.d. 255.b. 261.c. 262.g
Diuinam sententiam reuocat.
Datque gratiam. 47.d
Declaratur per librum Apocalyp. 262.c
Non solū prædicando, sed etiam agendo. 263.a
Conseruat aīam ne corrūpatur. 265.f
Describitur per mare rubrum. 265.c
Sera reprehenditur. 84.c
Non differenda. 194.b
Poenitentia tempus. 89.b
Status. 89.c
Amaritudo quomodo conditur. 112.c
Poenitentia perfectæ quæ sint necessaria. 91.f
Inuigilandum. 195.b
Poenitentiam nihil potest impedire. 100.c
Poenitentis Typus Magdalena. 98.b
Figura. 93.d
Fructus. ibid.
Qualitates. 84.f
Poenitens per quid designatur. 195.b
Poenis inferni sunt septem. 233.a
Potentia secularis a Deo. 223.h
Prælati.
Prælati quomodo ad puniendum proce-

dere debeat. 80.c
Quomobrem dicitur. 116.c
Ignarus quid sit. 118.h
Non debet esse auarus. 238.f
Oues pascere non tondere debet. 241.a
Pascat oves tripliciter. 241.c
Qualis esse debeat. 43.b. 245.f. 309.a
Non recipiat munera. 249.a
Prælati mali. 43.h. 81.d
Quomodo ecclesiam amplificare debeat. 71.a
Tentantur de vana gloria. 117.f
Nihil timere debet dū corrigunt. 80.b
Quales eligendi. 80.d. 241.a
Quibus sint affimiles. 80.b
Pusillanimi dicuntur fures. 234.g
Quare dicantur gigantes. 235.a. 238.c. 307.g
Quomodo debent esse angeli scalæ Iacob. 235.h. 248.c
Prælati typus est Samaritanus. 80.a
Officium. 8.a.c. 248.c. 350.h
Varia munera. 126.c. 233.d
Quattuor detestanda. 351.a
Prælatorum causa ecclesia desolatur. 139.g
Crimina. 126.a.b. 127.a
Refectio est scientia sacrarum scripturarum. 118.f
Prælati quando non obediendū. 218.a. 234.d
Scientia diuinæ legis magis quam humana necessaria. 115.g. 238.g. 239.a.c
Malis obediendum in his, quæ non sunt contra Deum. 234.c
Tria præcipue requiruntur. 328.g
Tria nos debemus. 351.h
Præbenda, pueri non concedendæ. 245.d
Prædicator.
Prædicator quæ debeat prædicare. 125.b. 223.c. 266.c
Præuē vitæ cui similis. 140.h
Quomodo moueat peccatores. 150.c
Veritatem scripturarū debet sine timore, declarare principibus, & eorum vitia arguere. 75.a.b.c.d
Debet præcedere auditores vitæ sanctitate. 125.b. 267.c
Quattuor præcipue dēt prædicare. 270.a
Qui ob mercedem concionatur. 271.b
Prædicatoris munus quam sit difficile. 118.d
Exemplar. 266.c
Prædicatori quattuor necessaria. 270.h
Prædicatio est cibus. 117.f
Est aqua. 118.c. 269.g
Mouet ad contritionem. 29.f. 266.d
Præ-

Princeps.
Princeps secularis, & ecclesiasticus describitur. 229.c
 Munera non accipiant. 229.a
Principi quatuor necessaria. 229.a.c
Principum errata ibid.f
Prudentia.
Prudentia à brutis discitur. 224.c. 225.b
Prudentiæ symbolum sal. 224.a
 Partes. 224.c. 225.b
 Quatuor species. 224.f
 Effectus. 299.b
Pulchritudo.
Pulchritudo animæ. 207.g
 Virginis quibus conslet. 223.c
 Spiritualis. 222.b
Pulchritudini quatuor necessaria. 223.d
Punitio diuinæ causa. 33.g
Punitio peccatorum exempla. 308.a
R
Religiosus debet vitare seculares. 43.g. 289.c
 Debet relinquere terrena. 67.a
 Comparatur hortu concluso. 72.f.g
 Est arbor in medio paradisi. 82.c
 Otiosus. 280.g. 293.b. 301.f
 Quomodo extra claustra exire debeat. 281.a
 Variis nominibus appellatur. 290.c
 Debet amare solitudinem. 292.g
Religiosi habitus 280.b
 Fiducia. 281.b
 Vita. 273.c
 Figura in sacra scriptura. 274.c. 292.c. 296.h
Religiosi deuoti non accipiunt animarum regimen. 111.b
Religiosi nomine. 221.d
Religiosi ingredients religionem. 74.b
 Gloriantes se de sua religione. 279.d
 Mali. 275.a. 279.g. 286.e
 Designatur per quatuor aialia. 274.g
 Diuisi in quatuor genera. 293.d. 301.f
Religiosorum tres status. 144.c
 Claustrum hortus deliciarum, & hortus conclusus. 15.a. 274.c. 276.g
 Claustrum est ciuitas munita. 173.a. 263.a. 274.d.e
 Claustru designatur p arcã Noe. 275.c
 Claustrum dicitur desertum. 281.d
 Claustrum cur dicitur hortus. 285.a.g
Religionis exercitus multiplex. 278.h
 Status qualis sit. 297.h
Refugium peccantis. 161.a

Remedium.
Remedium contra iram. 179.b
 Contra tria peccata. 191.b
 In omni necessitate quale sit. 209.f
Reproborum qualis peccata. 231.f
Resurrectio.
Resurrectio Christi qualis fuit. 273.b
Resurrectionis Christi figuræ. 273.d. 302.a. 346.c

S
Sacerdos est angelus. 242.b
 Sacerdotis munus duplex. 351.h
 Tria officia. 352.f
 Quatuor detestanda. 351.c
Sacerdoti necessaria scientia. 242.b
 Tria debemus. 351.h
Sacerdotes mali. 126.h
 Quare dicantur corui. 132.g
Sacramentorum natura. 30.c.c
Sacrificium nullu acceptum nisi offeratur super altare fidei. 143.a
Sanguis Christi multipliciter describitur. 141.h
Sanguinis Christi effusio septena designatur. 60.h
 Multiplex effectus. 64.h
Sanctorum duodecim gradus in gloria. 308.c
Salus non est extra ecclesiam. 141.b
Sapientia.
Sapientia necessaria est principibus. 228.a
Sapientiæ fructus. 227.c
Sapientiæ apti qui sint. 225.g
Sapientes huius mundi. 227.b
Sapientis officium. 114.g
Satisfactio fit quatuor modis. 89.h
Satisfactio perfectæ quatuor necessaria. 94.d

Scientia.
Scientia ieiunio comparatur. 160.c
 Nulla vera nisi cognoscat Deus. 115.c
 Quæ adiscenda. 14.b
 Doctorum ope comparanda. 122.c
Oratione, & contemplatione acquiritur. 47.d. 122.c
 Duplex. 31.d
 Quam necessaria prælati. 121.b
 A Deo petenda. 87.c
Scientiæ gentilium quomodo vtilis. 122.h
Scientiæ naturales sunt vasa vacua. 118.a
Scientiam qui vult acquirere debet esse bonus. 115.b. 118.f
Scire quid oporteat. 79.f
Scolares tria habere debent. 117.d
Scriptura.
Scriptura sacra dicitur panis, & quomodo sumen-

sumendum. 118.c
Mater omnium bonorum. 121.f
Munus ecclesiæ. 119.a. 121.h
Panis vitæ. 118.c
Ager. 25.f
Arma. 131.c
Vinum. 131.b
Quatuor modis explanatur. 121.c
Scripturæ Sacræ nomina varia. 120.c. 122.a
Quatuor sensus. 131.g

Sensus.
Sensus obsidetur, vt deiciatur anima. 75.h
 Quomodo relinquendi. 51.f
 Quomodo custodiendi. 72.b. 73.c. 75.c
 Proni ad malum. 76.d
 Sunt radices anime. 75.d
Sensus hominis duo in Christo reficiuntur. 35.a

Sermo vt sit rectus quinq; obseruanda. 106.h
Signum.
Signum Cain quidnam fuerit. 102.h. 174.c
Signum Spiritus sancti. 109.g
Signum crucis contra omnia pericula. 165.g
Signa cur præcedent extremum iudicium. 354.h
Silentium quoduplex sit. 346.b

Similitudo.
Similitudo pulcherrima. 184.e
Similitudo ordinum ecclesiæ. 211.c
Similitudo de charitate religiosorū. 294.c
Similitudine de mortificatione religiosorū. 295.a
Similitudo de effectib. spiritus sancti. 302.b
Simoniæ ciiciebat Christus de templo, sed non omnes simoniacos expulit. 265.a

Spiritus.
Spiritus sanctus in quo recipiatur. 113.d
 Est pax. 147.h
Radix omnium virtutum. 148.a. 149.b
Cur paraclitus dicitur. 302.h
Cur dicitur ignis. 303.c
Quid doceat. 304.e
Cur similis vento. 305.e
Spiritus sancti septem radii. 333.c
 Effectus varii. 148.a. 149.b. 302.f
Spirituum varia genera. 303.h
Spei virtus. 141.a
Spes in omni tribulatione debet poni in Deo. 306.c

Status.
Status improborum in alia vita contrarius erit statui proborum. 196.d
Status religionis quot bona. 277.h. 288.b.f. 288.c. 292.a

Superbia.
Superbia quomodo expellatur. 45.g
 Quomodo describatur in sacra scriptura. 86.d
 Locum vult habere tam in actiua, quàm in contemplatiua. 255.h
 Latro dicitur. 187.b
Superbia homines efficiuntur beluæ. 157.b
Superbi quibus describantur. 37.d. 138.b
 Cur non possunt intrare in regnum celorum. 307.c
 Semper descendunt dum volunt ascendere. 308.a
 Non eliguntur. 307.g

T
Talentum est gratia. 144.g. 147.h
Talenta nobis data quæ sint. 23.b. 164.f
Talentorum nomine quid sit intelligendum. 169.d
Talentis quis male vitur. 28.d
Temperantia vis. 141.c
Temperantiæ modus. 227.b

Tentatio.
Tentatio est annulus, quo anima Christo desponatur. 80.f
 Vnde veniat. 146.h. 169.f
 A quo fiat. 190.h
Tentatio de gula prima adhibetur a Demone. 154.c
Tentationis remedium. 106.c
Tentationes variæ quomodo superandæ. 162.c
Tentationes sunt aquæ. 45.c
Tentationum exempla. 283.b
Tentationes varia genera. 293.f
Theologia est vera scientia, qua Deum cognoscimus. 114.b

Timor.
Timor futuri suppl cii quantus esse debeat. 75.b
Timor seruat animã a peccatis. 309.g. 310.c
Timor extremi iudicii. 355.a
Tobias typus peccatoris. 98.h

Tribulatio.
Tribulationes patienter toleramus ob tria. 347.c
Tribulationes iustis mittuntur propter quinque causas. 313.h
Tribulationum virtus. 313.h
Trinitatis varia vestigia, & similitudines. 103.d

V
Verbum diuinum quid. 271.g
Verborum, quæ Christus in cruce dixit, medi

Index rerum, & verborum.

meditatio notabilis. 354.c
Verecundia, quæ impedit confessionem tollenda 97.d
Verecundia effectus mali. libid.
Veritas facile inuenitur. 122.b
Vinea.
Vinea quid significat. 287.h
 Visitatio quomodo fieri debeat à prælatis. 80.f
 Virginitatis symbolum. 187.b
Virtus.
 Virtus naturalis quomodo producat affectum nobiliorem se ipsa. 144.f
 Virtutes quomodo orientur. 38.c
 Virtutes quatuor ad vitam spiritualem necessariae. 58.f
 Virtutes cardinales designantur per quatuor rotas curus Elisæi. 334.d
 Virtutum gradus. 141.h
 Virtutibus octo Christum sequimur. 329.c
 Virtutibus vehimur ad Deum vii rotis vehitur currus. 83.c
Vita.
 Vita præsens est carcer. 31. c
 Vita consistit in elementorū harmonia. 58.c
 Vitæ actiue incommoda. 64.d

Vitæ breuitas. 323 a. 326.a
 Vita actiua, & contemplatiua quibus designatur. 296.d
 Vita nostra vt fluxus aquæ. 132.a. 324.g
Vitium.
 Vitia vnde orientur. 38.g
 Vitia per quas virtutes tollantur. 141.f
 Vitia non moriuntur, licet proficiamus in bono. 250.b
Vnguentum, quo peccatorum vulnera sanantur. 201.c
Voluptas.
 Voluptas decipit spiritum, & gratiam tollit. 106.e
 Voluptatis damna. 103.h
 Voluptates non fatiant. 102.g
 Voluptuosi non exaudiuntur. 104.c
 Quomodo describuntur. 104.f
 Damnantur. 105.c
 Voluptuosorum malus finis. 104.c
 Voluptuosorum requies breuis. 104.h. 106.a
Vocatio.
 Vocatio peccatorum. 94.b. 99.f
 Vocatio ad pœnitentiam, quæ fit per animalia. 100.a

F I N I S.



S P E C V L V M M O R A L E,

IN QVO VNIVERSA FERRE
 Sacræ scripturæ loca, ac præsertim figuræ
 in sensu morali explanantur.

Deum apperuisse diuersis personis sub visibilibus signis.

A TANDVM, quòd in triplici specie visibili apparuit Dominus: Quia enim lucem habet inaccessibleem. 1. Timot. 6. Et noster intellectus se habet ad ipsum, vt oculus noctuæ ad lucem Solis, ideo oportuit, vt nube se obumbraret, vt sic nobis visibilis appareret. Isa. 19. Ascendet dominus super nubem leuem. Item erat in nobis defectus caloris ex parte affectus: ideo congruum fuit, vt in igne nobis appareret. Ezech. 3. Luxa 12. Ignem veni mittere in terram. Exod. 3. In figura huiusmodi rubus ardebat, & hic vtraque ex parte affectus. Item erat hebetudo, & error ex parte effectus, & ideo voluit apparere in forma hominis, vt nobis præberet exemplum. Ezech. 1. Gen. 32. Apparuit dominus in lucta Iacob, per quod exprimitur lucta spiritualis, scilicet desiderium redemptionis, quæ fiebat cum duobus brachijs, scilicet desiderij, & affectionis. Apparitio in nube figurat apparitionem in sacramento, apparitio in propria specie, apparitionem in carne, apparitio in igne, apparitionem iudicij, vbi ignis ante ipsum præcedet. Dan. 7. Fluuus igneus, rapidusque. Gen. 18. Apparuit Dominus Abraham in ternario: Tres ait vidit, & vnum adorauit: ad insinuandum mysterium sanctæ Trinitatis: Moyse in igne, & rubo, ad exprimendum sacramentum assumptæ humanitatis. Ignis ipsa deitas, Rubus assumpta humanitas. Rubi incombustio, naturarum inconfusa vnio, virginitatis conseruatio. Sensibiliter manifestatus est Pater in voce, Spiritus sanctus in columba, status, & igne, vt vox Patris affereret filij deitatem, columba Spiritus sanctus in Christo plenam fecunditatem, quantum ad sacramentalem regenerationem, status plenitudinem in Apostolis ad sacramentorum dispensationem: linguæ igneæ plenitudinem quantum ad fermentem veritatis prædicationem. Propter istas translationes symbolicas, Dionysius in Angelica hierarchia ait: Pulchre procreatae sunt in formam

ſo rmæ, propter noſtrâ anagogiã, nõ valentẽ immediatẽ in inuidites exte E
 di contẽplationes Sic ergo in iſtis apparitionib. ſenſibilibus primo apparet
 quod in eis eſt aliquod ſymbolũ ſimilitudinis, ſicut in locutionibus tranſ-
 latiuſ, vt cum Chriſtus dicitur petra, leo, agnus, & iſto modo dominus ap-
 paruit Abrahæ, & aliis, vt prædixi. Secundo in his apparitionibus eſt myſ-
 terium anagogicæ informationis eorum: Eſt enim creatura ad apparentiã
 diſpoſitionis congruentiã adaptare. Aug. 4. de Trin. Antiquis patribus nõ
 ſtris cum dominus illis apparere dicebatur, voces illæ aut ſpecies per Ange-
 los factæ ſunt; Vnde lex dicitur ordinata per angelos. Galat. 4. Loquebatur
 enim angelus domini Moyses ex perſonã domini. Vnde glo. Hier. Qui
 Moyſi apparuiſſe dicitur, modo angelus, modo dominus memoratur. An-
 gelus, quia quaſi loquẽdo exterius ſeruit; Dñs, quia interius præſidens lo-
 quẽdi efficaciam tribuit. Tertio, in his apparitionibus eſt myſtica apprehẽ-
 ſio, ex ſignis enim aſurgimus ad illa. Dionyſius de Angelica hierarc. Noni F
 enim eſt poſſibile aliter lucere nobis diuinum radium, niſi varietate ſacro-
 rũ velaminum anagogicẽ circumuelatum. Gen. 18. Cum eleuaſſet oculos
 Abraham apparuerunt ei tres uiri ſtantes prope eum; tres vidit, & vnũ a-
 dorauit. Circa ſecundã apparitionem aduerte, quod illa eſt formatiua phã-
 taſmatum imaginabiliũ. Hac ſpiritali apparitione, & reuelatione, vidit I-
 ſaias Dominũ ſedentẽ ſuper ſolum excelſum: animalia, voces, tonitrua.
 Ezech. 1. Statuã habentẽ caput aureũ. Dan. 2. Ioannis in Apoc. vniuerſalis ec-
 cleſiæ ſtatum. Hac apparitione, ſcilicet ſpiritali reuelatione apparet domi-
 nus ſpecialiter deſtinandis ad prophetandum per illuſtrationem intelligen-
 tiæ: ſublilandis ad gubernandum per informationem præſidentie: con-
 ſortandis ad conſolandum per rectificationem conſcientiæ. 1. Reg. 3. In die
 bus illis nõ erat uifio manifeſta. Et infra: Addidit dominus, vt appareret in
 Sylo; apparitione ſenſibili apparuit patribus; apparitione ſpiritali Prophe- G
 tis, quorum tẽpus ſecundum Aug. incepit a tẽpore Samuelis. Num. 12. Si
 quis fuerit Propheta inter vos, per viſionem, aut per ſomnium, apparebo
 ei. Talis enim viſio, congruit præcognitioni futurorum, reuelationi ſecre-
 torum, prædicationi diuinorum eloquiorum.

Quibus perſoni apparet Dominus.

Psal. 79. **E**ſt aduertendum, quod apparet Dominus tribus ſtatibus hominum.
 Quod petebat Dauid, dicens: Appare coram Effraim, Benjamin, Ma-
 naſſe. Effraim intelligitur ſterilis, vel augmentatus, & ſignificat peniten-
 tes, vel illos, qui dant eleemoſynas, quibus apparet Dominus. Item appa-
 ret carnem mortificantiſ, quod ſignificatur per Benjamin, qui intelli-
 gitur filius dextræ. Mater eſt concupiſcentia, quæ mortificatur in ſætu ieu- H
 nij. Prius itaque ſunt filij doloris per mortificationem, quam dextræ per
 glorificationem. Gal. 5. Carnem. Itẽ apparet deuotẽ orantibus, quod figu-
 ratur per Manaſſem, qui intelligitur vocans: & ſignificat illos, qui deuotẽ
 orant. Item intelligitur apparuiſſe tribus hominibus, Abrahæ, Iſaac, & Ia-
 cob. Abrahæ apparuit ter, per quod innuitur certitudo de triplici premio
 ex triplici merito. Prima ex merito dimiſſionis temporalium, Gen. 12. Egre-
 dere de terra, & de domo. Vbi innuitur, q̄ corpore, & mente debet religio-
 ſus mũdum dimittere. Secunda ex merito abſciſionis omnis carnalitatũ,
 quod figuratur in ſacfo Circumciſionis, in qua abſciſcitur ſuperfluũ car-
 nis; Gen. 17. Ambula corã me, & eſto perfectus. Tertia apparitio eſt ex me-
 rito

Arito humiliatis: apparuit in cõuale Måbre: in conuale notatur humilitas,
 Mambre intelligitur diuiſio, & ſignificat mortem, vbi diuiditur corpus ab
 anima, quã debemus præ oculis tenere ad humiliandũ. Apparuit et̄ Iſaac,
 per quem deſignatur contemplantes Gen. 24. Egreſſus erat in agrũ ad me-
 ditadũ. Huic apparuit bis, ſemel nõ fulgeret in geraris. Gen. 26. Secũdo poſt
 foſſionem puteorum ſequenti nocte. Gen. 26. quere de iſtis quibus appa-
 ret dñs 36. a. Apparet ergo vno nõ contẽplanti ſcripturas, quod notat in
 prima apparitione. Nã geraris intelligitur ruminatio, in quo notatur ſacre
 ſcripturę meditatio. Secundo apparet poſt foſſionẽ trium puteorũ. Puteo-
 rũ foſſio, lachrymarũ effuſio, Sed tres debet eſſe, quia nunc pro culpa, nunc
 pro miſeria, nunc pro cõleſti patria debemus flere. Apparuit etiã Iacob, per
 quod intelliguntur achiui. Nã Iacob intelligitur luçtor, huic apparuit ter,
 in quo figuratur triplex apparitio pp̄ triplex meritũ actiõrũ. Primum eſt pp̄
 patientiã aduerſitatis, quod figuratur, cũ fugit a facie fratris perſequentis.
 Gen. 28. quod ipſe teſtat. Gen. 18. Dñs qui apparuit mihi. Secũdo pp̄ fugã
 proſperitatis præſentis uitæ, quod notat in amplexu Eſau, qñ occurrit ei,
 in quo notat, q̄ qñ Diabolus non põt decipere per aduerſa, niſi mulcere
 per proſpera. Gen. 22. Et illũ locũ uocauit Phauel. i. apparitio. Tertio pp̄
 conſtantiam perfeuerantiæ finalis. Gen. 25. Qñ uocauit ei nomen. Hiero-
 nymus dicit, quod Iſrael nõ intelligitur uidens Deũ, imò fortis cum Deo:
 ſi enim fortis fuiſti contra Deũ, quanto magis contra hoĩes præualebis?

De abſtinentia.

De abſtinentia quere in tabula de tẽperantia, & in tabula de penitẽtia,
 & de mortificatione corporis. Item 2. b. In lib. Reg. de Abigail, quę
 aſcendit ſuper aſinam. Item de abſtinentia, quere in tota tabula de ieu-
 nio. Item in tab. de Gula. 101. a. b. Itẽ quere 183. b. Itẽ 3. Reg. quere de ab-
 ſtinentia, 144. a. Sciendum eſt, &c. Notandũ q̄ Elias dedit nobis exemplũ
 abſtinentiæ, & ieiunij; vnde panẽ ſubcinericũ comedebat, & aquã bibebat.
 3. Reg. 19. Ecce ad caput Eliæ panis ſubcinericus, & uas aquæ. Itẽ abſtinẽ-
 tia & ieiuniũ impetrat, & meretur ſummi regis familiaritatẽ, ſcientiæ veri-
 tatẽ, corporis formoſitatẽ, & ſanitatẽ. Dan. 1. Pueris aut̄ his dedit Deus ſciẽ-
 tiã, & diſciplinã in oĩ libro, & in omni ſapientia: Danieli aut̄ intelligentiã
 oĩum uifionum, & ſomniorũ: abſtinerunt aut̄ diebus decẽ: poſt quos appa-
 ruerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ oĩbus pueris, qui
 veſcebantur cibo regio. Item uenit Ioannes non manducans panem, neq;
 bibens vinum, Genef. 40. Piſtor Pharaonis pp̄ abuſum temporalis lætitiæ
 legitur ſuſpenſus, quia tria caniſtra farinæ in capite portabat, &c. Item mo-
 dus abſtinentiæ eſt quando in omnibus mediũ tenemus, vt neq; plus quã
 expedit, neque minus, quã neceſſe eſt agimus. Illa. n. dies eſt temperatio,
 quæ nec nimis calida, nec nimis frigida ſentitur. Sic nos temperate uiui-
 mus, quãdo nec extollimur in proſperis, nec deijcimus in aduerſis, ſed in
 omnibus mediũ tenemus. Nam de viro temperato dñr: Per diem ſol non ve-
 ret te, neque luna per noctẽ. Item ſeptima dies eſt dies temperantiæ: illo
 enim die requieuit dominus ab omni opere, quod patrarat. Quia repres-
 ſionibus a motibus carnalibus per temperantiam anima quietatur in
 Deo, & Deus in ipſa. Exo. 20. Sex diebus operaberis, & facies omnia ope-
 ra tua; ſeptima Sabbathum domini Dei tui eſt, nõ facies omne opus in ea.
 Quando enim illud eſt in aĩa dies tẽperantiæ, refrenantur incontinentia-

Voluptatis beſtialis motus . Superfluum temperantia . Religioſi dormitor .

tes motus curioſitatis, circunciſi motus elationis, & vanitatis, & eſt temperies quadam in anima . Item temperantia cohibet ſuperfluum carnis per vorum continentia, ſuperfluum anime per voram paupertatis uoluntaria, ſuperfluum ſpiritus per vorum obedientia . Tales poſſunt dormire in pace cu Salomone in dormitorio conſcientia, in quo ponitur lectus cogitationis ſancta . ſubſternit ſenu carnis miſere, capitur ſonnus pacis interna, ſi tamen non diſcooperiatur tectum turbine tentationum, vel impediatur ſonnus turbine, & ſtrepitu phantaſmatum . Nota quod in templo quod fuit Ezechieli oſteſum in tranſmigratione propoportio erat in quatuor, in menſuris, in celaturis, in ædificijs, in ſacriſcijs, in menſuris, quia nihil erat in hoc templo, quod non eſſet meſuratum, quia nihil debet eſſe in anima ſpirituali, q non ſit per temperantiam moderatum . Eze. 47 . vir, qui habebat funiculum lineum in manu metiebatur longitudinem, latitudinem, & altitudinem templi; vir iſte Chriſtus cuius iudicium iuſtum, & diſtinctum, funiculus habet æquitatem, linum ſubtilitatem . Ipſe iudicabit omnia opera noſtra ſi ſint moderata . Si fuerimus longi, vel longanimes in poenitentia, lati in miſericordia, alti per cœleſtia deſideria . Vnde Ioann. in Apocal. 11 . Datus eſt calamus ſimilis virgæ . Et dictum eſt ei q metiretur templum, quæ longitudo, quæ latitudo, quæ altitudo eius . Eſt aduertendum quod temperantia habet hic incorruptionem quãdam, & pro præmio expectat uitam æternam . Ideo in Apoc. dicitur . Qui uicerit dabo illi, &c . Et dicit qui uicerit, quia continuum ineſt bellum temperantia, quod oportet uincere propter delectationes uitæ contemplatiuæ . Vnde de anima temperata, & abſtinate dicitur Eccl. 50 . Quasi ſtella matutina in medio nebula . Item temperantia eſt cingulũ aureum quo cinguntur veſtes virtutum, & uirium ne maculentur tactu commiſſionis illicite . Apocal. 1 . Præcinctus zona aurea ad mammillas . Hoc cingulum non dẽt eſſe nimis laxum per familiaritatem, & extensionem oculorum, & aliorum ſenſuum ad illicita, ſed debet eſſe ſtriſtum cum poenitentia auſtera, & cautela debita; ideo religioſi iacent cincti . Sed quidam non reſtringunt cingulum, ſimiles ribaldis, qui in æſtate iuxta penu ad uentrem habentes corrigiã ad collum . Hi ſunt qui loquuntur, & prædicant de abſtinentia, & caſtitate, & non reſtringunt gulam, nec affectiones in corde, nec carnalitates in carne . Abſtinentia, & ieiunium eſt quoddam præparatiuum, ſicut accepturus acutam medicinam, præparat ſe ſeruando dietam; ſic nos recepturi corpus Chriſti habemus hanc quadrageſimam ad noſtram præparationem . Tertij Regum 19 . Ambulauit Helias, & uenit poſtquam ieiunauerat quadraginta diebus ad montem Dei Orub, quod intelligitur menſa, id eſt, ad menſam Eucharitiæ . Et ſicut non præparatis accipientibus medicinam, quod medicina eſt, uertitur eis in uenum, ita in propoſito . Habuit etiam Helias uas aquæ per quod lachrymarum effuſio, contritio, & conſeſſio deſignatur, ſine quibus ad menſam Eucharitiæ non debet accedere; & iſta ei per angelum miniſtrantur, id eſt, per conſeſſionem . Ad iſta poenitens debet induci . Item ſecundi Paralipomen. 5 . Che: ubi ſtabant erectis pedibus, & facies eorum erant uerſæ ad exteriorem domum . Erectio pertinet ad temperantiam, per quam erigitur ſpiritus ſuper carnem, eius corruptio aggrauat animã; tunc enim uera caſtitas obtinetur, quando per orationem, ſuperior portio rationis erigitur in Deum, & per ſollicitam circumſpectionem inferior conuertitur ad regendum corpus ſuum . Ideo dicitur, quod habebant

Apoc. 2 . Bellum . Pugna .

Abſtinentia . Ieiunium .

Temperantia .

A facies uerſas, &c . Item temperantia, & abſtinentia deſignatur per lignum cedrinum, quod ſuo odore ſerpentes interficit: ſic ſobrietas, & abſtinentia motus carnales qui in nobis ſerpunt, reſſimit . Item per abſtinentiam mĩ datur lepra gula, quæ eſt lepra Naaman . 3 . Regum 5 . Vade lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatẽ caro tua, & mundaberis . Iordaniſ intelligitur riuus iudicii, in quo ſignificatur iudicium mortis: nihil enim adeo ualec ſecundum Gregorium, ad mundana carnis deſideria, ſicut cogitare qualis erit mortua . Septenaria lotio eſt perfecta huius rei conſideratio, & ſic caro recipit ſanitatẽ, cũ tenemus in cibo ſobrietatẽ: ualde enim in firmus eſt homo gulofus, cui ſatiſfacere non poſſunt terra, mare, & aer . Item temperantia deſignatur per Chriſtum in medio duorum latronũ . Ioan. 19 . Duo latrones deſignant duo extrema abſtinentia, per ſiniſtrum cura carnis in deſiderijs, per dextrum, qui de facili conſequitur ueniã, nimia mortificatio carnis . Greg. Corda in cythara ſi nimis tenditur; raucẽ ſonat, quia uirtus abſtinentiæ aut omnino nulla eſt, ſi non carnem edomat, quantum ualeat, aut omnino inordinata eſt, ſi carnem atterat, plus quam ualeat . Bernardus . Carnem oportet reſtringere, non extinguerẽ, reſſimere non opprimere, ſeruiat, non ſæuiat, ancilletur, non dominetur, alioquin ſi quis ſecundum eam uixerit, morietur . Et ideo ut dictum eſt, Chriſtus in medio duorum latronũ crucifigitur . Nota quod docet Chriſtus uincere tentationem de gula, exercendo ſe ad ſpiritualẽ refectionem, dicens Mat. 4 . Non in ſolo pane uiuit homo, &c . Quia cum homo ſit compoſitus ex duplici ſubſtantia, ſicut corpus habet ſuam refectionem in cibis corporalibus, ita anima in ſpiritualibus, cuius ſunt ſcriptura, & uerba diuina: quã refectionem impedit materialis eſca : unde Salomon cogitauit carnem ſuam abſtrahere a uino, ut animam ſuam transferret ad ſapientiã . Eccl. 1 . Dan. 1 . Tres pueri cauebant ſibi ab eſca regia, ideo impleti ſunt ſapientia . Tenta nos obſecro, dixit Daniel, & dentur nobis legumina ad uelcẽdum, & aqua ad bibendum: Et ſic fecit . Se quitur: Pueris illis dedit dominus ſapientiam, & ſcientiam . Quare ſupra . In hac tabula Iudith abſtinendo, & ieiunando caput Holofernis abſtulit, ſe & populum liberauit: ſic nos abſtinendo diabolũ, & eius tentationem ſuperamus, conſcientiam & ſenſus noſtros liberamus . De modo ſobria abſtinentiæ, quare infra 3 . r . a . Que re in tota tabula de poenitentia .

Quid ſit diuiſio aquarum in ſcriptura .

E St aduertendum, quod in ſcripturis ſacris legitur multiplex diuiſio aquarum . Genef. 1 . Fiat firmamentum in medio aquarum . Secunda Exo. 14 . Eleua uirgam . Tertia Iofue 3 . Aquæ Iordaniſ: ex hoc oſtenduntur ſpirituales differentia aquarum . In aqua nota decurſus humane uita . 2 . Regum 21 . Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur ſuper terram, & Apocal. 17 . Aquæ multæ, populi multi . Eſt enim triplex ſtatus uitæ humanæ ſcilicet ſecundum initium, progreſſum, exitum . Et ſecundum naturales differentia aquæ, in quolibet iſtorum trium ſtatuum inſinuatur triplex differentia animæ ſanctæ ad peccatricem . Secundum enim initium ſumitur differentia ſecundum mundam, & immundum, turbulentum & tranquillum, ſterile, & ſecundũ . De aqua turbulenta Hier. 2 . Quid tibi uis . De aqua tranquilla Eſa. 8 . Aquæ ſyloe . Apoc. 22 . Oſtendit mihi flumẽ aquæ uiuæ . De aqua imũda Exod. 14 . Eleuauit Moy . De aqua mũda Eze.



16. Effundam super nos aquam mundam. De aqua sterili 4. Reg. Aquæ Le-
 ricio. Sequitur, Dixit Helyseus. De aqua fetida Genes. 2. Fluvius egrediebatur.
 Aqua itaque est fluxus humanæ uitæ, quia peccatrix anima turbida
 est in cogitatu, immunda in affectu, siue in uoluntate, fetida in effectu,
 siue in operatione. Secunda differentia est secundum progressuum,
 & est triplex, secundum calidum & frigidum, fidele & infidele, ge-
 larum & fluidum. Progressus peccati talis est, in frigiditate naturæ
 desperatio ex timore diuinæ iustitiæ, sicut Caym, qui desperauit con-
 siderans peccati magnitudinem, & Dei iudicij distributionem: sicut enim
 calor expellit frigus, sic desperatio charitatem: Hierem. 16. Sicut fri-
 gidam facit cisterna aquam. Econtra anima sancta est calida per amorem.
 Gen. 36. Inuenerunt aquas calidas. Solitudo est religio, ubi inuenitur aqua
 calida. Aquæ in fideles sunt præsumptuosi de misericordia Dei, quia promittunt
 impunitatem. Sicut aquæ infideles quæ occultas habent uenas. F
 Ezechie. 15. Facta est mihi. Econtra anima sancta est aqua fidelis sine fal-
 lacia. Esa. 38. Qui occultat. Sequitur. Aquæ eius. Congelatio est obstinatio,
 quæ provenit ex desperatione. Eccl. 43. Ventus Aquilo. Aquilo ergo qui
 est ventus frigidus & congelat, est obstinatio, sed Austrum sancti spiritus
 facit animam sanctam fluidam Psalm. 147. Flauit spiritus eius, & fluent
 aquæ. Can. 4. Veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata. Ter-
 tia differentia est secundum exitum, & est triplex, scilicet amarum &
 dulce, maledictum & benedictum, uiuum & mortuum. Secundum a-
 marum est finis peccatorum in morte, secundum maledictum in iudicio,
 secundum mortuum in inferno. De amaritudine mortis: Ecclesiastici 12.
 O mors quam amara &c. De aquis amaribus: Apoc. 8. Stella cadens. Hæc a-
 maritudo est in morte, propterea filii Israel non poterant bibere aquas
 Marath, quia amare erant: Econtra mors sanctorum dulcis est: quia habet
 illud lignum, quod positum est in aquis Marath. Isti sunt imitatores cru-
 cis Christi. Secundum maledictum, & benedictum, hoc erit in iudicio quæ
 do dicetur, Ite maledicti: Venite benedicti: De primis aquis, Numerorum
 27. Aquæ maledictionis &c. Nota histo. Istæ aquæ maledictionis est sententia
 lata in iudicio contra malos. In femore est uis generatiua. Computre-
 scet ergo femur damnatorum, in quo significatur priuatio omnis spei, ut
 ex tunc nihil boni possint facere, dirumpetur uterus propter uoluntatiæ
 doloris. De aquis benedictionis, Prou. 5. Deriuentur fontes tui foras, & in
 plateis aquas tuas diuide. Alia differentia est secundum uiuum & mortuum,
 De mortuis in Ezech. 47. Aquæ inferiores. de uiuis, Ioan. 4. c. Fiet fons aquæ
 salientis in uiam æternam.

Maledict.
Mar. 25.

Leuit.

De Angelis.

DE angelis Iudic. 5. Stelle manentes in ordine, & cursu suo, aduersus
 Syfaram pugnauerunt. Syfara intelligitur excludens gaudium, & si-
 gnificat diabolum, quia & ipse exclusus est in perpetuum a gaudio, & nos
 nititur excludere. Angeli dicuntur Stelle, de quibus dicitur: Posuit stellas
 in firmamento cæli: quia ad modum stelle habent in natura seu statu sub-
 litatem, in aspectu luminositatem, in situ sublimitatem, in statu perenni-
 tatem, in motu uoluntatem. Istæ stelle manentes in ordine suæ Hierar-
 chie distinctionis, & cursu diuinæ administrationis pugnant ad nostram
 defensionem contra Syfaram, qui nititur nos excludere à gaudio Paradisi,
 quia.

H

A quia aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens
 quem deuoret. 4. Regum 6. Edificauit Salomon atrium interius tribus or-
 dinibus lapidum politorum, quia distincta est triuifans ecclesia tribus hic
 rarchijs angelorum. Qui dicuntur lapides propter stabilitatem, politii pro-
 pter deformitatem in eis non relucet, ut res lucet in corpore polito,
 & quia nouem sunt ordines in tribus hierarchijs, ideo comparantur noue
 lapidibus pretiosis. Ezech. 28. Omnis lapis pretiosus ornamentum tuum.
 Esa. 6. Seraphin stabant super illud, sex alæ uni, & sex alæ alteri, duabus ve-
 labant faciem eius, & duabus uolabant, & clamabant alter ad alterum: San-
 ctus &c. Lucifer cecidit de celo. Sed Seraphin stabant super illud. Intro-
 ducuntur stantes, uolantes, uelantes, clamantes. Seraphin ardens uel suc-
 cédens intelligitur, in se enim ardent, & alios succédunt igne diuini amo-
 ris. Stant per amorem in Deo fixum, & per confirmationem sui status:
 & quia à Deo diuelli non possunt. Volant per impetum amoris incoscabile,
 quia in amatum transformatur: Velant, propter affectum incessabilem, quæ-
 rum ad ea, quæ de eo eis uelata sunt; caput, & pedes, altissima, scilicet, &
 profundissima quædam mysteria. Et quantum ad hoc, in circuitu Dei sunt,
 quia ab eis comprehendi non possunt. Clamant per gratiarum adionem
 continuam, & infatigabilem, excitantes eos, qui in amore Dei torpescunt:
 Apoc. 12. Legitur Michael cum dracone obtinuisse locum eorum, & per
 ipsum representantur anime sanctorum. Est autem aduertendum, quod
 angeli mittuntur ad nos ad incutiendum timorem diuinorum iudiciorum
 Matt. 28. Terremotus factus est magnus, angelus domini descendit de cæ-
 lo, erat aspectus eius sicut fulgur, uelimenta eius sicut nix. In fulgure cu-
 ius natura est penetrabilis, & terribilis, pænæ æternæ consideratio: in can-
 dore uelitis, cuius natura est mulcebris, quædam delectatio: Ex considera-
 tione enim diuini iudicij, concutitur animus hominum dum considerat
 in eo pænâ reprobatorum, & delectatur considerando præmia beatorum.
 Mittuntur ad incutiendum dolorem peccatorum præteritorum Ioan. 5.
 Angelus domini descendebat in piscinam, & mouebatur aqua, & sanaba-
 tur unus. Quia per ministerium angeli fit cordis commotio, & contritio.
 Aquæ commotio, lachrymarum effusio, post quæ sequitur sanatio. Mittun-
 tur ad incutiendum spem ex reconciliatione reorum: Danielis 10. capit.
 Noli timere uir desideriorum. Mittuntur ad nunciandum gaudium ex
 retributione: Lucæ 2. c. Euangelizo uobis gaudium magnum. Item procu-
 rant corporalem nostram, & spiritualem liberationem; Actuum 12.
 Angelus domini assistit, & lumē refulsit in habitaculo carceris. Item Da-
 niel. 3. Angelus Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem.
 Item mittuntur ad nostram protectionem, & directionem. Ecce ego mit-
 to angelum meum qui præcedat te & custodiat in uia &c. Exod. 23. dicitur,
 quod angelus domini qui custodiebat castra Israel iterposuit se inter Aeg-
 yptios persequentes filios Israel: per Aegyptios significatur tentatio, à
 qua nos liberant. Er Thob. 8. Angelus liberauit Sarram & Thobia, & alli-
 gavit in deserto superiori, quia compefcit potestatem dæmonis, ne nobis
 noceret: Gen. 32. Angelus uidebatur cum Iacob usque mane. Nota historiã.
 Lucæ oratio deuota, brachia sunt fletus compunctionis, & deuotio mētis,
 uel desiderium patriæ: Tactus, uel siccatio nerui, extinctio carnalis concu-
 piscentię. Item signat nos angeli signo crucis imprimendo memoriam do-
 minicæ passionis. Apoc. 7. Quoadusque signemus seruos Dei nostri. Ezech.
 1. Signa thau super frontes: sic signati non timent angelum percutionem.

1. Pet. 1.

Gen. 32.

tem. 3. Regum 19. Angelus portauit panem subcineritium, & vas aqua, quia inducunt nos ad inortificationem & deuotionem. Item de angelo Thobia. Nota historiam Thob. 12. Me duxit, & reduxit sanū, & c. Nota totum. Demon est culpa, vxor pnia, pecunia gratia, sanitas innocentia. Itē angeli congaudent de nostra salute: Lucā 15. Cum inuenerit homo ouē perditam imponit in humeros suos gaudens, & ueniens domum cōuocat amicos, & uicinos dicens: congratulamini mihi, quia inueni ouem, quam perdideram. Dico uobis, gaudium est super uno peccatore penitentiam agente. Non enim est dubium quin angelicis spiritibus fuerimus connumerati a principio, quomodo homo ille habebat centum oues, & illa mulier decem dragmas. Quis ergo se non dolet per peccatum ab illo numero cecidisse? Quid ergo tardamus, angelicis spiritibus. noua inferre gaudia? Exiliamus in humeros pi pastoris, qui se nobis pastorem exhibet. Sollicitudine, & affectione imitemur mulierem, ut reuocemur ad numerum, unde excidimus. Item angeli nos informant ad castiratē, Gen. 32. Percussit neruum femoris eius, & emarcuit: in femore est concupiscentia, & uis generatiua, quam angelus percutit, & marcescit, quando tactus, & motu angelico in nobis carnalis concupiscentia refrigescit. Christus alloquitur animam deuotam, & religiosam ad dicendum deuotē diuinum officiū. Cāt. 8. Qui habitas in horris, amici auscultant te, fac me audire uocem tuam: Quippe in horris diuinis donis, & charismatibus seminatis, parietibus clausis munitis, aquis deuotionis irriguis, floribus motum ornatis, fructibus meritorum repletis, anima religiosa inhabitat, prædicto modo eam alloquitur Christus, ut deuote, & hilariter psallat, eo quod amici, Spiritus sanctus, & angeli, & sanctorum animarum cum angelis, qui coniuncti sunt psallentibus præuenerunt, & assistunt in medio iuencularum tympanistrarum. Ideo cum psallimus, & oramus, præ oculis habeamus, & angelorum præsentiam consideremus, amplectamur reuerentiam, vereamur offensam, emulemur gratiam. Neemię primo: Dixit Neemias: Domine fiat auris tua auscultans, & oculi tui aperti, ut audias orationem serui tui, qua oro ego coram te hodie, hac nocte pro filiis Israel seruis tuis. Alioquin cum tu in conspectu angelorum debeas psallere, si taces, si non aduertis quod dicis, si uerba dimidias, corrupis, aut sincopas, aut interrumpis, aut uana phantasmata interponis, timere debes, ne proferat Deus contra te illud Hier. Attendi, & auscultauit; nemo quod bonū est loquitur. Et 1. Reg. 30. Viri Dauid inuenerunt Aegyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid, de deruntque ei panem ut comederet, & biberet aquam, sed & fragmen masæ caricarum, & duas ligaturas uinæ passæ: quod cum comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est: nō enim comederat panem, nec biberat aquam tribus diebus, & tribus noctibus. Dauid Christum. Viri Dauid angeli, unde & dicuntur fuisse ducenta, propter duplicē confessionem in ministrando, & cōtemplando, qui signantur in duplici centenariio. Vir Aegyptius in agro, homo merens & consolatione egens in mundo, nam Aegyptius intelligitur meror, & ager mundus est: adducitur ab istis uiris ad Dauid, cum ei angeli gratiam impetrant, quæ quidem est, ut panis famelicis, ut aqua sitibundis, ut medicina infirmis, ut consolatio desolatis detur. Unde figuratur in autoritate prædicta in pane, & aqua, in caricis, quæ sunt ficus sicca, & medicinales in uinis, & quia consolationem recipit tam in intellectu, quam in affectu, ideo dicuntur duæ ligaturæ uinæ passæ. Item angeli pugnant contra dæmones, ne nos impedian in uia: Apoc. 12. Michael

A & angeli eius præliabantur cum dracone. Et in Exod. Angelus præcedebat populum domini. Isa. 6. Volauit vnus de Seraphin, & in manu eius calculus, & c. Nota historiam. Seraphin exercitus est angelorum, unde Seraphin illos designat angelos, qui a Deo positi sunt ad custodiam peccatorum, quorum typum hic gerit. Isa. 5. Sicut Petrus in carcere gerit typum peccatoris. Vnus ergo de Seraphin ad Isa. volat, cum angelus custodiens peccatorem uiam salutis ei annunciat. Manus angeli ministerium eius est, ad agendū: calculus qui est lapis ignitus, est scintilla diuini amoris: forceps oratio angeli, æterna gloria, uel Christus. Sic ergo in manu angeli calculus forcepe de altari tractus est, cū oratione sua impetrat, & Christus det ei scintillam diuini amoris, ut ministerio suo possit tangere, & mūdare os peccatoris, & non solū os, sed etiam cor, & manum, ut sic ministerio angelico mūdētur labia a peccato locutionis, & cor ab iniquitate cogitationis, & manus a peccato operis. Et quia actus oris est medius inter actum cordis & operis, medium uero sapit naturam extremorum, ut ostendat ministerio Angelico fieri purgationem oris, nihil addit de purgatione cordis, uel operis, sed solum de purgatione oris dicens: Labia tua tetigi. Et nota quomodo Angelus nos reducit a peccato, unde dixit Angelus ad Agar ancillam: Unde uenis, aut quo uadis. Quære expositionem historiae. Item de Angelo, qui præcessit filios Israel in exitu de Aegypto. Item de Angelo qui uirga tetigit sacrificium, & ascendit cum flamma ad cælum. Item de Angelo Thobia, item de Angelo qui descendit cum Azaria, & socijs in fornacem, & eos liberauit. Item de Angelo qui docuit mysteria Daniele, & Joannem in Apocal. Item de Angelo, qui liberauit Petrum de carcere; Item de Angelo, qui totam salutem nostram Mariæ nunciauit. Et nota quōd sunt sex alæ Seraphin, quibus nos debemus alari. Item Angeli nos dirigunt in agendis, nos protegunt in aduersis, nos curant ab infirmitatibus corporis, & mentis. Vide de Angelo Thobia, qui Thobiam ab ore piscis liberauit; in uia duxit & reduxit, dæmonem in deserto alligauit, uxorem procurauit, pecuniam recuperauit, patrem cæcum illuminauit. Et de Angelo qui Petrum in carcere uisitauit, carcerem illuminauit, cathenas de manibus soluit, portam ferream aperuit, & sic Petrum liberauit. Item Angeli nos docent, & excitant ad reddendum gratias Deo de beneficijs, & libenter se nobis associant: Luc. 2. facta est cum Angelo multitudo cælestis exercitus laudantium, & dicentium; gloria in excelsis Deo. Item nos illuminant, & eleuant ad contemplandum, ut patet de Ioanne in Apocal. quia semper per Angelum illuminabatur, & eleuabatur. Item nostras orationes Deo repræsentant Thob. 12. Quando orabas. Sequitur: Ego obtuli orationem: & nos deducunt ad æternam quietem: Lucā 16. Factum est ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. D Inflammant orantes. Isa. 6. Volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calculus quem forcepe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit. Ecce ego tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Defendunt bonos, puniunt malos: Genes. 19. Dixerunt Angeli ad Loth: Et ibi quomodo eduxerunt eum, & uxorem ne perirent in Sodomis: Et illos percusserunt cecitate à minimo usque ad maximum. Et Isa. 37. Egressus est Angelus Domini: Et ibi quomodo una nocte interfecit 180. millia uirorum de exercitu Sennacherib. Item confortant penitentes. 3. Regum 19. Dixit Angelus Helia dormienti sub iunipero, quæ est arbor aculeata, & significat asperitatem penitentia portans ei panem subcineritium,

meritum, id est memoriam passionis Christi: & uas aquæ, id est recordationem peccatorum, ex qua surgit effusio lachrymarum: surge, comede, & sic ab Angelo confortatus ambulauit uir pœnitens usq; ad montem Dei Oreb: intelligitur mensa Paradisi, ubi pro pane submeritio ei datur manna diuinitatis, & pro aqua uinum inebriantis felicitatis.

De Ambitione.

Est aduertendum quod in Campania dicuntur esse fontes, qui reddunt mulieres steriles. Istæ sunt aquæ ambitionis, quæ nesciunt fecunditatem boni operis: 3. Regum 2. Conqueruntur filij prophetarum specialiter de sterilitate aquarum: Esai. 15. Aquæ enim Nemrin desertæ erunt. Et nota quod ambitio magnam habet, & inquietam sollicitudinem, ut mare: Hierem. 49. Turbati sunt in mari præ sollicitudine quiescere non poterunt; turbantur enim ambitiosi in mundo præ bonorum prosperitate, ut mare, & semper crescit unda. Sed norandum, quod cum unda maris ad arenam colliditur, tumorem suum deponit. Iob 38. Hucusque uenies, & hic confringes tumentes fluctus tuos: Hierem. 5. Posui arenam terminum mari. Sic quando anima considerat uitæ breuitatem, & suam fragilitatem, tumorem, & undam ambitionis & superbiæ deponit: Deuteron. 8. Ductor tuus fui in solitudine, in qua extat serpens statu adurens, scorpio, & Dyphas. Glo. Dyphas est genus aspidis, id est serpens, & quicquid memorderit, siti perit, aded parua, ut cum calcatur, non uideatur, eius uenenum ante extinguit, quam sentiat, ut nec etiam tristitiam sentiat moriturus. Constat quod serpens iste ambitio est dignitatis præsentia uel honoris; hoc uenenum siti interficit, quia cuius mentem ambitio inficit, ut hydropticus semper sitit. Semper ascendere cupit, & uelut ignis & infernus nunquam dicit sufficit: & quia talem semper delectat spes obtinendi illud, quod ambit, ideo ante extinguit quam sentiat, ut nec etiam tristitiam sentiat moriturus: Apoc. 8. Cecidit stella magna ardens tanquam facula & cecidit in tertiam partem fluminis, & nomen stellæ absinthium: facula habet ardorem, absinthium amaritudinem: Quia ambitio, & auaritia & cupiditas mentem urit insatiabiliter: est enim ignis qui nunquam dicit sufficit: & mentem amaricare facit & torquet parualiter. Facula ambitio scilicet & auaritia qua succensus est omnis status: cecidit in tertiam partem fluminis, per quæ populi fluidi ad mortem currentes continue designantur, 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram, quæ non reuertuntur: Quia quædam pars hominum sequitur concupiscentiam carnis, quædam concupiscentiam oculorum, quæ est ambitio: quædam superbiam uitæ. Aduerte quod ambitiosi per multa desideria ascendunt ad honores, non tamen apprehendunt: figuratum est Iud. 9. Ierunt ligna ut ungerent super se regem. Sequitur. Quomodo oliua, ficus, uitis, recusauerunt promoueri. Et post pauca egrediatur ignis de rampno & deuoret cedros Libani. Sic est de ambitiosis, quia si ad dignitatem promouentur, statim confundunt, adurunt, opprimunt bonos, & innocentes: Si autem non promouentur, statim nihilominus ardet ignis ambitionis in eis & per eos molestantur boni uiri, quæ per cedros designantur. Nota quod ambitiosis deberet triplex pœna, scilicet pœna Chore qui cum globo suo perijt in igne, pœna Dathan & Abiron, qui uiuentes in infernum descenderunt. De his duobus Numer. 16. pœna Osæ qui uoluit usurpare suum

Diuitiæ
peditas.
Auaritia.

Apoc. 8.
Stella.
Quære de
ambitione
67. a. i. mar
gine.
Regum 3.

Promotio
Prælati.

A mum sacerdotium & percussus est lepra 2. Paralip. 16. Aduerte, quod aliqui ambitiosi uolunt ascendere ad dignitatem quandoque per precium. Secundi Machab. 4. Ambiebat Iason summum sacerdotium. Alij per sanguinem ut Abimelech. Iudicum 9. Nora historiam. Alij per potentiam, ut Osias. Secundi Paralip. 26. Eleuatum est cor eius. Sequitur: Percussus est lepra. Alij per contentionem ut Chore, cum complicitibus suis. Num. 16. Genes. 11. Fillj Noe cum proficiscerentur de oriente inuenerunt campum in terra Senaar, & habitauerunt in eo. De oriente proficiscuntur, qui à Deo per inobedienciã recedunt. In terra Senaar uenit, scilicet ad bonum temporale animam suam conuertit: Senaar intelligitur fertilitas. Sequitur: Dixit uir ad proximum, uenite faciamus lateres, & cætera. Talis est uia ambitiosorum, qui appetunt celebrare nomen suum. Prima cura est de coquendis lateribus, id est de diuitijs congregandis. Quid enim est later nisi lutum igne coctum, id est diuitiis cupiditate congregatæ? Secunda cura est debilitumine, id est de amore mundi habendo: Bitumen enim non scinditur, nisi sanguine menstruali; Sic amor mundi facillè rumpitur consideratione utilitatis, conceptionis, & conditionis humanæ. Tertia cura est, ut sic celebretur nomen eius in terra. Sed quam magnum sit peccatum sequentia manifestant. Erat enim populus unus & labium unum omnibus, & confusum est labium, quia quilibet uult promoueri, ex quo surgit odium, quod diuidit, & confunditur labium, per detractiones, quæ sunt ad impediendum, uel falsæ commendationes ad promouendum. Et aduerte quid accidit secundi Regum 17. Melius est consilium Cusi arachites consilio Achitofel. Sequitur: uidens Achitofel, quod non esset factum consilium suum, abiit, & suspendit se. Sic ambitiosi quando non possunt obtinere, quod indebitè appetunt, desperant de Deo. Gen. 3. Eritis sicut dii scientes bonum & malum: unde quia ex ambitione ad habendum scientiam mora fuit, ideo de paradiso expulsa fuit. Esa. 14. Eodem modo lucifer cecidit, quia dominium ex ambitione appetijt. In secundo Reg. legimus, quod Absalon aspirauit ambitiose ad regnum patris sui, & mortuus est, suspensus per crines in quercu. In secundo Machab. legimus, ambitiose uoluit regnare & confusus fuit. Iason etiam in summum sacerdotium uoluit ascendere ambitiose. secundi Machab. 4. Abimelech etiam motus ambitione, 70. fratres suos interfecit. Sic multi ambitiosi uolentes præfici, fratres suos interficiunt infamando. Unde propter ambitionem legimus Abimelech excerebratum, Absalonem lanceis confossum, Ananiam gladio interfectum, Iasonem legimus exultatum, & remansisse inhumatum.

De ascensione Christi in cælum.

ET nota quod Helias ascendens in cælum dimisit Heliseo pallium inuolatum. Quod exponitur de Christo ascendente in cælum. Quære 33. b. Item 23. i. b. Item currit igneus eleuauit Heliam & ascendit per turbina in cælum. Quære 72. b. 8. 1. Leuit. 14. Immolato vno passere pro mûdatione leprosi alter fugiebat in agrum, quia carne Christi immolata pro peccato originali, Christus resurgens ascendit in cælum. Sic primi Reg. 19. fugit Dauid à facie Saulis, & relicta est in lectulo eius caprina pellis. Quia Christus ascendens in celos reliquit electis memoriam suæ passionis. Genes. 8. Archa requieuit super montes Armenia, quia caro Christi, qui fuit arcanum diuinitatis habitaculum, hodie exaltata est super cælestem

Gen. 12.

tiam cœli, vnde euellata est multitudo cadentium Angelorum: Armenia enim mons vellicans intelligitur. In ascensione Christi impletum est signum, quod dederat Dominus Ezech. De prolongatione vitæ. Esai. 38. Quia reuersus est sol 10. lineis quibus descenderat in orologio Achaz. Sol enim profecerat per 10. lineas & retrocessit. Ita mystice sol iustitiæ dominus Iesus Christus Dei filius, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum reuersus est 10. lineis quibus descenderat in orologio Achaz. Orologium potest dici vniuersitas creaturarum: 10 lineæ sunt cœlum empireum, cristallinum, sfdereum. Istæ sunt tres lineæ. Septem autem lineæ sunt septenarius numerus orbium, septem planetarum. Humiliauit se Dei filius, & descendit infra ista 10. prædicta. Et hodie retrocedens ad dexteram vltra, & supra prædicta decem, est eleuatus, & ista eleuatio est signum curationis, & prolongationis vitæ Ezechia, quia per Christi ascensionem nos ad cœlum eleuabimur, tunc & non ante ab omni infirmitate curabimur, tunc vita nostra in aeternum prolongabitur. Alio modo dicitur orologium vniuersitas, chorus angelorum. 9. lineæ sunt. 9. ordines angelorum, & Dei filius paulominus minoratus ab angelis descendit ad nos, ad 10. lineam, idest vsque ad dragmam perditam, quam inuentam exaltauit vsq; ad dexteram Dei patris. Et sic reuersus est sol 10. lineis, quibus descenderat. Et de hoc nota historiam totam Apoc. 12. De muliere, quæ paritura erat filium masculum qui rectorus erat gentes in virga ferrea. Seq. Raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius.

De auaritia, usura, & cupiditate.

Cecidit stella magna ardens tanquam facula in tertiam partem fluminum. Hæc est auaritia, & cupiditas. Quare in tabula de ambitione in præcedenti fol. a. Danielis 3. Nabuchodonosor rex fecit statuam magnam, & statuit eam in campo Dura prouinciæ Babylonis. Sequitur tunc congregati sunt Sarrapæ, &c. Nota totam historiam. Nabuchodonosor, qui intelligitur sedens in angustia, Diabolum significat, qui in angustia sedet, eo quod in pœnis ligatus manet. Aurea statua est auaritia, & cupiditas temporalium, quia secundum Apostolum, auaritia est idolorum seruitus, Psalm. Simulachra gentium argentum, & aurum. Campus magnus Babylonis, id est confusio, est mundus, vbi confusus est omnis status: Nam mali prosperantur, & exaltantur boni conculcantur, persequuntur, vt deiciuntur. In hoc magno, & confuso campo erexit Diabolus auaritiam, cupiditatem, & amorem temporalium, quæ auri nomine designantur, vt homines aurum diligant plus quam Deum. Et ad litteram eos, qui auro abundant, honorant, & adorant, & eis reuerentius seruiunt, quam Deo. Congregantur autem sarrapæ, magistratus, iudices, duces, tyranni, optimates, qui sunt in potestatibus constituti, omnesq; principes regionum ad adorandum statuam auream quam erexit Nabuchodonosor rex, quia ad litteram principes ecclesiastici, & seculares, & illi, qui in quocumq; statu alijs præsent, maiori auaritia, & cupiditate ardent. Sed populi, tribus, & linguæ, id est subditi de omni statu, audientes sonitum tubæ, fistulæ, cytharæ, sambuce, psalterij, symphonice, vniuersi generis musicorum, cadentes adorant statuam auream, quia simplices, & subditi videntes pompas, delicias, honores, qui exhibentur diuitibus propter aurum, eorum exemplo nituntur inesse, vel iniuste aurum, & diuitias congregare. Sed in tali adoratione, in tali diuitiarum

Arum congregatione cadunt nunc à statu gratiæ, ad statum culpæ, & à statu culpæ ad pœnam gehennæ; sicut dicitur Matthæi septimo. Cecidit domus &c. Et Apocalypsis decimo quarto capit. Cecidit Babylon. Item Proverb. primo cap. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem. Hoc patet de illis, qui contra animam suam curant per auaritiæ studium, vt patet in illis, qui pro obtinendis beneficijs tantum discurrunt, & frequenter symoniam incurrunt. 4. Reg. 5. dixit Giezi: Viuit dominus, quia curram post eum, & accipiam aliquid ab eo. Actu. 9. Surges Paulus de terra, apertis oculis nihil videbat. De terra surgit, qui mentis affectibus conculcat terrena: apertos habet oculos, qui tota mentis intentione contemplatur celestia, nihil videt, qui nihil habet nec habere desiderat, vel in proprio vel in communi. De quibus scriptum est: Beati pauperes spiritu, quoniam &c. Sunt enim quidam, qui sic afficiuntur ad temporalia, quod pro ipsi obtinendis, vel retinendis transgrediuntur Dei mandata. Sunt alij, qui sic non afficiuntur ad ea, vt inde transgrediantur mortaliter; tamen si possident sine amore, non perdunt sine dolore, in quibus tamen vrit dolor si amittatur, quantum hæserat amor si possideatur. Sunt alij, qui sine amore possident, sine dolore perdunt: tamen potestatem possident à se non abiecerunt. Sunt alij, qui supra hoc addunt possidere nolle, & possidere non posse. Sed quidam sic, quod in proprio possidere non voluit, nec possunt, tamen in communi possidere possunt. Sunt alij qui vltra hoc addunt: nihil posse, aut uelle possidere, nec in proprio, nec in communi, & isti maxime sur rexerunt de terra, & apertos habentes oculos nil vident, quia nihil quod terrenum est reputant, de quibus Esaiæ 60. Qui sunt illi, vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas, sunt nubes eleuatae per terrenorum abdicationem, & columbæ simplices gementes per contemplationem. Hæc est vita Apostolica, eorum scilicet, qui dicunt: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Item auaritia & cupiditas est ignis, qui nunquam dicit sufficit. Sicut enim calido circumstanti educitur intrinsecus calidum, & fit putrefactio, & arefactio secundum philosophum, sic ex abundantia, & cupiditate rerum temporalium tollitur intrinsecus omnis proximi compassio, & omnis ad Deum deuotio. Iacobi 5. Agite nunc diuites, plorate, &c. Diuitiæ vestrae putrefactæ sunt, & uestimenta uestra à tineis comesta sunt, aurum, & argentum uestrum eruginauit, & erugo eorum in testimonium uobis erit, manducabit carnes uermis sicut ignis. Item Luca 14. Iuga bouum emi, id est amorem meum in temporalibus posui. Sequitur. Nemo uirorum illorum, qui uocati sunt gustabunt canam meam. In cuius figura stetit oleum, ubi uasa uacua non pauca non inuenit. 4. Regum. 4. Nec paralyticus aduenit nisi prius abcederet præsentia filij incarnati. Si ergo cum uerbi carne consolationem spiritus Apostoli non potuerunt recipere, errat, qui cœlestem illam dulcedinem cum amaritudine carnis, diuinum illud balsamum cum felle ardoris rerum temporalium percipere credit. Est aduertendum, quod auari laborant in cupiditate sua. Ecclesiast. 3. Laborauit diues in congregatione substantiæ. Sicut enim nimia sitis compellit hominem bibere aquam lutosam, ita auaritia laboratores suos ad multa iniqua, & laboriosa compellit. Nam multoties ex auaritia parum comedunt & semper in egestate sunt. Deuteron. 13. Gibbosi non intrabunt templum. Gibbosi sunt, qui incuruantur ad terrena, & inferiora per terrenorum concupiscentiam. Isti sunt auari, qui portant & gibbosi, vt cameli, de quibus Matth. 19. Diues difficile intrabit in regnum cœlorum.

Job.
Pfal. 13.

Difficile dicit, quia non intrabit niſi gibbum deponat, aut eleemoſynas faciendo, ſicut Magi obtulerunt domino munera, aut ſe humiliando non ex diuitijs ſuperbiendo, aut amorem deordinatum diuitiarum deponendo, aut carnem ſuam mortificando. De auaris nota, quod rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt, pauperes diuidunt propria, & ditiores ſunt. Diuites egnerūt & eſurierunt, inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Nam auarus quo plura poſſidet tanto pluribus eger. Idco nec ſe habet qui pecuniæ ſeruus eſt, & quaſi idolatra deteſtandus, cui nummus eſt Deus. 1. Reg. 15. Vnde in quorſdam auaros iam iuſtitia diuina vindicat, dum res, quas indebite amant, conuertit eis in tormenta, & vicia facit eſſe ſupplicia. Eſt aduertendum quod auarus eſt arbor arida non faciens fructum, ſeu vermiculoſum non faciens fructum lapidum, ſed acidum. Eccl. 5. Qui amat diuitias, fructum concipient ex eis, & ibidem; auarus nunquā implebitur pecunia. Bene dicit non implebitur pecunia, quia cupiditatis vitium ſemper tendit ad infernum, ſicut ignis ſi ſemper addatur ei fomentum, & quia res addita auget concupiſcentiam, & quia ſitis eſt in anima, & res ſunt extra animam, ideo non implent eam. Et bene dicit fructum non capient, quia prope ſunt auari comedunt enim fructum acidum, & acerbū; vnde poſſent comedere in futuro fructum maturum. Luc. 19. Venit Ieſus in templum, & cepit eiſcere vendentes, & ementes de templo. Capit eiſcere quia nondum eiecit, & timco ne alicubi aliquos reliquerit. Si omnes emptores, & uenditores de templo ſuo dominus eieceret, in aliquo templo pauci remanerent, ſed qui capit, ipſe perficiet. A Deo recedimus per auaritiam, ſicut Eſau à Iacob. Genef. 36. Abijt Eſau in alteram regionem ceceſſitque à fratre ſuo Iacob. Diuites enim erant ualde, & ſimul habitare non poterant, nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis eorum propter multitudinem gregum. Sicut enim aues prædariæ nunquam pariter congregantur, ſed magis ſoliuagæ ſunt, ita nec diuites ſe ſe compatiantur, nec inter ſe contractus faciunt, ſed eorum cogitationes, contractus, & fraudes uertuntur in pauperes, & egentes. Beſtiæ ſilueſtres expectant animalia minuta in loco qui Gallicè dicitur triſtes, ibi capiunt & deuorant ea, ſic diuites auari quando uident pauperem neceſſitatem habentem, mutuunt ei aliquod, quod reddere non poſſunt ad tempus imponitur, & ſic deuorant. Deuorant plebem meam, ſicut eſcam panis. Job 24. Quaſi onager in deſerto egrediuntur ad opus ſuum uigilantes præparant panem liberis. Ex hoc enim auari, & uſurarij ſe excuſant, quia dicunt, quod hoc faciunt pro filijs ſuis. Et eſt notabile quod onagri, qui dicuntur aſini ſilueſtres naturaliter horas diei, & noctis diſtinguunt, canibus ex præiectione ſtercoris ſui illudunt, & uento delectari, montem aſcendunt, quod uſurarijs competit, qui tempus norunt, quod ipſi uendunt, & malis prælatis illudunt per ſtercora temporalium ſuorum, quibus eis ora claudunt ambiunt aſcendere in montem ſuperbiæ, delectantur in uanitate. Auari, & cupidi omnino ſunt ſulti ſicut ille, qui habet aſcendere magnum montem, & onerat ſe lapidibus, ſic enim onerati neceſſario habent deſcendere. Baruch 3. Argentum theſaurizant, & aurum in quo conſidunt homines. Sequitur. Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt. Iſti ſunt ſimiles ſimijs, quibus ligna ad collum imponuntur ne aſcendant, & ipſi ligati ſunt catenis, licet aureis, uel argenteis, unde exod. 19. Præcipitur ne beſtia montem aſcendat. Beſtiæ ſunt uſurarij, & auari, quia pauperes deuorant, ut beſtiæ, nec conſiderant, quia per eleemoſynas ſurſum non poſſunt aſcendere, quia quod eleemoſyna ſurſum le

uat,

Auat, adiuncta rapina deorſum grauat, ut pater in Aſub deſcendente. Greg. Moral. 7. Eleemoſyna ſuperbi diuitis eum redimere non ualet, quia perpetrata ſimul rapina pauperis, ante Dei oculos aſcendere non permittit. Eſt aduertendum, quod ſicut in eccleſia Dei luxuria eneruauit caltitatis munditiam; Thren. 1. Facta eſt Hieruſalem quaſi polluta menſtris; ſic in eccleſia, auaritia, & ambitio eneruauit concordiam. Luc. 19. Videns Ieſus ciuitatem ſanctam Hieruſalem fleuit ſuper illam; & ſequitur cauſa. Quia circundabunt te inimici tui uallo, & ad terram proſternent te. Quia quæ cæleſtis erat originis, facta eſt terrenæ conuerſationis, dum tota innicitur terrenis: Et ex hac auaritia ſequitur diſcordia. Hierem. 6. Fundite circa Hieruſalem aggerem, omnis calumnia in medio eius. Fili hominis fode parietem circa Hieruſalem, ſcrutare eam in lucernis, & uidebis in ea abominationes, maiores quando huic ſuſcitantur friuolæ quæſtiones, vexationes ſequuntur, appellationes, exceptiones, dilationes, ut rectè pateat omnis calumnia in medio eius. Similiter ſimoniaca prauitas impedit reuerentiam in eccleſia Dei, cum paſſim ſe ingerant fraudulentum mercatores, immo peſſimi latrones in regimine eccleſiæ. Lucæ 19. Ingreſſus Ieſus in templum, cepit eiſcere uendentes & ementes, dicens: Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Baruch 3. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna, ſcientes bellum, non hos elegit dominus. Gigantes à ge, quod eſt terra dicuntur, qui excedunt communem hominum meſuram. Iſti ſunt auari ex cupiditate inexplebili, quibus non ſufficiunt ſingularia beneficia, & ſubditur cauſa nominatiu, retinent enim plura beneficia, ſolum ut nomen habeant in gentibus, & uocem in electionibus. Iſte eſt canonicus talis, talis loci. Et bene dicitur; ſcientes bellum: Bellum enim hætenus exitit ex controuerſia magiſtrorum circa quæſtionem de pluribus beneficijs, non hos ait elegit dominus, neque uiam diſciplinæ inuenerunt, propterea perierunt; uia diſciplinæ eſt uia ſacræ ſcripturæ, quæ iſtam quæſtionem uidetur determinare. Ex lege enim habetur, quod non debentur Leuiticis ſtipendia niſi pro miniſterio, quo ſeruiunt in tabernaculo, ſimiliter neque ius percipiendi de cimas ex euangelio patet hic. Idem nemo poteſt duobus dominis ſeruire, quare non duabus eccleſijs deſeruire, niſi per uicarium, ſed ille aut eſt dignus, aut indignus: ſi indignus, tolerari non debet, qui emolumētum percipit, onus autem contemnit, ut dicit lex. Si indignus dicit alia lex, quia non refert utrum tutor nullo modo diſpenſet res pupilli, an perperam diſpenſet. Hoc idem patet ex Apoſtolica doctrina, 2. Corinth. 9. Qui ſacrario operantur, de ſacrario erunt. Dicunt etiam iura Canonica, quod in duabus eccleſijs aliquem intitulari non licet, ſi in ea, in qua intitularus eſt, canonicus habeatur. Clamant iura extrauagantia; mirabile ait Alexander gerimus & indignum ſi uni perſonæ locum in pluribus eccleſijs uelis concedere, & episcopatu tuo inducere conſuetudinem Eccleſiæ Gallicanæ, qui cum unum habeant beneficium, plura recipiunt, quod non approbatur à nobis licet hoc nequeat præ multitudinem delinquentium emendari, non obloquor diſpenſationi, non neceſſitati, uel utilitati, ſed cupiditati, ſed ambitioni, ſed incompaſſioni, ſed peſſimæ negligentia prælatorum malorum. Nam ſi non eſſent collatores, non eſſent receptores. Hæc auaritia adeo creuit in eccleſia, ut de bonis eccleſiæ ſiant tanta palatia, luxurientur in phaleris, uanitantur in auiſibus, dentur filia nuptui, parentes neſtiantur, nihil pauperibus, nihil egentibus tribuatur, licet Apoſtolus, Colof. 3. Induite uos ſicut

Prælati.
Principes.

Doctores.
Magiſter.

Mat. 6. ca.
Curatus.

Beneficia
Eccleſiaſt.

Prælati.
Clerici.
Beneficij.

Sicut electi Dei uiscera misericordiae, nulla indigentibus participatio, & pecuniam suam dicunt, quam velut alienam domi clausam sollicito labore custodiunt, ex qua non amicis, non liberis, non sibi denique quicquam impartiunt, ad hoc tantum possident, ne liceat interim possidere. Bernar. Sicut riuus quando fluit, cauat terram, sic discursus temporalium conscientiam, si potest torrens in agros concurrere sine laesione satorum, & tute ista sine vulnere mentis tractare posse confidit. Quod temporalia sunt cōtemnenda, quia respectu spiritalium sunt modica quantitate, nam loco modico continentur scilicet in terra, quae est modica respectu celi empirei, qui est locus beatorum. Vnde Paulus Actū 9. Excecarus non obscuritate tebebrarum, sed nimietate luminis superflua, illustrato mentis aspectu ex illo lumine surgens de terra apertis oculis nihil videbat. Quia terram, & ea, quae in ea sunt, nihil reputabat, immo omnia arbitratus est vt stercora, ut Christum lucrifaceret. Vnde Prouerbiorum nono. Clamat sapientia: Relinquitte infantiam, & uiuite, & ambulate per uias prudentiae. Infantiam appellat, quae sunt puerilia, quia diligentes temporalia, sunt similes pueris qui magis afficiuntur ad vnum pomum, quam ad unum regnū, & ambulate, ait per uias prudentiae; Quia sicut dicit Beatus Dionysius in epist. ad Titum: Cum te ipsum, & omnia p̄ mentis excessum nullo inferiori retinaculo praepeditus transenderis ab omni concupiscentia, & cura absolutus, & purgatus, tunc tandem si cuncta auferens, & ab omnibus expeditus, sursum ageris ad supersubstantialē radiū diuine cōprehensibilitatis. Hoc est, quod Moyses postquam uidit rubū ardere dimissa Aethyopissa, quia nigra erat, soluit calciamenta à pedibus, & accessit vt videret rubum ardentem, quia dimissa caligine temporalium, quae reddunt nigrum & heberem intellectum circa spiritalia cor illuminatur, & accenditur ad sapientiam, & peruenitur usque ad familiaria, & secreta Dei consilia. Sunt etiam temporalia inutilia premio. Ioann. 4. Mulier reliquit hydriam, & abiit in ciuitatem: hydria vas aquarum, fluxus est temporalium, quae sunt fluxibiles, quia modo habentur, modo amittuntur, & quanto maiore amore stringuntur, tanto magis dilabuntur, vt patet in senibus: vnde habent modum anguillae, quae dum capitur, quanto magis stringitur, tanto citius elabatur, & amittitur. Relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in aeternum. Auari sunt Idolatrae quibus Dominus comminatur. Eze. 20. Idola ait Aegypti non reliquerunt, & dixi ut effunderē indigna rībne meā super eos. Idola Aegypti colunt auari, qui postposita imagine Dei, & veri crucifixi, colunt & adorant imaginem nummi, cuius precium in errore, & stulta hominum opinione consistit. Quid enim sunt argentum & aurum, publica monete caractere principis signata, nisi quaedam simulachra regum, & opera manuum hominum. Hi sunt Dij tui miser idolatra auare quos toto corde, tota mente, tota anima diligis, quos precipuo honore colis, & in quibus totam spem tuam in omni necessitate ponis. Item Luc. 16. Mortuus est Lazarus, & portatus est ab angelis in sinum Abrahæ. Nonne est ita de diuitibus, & auaris, qui moriuntur in peccato mortali quia tales statim descendunt ad infernum. Vnde diues Epulo mortuus est, & sepultus in inferno. Luc. 16. Ideo mirandum est de diuitibus vsurarijs, qui moriuntur comprehensi a iudice cum fardello pauperibus furato. Et ideo iudicium datur, quod in inferno sepeliantur, & ipsi volunt sua corpora in ecclesijs sepeliri, contra quos Greg. his quos peccata, & cetera. Quere in tab. de morte. Et aduerte, q̄ diuites auari, cupidi, Christum

Exod. 3. c.
Religio-
sus.

Astum non possunt sequi. Quia, vt dicit Augustinus 83. quæst. Viscus animarum spiritalium est amor rerum temporalium. Matth. 9. Vidit hominem sedentem in theloneo, Matthæum nomine, & ait: Sequere me. Qui surgens secutus est eum. Matthæus publicanus: publicanus cupiditatis magister. qui pecunias non ad vsum vitæ, sed ad vsuram mortis acceperat. Sic pecuniarum sacculus, & peccatorum cumulis grauabatur, vt se leuare ad innocentiam, surgere ad iustitiam, stare in bono, progredi in melius non posset, vnde sedisse dicitur. Aurum enim natura graue, sed auaritia grauior, quae dum conueniunt, in effectu suo naturalem seruant originem, qui caelestes animas inferius ad inferna demergunt. Ideo ait Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Augusti. Bene Petre omnia reliquisti, & non ad insipientiam tibi. Sciebas enim quod Christum nudum sequi non poteras oneratus. Auaritia secundum Apostolum, est quaedam idolatria: vnde datis filijs Israel præceptis, dixit Dominus ad Moysen: Cito recefferunt de via, quam ostendisti eis, feceruntque sibi vitulum conflabilem, & adorauerunt. Gastridus; mira res, autor huius idolatriæ sacerdos fuit, aurum ait Aaron dederunt mihi, & proieci illud in ignem, & surrexit hic vitulus. Audi ergo sacerdos auare, aurum tibi datum est, non illud habes ex tuo patrimonio, vel labore, sed ex oblatione fidelium. Sed acceptum aurum in ignem mittere est in ipsius concupiscentiam corda hominum inflammare. Ignis enim significat ardorem auaritiæ, & in hunc ignem aurum ab eis mittitur. Quorum exemplis agitur, vt aurum ardentius ametur. Hæc enim est maxima submersio populorum, scilicet auaritia clericorum, & prælatorum. Si aurum cupis congregare donec dicas sufficit, casto labore consumeris, quia auaritia est ignis, qui nunquam dicit, sufficit, sicut nec infernus, cuius est filia, ergo congrega aurum quantum ad sustentationem breuis, & misera vitæ expedit: sed hodie à maiore vsque ad minorem omnes auaritiæ student. De isto auro dicitur Thob. 1. Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Hieroboam Rex fecerat, hic solus fugiebat consortia hominum, & ibat ad templum Domini in Hierusalem, &c. Ieroboam rex diabolus, qui fecit duos vitulos aureos, quibus retraxit populum à cultu Dei: quia tam à clericis quam à laicis auaritia adoratur, & à fide Christi retrahitur, & aureum vitulum duobus montibus: quia aurum idcirco auari adorant & aggregant, vt sint cæteris eminentiores; ista est statua aurea Nabuchodonosor, quae adoratur, quia auaritia est idolorum seruitus secundum Apostolum. Sed non sic Sanctus Thob. Thob. 1. Cum irent omnes &c. vt supra, Apocalyp. 12. Cauda draconis traxit tertiam partem stellarum secum. Cauda draconis est cauda argentea, & aurea, quam facit draco per suam astutiam, qua ligat omnes cupidos, & auaros, & sic ligatos trahit eos secum in terram morientium ad inferni profundum, viros qui videntur spirituales, & tamen ei consentiunt, & tertiam partem, quia non bonos prælatos, non bonos clericos, sed cupidos, & auaros. Diuitiæ sunt spinæ: auari enim dicuntur spinæ penetrantes, & lacerantes propter liliium paruitatis, quod florebat in Ecclesia pristina, auari itaque sunt spinæ, propter defectum humoris compassionis, & charitatis. Ista spinæ hodie in Ecclesia superexcreuerunt lilio sanctitatis, Matth. 8. Exortæ spinæ suffocauerunt semen spirituale, sicut exponit Grego. in homil. 60. super illo Lucæ 8. Exiit qui seminat. Vnde quando Constantinus ditauit Ecclesiam, audita est vox de cælo. Hodie effusum est venenum in Ecclesiam. Item Lucæ 14.

Religio.
Mat. 19. c.

Exod.

Thob. 6. c

Religio-
sus.
Spinæ.

Religiosus. Iuga bouum emi, &c. Hæc possunt dicere multi religiosi, & clerici, qui deberent vacare soli Deo, & contemplationi, & iam nihil videntur scire nisi humana, & temporalia negocia tractare, & terras arare. Et hoc est iuga bouum emi quinque, ut in eis impleatur secundum litteram quod in Ecclesiastico secundum spiritum dicitur. Qui tenet aratrum non gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorum, & narratio eius in operibus taurorum, cor suum dabit ad versandos sulcos, & uigilia eius in sagina vaccarum. Certe si reprehensibile est, quod seculares seruiunt auaritiæ, quod est idolorum seruitus, abominabile est quod quidam religiosi tantum defudant in acquirenda terrena possessione, ut in officijs rusticianis ad accumulandas videantur totum suum sanguinem exhaurire, qui maxime deberent reuelata facie gloriam Domini contemplari, & qui deberent esse cœlestes, uocantur boni terrenarij. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Et qui deberent esse aues per contemplationem uolantes, facti sunt boues terram sulcantes, & qui deberent portare suaue iugum Domini, portant iugum bouum. Auari sunt illi latrones, qui faciunt speluncam de domo Domini; unde significantur per latrones Caldæorum, qui fatentes interpretantur. Isti significant motus auaritiæ, qui faciunt speluncam suam in domo Domini, & spoliant eam supplicatione quæ provenit ex pietate. Hierem. 7. Nunquid ergo spelunca latronum domus ista; furari dicuntur, qui mali sunt meriti, & beneficia Ecclesiastica rapiunt, quæ omnia ex auaritia procedunt. Vno modo efficitur homo mutus ex tali humoris infusione, ex quo apostema quoddam sub lingua nascitur, quod rana appellatur. Hoc modo multi sunt qui ardentis auaritiæ concupiscentia, muti sunt à vera suorum peccatorum confessione, à charitatiua proximi sustentatione, à sui proximi correctione, sustentantes peccatores in peccatis suis propter munera habentes apostema ranæ sub lingua. Ecclesiast. 20. Encenia & domna excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correctiones eorum ad litteram, ut dicunt mutus ranunculus est, qui proijcitur in ore canis ut obmutescat, uel mutus in ore amator pecuniæ, qui dicenda tacet, uel mutus à mutando: quia propter dona, uel pecuniam immutat sententiam. Deuteron. 16. Munera excæcant oculos sapientum, & mutant uerba iustorum. Curatur hæc infirmitas cum loquimur rectè in peccati confessione, in proximi correctione, in elemosynarum largitione. Auaritia per lepram figuratur. Leuit. 13. Dicitur quod leprosus solus habitat extra castra: quod pertinet ad auarum: nam per interminabilitatem appetitus infiniti, uellet solus totum mundum occupare. Isai. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum, absque ulla spe: & de hoc satis mirandum est. Quid enim prodest multa habere cubacula, cum in vno solo iaceamus, multa palatia cum in uno habitamus? multa beneficia uix bene mereri possimus ubique esse non possumus. Hæc est lepra Giezi, quarti Regum quinto. Egressus est Giezi ab Helisæo leprosus quasi nix, peccatum enim Giezi significat simoniam, quæ est species auariæ, unde notanter dicitur quasi nix: nix enim nocet oculis, ne uideant, & pedibus itinerantium, ne recta uia incedant: quia auaritia, & simonia maxime excæcat prælatos, & errare facit in uia Dei subditos. Sed utinam sicut Helisæus eiecit Giezi, qui egressus est ab eo, & Christus ementes, & uendentes, & uendentes columbas cœpit eicere de templo. Ioann. tertio. Sic hodie aliquis Helisæus, aliquis Christi Vicarius hanc lepram purgaret, & Giezi imita-

A imitatores de domo Domini eijceret; propter hoc forte dicitur. Luca decimonono, quod Christus tales cœpit eijcere, ut quod Christus incepit, Christi vicarius debeat consummare. Et aduerte quod auaritia, & cupiditas magnam habet sollicitudinem, & anxietatem. Ecclesiast. secundo. Homini bono in conspectu suo dedit Dominus sapientiam, & intelligentiam; peccatori autem dedit Dominus afflictionem, curam super fluam, ut addat, & congreget ea, quæ placent Deo. Sed hæc uanitas, & cassa sollicitudo est; dat Dominus gratis per gratiam viro iusto sapientiam, qua temporalia sapiant ei secundum saporem suum; scientiam, qua ab eo æstimentur secundum valorem suum, intelligentiam, qua cognoscantur secundum totum esse suum: sed peccator, auarus scilicet, recipit afflictionem in corpore, curam in anima, ut addat, & congreget, &c. Sed hic cassa sollicitudo est pro temporalibus bonis euiscerare, sicut araneæ se euiscerant pro cassibus suis construendis. Vnde à cassibus Aranearum tractum est hoc nomen cassum, & tradit, ait, ei, qui placuit Deo. Et ut dicit Boetius, alijs cedit emolumentum, solis diuitibus sollicitudo. Et bene dicit uanitas, quia quando cupit sedare sitim, sitis altera crescit. Sene. Si uis facere diuitem, non diuitijs addendum est, sed diuitijs subtrahendum. Non enim destruitur ignis ligna apponendo, sed ligna subtrahendo. Auaritia comparatur feбри: quia auaritia, siue amor terrenorum facit hominem ardere, & siti perire sicut febris. Vnde figuratur per serpentem, qui uocatur Dypsas, qui suo morsu facit hominem mori siti. Deuteron. 8. Quare in tabula de ambitione de isto serpente. Deuteron. 28. Percussit te Deus egestate, febre, frigore, & ardore, & æstu. Sequitur. Discet sequens generatio uidentis plagas terræ illius, & infirmitates quibus eam affixit Dominus sulphure, & solis ardore comburens, ita ut ultra non. &c. Sulphur habet summum fœtorem, sol summum ardorem, terra, quæ nihil germinat summam ariditatem, quia febris auaritiæ reddit hominem fœdum, & abominabilem extra, & calidum intra, & aridum iuxta: quia sine compassione aliqua. Quia anima cupida figuratur Luca 13. per filiam Abrahæ, quam alligauit Sathan, quæ inclinata erat, nec poterat sursum aspicere; quia cupidi nihil cogitant de æternis, sed penitus incuruantur, & immerguntur in terrenis: unde non uolant, ut uolatilia, sed serpunt, & uentre reptant super terram, ut reptilia. Vnde figurantur per serpentem maledictum, cui dictum est: Terram comedes, & cætera. Isti enim nihil de cœlesti manna gustant, sed semper terram comedunt: unde solebant antiquitus fœneratores infames esse, & abominabiles Christianis, & pueri quando uidebant usurarium, signabant se, & dicebant, uidete diabolum, & fugiebant signando se, nec in domo eorum sumebant cibum, nec eorum oblationes in Ecclesia recipiebantur, nec osculum pacis eis dabatur. Et modo ita multiplicati sunt, quod uix est municipium, uel municipium, quod sit ab hoc peccato immune: Vnde Osee quarto. Conqueritur Dominus, fornicabuntur filia uestra, & sponsa uestra adulteræ sunt, non uisitabo super filias uestras, cum fornicatæ fuerint. Diabolus enim adulter est iste, & istas filias impregnat, & filios spurios generat simoniacos prælatos, & clericos hypocritas, monachos, & filios religiosos, burgenfes, usurarios mercatores, dolosos agricolas, decimas subtrahentes, & sacrilegos; ancillas, & seruos fidos operarios, filias ciuium luxuriosas, filios ocio sos, & superbos, currunt passim ad interitum sicut aues ad laqueum, mulres ad calcem, pisces ad hamum. Aduerte quod auaritia est cæcitas, quæ

Sollicitudo.

Vanitas.

Infirmitas.

Cupiditas Anima. Gen. 4. Terra.

usurarius.

Infirmitas Cæcitas.

excæcat in modum prurientis ardoris. Est enim quædam virtus ignea, quæ oculum consumit designans auaritiam, quæ ita ignita est, quod nunquam dicit, sufficit. Sic excæcati erant Scribæ, & Pharisei, ad quos Dominus Matthæ. 23. Væ vobis duces cæci, qui dicitis quicumque iurauerit per templum Dei nihil est, qui autem iurauerit in auro templi, debitor est, stulti, & cæci, quid maius est, aurum, uel templum quod significat aurum. Illi auari præponebant aurum templo ut dicebant. Vnde dicebant quod iuramentum quod fiebat per creaturas, non erat obligatorium, nisi solum cum fiebat per munera, & dona templi, uel altaris, in quo non Dei timorem intendebant, ut dicit glo. sed suam cupiditatem: unde qui intrauerat in pecunia, quæ offerebatur sacerdotibus, si conuictus erat, statim tenebatur soluere, quæ in templo, non. In quo patet cæcitas auarorum, quæ magis curant de auro quàm de templo, quia se permittunt excommunicari, & ab Ecclesia abiici, ut acquirant modicum argenti. Hoc modo fuit excæcatus Thobias de calidis stercorebus hyrundinum, ut hoc significaret cæcitatem auarorum. Thob. secundo. Contigit, ut quadam die fatigatus à sepultura ueniens domum iactaret se iuxta parietem, & obdormiret: ex nido hyrundinum calida stercore incidere super oculos eius, fieretque cæcus. Stercora quæ fœtida sunt, & terram ferè impingunt, temporalia sunt, quæ in rei ueritate nilia sunt, & pauperes fecundant: unde Paulus omnia arbitratus est ut stercore, ut Christum lucrifaceret, quæ dicuntur, hyrundinum, quia uiri contemplatiui habentes alas contemplationis, hæc sicut egestiones, & stercorea reputant, & dicunt quod excæcant, quando sunt calida, quando scilicet nimio ardore diliguntur, sicut hominem excæcat peluis calefacta, & hoc cum Thob. fatigatus à sepultura iactat se, & dormit iuxta parietem, quando scilicet homo fatigatus à bono opere deficiens, & ocians ambulat secundum carnem. De auaritia tentauit Sathanas Christum, dum ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Sic Amalech, qui intelligitur lingens sanguinem, impugnavit filios Israel, & tentauit. Cupidi qui sanguinem pauperum bibunt, per Amalech designantur. Quod Diabolus dominatur auaris figuratum est Matthæ. 17. Exiuit dæmonium à puero Lunatico, & curatus est: Lunatici sunt auari, qui mutantur secundum mutationem suorum temporalium. Stultus ut luna muratur. Cor enim quod mutabilibus adhæret, mutari necesse est. Et sicut luna eclipsatur ex interpositione terræ, sic excæcantur auari ex interpositione temporalium inordinato amore, ut non penetrentur à radio gratiæ. Et notandum quod Dæmonium illud puerum sæpe mittebat in ignem, & crebro in aquam. Quia auari diligentes terrena quæ sunt puerilia, non cælestia, quæ sunt solida, sicut puer magis diligit pomum quam regnum. De igne auaritiæ præcipitantur in aquam immunditiæ, & luxuriæ donec sic ab vno in aliud cadendo descendant ad profundum gehennæ, sicut pila de loco ad locum projicitur, donec in puteum labatur. Hi sunt de quibus Apoc. 9. Pœnitentiam non egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorent dæmonia, simulacra aurea, & argentea, & ærea, quod auaritia sic deprimit mentem, quod non sinit cælestia contemplari. Lucæ decimo tertio. Mulier habebat spiritum infirmitatis, & erat inclinata, nec poterat sursum respicere; hæc est anima auara, & iam per affectum diuitiarum ad terrena inclinata: quia pondere diuitiarum in infernū demergitur, & tunc maximè, quado alienas sarcinas habet super se, & tunc mori sine retractione:

Excæcatio.

Exo. 28.
Cupidi.Lunatici.
Eccl. 27.

Dæmonii

Ignis.

Diuitiæ.

Atractione; quis coram iusto Iudice deprehensa est cum furto, & rapina; & cum alieno onere. Et nota de pœna auarorum. Ananias fraudauit de precio agri conscia uxore sua, cui dixit Petrus: Cur tentauit Sathanas cor tuū, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare te de precio agri? Quod dicitur in persona cupidorum, qui aliena iniuste detinent, quod est pauperum: & sequitur ibidem quomodo tam ipse quam vxor percussus a Deo statim mortui sunt. Et nota de periculo mortis auarorum, & vsurariorum, qui iniuste accipiunt aliena, & dicunt quod in morte facient testamentum, & facient emendas. Luc. 12. Ponit Saluator parabolam dicens, hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicēs: Quid faciam, quia non habeo. quo congregem fructus meos, & dixit: Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo bona mea, & dicam animæ meæ, Anima multa bona habes posita in annos plurimos requiesce, come de, bibe, epulare. Dixit autem illi Dominus: Stulte, hac nocte animam tuā repetent a te. scilicet dæmones, quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues &c. Aliquando quæ congregantur adueniunt ad manus aduersariarum, thesaurizat cui congregabit ea. Et sic subito moriuntur, quia hæc animaduersione moritur peccator, ut moriens obliuiscat Dei, qui dū videret oblitus est Dei: Et postea filii, quos dimittunt hæredes, & executores parū cogitant de pœnis illius, & est iustum Dei iudiciū, quia plus dilexerunt filios, quàm Deum, ac seipsos. Auaritia est illud, de quo dicitur. A negotio perambulante in tenebris: i. in occultis fallacijs, & dolositatibus sicut ambulauit Ananias. Bernar. Auaritia est radix omnium malorum, secretum virus, pœstis occulta, mater hypocrisis, liuoris parens, crinum sines, virtutum erugo, tinea sanctitatis. Auaritia figuratur per illam serpentem, qui dicitur Dyplos. Quære s. s. Item figuratur per stellam ardentem, Apocalip. 8. Et aduerte quod auaritia est illa crux, in qua Iudas suspenditur laqueo cupiditatis. Bernard. Concupiscentia interiorem, & exteriorem hominem occupat, vniuersam mentem desiderijs afficit, membra illecebris inficit, inde pruritus aurium, oculorum perulantia, olfaciendi voluptas, faucium defecatio, in vniuerso corpore mollicies, sensus libido, perniciofa tangendi ebrietas, desideriorum inde fornax accensa omnium vitiorum affectionibus vehementer, radix enim omnium malorum est cupiditas. Et est aduertendum, quod auari, & cupidi terram desiderantes, significantur per terram à Deo maledictam. Genes. tertio. Vbi ponitur triplex maledictio, laboris maledictionis, punitionis spinarum, acerbatis tribulorum; in laboribus ait, comedes ex ea, &c. Temporalia enim cum labore acquiruntur, cum asperitate possidentur, per timorem compunctione, & dolore amittuntur; propter hæc tria: Apocalip 8. Væ, væ, væ, habitantibus in terra. Ioseph posuit Effraim ad dexteram suam, id est ad sinistram Israel, &c. Iacob supplantator est Christus, Ioseph humanus, sinistra patris significat temporalia, dextera significat æterna. Prouer. 3. Lōgitudō dierum in dextera eius, & Cāt. 20. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Duo filij, Ioseph, duo affectus animæ, vult ergo affectus humanus, & Manasses, id est oblitio ponatur ad dexteram, id est ad æterna. Effraim, id est affectio ponatur ad sinistram, id est ad temporalia. Cuius contrarium habet dominus fieri, quod figurat pater Iacob, cū cancellat manus. & dexteram ponit super Effraim, sinistram super Manasse. Nam in obliuione debent esse temporalia, in memoria vero æterna, hoc est contra illos, q. sem

Mors.

Diues.

Psal. 20.

Cru.
Concupif.

1. Thi. 6.

Terra.
Gen. 48.

per cogitant quomodo possint temporalia congregare, & de Deo, & de E
 ternis gaudijs nihil cogitant; vel saltem non tantum sicut de temporali-
 bus, quod significat sinistra. Et aduerte quod displicet Deo, auaritia, & cu-
 piditas. Iosue 7. Nota ibi quod populus Israel derelictus à Deo ab hostibus
 cedebatur, & fugabatur. Cumque Iosue oraret Dominum, responsum est
 ei à Domino: Anathema in medio tui, & confessus est Achor quod contra
 mandatum domini acceperat pallium coccineum valde bonum, & 200.
Vsuararius. Cielos argenti, regulam quoque auream, &c. vnde patet ibi, quod propter
 vnum vsuarium, vnum raptorem, Dominus punit toram vnam commu-
 nitatem; & ibi patet, quomodo Prælati, & Principes tales debent punire,
 sicut fecit Iosue Achor. De auaritia, & cupiditate religiosorum, Num. 15.
Religio. Homo colligens ligna in Sabbato, debet lapidari. Sabbatum est requies,
 quæ est spiritualiter religionis à tumultu temporalium, vel etiam omnium
 hominum debet esse, qui es per contemptum temporalium; ligna, quibus
 augetur ignis, sunt temporalia, quibus augetur cupiditas; colligere ligna est
 congregare diuitias. Si ergo videris religiosum intromittentem se de tem-
 poralibus lapidibus debet obrui in duris increpationibus debeat castigari:
 talis enim figuratur per Achor, qui furatus est laminam auream. Iosue 7.
Diuitia. Auari pereunt submersi desiderio possidendi. Exod. 16. Submersi sunt qui
 si plumbum in aquis, absorpti auiditate retinendi. Num. 16. Deuorabit eos
 terra, cum tabernaculis suis, lapidati liuore amittendi. 3. Regum 12. Lapi-
 dauit omnis populus, Aduram. Et nota contra cupidos, & auaros. Quidam
 sapiens portauit vnum paruum lapidem Alexandro Imperatori, qui cum
 poneretur in statera plus ponderabat, quam quicquid quod ponebatur in
 alia parte; cum vero coopertus terra in libra ponebatur, quasi nihil pōdera-
 bat, nisi quantum vnus alius lapis suæ quantitati. Imperator interrogans
 sapiētem quid hoc esset, respondit; tu, ait, es lapis iste; quia quam diu viuis,
 & terra non es coopertus, totus mundus non sufficit tibi, immo appetitus
 tuus præponderat toti mundo, sicut iste lapis omni appposito, sed dum terra
 coopertus fueris, dum scilicet morieris, non ponderabis nisi quatum vnus
 alius homo: quia vna modica fouea tibi sufficere, sicut uni alij. Aduerte
 quod auaritia est illa statua aurea, quam Nabuchodonosor, id est diabolus
 erexerat in campo huius mundi. Quære supra 5. a. Et nota, quod auari,
 & cupidi sunt similes araneæ, quæ de suis visceribus telam texit. Tela ara-
 neæ cum difficultate texitur, sed cito rumpitur, sic temporalia cum difficul-
 tate acquiruntur, sed cito, faciliter, & multipliciter amittuntur. Hanc telam
 de visceribus texit, qui cogitationes, affectiones, & labores in congre-
 gandis diuitiis ponit. Illi, qui adorauerunt vitulum cōstatilem mortui sunt,
 per quos auari designantur. Nota historiam. Auari designantur per illos,
 qui bibebant aquas flexo poplice, quia per aquas fluxibiles temporalia trā-
 sistoria designantur. Et isti non fuerunt apti ad bellum, illi, qui de tempora-
 libus non curant, nisi ad necessitatem vitæ, figurantur, per illos trecentos,
 qui manu aquas lambebant, & isti fuerunt apti ad bellum. Nota historiam
 Iudic. 7.

De Accidia, & Ocio.

Vade ad formicam, & piger, & considera vias eius, quæ cum non ha-
 beat ducem, nec præceptorem, congregat in messe, quod comedat in
 hyeme. Messis est vita præsens, in qua debemus quotidie fructus bonorum
 operum

Præd.
 6.
 Dignitas
 Accidia
 Ocium.

A operum congregare: hyems futura vita, in qua nullum fructum operis
 meritorij poterimus colligere. Ioan. 9. Operari oportet dum dies est, veniet
 nox quando nemo poterit operari. Considera ergo formicam. In modica
 virtute laboris vehementiam; nam omnidie in æstate non cessat aliquid
 congregare; in quo reprehenditur nostra negligentia, & quia non sumus
 debiliores formica, & multis annis viuimus, & pauca congregamus. In
 breui tempore magnam prouidentiam; nam in æstate congregat pro tota
 hyeme: Nos autem multo tempore viuimus, & tamen pro modico tem-
 pore non congregamus. In magna necessitate, magnam custodiam: scindit
 enim granum per medium, vt omnes habeant non vna totum. Sic debe-
 rent facere religiosi inter se, & diuites ad pauperes. Scindit etiam granum
 ne germinet contra auaros, quæ faciunt germinare per lucrum illicitum,
 & non diuidunt pauperibus, nisi cum germine lucri. In magna societate,
 magnam concordiam; Quantumcunque sint multe in una cauerna, vna
 non impedit aliam in intrando, uel exiendo, nunc autem nec vnum mo-
 nasterium, nec vna Ecclesia est sine contentione, & iurgio. Deut. 13. Non
 irabit eunuchus attritis, uel amputatis testiculis, & absciso ueretro Ec-
 clesiam Dei: Eunuchi sunt infigidati à feruore amoris diuini, & habent
 generandi impotentiam per ignauiam. Iosue 18. Viquequo marcescit igna-
 uia, & non intratis ad possidendam terram, quam Dominus Deus dedit uo-
 bis? Hier. 6. Incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt. Isti sunt ac-
 cidiosi, qui non possunt uerba Dei, & ædificationis audire, ac si uerba Dei
 aures eorum pungant, ut spinæ. Vnde sequitur. Ecce uerbum Domini fa-
 ctum est eis in opprobrium, ut non suscipiant illud. Et in Ioann. 8. Qui ex
 Deo est, uerba Dei audit: propterea uos non auditis, quia ex Deo nõ estis.
 Et est aduertendum, quod accidia est anxietas, & tepiditas cordis, cum ani-
 mus remittitur à feruore spirituali, aut ex cordis inertia, aut quia credit se
 nihil proficere in pænitentia, dolet se destitutum gratia, incertus est de sta-
 tu suo, incertus de perseverantia. Est sciendum, quod accidiosi figurantur
 per latrones filiorum Amos. De quibus 3. Reg. 18. Amos enim interpreta-
 tur populus doloris, uel populus dolens, uel murmurans, per quos desi-
 gnantur motus accidiæ, qui faciunt animam dolere, & murmurare de bo-
 no: unde accidiosus sæpe simulat dolorem, cum debet aggredi aliquid ar-
 dum. Isti latrones faciunt speluncam suam in domo Dei, & spoliant eam
 gratiarum actione non permittentes eam in laudem Dei assurgere. Duo
 Principes latronum ingressi sunt feruenti die domum Isoset, qui dormie-
 bat in stratu suo meridie, & interfecerunt dormientem, id est, accidiosum.
 Sic calidis stercorebus, id est malis cogitationibus, quæ inuadunt accidio-
 sos, Thobia quiescens in lecto accidiæ, fuit excaecatus. Et nota, quod acci-
 diosus designatur per leprosum, qui secundum legem, debebat habere os ue-
 ste contextum, in quo designatur lepra accidiæ. Os enim ueste contegitur,
 cum accidiosus dominante uerecundia non confiteretur. Iob, non parca ori
 meo: os suo parcat, qui peccata, quæ fecit confiteri uel uescit. Ecclesiast. 4.
 Non erubescas confiteri peccata tua. Hæc est lepra Moyfi. Exod. 4. Mihi
 Moyfes manum suam in sinum, & leprosa extrahitur. Quia qui mala ope-
 ra sua in secreto cordis abscondit, lepra accidiæ percuntur. Simanus Moy-
 si in sinu retrahitur, lepra curatur, & sanata ostenditur: quia cum ad secre-
 tum conscientia recurritur, ubi male acta retractantur, ad publicum con-
 fessionis exitur, & sic lepra curatur. Accidiosus est tritiss. Vnde Iob 38.
 Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.

Formica.

Prædica-
 tio.

Latrones.
 2 Reg. 4.

Cogitatio
 Cæcitas.

Leuit. 18.
 Leprosus.
 Confessio.

Officiū di- Quia accidiosi laudibus Dei cum electis hominibus non vacant, nec in la-
niū. titia cordis iubilant. Iubilatio dicitur cum cordis lætizia ore exprimitur, sed
penitus non explicatur. hic est linguagium paradisi, quod frequenter experi-
untur non accidiosi, sed alacriter se habentes in exercitiū diuini officij.
Vbi cum angelis assistunt diuinæ contemplationi præuenerunt principes,
id est angeli coniuuati psallentibus in medio iuencularum tympanistrari-
um, id est deuotarum animarum. Leuitici 23. Omnis anima, quæ non fue-
rit afflictā, peribit de populo suo, quia enim non exercemur in operibus
corporalis disciplinæ, ideo obrepat in ocio spiritus accidiæ: Ideo Apostolus
operabatur manibus suis, ne esset accidiosus, medicinam ostendens accidio-
sis, & desidiis: Vnde accidiosus, quia consolationem, non sentit in spiri-
tualibus, occupatur curiose in audiendis tumoribus. Dormitauit anima præ
tædio, id est præ accidia, quia ab omni contemplatione uirtutum, & intuitu
spiritualium, & gustu spiritualium sensuum, dormitat anima, quæ est acci-
dia iaculo vulnerata. Et nota quod accidiosi figurantur per illos carnales,
& pessimos Iudæos, de quibus dicitur Num. 11. Ortum est murmur populi,
quasi dolentium præ labore contra dominum. Sequitur: In mentem
veniunt porri, & allia, anima nostra arida est, nihil aliud uideat oculi nostri
nisi Manna, isti significant accidiosos contra dominum murmurantes, de-
siderantes cibos carnales Aegyptiorum, id est hominum carnalium, &
mundanorum omnem cibum spiritualem, designatum in manna, fastidien-
tes quæ quidem carnalia talibus uidentur dulcia, sed tamen acutum sapo-
rem dimittunt in conscientia, ideo significantur per porros, & allia quæ a-
uide comeduntur, sed inde dum comeduntur etiam lachrymæ excitantur,
fastidiunt etiam manna, quia accidiosis uerbum Dei, aliquando ex facilitate
intelligendi, uel ex copia legendi, & audiendi, uel ex copia ciborum deside-
rio Aegypti, uertitur in tædium, nec sufficit eis panis uitæ, & aqua sapien-
tiæ salutariis, cum panem sarfureum, & aquam turbidam, quam bibebant
Aegyptij, desiderent. Et hoc est quod dicunt deest panis, non sunt aqua,
anima nostra nauseat. Sed fastidire cibos salutare, signum est mortis, se-
cundum Hypocratem in prognosticis. Isti sunt murmurantes de bono o-
pere: de quibus 2. Corinth. 10. neque murmuraueritis, sicut quidam eorū
murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Et bene dicit pe-
rierunt ab exterminatore; quia sicut dicit Cassianus in libro de institutis
patrum, quod illud uitium maximè religiosos circa horam sextam, in quiete
sicut febris ingruens tempore præstituto, ardentissimos æstus solitis, &
statutis horis inferens animæ ægrotanti; unde antiqui dicebant accidiam
esse dæmonem meridianum. Ab incurso & dæmonio meridiano. Acci-
diosi comparantur arbori infructuosæ, quæ ad nihilum ualet, nisi ut succin-
datur, & in ignem mittatur. Luc. 13. Dicitur de ficulnea, quæ tribus
annis fructum non dederat, succinde illam, ut quid etiam terram occupat.
H
Est aduertendum, quod accidia excæcat oculum spiritualem, ne uideat
Deum, sicut uidemus in oculo corporali, compungitur humor quan-
doque in oculo, & induratur, & ignis appellatur, qui impedit oculum ne
uideat, per quod designatur uitium accidiæ, quæ impedit oculum mentis,
ne uideat claritatem diuini luminis. Et Matth. 21. Mane reuertens in ci-
uitatem esuriit, & uidens fici arborem secus uiam, uenit ad eam, & nihil
inuenit in ea nisi folia tantum, & ait ad eam. Nunquam ex te fructus na-
scatur in sempiternum, & arefacta est continuo ficulnea. Ficulnea est ani-
ma, de cuius fructibus dulcibus Christus desiderat comedere, sed mulli
sunt,

Psal. 118.

Prædica-
tio.

Religiosi.

Murmura-
tio.

Religiosi.

Psalm. 90.

Cecitas.

Prædica-
tio.

A sunt, qui non habent nisi folia nerborum, quibus Christus maledicet si-
cut arbori infructuose. Ite maledicti in ignem. Et nota, quod accidiosi
sunt similes statuis, & imaginibus pictis, quæ uidentur esse aliquid magis,
& tamen non est in eis sensus, nec gustus, nec motus: quia accidiosi non
habent sensum cognitionis, nec gustum deuotionis, nec motum bene ope-
rationis. Vnde tali dicitur, Quis tu hic; aut quasi quis hic, quasi dicat uide-
tur quod tu sis aliquid, & tamen nihil penitus es. Exemplum de burdo-
ne, qui moratur inter apes mel suggens, sed nullum florem colligens. De
accidiosis dicitur Eccles. 30. cap. Multos occidit tristitia. 2. Machab. 4. Infa-
nabilis plaga tua, dicitur de Antiocho, & subditur, apprehendit eum dolor,
&c. dirus dolor in spoliando gratuitis, quia Spiritus tristis exsiccat ossa per
pessimas cogitationes, quæ accidiosis, & ociosis occurrunt. Exod. 17. Di-
citur quod manus Moyse erant graues, quia accidia reddit hominem pon-
derosum, & grauem ad bene operandum, sed sustinuit eas Aaron, & Hur,
id est, timor supplicij, & amor præmij, ut sint fortes ad leuandum uirgam
Domini, id est ad portandum opera crucis. Et aduerte quod accidiosus, &
ociosus reprehendit Dominus. Quid hic stas tota die ociosi: ubi increpa-
tur præsumptuosa securitas. Quid hic stas, reprehenditur dispendiosa fa-
tuitas. Tota die, exprobratur desidiosa tepeditas. Ociosi: increpatur præ-
sumptuosa securitas ex status inconsideratione: hoc enim oportet collige-
re, quia in alia uita nullum meritum poterimus congregare. Operari oportet
dum dies est. Dum tempus habemus operemur bonum. Ecce nunc
tempus acceptabile. Reprehenditur dispendiosa fatuitas ex temporis amif-
sione tota die, uita enim nostra uapor est. Et Iob: Hic repletus multis mi-
serijs, qui quasi flos egreditur, &c. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi
aquæ dilabimur super terram, quæ non reuertuntur. Iac. 4. Exiguum, &
cum tædio est tempus uitæ nostræ: Ideo dispendiosum est, & stultum tem-
pus inutiliter expendere, & dies concessos ad luendum, & meritum perde-
re, præsertim cum dies nostri sint instabiles, defectibiles, irreparabiles. Iob 7.
Dies mei transierunt propter instabilitatem, consumpti sunt propter defe-
ctibilitatem, absque ulla spe, propter irreparabilitatem, stultum est itaque
ociari, quia dum dies est, oportet operari. Iob. 9. Exprobratur desidiosa te-
peditas ex operis omissione ociosi, quia ociositas non solum est priuatiua
boni spiritualis, qui enim sectatur ocium, replebitur egestate. Prouerb. 28.
Sed etiam positiuè est inductina mali: est enim ociositas radix transgressio-
nis, fomes corruptionis, obex discretionis. Ber. Omnium malorum sentina
est ocium. Eccles. 33. Multam malitiam docuit ociositas: unde ociosi pri-
uantur illo denario debito illis, qui in uinea domini operantur.

Religiosi.
Ereclati.

Accidia.
Ocium.
Pigritia.
Religiosi.

Ioan. 9.

Vita.
Nunc.

Dies.
Tempus.

Ocium.

D

De Adulatione.

DE adulatoribus potest exponi illud: Vox quidem uox Iacob est, sed
manus, manus sunt Esau. In uoce intelligimus adulationem, in
manibus detractionem, quia adultores laudant in præsentia, detrahunt
in absentia. Isti sunt similes scorpionibus, qui facie blanditur, & cauda pun-
git: uidentur enim oleum adultores, isti sunt uenefici, de quibus dicitur.
Foris canes, & uenefici, uenenum datur sub melle. Sic adultores nocent
sub amoris similitudine. Quare de adulatione in tabula de murmuratiōe,
& uitio linguæ.

Genesis.
Adulatio.
Hypocri-
sis.

Apo. vlc.

Amor proximi.

De amore Dei, & proximi.

Charitas . Amor . **A**mor Dei est ignis quidam, de quo Luc. 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat. Ignis est ille perpetuus qui nunquam deficiet, i. nunquam in fornace conscientiae, vel in altari animae deficere debet, vel nunquam deficiet, quia charitas nunquam excidit. Habet autem iste ignis naturam purgatiuam, renouatiuam, resiliuam nutritiuam. Purgat per tribulationes. Nu. 31. Omne, quod potest transire per flammam igne purgabitur, quicquid autem ignem non poterit sustinere, aqua expiationibus sanctificabitur. Sicut enim duo sunt elementa purgatiua maioris mundi, aqua diluuij, & ignis iudicij, sic duo sunt purgatiua maioris mundi, aqua baptismatis, & ignis poenitentialis. Renouat calore, resilit lenitate: nam inferius pascitur, & sursum mouetur. Apocal. 10. Facies Angeli erat ut sol, & pedes eius tanquam columna ignis. Sol se communicat omni creaturae deorsum, ignis intendit sursum, sic amor Dei ad proximum & ad Deum: nutritur per materiae coniunctionem, nam totam materiam in se conuertit, donec sit non solum ignita, sed ignea. Habet etiam vim imprimendi, & transformandi, vnde Hugo de Sancto Victore, lib. de ignibus. Sicut massa liquefacta per fistulam in numeram funditur, & foramen accipit, ita mens amoris igne soluta, per radium contemplationis vsque ad imaginem Dei currit. Sequitur: Immo quicquid diligimus ipsa vi dilectionis in eius similitudinem transformamur. Quod sicut peccatum facit hyemem, quia tunc cadunt folia, & moriuntur arbores, sic amor Dei facit aetatem, in qua arbores reuiuiscunt, florent, & fructificant. Exo. 19. Cum incaluisset sol liquefiebat manna. Quia ex consideratione, & dilectione eternitatis resolutur anima in rorem, & dulcorem deuotionis, quo gustato, anima ad talia incosuetata stupescit ait: Manu, quod interpretatur: quid est hoc. Quod Christus ad osium pulsanti sicut amico speciali, & utili debemus cordis ianuam aperire, & dicere ei illud Gen. 24. Ingredere benedictor Domini, qui foris stas. Ingreditur autem si aperiamus ei ianuam. scilicet dilatatum charitate, & coenabit nobiscum delectatus in nostra deuotione, & conuersatione, & nos cum illo inebriati suadilectione. Est notandum de Fa nice, quae est auis orientalis, & semper vnica, quae cum diu vixerit, collectis in nido aromantibus ex illis plausu alarum, & radio solis succendit ignem, & ita cremata de cineribus iuuenis resurgit. Quia postquam Sancti incinerati sunt, ex igne charitatis quem habuerunt, & aromantibus virtutum, quas congregauerunt, & radio diuinae dilectionis innouati resurgunt, quia amor Dei viuificat, & vnit. Resurrexit mortuus, cum tetigisset ossa Helisei, imò sicut ossa sibi connexa sunt, ita corda per dilationem copulantur. Treno. de excelso misit ignem in ossibus meis, id est dilectionem. Quod amor Dei sicut est summa virtus, sic summa & supremum constituit ordinem angelorum: vnde Seraphim amore superferuido in Deum feruntur; quod cum sit summe succensus, non lentescit, nec remittitur, sed immobiliter perstat in summitate intentionis suae; nec aliquo pondere ad inferius relabitur, sicut modo fit in sanctis uiris, quos ad inferius retrahit necessitas corporis. Et nota quanta est dilectio Dei ad nos: ait. n. Thomae in persona cuiuslibet fidelis: Mitte manum tuam in latus meum, ut aperto latere Christi palpetur ad nos affectio cordis sui. Christus. nam aperto latere, & inclinatio capite clamans voce magna, ut affectum ad nos ostenderet, expirauit: vnde eundem, quem ad nos tunc habebat compassionis, & dilectionis affectum, secum asportauit ad caelum,

Amor proximi.

14

A & adhuc eundem habet, & custodit: quia charitas eius ad nos frigescente non scit, licet de quibusdam nostrum conueneratur. Tota die expadi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi. Et nota quod amor Dei ignis quidam est, quia sicut ignis tactu suo ignem procreat, sic amor Dei tangens cor nostrum, totum inflamat. Descendit ignis de caelo, & Hebraei holocausta. Holocaustum est cor humile, contritum, & deuotum. Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet: hoc est holocaustum totum igne diuino inflammatum, & vsque ad cineres reductum per humilitatem. Et tale cor attrahit ad se ignem diuini amoris, sicut in loco pingui, & vinctuos facilius ignis accenditur, non in re humida in corde humido per voluptatem, non in duro per obstinationem, & peccandi assiduitatem, non in arido per cupiditatem, & indeuotionem. Vnde 1. Macha. 7. Sacerdotes non inuenerunt ignem diuinae dilectionis, & deuotionis, sed aquam crassam carnalitatis, & uoluptatis. Exo. 3. Descendit angelus Domini in flamma ignis, & videbat Moyses quod rubus arderet, & non consumeretur. Et simile habetur Iud. 6. Dixit angelus Domini Gedeoni: Tolle carnes, & panes Azymos, & pone supra petram illam, & ius desuper funde. Cumque fecisset ita, extendit angelus domini summitatem uirgae, quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & azimos panes, ascenditque ignis de petra, & carnes, azimosque panes consumpsit: angelus autem domini euauit ab oculis eius. Petra Christus, carnes coactae mortificationum corpus, panes azimi sine fermento recta intentio, ius deuotio, angelus Christus. Virga eius tactum nostrum sacrificium inflammatum, est crux seu dilectio in uirga crucis ostensa. De petra sacrificium acceptatur, & in caelum ascendit: quia ex merito Christi omne opus nostrum est Deo acceptum. Act. 2. Descendit Spiritus sanctus super Apostolos in linguis igneis, uerbis ut essent profusui, & charitate feruidi: sicut enim ignis habet uirtutem actiuam ad operandum, sic amor Dei operatur magna si est, si autem operari renuit, amor non est: & sicut nec ignis sic amor Dei nunquam fatigat. Iob. 20. Cognosce loca clauorum. Sequitur: Infer digitum tuum, & uide manus meas, & mitte in latus meum, loca clauorum sunt abyssales fontes membrorum corporis Christi. In quibus defixi sunt clauus acuti, quibus aperti sunt fontes illi, ut inde scaturirent iugiter pietatis, & dilectionis, ac misericordiae riuus continui: per manum, & digitum significantur potestas auctoris, & clauus discretionis, quae originem habent ex sanguine passionis, ut quilibet peccator possit accedere ad fluenta dilectionis, & gratiae, & in se experiri efficaciam passionis, & dilectionis Dominicae. Et nota quod cerui transcentes flumina se inuicem supportant, quia quando habent transire e flumina de biliores capita sua cornibus praecedentium supponunt, & sic sibi inuicem succedentes nullum laborem ponderis sentiunt. sic se debet habere proximus ad proximum, ut fortior sustentet debiliorem per mutuam subuentionem, per mutuam orationem; quia frater, qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma, ut sic mutuo sustentari transeamus hoc mare magnum, & procellosum. Proximum multipliciter debemus diligere. Corde tripliciter. Primo iniurias fideliter remittendo. Ecc. 27. Dilige proximum, & coniungere fide cum illo. Contra illos, qui simulant, & dissimulant, donec occurrat oportunitas vindictae similes serpenti, qui torpet in hyeme, sed toxicat in aestate. Dilexerunt in ore suo, & lingua sua mentiri sunt ei. Secundo malis, & tribulationibus proximi compatiendo, ut dicit Basiliius: Delsini factus suos recenter editos, cum ex aliqua causa territi fuerint, denuo sublap

Rom. 9. Ignis. Amor. 2. Par. 7.

Ignis. Religiosi.

Religiosi.

Opus. Crux. Virga.

Crux. Passio. Christus.

Proximus.

Dilectio. Proximus.

Vindicta. Malitia. Psal. 37.

Cōpassio.
Pietas.
Maria.

fos in vtere protegere, ac fouere narratur. Multo fortius hæc compassio deberet esse in hominibus ratione vtētib; quia vnum simile diligit aliud sibi simile: vt enim ait Apostolus: Si patitur vnum membrum, compatiuntur alia membra, aliās membrum, quod dolorem alterius non sentit, aut putridum est, aut à corpore diuisum, nos autem sumus membra corporis Christi, tanto fortius colligati, quā membra corporis naturalis, quanto fortius est vinculum charitatis, quā vinculum carnis, & sanguinis. Tercio eius penuriam, & inopiam reuelando. 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habentem, & clausit viscera sua, &c. Deut. 33. Benedictus in latitudine Gabriel, quasi leo requiescet. Gad interpretatur feliciter: anima enim, quæ alienam felicitatem reputat suam vnde a Deo dilatur, vt cum gaudente gaudeat, & cū dolente tristerit. Dicitur autem requiescere, vt leo, quod est animal prædatorum, & prædæ communicatiuum præliberalitate, quia talis anima abundātia charitatis dilatata de omni re proximi, siue sit bonum, siue mala, facit contra modum suum. Et nota quod dilectio proximi in oliua designatur, quæ vniuersitate sua ignem nutrit, Leuit. 24. Præcipitur afferri oleum de oliuis purissimum ad continuandas lampades, quia sicut illud oleum ignem accendit, sic dilectio proximi dilectionem Dei nutrit. Et nota quod Cherubin leguntur facti de abiete propter dilectionem Dei. 3. Reg. 6. In oliuis abiegnis sculpsit Cherubin, & palmas, & celaturas valde eminentes opera exercitatoria dilectionem Dei approbantia. Probatio. n. dilectionis exhibitio est operis. Opere quadro ad regulam, vt Deum diligat quadrupliciter secundum illam sententiam Evangelicam: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omnibus viribus tuis, ex omni mente tua, ex toto corde tuo, quia amor mundi totum cor occupat, de toto corde eiciatur & ingrediatur amor Dei. Ex tota anima in proximo suis anima enim spiritus est, & Spiritu S. afflata Spiritus desiderat, & suspirat, donec recipiat in quem aspirat. Ex omnibus viribus suis, & iudiciis suis pro viribus iudicia Dei exercentes in nobis de quotidianis peccatis iudicium sumamus. Qui enim seipsum iudicat, & quasi reum punit, ipse simul reus iudex est, & minister iudicis. Ex tota mente in precibus suis; mens enim in homine principatur, & summum ac præcipuum tenet locum, Vnde sicut omnibus, quæ sub ea sunt se nouit esse prælatam, ita meminisse debet se necessitate esse Deo affectam. Leguntur Cherubin etiam facti de oliua propter dilectionem proximi, 3. Reg. 6. Fecit duo ostia de lignis oliuarum, & sculpsit in eis picturam Cherubin, & palmarum species, & anaglyssa valde prominentia, & texit ea auro. In lignis oliuarum, vt præmissi dilectio proximorum, in Cherubin scientia, in anaglyssis valde prominentibus adificationum, significatur exterior misericordia procedens in effectu de cordis affectu, quasi celatura de pariete prominens, sicut scientia in conuersatione, patientia in defectum supportatione, misericordia in defectum supplementatione; & sic erunt sculpta in ligno oliuæ Cherubin & species palmarum, & anaglyssa valde prominentia: & hæc pertinent ad dilectionem proximi, & omnia tecta auro, quia in mente perfectorum nihil est, quod non semper uestiatur puritate, & charitate. Est autem valde notandum quod in Cherubin, quorum materia erat de abiete, & de oliuis maxima similitudo fuit, quia idem est habitus dilectionis in Deum, & in proximum. 3. Reg. 6. Vnum erat opus in duobus Cherubin: diligimus enim Deum in proximo, & proximum propter Deum. Et nota

Oleum.

Dilectio.
Mar. 22.

Primus.
Misericordia.

Charitas.
Dilectio.
Amor.

quo-

quomodo Deus reprehendit defectum dilectionis proximi. Mar. 18. c. Vocauit Dominus seruum nequam, & ait illi: Serue nequam debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne & te oportuit misereri conferui tui, sicut & ego misertus sum tui. Ligatis pedibus, & manibus, &c. Item de tota ista materia quæ in tabula de charitate, de Spiritu sancto, de charitate, ibi est plenius de amore.

De legibus amicitia, & amore parentum, & consanguineorum.

VM cognato, & amico, vbi naturam non peruertit iniquitas, inuenitur colloquium dulcius, consilium certius, obsequium promptius, depositum tutius. Quia amicus est suo amico colloquio suauior, consilio secretior, obsequio promptior, deposito fidelior. Hæc omnia figurata sunt in Moyse, & Ietro, quem scriptura vocat cognatum eius, cum quo legitur habuisse fidele consortium, celebre conuiuium, suaue colloquium, salubre consilium. Nota totam historiam. vnde Sen. 3. epist. Si aliquem amicum existimas, cui non tantum credas, quantum tibi, vehementer erras, & non satis nosti vim veræ amicitia; diu cognita, an tibi in amicitia aliquis recipiendus sit, cum placuerit tibi toto eum pectore admitte, tam audacter cum eo loquere, quam tecum, cum eo omnia delibera, sed de ipso prius. Idem; lex amicitia; est, vt nullo tempore dimittatur cum libera sit, non vtilitatis causa, quæ cito dissoluitur. Vnde epist. 9. Qui se sperat propter hoc ad amicitiam venire, male cogitant, quemadmodum cepit, sic desinet, vtilitatis causa acceptus tandiu placebit, quamdiu vtilis fuerit. Item, lex amicitia; est, vt nullo grauamine remittatur; vnde sequitur epistola 9. Attalus philosophus dicere solebat, iucundius est amicum facere, quā habere: Quomodo arti dici iucundius est pingere, quā pinxisse. Item lex amicitia; est, vt in ea nullum contrarium admittatur, sed amet qui amatur. vnde Seneca diffiniens sapientiam dicit, quod amicitia est idem velle, idem nolle, licet illam exceptiunculam non addas, vt rectum sit, quod velis, non potest enim cuique semper idem placere, nisi rectum. vnde epist. 9. Queris quomodo amicum cito facturus sis? dicam; Memento, ait: ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine vllius venefice carmine. Si vis amari, ama. vnde Prouer. 17. Omni tempore diligit qui amicus est, & iste in angustijs comprobatur. Item alibi amico & si euaginaueris gladium ne timeas; est enim regressus ad amicum. Item amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio argenti, & auri contra bonitatem fidei illius. Sed tamen ibidem dicitur. Est amicus secundum tempus suum, & non permanet in tempore tribulationis: & est amicus, socius mense, & non permanet in die necessitatis.

De Aduocatis, & Consiliarijs.

DE aduocatis dicit Sydonius in 1. Tralliū. His qui nominantur non Episcopi, sed potius Abbates complet officium, & intercedere magis pro animabus apud cælestē, quā pro corporibus apud terrenum iudicē potest. Si elegimus humilem vocari abiectus, si erectum superbi dices, si minus instructum propter imperitiam credetur irridendus; si aliquid doctum clamabitur inflatus, rigidus ob austeritatem, non habent caros, blandi apud eos communionem vilescunt. Et nota quod Deus dissipat mala

Amor.
Misericordia.

Amicitia.
Cōsanguineus.

Exod. 18.

Aduocati.
Cōsiliarij.

mala consilia & aduocationes iniquorum, 2. Reg. 17. Melius est consilium
Chusi Arachites consilio Achitofel: Domini autē nutu dissipatum est con-
silium Achitofel. Et sequitur, quomodo Achitofel se suspendit. Contra
malos aduocatos. Hierem. 22. Væ qui ædificant domum suam in iustitia,
& cœnacula sua non in iudicio amicum suum opprimet frustra, & merce-
dem suam non reddet qui dicit ædificabo mihi domum latam, & cœnacula
spatiosa: Qui aperit fenestras, & facit laquearia cœdrina, pingiturq; cinopi-
de. Et idē contra te homo in hoc palatio intenduntur actiones, inscribun-
tur accusationes, quia non Deo, nec domino exhibes gloriam, & honorē,
nec in te habes innocentiam, & penitentiam, nec ad proximum seruas pa-
cem, & dilectionem. Item 1. Cor. 6. Iam quidem omnino delictum est in
nobis, quia iudicia habetis inter vos, quia non magis iniuriā accipitis, quia
non fraudem magis patimini, sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc
fratribus. Quibusdam enim licet, & expedit repetere sua in iudicio, ut in fir-
mis, & imperfectis, tamen sine contentione, & dolo, alijs autem non. Vn-
de rursus. Expedit infirmis, licet absque dolo, sine lite prælatis, licet nō hic
expedit anachoritæ, non licet per eum sint res in lite petitæ. Et notabiliter
dicit iniuriam facitis, & fraudatis propter fraudes, quæ sunt in huiusmodi
iudicijs contentiosis, sicut patet in aduocatis, qui animas suas diabolo ven-
dunt, causas iniustas defendunt, falsas leges proponunt, falsa instrumenta
& falsos testes, & corruptos introducunt. Præterea necessarias dilaciones
in grauem partis alterius quarunt. Ideo legitur in quadam tragœdia Se-
necæ: quod uisum est cuidam, quod videret Neronem apud inferos bal-
neantem, & circa eum ministros aurum feruens infundere, & cum uide-
ret choros aduocatorum ad se venientes, dicebat Nero: Huc venale genus
hominum, d. aduocati amici mei, accedite, vt mecum in hoc vase balne-
ris; adhuc enim locus superest. Esa. 59. Conuersum est reuersum iudiciū,
iustitia longè stetit, quia corruit in terra ueritas, & æquitas non potuit in-
gredi. Quia hodie pauci inueniuntur aduocati qui causas pauperum fou-
neant gratis, & intuitu Dei: sed uix inuenitur causa adeo desperata, vel in-
iusta, quin inueniantur aduocati pro ipsa tuenda: cum tamen inueniatur
aliquis morbus ita desperatus, ad quem curandum nullus medicus inueni-
tur. Vnde illud: Turpe reos emptæ, miseros defendere lingua. Bene dicit em-
ptæ, quia sicut meretrix exponit venale corpus suum, ita aduocati linguā
sua offerentibus precium secundum morem meretricium: nisi quod isti
exponunt venale membrum dignissimum, scilicet linguam in qua debent
confiteri, meretrix autem turpissimum. Ideo antiquitus erant huius perso-
næ uiles. 1. Cor. 6. Sæcularia iudicia si habueritis: contemptibiles, qui sunt
in ecclesia, illos constitue ad iudicandum. Quam utilitatem Satyrus non
tacuit dicens: Si fortuna uolet fiet de rethore consul. De quibus satis deter-
minat Sidonius in epistolis suis. In hoc autem periculosissimum est aduo-
cationis officium, quod pauci reperuntur aduocati, qui postquam causa,
quam susceperunt cognouerunt iniustam, uelint eam derelinquere, vel iu-
dicium contra se reportare: Vnde nisi aduocatus causam iustam foueat, &
fideliter nihil de contingentibus obmittendo, tenetur ad restitutionem si
propter suam infidelitatem, negligentiam, vel imprudentiam ille causam
amisit, cuius causam suscepit. Tenetur etiam si salarium, cliens promisit
vnde non debuit, vel plus quàm debuit excessit. Prosequi autem iniurias,
& fraudes, quæ sunt ex parte iudicum, qui non imponunt malis aduoca-
tis silentium, qui protrahant litigia, qui non iudicant ex diligentia, sed acci-
piunt

Litigare.

Iudex.

Iudex.

A piunt munera, & alia multa circa eos prosequi lōgum esset. Propter quod
 impletur illud. Vidi sub Sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ
 iniquitatem. Si uideris calumniam egenorum, & uiolenta iudicia, & sub
 uerti iustitiam in prouincia, nō misereris super hoc negotio. Item, De ore
 bestię exibant tres spiritus in modum ranarum. Isti spiritus possunt dici
 peruerſi aduocati exuentes de ore bestię falsas leges allegando, veras le-
 ges deprauando, causas breues prolongando, Sydonius poeta loquitur de
 istis aduocatis sic. Hij sunt, qui causas morantur admissi, impediunt præ-
 termiſsi, fastidiant moniti. Hi sunt in quæstionibus bestię, in collationibus
 statuar, in actionibus harpiæ. Hi ad decipiendum vulpes, ad seruiendum ti-
 gres. Quorum si nares marsupium sufflauerit, videbis oculos Argi, de quo
 fabulose dicitur, quot habebat centum oculos, Achitofelis consilia, Laome-
 dōtis periuria; No. historiam in Ouidij epistolarum, Abalonis oscula frau-
 dulenta.

De Apostolis.

Sciendum est, quod in lib. Numerorum mandauit Dominus Moyſi, q
 de duodecim tribus armaret duodecim millia electorum virorum, qui
 irent ad impugnandum Madianitas. Per quod designatur sacrum aposto-
 lorum collegium computando Mattiam, qui suppleuit locum Iudæ. Isti
 fuerunt strenui milites, & electi, quos uerus Moyſes, scilicet Christus ar-
 mauit septem armorum generibus, septem doni sancti spiritus, quibus mu-
 niti expugnauerunt Madianitas, qui interpretantur contradicentes, per
 quos pagani, & infideles alii figurantur. Hi sunt duodecim fontes aquas
 salutaris sapientiæ per totum mundum distillantantes, quas inuenerunt filij
 Israel in Helym in exitu de Aegypto. Isti sunt duodecim nobilissimi prin-
 cipes, & capita filiorum Israel totius, scilicet militiæ Christianæ, de qui-
 bus habetur in lib. Numer. De Apostolis intelligitur illud Ezech. 1. Simili-
 tudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, &
 quasi aspectus lampadarum. Describuntur enim Apostoli, & figurantur
 nomine animalium, carbonum ardentium, lampadarum lucentium, & il-
 luminantium. Ipsi quippe fuerunt animalia agilia ad discurrendum, auda-
 cia ad inuadendum, & prædicandum, fortia ad tolerandum, ut dicantur a-
 nimalia propter laborem prædicationis, carbones ardentis, propter incen-
 dium dilectionis, lampades propter exēplum ædificationis. Et nota quod
 Apostoli figurantur per clipeos aureos, de quibus dicitur in 1. Machab. 6.
 Refulsit Sol in clipeos aureos, & resplenderunt montes ab eis, & fortitu-
 do gentium dissipata est. Sol Christus qui refulsit in Apostolos, donum
 sancti spiritus eis uisibiliter infundēdo, ipsi sunt clipei, primos ictus in mar-
 tiriō, & in bello ecclesiæ tolerando: sunt aurei peccati rubigine carendo,
 & alios excellendo. Montes, id est fideles a charitate eorum resplendunt, si
 dei ueritatem ab eis accipiendo, fortitudo gentium per eos dissipata est, in si-
 delitatem eorum confundendo. De duobus Apostolis Petro, & Paulo, qui
 figurantur per duas tribus argenteas ductiles factas ad populum conuocā-
 dum. Qui dicuntur a Noyse, hoc est a Christo factæ propter dignitatē in-
 stitutionis: dicuntur etiam duæ propter geminitatem dilectionis, argenteæ pro-
 pter sonoritatem prædicationis quibus conuocatur populus propter uer-
 itatem executionis. Dicuntur duo magna luminaria propter claritatem
 ædificationis, duæ oliuæ propter ubertatem deuotionis: duo Seraphin pro-
 pter

Numerorum .
 Apostoli .
 Sancti .
 Martyres .
 Arma .
 Prædica-
 tio .

Ezech. 1. c.

Animal .

Prædica-
 tor .Exodi,
 Tuba .Duo,
 Caritas

Propter unitatem condilectionis, vel figuratur per duas oliuas propter doctrinam medicinalem, & gratiæ virtutis, & miraculorum prerogatiuam. Zac. 4. Hi sunt. Secundo per duo Seraphin, propter vim diuini amoris. Esa. 6. Duo Seraphin. Tertio per duo Cherubin propter plenitudinem diuine scientiæ non mundanæ, quæ est diabolica. Exo. 25. Duos. Quarto per duas columnas, propter firmitatem constantiæ, & sustentationem Ecclesiæ. 3. Regum 7. Statuit duas columnas Booz, & Ioachim. Et hoc propter prerogatiuam vite, & firmitatis passionis multiplicis periculi, & laboris. Can. Duo crura tua. Crura quæ sunt organa virtutis progressiue, designant exercitia uirtutum. Columnæ marmoreæ propter constantiam, fundatæ super bases argenteas propter affectiones charitatis. Quinto per duo candelabra propter exemplum ædificationis Cantic. 6. In vno oculorum tuorum. Cantic. 4. Duo vbera. Et hoc propter cõtemplationem. Cantic. 2. Similis est discipulus caput autem prerogatiuam in uisu, Hinnules in saltu: Sic contemplatiuus in visu intellectus, In saltu affectus per desideria. Septimo per duas tubas, & hoc propter prædicationem. Nume. 10. Fac tibi duas. Octauo per duas uirgas propter Apostolatam, seu prædicationem. Zachar. 12. Assumpsi mihi. Nono per duo ostia propter passionem, per quam ingressi sunt ad gloriã. 3. Reg. 6. Fecit Salomon. Decimo per duo luminaria: propter ædificationem, & conuersationem, & totius Ecclesiæ illuminationem. Genes. 1. Fecit Deus duo magna luminaria. Daniel. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellæ. Item 12. Apostoli figurantur per duodecim filios Iacob Patriarchæ, qui gerit typum Christi. Gen. 49. Per duodecim fontes. Exod. 15. Per duodecim lapides in ueste Aaron. Exo. 39. per duodecim panes. I. euit. 24. Per duodecim lapides de medio Iordanis. Iosue 4. Per duodecim lapides fundamenti altaris. 3. Reg. 18. Per duodecim principes multitudinis. Numer. 1. Per duodecim exploratores. Nume. 13. Per duodecim bases sub mare fusili. tertii Regum 7. & 2. Paralipomenon. 4. Per duodecim portas ciuitatis. Apocalyp. 21. Per duodecim fundamenta. ibidem. Per duodecim lapides in corona sponsæ scilicet Ecclesiæ Apoc. 12.

De appetitu humano.

Non arabis in boue, & asino. Bos ruminans synderesim significat, iudicium rationis discretio, asinus stolidus, affectum sensualitatis: Arare est appetere, voluntas enim eligens, separat bonum a malo, sicut arando separatur terra a terra. Non ergo debet aliquis vnquam in electione, vel appetitu cum discretione rationis amittere stoliditatem sensualitatis.

Quod curiosa, & rumores non sunt audiendi.

Quod audire non debemus libenter rumores, quia durè sunt arguendi, quia magis volunt audire curiosa, quàm utilia, sæcularia, quàm diuina, philosophica, quàm Theologica. figuratum est 4. Reg. 10. Vbi dicitur quod Rasfaces missus a rege Assiriorum. &c. Sequitur: Precamur, ut loquaris nobis Syriacè: siquidem intelligimus hanc linguam, &c. Per Rasfacem intelligitur Prædicator, qui à Rege celi mittitur ad impugnandas mutationes peccatorum. Sed hodie clerici precantur prædicatores, ut loquantur eis Syriacè, id est alta, & eleuata lingua, ne simplices intelligant. Sed vtinam respondeant eis prædicatores? Nunquid ad vos me misit, &c. Per ster-

Astercus, & vrinam peccata designantur. Ioe. 2. Computruerunt iumenta in stercore suo. Talia debent peccatores comedere, & bibere, vt sentiant fetorem, & abominationem peccatorum suorum. Ista infirmitas designatur per prurimum oculorum, & aurium, 1. ad Thim. 4. Prurientes auribus: isti sunt Athenienses, qui vacabant rumoribus.

De Anima deuota.

Vir qui habebat funiculum lineum in manu, metiebatur longitudinem templi. Vir Christus funiculus aqutias, metiri est pro meritis iudicare templum anima. Apoc. 11. c. Datus est ei calamus virgæ, vt metiretur templum, in lon. lat. & alt. eius. Longitudo. s. patientiæ, latitudo. misericordiæ, altitudo. desiderij gloriæ, profunditas humilitatis propriæ. Eze. 12. Cælatura erant in ipsis ostijs templi Cherubin, & sculptrura palmarum sicut in parietibus expressa erat. Cherubin plena oculis, acies contemplationis, ostium, oratio penetrans cœlos; Cherubin in ostio, contemplatio in oratione: sculptrura in pariete, & consideratio animæ dignitatis, & corporis ruinosæ portionis. Hiere. 30. Aedificabitur ciuitas in excelso, & templum iuxta ordinem suum fundabitur. Ciuitas in excelso aedificatur, cum anima per rectam intentionem eleuatur, sed templum iuxta ordinem suum fundatur, dum secundum gradus debitos obedientia seruetur à statu inferioris prælati vsq; ad vicarium Christi, de cuius fide non est dubitandum, nec de potestate disputandum, sed ei reuerenter obediendum. In cuius figura Symeon Onia filius, sacerdos magnus. i. audiens obediens, filius Oniæ. i. in hærentis Domino, sustinuit domum, id est honorauit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est per obedientiam, Ecclesiast. 50. Ezech. 46. Cum fecerit Princeps spontaneum holocaustum, aperietur ei porta, quæ respicit ad orientem. Holocaustum, quod totum igne cremabatur, est cum corpus mortificatur, & aia ad Deum conuertitur, & tunc porta, quæ est ad orientem aperitur; cum intellectus lumine ignis spiritualis. i. gratiæ illustratur, & affectus inflammatur. Et nota qd deuota aia est Christi sponsa, & in istis nuptijs datur aia amplexus amicitie, gradus reuerentiæ, titulus honoris & gloriæ. In his et nuptijs ornat charitas: vnde sine veste charitatis accedens expellitur, confunditur, & punitur. Matth. 22. vbi dicitur: Vbi arguitur, vt proditiosus, quia fictus amicus, vt presumptuosus, quia accessit indignus, vt opprobriosus, quia defecit ornatus. Et attende sequentia, quia presumptuosus obmutuit; Quia proditiosus ligatus fuit, quia opprobriosus tenebras exteriores incurrit, vbi erit fictus, &c. Est aduertendum qd aia deuota, & contẽplatiua quatuor debet habere alas, quæ figurantur p quatuor alas auis. Dan. 7. Alas habebat auis quatuor super se. Ista autem varietas quadriformis, expressius designatur Cant. 3. vbi dicit Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. Columnas eius fecit argenteas, reclinatoriũ aureũ, ascensum purpureum, quæ media charitate construit pp filias Hierusalem. Per Libanum, qui intelligitur candidatio, intellige in deuota aia candorem castimonie: per columnas argenteas, nitorem eloquentiæ: per reclinatorium aureum, splendorem sapientiæ: per ascensum purpureum: rigorem pœnitentiæ, quib. superponitur ardor amicitie. Aia deuota, vt Christum in hospitio cordis recipiat, debet se parare, sicut dixit illa Sunamitis de Helia. Faciamus ei cenaculũ paruum per humilitatẽ, & ponamus in eo lectum per munditiã puritatẽ, cellam diligentis mentis nostræ, discus-

Eze. 47.

Anima. Deuotio. Virtutes. Domus.

Obedientiã Religio.

Pœnitentiã.

Sponsa.

Nuptiæ.

Sponsa. floris candelabrū luminosa ædificationis, & mensam meritoria operatio-
nis, quibus inspectis Helias intrat domicilium Sunamitis. Et nota q̄ aīa de
uota est illa, de qua dī A poc. 21. Ostendā tibi sponsam uxorem agni, de qua
sponsa quere in precedentē cōiūna. Gen. 24. Seruus Abrahę suspendit inan-
res ad ornandū faciē Rebeccę, Christus formā serui accipiens, Rebecca de
nota anima in aures ornantes virtutes, dona, & beatitudines. Sponsa est de-
cora ex quattuor, ex figurę nobilitate, ex staturę sublimitate, ex coloris uen-
ustate, ex ornatus uarietate, pro figurę nobilitate habet intentionem re-
ctā, pro staturę sublimitate, contemplationē altam, pro coloris uenustate,
charitatē feruidam, quę genas facit rubeas, pro ornatus uarietate, uirtutem
multifariam: Et istę quattuor proprietates spiritualis decoris figurātur per
quattuor mulieres speciosissimas, quę à scriptura in statu uirginali de pul-
chritudine commendantur. Prima est Rebecca, per q̄ intelligo ornamenti
uarietatem. i. uirtutē multifariā. Intelligitur. n. quę multū accepit. Gen. 24. **F**
Ecce Rebecca puella, &c. Secunda Rachel, per q̄ intelligo staturę sublimi-
tatem. i. contemplationē altam. Rachel. n. auis intelligitur, uel uidens Deū.
Gen. 29. Rachel uenusta facie, &c. Tertia est Abisaac, per quam intelligo co-
loris uenustatem. i. charitatem feruidam. Intelligitur. n. Patris mei intēsum.
3. Reg. 1. Erat autē Abisaac. Quarta est Hester, per q̄ intelligo figurę nobi-
litate. i. intentionē rectam. Intelligitur. n. ignis, habet. n. ignis figuram py-
ramidalem, quę habet lōgum, latum, & profundum. Hester. 2. Erat autem
Hester. Et hic nota de Iudith, quō cilicium portabat, castitatem amabat, ora-
bat, ieiunabat, clausa manebat. Quattuor autē causant amorem inter Christū
& suam sponsam aīam deuotam. Nexus naturę germanissimus: Can. 5.
Aperi soror mea sponsa: Sororem uocat propter naturę humanę confor-
mitatem. Oculus fidei simplicissimus. Cant. 3. Quā pulchra es amica mea,
oculi tui columb. Oculus columbę simplex est, & limpidus: talis est oculus
fidei. Tertium est, sinus mentis tranquillissimus: Cant. 6. Pulchra es amica
mea. Quartum est, vultus vitę purgatissimus. Cant. 4. Tota pulchra es ami-
ca mea. Et nota qualiter debet se aīa pręparare, ut sp̄s uelit secum coha-
bitare. 4. Reg. 4. Faciamus ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo le-
ctulum, & mensam, & cellam, & candelabrum. In ijs uerbis quinq; ponun-
tur, quę deuota anima debet h̄re, ut Deum recipere mereatur: primū est
cellę paruitas, per sui humiliationem: s̄m est lectulus quietis per distractio-
num abnegationem, seu per mentis puritatem & honestatem, tertium mē-
sa refectionis per contemplationis fruitionem, & bonorum operum, quasi
ferculorum rescipientium pręparationem, quartum cella iudiciarię discre-
tionis per diligentem mentis discussionem, & examinationem: quintū can-
delabrum aureum per fidelem cognitionem, & luminosam conuersationem.
Quia lucernas in manibus tenemus, cū per bona opera proximis no-
stris lucis extra monstramus, dum Heliseus. i. Christus uidet hospitium
mentis sic dispositum, libenter ibi habitat, & Sunamitis, i. anima Christum
parit. In aīa deuota debent esse septem crines. i. septem uirtutes, tres Theo-
logicę, & quattuor Cardinales, qui crines ornant caput sponsę. i. animę de-
notę. Inter istos crines charitas magis ornat caput animę, quod figura-
tur per crines in capite Samsonis. Iudicum decimosexto cap. Si inquit se-
ptem crines, &c. per licium igneum carnalium fragilitas, per clauum du-
rum superborum ruditas, per terram auarorum cupiditas designatur. Quę
oēs uirtutes eneruant, & infirmant. Vel septem Samsonis, seu aīę crines,
septem sunt aīę vires, quinque sensus corporales, intellectus, & uoluntas,
isti

A isti sunt crines prolixi quantum ad apprehensionem: quia per sensus, vel per
intellectum omnem creaturam, & creatorem possumus apprehendere,
sunt loti per confessionem, & deuotionem, sunt compti per cautelam, &
circumspectionem, & honestatem, sunt integri non rasi per nocibium vi-
tationem. Sic se habentibus crinibus semper animę assistit Spiritus sanctus,
quo assistente, leonem laceramus, id est, hostis astutias, fallacias, vincula rū-
pimus, mundi blanditias cum mandibula asini, id est, cum memoria mortis,
Philistæos interficimus, id est, carnis delicias, quia ut dicit Greg. Nihil tantū
ualet ad reprimendum carnis desideria, q̄ considerare qualis erit ipsa mor-
tua. Sed dum Dalide, id est, carnalitatē, familiaritas contrahitur, crines ra-
duntur, vires corrumpuntur, Spiritus sanctus amittitur, in manibus inimic-
orum anima traditur, captiuatur, vinculatur, excœcatur, ideo sensus sunt
custodiendi. Lex Nazarcorum erat, non intrare ad mortuum, ideo sensus sunt
vinum, non radere caput suum. Ad mortuum contra suam professionē in-
trant, qui negotijs secularibus se implicant, similes uxori Loth, quę respi-
ciens retro, conuersa est in statuam salis, quia nemo mittens manum ad a-
rattrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei; vinum contra uotum bi-
bunt, qui mundi delicias, & diuitias appetunt; similes pessimis Iudæis, qui
euntes ad terram promissionis desiderabant carnes, & cibos Aegypti, &
nauseabant super Manna, ideo sepulti sunt in sepulchris concupiscentiæ, &
terram promissionis non intrauerunt; Crines radunt; qui Dalidę carnalis
concupiscentiæ conseruerunt, & uires animę ad illicitos actus extendunt.

Spiritus s̄ctus.

Mulier. Familiaritas concordia sentiu Religiosi.

De Beata Virgine Maria matre Christi.

DE pietate Beatę Virginis Marię exponitur illud Gen. 2. Fons ascen-
debat de terra irrigans uniuersam superficiem terrę. Ipsa est fons vi-
uus, fons beatorum, puteus aquarum uiuentium, quę fluunt impetu de Li-
bano, cuius aquę gratiarum irrigant uniuersam superficiem terrę: quia ut
dicit Bern. Amplissima charitate se nobis aperit, ut de plenitudine eius ac-
cipiant uniuersę, ager curationem, tristis consolationem, peccator ueniam,
iustus gratiam, angeli lætitiā, filius Dei nostrę carnis substantiam, ut non
sit qui se abscondat à calore eius. Iste fons de terra ascendit, quia Maria Vir-
go de massa humani generis, de stirpe Dauidica nata fuit. Ascendit, non de-
scendit, quia de uirtute in uirtutem, de bono in melius semper profecit. Ip-
sa fuit fons limpidus, quantum ad conuersationem, sapidus quantum ad de-
uotionem, frigidus quantum ad sanctificationem, & concupiscentiæ extin-
ctionem, secretus quantum ad diuinam ipsius custoditionem. Nam figura-
tur per lignum uitę in medio paradisi, ad cuius custodiam dñs ponit Cher-
ubin, & gladium flammeum atq; versatilem: de ipsa intelligitur illud Hest.
4. Fons paruus, qui creuit in fluuium magnum, & in lucem soleniq; con-
uersa est, & in aquas plurimas redundauit. Quod Virgo Maria impetrat
nobis ueniam, temperat, & reuocat latam contra nos suam, excitat diuinā
clementiam; confundit hostis astutiam, scilicet Aman; unde figuratur per
Hester reginam, cui rex Assuerus, qui intelligitur beatus Ioseph, dedit
medietatem regni sui, s. q̄ esset regina misericordię retenta sibi alia
medietate, quia obtinet thronum iustitię, ad cuius preces latam contra Iu-
dæos hñam reuocauit, Aman hostem populi suspendit. Et figuratur per uir-
gam anream. Hest. 3. Rex Assuerus anream uirgam tenebat pro signo cle-
mentię: quia indutus quicunq; sacco peccati, si hñam morte regis præsen-
ter,

Fons.

Fons. Fluuius. Aqua. Lignum.

Hester.

Santa Maria mater Dei.

Virgo Ma-
ria.
2. Regum.
Psal. 36.

ter, moritur, nisi uirga aurea Mariæ in signum clementiæ ei à rege extēdat. **E**
 Quod Virgo Maria fuit solemniter assumpta. 2. Reg. 6. David. i. Christus,
 qui est uultu desiderabilis, beatis manu fortis, damnatis adduxit arcam dñi,
 id est, Mariam in qua fuit positus thesaurus nostrę redemptionis in ciuitatē
 David, in illa, de qua scriptū est: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei, cum
 gaudio. Et erant 7. chori cū David. i. tota angelorū uniuersitas, quæ per se-
 prenariū designatur. Hodie. n. regina Hester introducta est ad cubiculum re-
 gis Assueri cum iubilo angelorum, ipso rege assistente, concomitantib. ange-
 lis, Patriarchis, Prophetis, Apostolis, martyribus, confessoribus, uirginibus.
Et nota q̄ Virgo Maria est scala Iacob, per quā uiri angelici ascēdunt in cę-
 lum, cuius gradus sunt uirtutes eius, & merita. Et nota quo salua uirginita-
 te Maria peperit Dei filium, & concepit. Exod. 3. Vadā, & uidebo uisionem
 hanc magnam, quare non comburatur rubus. Ignis iste non erat fornacis
 Babylonicę mundanę. s. concupiscentiæ, qui deuorat, & consumit, sed spiri-
 tualis gratiæ, quę uirgini obumbravit. Rubus ardebat, & non cōburebatur,
 caro erat uirginis, quæ in conceptione non uiolabatur: Flamma in rubo,
 partus in utero, rubus illuminabatur, et non comburebatur, quia uirginitas
 Mariæ sęcundabatur, sed non uiolabatur. Grande signum, & insigne est in
 rubo, & in igne, non appropriet indigne calcianus quispiā. Ber. O Beate iōā-
 nes, Magnum signum apparuit in cęlo, mulier sole amicta, sed maius signū
 apparuit in terra, rubus ardens sine combustione uirgo concipiens, & par-
 riēs sine corruptione. Hugo. Amor, qui in eius corde mirabiliter ardebat, in
 eius carne mirabilia faciebat. Sic ergo rubus florens cunctis uirtutibus illu-
 minabatur, sed non consumebatur, nec cōburebatur, quia sol iustitiæ, qui in
 eam descendit, eā illuminauit, & sicut stella sine corruptione emittit radiū,
 flos odorē, color spēciet, mens uerbum; sic ipsa sine corruptione peperit fi-
 lium. Et sicut radius exiens non minuit stellę claritatē, sic nec Christus na-
 scens matris uirginitatē: hoc uidens Moyses ideo mirabat, quia in illa glorio-
 sa Christi incarnatione quælibet fidelis anima stupet, & delectatur. Sed iu-
 betur calciamenta deponere, quia nullus ad hoc pertingere pōt naturali ra-
 tione. Io. 1. c. Verbum caro factum est: vsq; ibi, plenum gratiæ & ueritatis.
 Verbum ait caro factum, quia Deus nō poterat nobis loqui quasi carnali-
 bus, sed quasi spiritalibus: Verbum. n. caro factum est, ut non solum audire,
 sed et uidere possit oīs caro, q̄ os dñi locutū est nobis: Ergo qui toti sumus
 caro: uerbum caro factum est, ut si uerbum, q̄ ex Deo aliqñ audimus cum
 tædio, uerbum, quod Deus est, uideamus cum gaudio. Ego autem interima
 de me contra me sniam proferam. Verbum hoc, quod Deus est, q̄ se mihi
 in natiuitate sua uidendum exhibet, si me non lætificat, impius sum, si me
 nō ædificat, reprobus sum. De Virgine Maria exponitur ille uersicu. Descē-
 dit sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia super terrā. Vellus est caro Vir-
 ginis, de qua Christus assumpsit cooperante Spiritu S.unicā humanitatis: **H**
 totum. n. genus humanum fuerat in potestate diaboli. Lana aut sumpta de
 oue, q̄ erepta est de ore lupi, de facili uermibus scater: ideo onis fuit in utero
 sanctificata, & mundanti gratia mundata, ut ex eius uellere fieret Christo
 mūda tunica. Vellus et facili ter bibit aquam, & facili expressione effundit
 eam: sic uirgo gratiam: nunq̄ deficiet eius gratia, quia nunq̄ exhauriri pote-
 rit eius misericordia: quia misericordia eius saccus, & thesaurus est. s. mise-
 ricordię semper abundans, affluens, influens, & impendens larga cellaria,
 quia semper inuenit, q̄ impendat. De hoc descensu. Iud. 6. ubi pluuia descē-
 dit in uellus totā arēā rigatura; quia ut dicit Ber. Cęlesti rore arēā rigaturus
 totum.

Psal. 71.

Melius cer-
te ad pro-
positu. n. q̄
hęc lana
ab ore lupi
fuit erepta
antequam
eā momor-
disset.

A totum uelleri prius infundit, & mundum Dei filius redempturus, totum
 precium contulit in Mariam. Ros totus in area, & in uellere totus fuit, sed
 in nulla parte arę fuit totus sicut in uellere. Et sicut stillicidia stillantia,
 & c. quia per uirginem distillat nobis omne bonum gratuitum, cuius stilli-
 cidij pars superior in cęlo per fruitionem, pars inferior ad nos per gratiæ
 infusionem, ut gratiam perditam in culpa nostra, recuperemus in Maria.
 Et sic res nobis perditā nobis erit salua. Descendit ut lux ad illuminan-
 dum. Exod. 3. cap. Descendit angelus in flamma. Quære supra fol. 13.
 col. 1. Descendit sicut ignis ad inflammandum. Exod. 3. Totus mons Sy-
 nai fumigabat, eo quod descendisset Deus super eum in igne. Descendit
 in Mariam ignis Spiritu sancti ad confirmationem, sicut uas solidatū cum
 non timet aquam transitorie aduersitatis, uel carnalis uoluptatis. Ignis au-
 tem iste in eam ardebat, quem uentus superbię, uel testa auaritię, sine lu-
 tum luxuria non extinguerebat: imo uehementer accensus, sic quod uento,
 & tempestate crescebat in charitate, adeo quod totus mons Synai fuma-
 bat. In monte Synai data est lex pertinens ad seueritatem, sed in Maria lex
 pertinens ad pietatē, unde fumare dicitur, quia per eam in amorem accē-
 ditur, ut sicut ignis unam materiā in aliam uertit; ita ipsa de uase contu-
 meliæ, uas continentię, & gratiæ facit. Et ignis ignem ex se procreat dum
 ipsa ad nos amorem Dei inflammat. 2. Paral. 7. Descendit ignis de cęlo, &
 deuorauit holocausta. Holocaustum cor uirginis totum diuino igne in-
 flamatū, & usque in cinerē per humilitatē redactum, & ideo attraxit Dei
 filium sicut in loco pingui, & uictuoso frequentius cadit ignis de cęlo.
 Nec. 3. Ad montē Syna descendisti domine. Inde est q̄ Maria intelligit ama-
 rum mare. Aqua maris salta est, aqua. n. sitientē potat, & sal maris sitim in-
 flammata ipsa. n. est mare, per quā Christus, sicut per mare uenit in mūdū,
C & per quam uiri Iſraelitę peruenerunt ad portū, ipsa. n. nobis præbet in
 ore aquę refrigerium, & inflammat nostrum desiderium, unde mare hoc
 non clauditur in suo aluico, hoc est in sua sanctitate, ut tm̄ ad sanctos ha-
 beat aspectū, sed Spiritu sanctus in eam superuenit, ut eā faceret inundare
 vsq; ad inflammationem peccatorū. Descendit et sicut ros ad tēperandum.
 Num. 1. c. Cū descendisset ros super castra, descendebat pariter & māna.
 Castra uirginis, corpus, & anima, & spiritus, in q̄bus ordinata fuerūt, oīa,
 & serenata, unde in nostra ordinatē inceditur castris. Ros aut nunquā de-
 scendit, nisi q̄ n̄ est tēpus serenum, hoc est neq; nimis calidū, nec nimis fri-
 gidum, & ita de alijs, quia uirgo nec fuit calida per auaritiā, nec nimis fri-
 gida per desperationem, seu per defectū charitatis, nec humida per carnali-
 tatem, nec sicca per accidiā: cuius serenitatis signū fuit, q̄ ingressus est an-
 gelus ad eā, hoc est in secretum cubiculū, ubi patrem suum clauso ostio ora-
 bat, non inuenit ostium apertum, quia frequentias, & colloquia uibat
 hominum, ne uel orantis turbaretur silentium, quia in cursu tor phantaf-
 matum turbatur cordis sabbatum, uel castitatis tentaretur suadens no-
 bis exemplum, ne nostra tentetur, uel per nos aliena impediatur. San-
 cta enim erat Iudith, & tamen Holofernes captus est laqueo oculorum
 suorum. Hester. 1. Conuiuium permagnificum preparatum est in ues-
 sibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu constitum erat. Rex
 enim cęlestis hortum uteri uirginalis plantauit manu propria: quia
 sapientiā ædificauit sibi domum, & excidit in ea columnas septem, sci-
 licet uirtutum, triū Theologicalium, & quattuor Cardinalium, & septem
 donis Sancti Spiritus eam repleuit: Istum hortum ipse Deus excoluit

Descensus.

Carnali-
tas.
Ignis.

Religio.
Conscien-
tia.
Deuotio.

Religio.
Conscien-
Ecclesia.
Virtutes.

Hortus.

per multa tribulationis, & mortificationis genera, & conseruit omni genere arborum, idest plantatione virtutum, vt esset paradysus voluptatis, in quo poneretur secundus Adam. Plantauerat Dominus Deus Paradysum voluptatis. i. hortum deliciarum in Eua, quia si concepisset ante peccatum non peperisset in dolore, sicut nec concepisset in concupiscentia, unde Maria, quæ fuit hortus voluptatis, & in Nazareth, quæ intelligitur flos, vel virgultum tanquam in horto voluptatis concipiens, & sine dolore pariens, demonstrat se ad primam innocentiam restitutam. Hunc paradysum Deus plantauit à principio æternitatis, quia ab æterno plantandum præuideat: unde cantamus ab æterno uas præuisum, uas infigne, uas excisum, manu sapientia, plantis ornauit à principio natiuitatis: plantatam signauit à principio conuersationis, plantans, secunda uir à principio conceptionis. Primum fuit per gratiam prædestinantem, secundum per gratiam sanctificantem, tertium per gratiam conseruantem, quartum per gratiam obumbrantem: unde de ipsa dicitur. Omne lignum paradysi non est assimilatum ei, & pulchritudini eius. Quia nullus Sanctus Paradysi assimilatur ei in uirtutum, & meritorum copia, nec in pulchritudine gloria, & honoris: quia de isto loco uoluptatis egreditur fluuius, idest Christus, uel fluuius inundantis gratia, & pietatis ad irrigandum paradysum, idest totam Ecclesiam: & diuiditur, & diffunditur in quattuor capita, quia per quattuor mundi partes. Et Genes. 3. Collocauit Dominus ante paradysum uoluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atque uersatilem. i. Angelicam, & diuinam custodiam specialem ad custodiendam uiam ligni uitæ. Et, Produxit Dominus Deus de humo terræ omne lignum pulchrum uisui, & ad uescendum suaue: lignum etiã uitæ in medio paradysi. Hæc ligna pulchra uisui, & gustu suaui sunt uirginis carismata, priuilegia, patrocinia, & exempla: nos igitur de fructu lignorum quæ sunt in paradiso uescimur, cum uirginis patrocinij protegemur, suffragijs erigimur, exemplis dirigimur, beneficijs rescimur: lignum uitæ in paradysi medio, Christus in uirginis utero, qui uincenti promittitur in præmio. Apoc. 2. c. Vincenti dabo edere de ligno uitæ. Ezech. 31. Cedri non fuerunt altiores eo in paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius, & platani nõ fuerunt æqui frondibus eius. Cedri spiritus Angelici, abietes patres ueteris testamenti, Platani Sancti Euangelici, quibus omnibus supereminet thronus uirginis positus à dextris filij Dei. Merito ergo uterus Mariae uirginis dicitur paradysus uoluptatis, quia ad similitudinem paradysi terrestri: est enim serenissimus pulchritudine, quia signaculum diuinitatis; securissimus quietudine, quia cænaculum humanitatis; fertilissimus plenitudine; quia cubiculum deitatis: sublimissimus celsitudine propter fastigium dignitatis. Et nota quod de uirgine Maria exponitur illud. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradysus. Bene conclusus, quod utrobique; clausus, sicut porta apud Ezechiellem: bis clausa enim fuit per integritatem mentis, & corporis; clausa, quod angelorum custodia circumcepta; clausa sedulitate piæ meditationis, & studio piæ intentionis: unde inuenta est in solitudine, cum angelus ingressus est ad eam. Solitudo corporis indicabat in ea solitudinem mentis: sedebat enim solitaria, & tacebat, ideo eleuabat se supra se, quia quanto humiliter se debat, tanto amplius capiebat. De uirgine Maria exponitur illud; A lumbis hominis usque deorsum, uidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu, uelut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuia. A lumbis usque deorsum ignis in circuitu resplenduit, quia ignis diuinitatis, scilicet claritas humani-

A humanitatem illam de uirginis carne susceptam, quæ in lumbis Abraham fuerat secundum corpulentam substantiam, totam illuminauit, sed quia obumbrata est excellentia diuinitatis, seu diuinæ claritatis in carne, ideo dicitur, arcus cum fuerit in nube in die pluuia. Arcus enim Dei filius dicitur, cuius nexus distenditur, & lignum curuatur: quia in carne est distenta humanitas, & incuruata diuinitas. Et sicut arcus ex solo solis radio subintrante nubem cõcauam, & roridam, generatur, quattuor coloribus insignitur, sic Dei filius incarnatus est uirtute spiritus sancti in utero uirginali. Et nota quod de uirgine Maria exponitur illud Cant. 7. Soror nostra paruula est, & ubera non habet, &c. Loquitur Dominus ad angelos loquens de uirgine Maria. Soror nostra cœlesti generatione; in cœlibatus integritate: Est enim soror cœlestium spirituum per uirginitatem, paruula per humilitatem, non habet ubera turgentia per carnis uoluptatem, sed habitura ubera de cœlo plena, per ineffabilem, & singularem nouitatem alloquenda est, ut ad eam mittatur angelus singularis coniungij paronymphus ut audiatur eius consensus. Murus est per inuiolabilis propositi firmitatem, super quæ ædificata sunt propugnacula argentea, sacra scilicet prophetarum oracula, Patriarcharum ænigmata, scripturarum testimonia; qui confirmant fidei ueritatem, & uirginitatis eius puritatem. Vnde sub Moyse uirga fructificauit, & de uirga florem super quem quiesceret Spiritus S. ascensurum Isaias prædixit; unde frustra Iudæus, frustra hæreticus in hunc murum impingunt: quia propugnacula argentea huius muri rectam fidem ostendunt. Ipsa autem, quæ murus est fidei, nobis est ostium, quia per eam nobis patet introitus ad regnum; unde per illud ostium Christianus ad Christum intrabit: hoc ostium compactum est tabulis cedrinis. Cedrus arbor sublimis, serpentes fugat odore, fragrantia odoris eius charitas est, per quam expugnatur

C Diabolus in electis: cuius tabularum compactio, geminæ dilectionis sibi in uicem indissolubiliter commendatio. Quãto enim magis Spiritus sanctus, per quem diffunditur charitas in beatam uirginem superuenit, tãto magis illi gratiam charitatis infudit, & diffudit, ut ex ipsa superfusione omnes nos diligat in Deo, & in omnibus nobis diligat Deum. De uirgine dicitur. Concipies in utero, & paries filium, &c. Concipies. i. simul totum capies in te, ex te, non aliunde in utero, non autem impleteretur uterus, cœlesti germine, nisi prius mens fuisset repleta rore gratia. Et bene concipies in utero, quia aliter innocerotis superbia capi non poterat, nisi gremio uirginali. Et paries filium, non statim paries post conceptum, ut quasi hospes unius noctis, aut quasi uisitor transiret per uirginem, sed moram fecit in utero eius nouem mensibus, & tribus septimanis, & die uno. Concipies ait, cum uirginitatis pudore, paries sine dolore, incorrupta mente, & corpore. Et apes, & formicæ, & uultures sine coitu generantur & pariunt, uermiculus de terra sine carnali semine producit, odor de pomo, radius de stella, flos de uirga, fructus de arbore prodeunt sine carnali corruptione. Ros de uellere comprimitur sine læsione, rubus accenditur, illuminatur non comburitur: Et hoc patet, si aqua ardens stupæ, uel uelleri infundatur, si accenditur illuminatur, sed non comburitur ne nascatur. Christallus aqua conspergitur, & ad radios solis ignis scintilla producit. Maria aqua sancti Spiritus perfusa parit Saluatorem, nec amittit uirginitatem. Et sequitur: uocabis nomen eius Iesum, idest Saluatorem. 4. Reg. 6. c. Salua me Domine mi rex. at ille non sibi, sed Christo sciens nomen Saluatoris conuenire, ait. Vnde te possum saluare? de area, aut de torculari: Area uirgo Maria, de qua

Arcus. Iris.

Luc. 1. 4.

Focis.

Ioan. 19. c. euentilatum est, si quid paleæ fuit, cum Spiritus sanctus in eam venit. & de qua natus est panis de cœlo descendens. Torcular crux Christi in Maria nostræ salutis fuit inchoatio, in cruce consummatio. Vnde sicut in cruce dixit, Consummatum est, ita in utero Virginis dicere potuit: Inchoatum est. In his ergo duobus in Maria, & cruce saluat nos Deus tanquam de area, & de torculari in Virgine factus, in cruce coctus fuit panis, quo reficimur, & saluamur. Et idem bene dicitur Mariæ, vocabis nomen eius Iesum. Et nota, quod de Virgine intelligitur illud: Strauit Salomon pauimentum templi preciosissimo marmore decore multo. Salomon pacificus spiritum sanctum significat, qui est pax nostra: marmor frigidum castitatem, & virginitatem, quæ æstum carnis refrigerat: pauimentum humilitatem, quæ in imo se collocat. Strauit ergo Salomon, &c. Quia Spiritus sanctus sibi consecrauit templum Virginis, preciosissimam humilitatem collocauit in eius corde, & speciosissimam virginitatem in eius carne, & decore multo & marmore precioso: quia virginitas decor est humilitatis, & humilitas precium virginitatis: cum in carne nihil sit virginitate preciosius, & in mente nihil humilitate melius. Tertij Reg. 6. Nihil erat in templo, quod non tegetetur auro. Quia nihil fuit in Maria, quod charitate nimia non ferueret. Tertij Reg. 6. Omnes parietes templi per circuitum sculpsit varijs celaturis, & torno. Quod tornatur prompte voluitur. Sculpsit ergo, &c. Quia ex omnibus potentijs animæ Virginis Mariæ procedebat genus omnimodæ honestatis, & promptitudinis voluntatis ad obediendum Deo. Item ibidem consummauit Salomon, &c. Quia sicut rei fugiunt ad Ecclesiam, & saluantur in ea, sic peccatores ad Mariam, & saluantur, & conuertuntur, & exaudiuntur per eam. Exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus introiuit in aures eius. In cuius signum Salomon fecit fenestras obliquas in templo. Quia intrant vt astra flebiles cœli fenestra facta es. Et dicit pluraliter fenestras obliquas propter multos obliquos per culpam, qui omnes multis temporibus, & multiplicem inueniunt gratiam per Mariam. Daniel. 4. Vidit arborem prius bonam, & fructiferam, postea succisam: Ecce inquit, arbor in medio terræ altitudo eius nimia, magna arbor, & fortis, proceritas eius contingens cœlum, aspectus illius erat vsque ad terminos terræ, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea: Subter eam habitabant animalia, & bestiæ: in ramis eius conuersabantur volucres cœli, & ex ea vesceretur omnis caro. Sequitur: Succidite arborem, & præcindite ramos. Arbor itaq; fructifera, quæ fructum vitæ protulit in medio terræ, est Maria in medio Ecclesiæ vt sit omnibus communis, & de plenitudine eius accipiant vniuersi, æger sanitatem, tristis consolationem, &c. vt dicit Bern. In medio terræ, id est, terrenæ, & militantis Ecclesiæ. Quia omnis est communis, & omnibus influit, vt cor in medio animalis; vnde de ipso dicitur. Lignum vitæ in medio paradisi. Hic arbor fuit manu Dei plantata, gratia Sancti spiritus copiose rigata fuit. Psal. Erit tanquam lignum, quod plantatum est fecus aquarum, &c. Altitudo eius nimia, propter maternam dignitatem: proceritas eius contingens cœlum propter corporis, & animæ felicitatem: aspectus eius est vsque ad terminos vniuersæ terræ, & animæ feclicitatem: affectionem suæ misericordiæ, & gratiæ: folia eius pulcherrima propter luminosam conuersationem, fructus eius nimius, ex cuius humore sanatur mundus, cuius dulcore reficitur angelorum chorus, cuius odore attrahitur homo deuotus, cuius virore delectatur contemplatiuus oculus. Esca vniuersæ

A forum in ea: quia per eius preces, & merita peccatoribus uenia impetratur, iustis gratia augmentatur, beatorum honor, gaudium, & gloria augmentatur. Subter eam habitant animalia, id est, superbi, & bestia, id est, peccatores, & immundi, quia eius patrocinij à sententia mortis eripiuntur; & ad ipsam confugiunt, & per eam conuertuntur, & protegentur: sicut rei fugiunt ad Ecclesiam, vt saluentur, sic peccatores ad Mariam, vt à mortis sententia liberentur. Bern. In angustijs, in periculis, in rebus dubijs Mariam inuoca, &c. In ramis suarum virtutum, & exemplorum conuersantur aues cœli, id est, viri contemplatiui. Ex ea vescitur omnis caro: Quia per ipsam in omni necessitate dirigitur, & adiuuatur omnis homo. Succisa fuit gladio doloris in filij passione, sed reuixit in eius resurrectione. Et nota, quod Virgo Maria dicitur hortus, quia horti sunt clausi, pleni, culti, spatiosi, fecundi, ameni, irrigui, significantes Virginem plenam gratia septiformi: quia fuit clausa virginitate, plena puritate, culta asperitate, spaciose charitate, fecunda bona actione, amena contemplatione, irrigua deuotione. Esai. 51. Ponet desertum eius delitias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Solam enim singulariter dicitur hortus domini, in quo natus est Dominus sine uirili semine, sicut ad odorem masculinæ plantæ maximè oliuæ, quem uentus deferat ad fœminam plantam: fœmina fecundatur, & imprægnatur sine corruptione, secundum Basilium. Comparatur autem quadruplici horto. Olerum propter misericordiam quam ostendit ad peccatores, ut qui infirmus est olus manducet, & colligat ex hoc horto, in cuius figura 3. Regum 21. Conuersa est uinea in hortum olerum Maria, in medicinam peccatorum, ubi peccatores celebrant suum conuulium. Hester 1. Rex enim cœlestis hunc hortum plantauit propria manu, & consecuit omni genere uirtutum, ut esset paradysus uoluptatis, in quo ipse Deus homo poneretur secundus Adam, ut operaretur, & custodiret illum. Operaretur reddens Virginem fecundam, & custodiret conseruans eam mundam, & illasam. Comparatur secundo horto nucum propter eius patientiam; comparatur horto malorum granatorum propter eius obedientiam, comparatur horto aromatum propter eius obedientiam. De istis omnibus habetur in Canticis. Quia Virgo Maria suis precibus reconciliat peccatores, primi Regum vigesimoquinto. Cecidit Abigail ad pedes Dauid pro Nabal stulto & improuido deprecans. Sequitur: Ecce audiui uocem tuam, & honorauit te: Virgo honoratur, pro peccatoribus exauditur: Et nota quod de Virgine in persona Iudic. dicitur. Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram, unde de eius benedictione dicitur: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam. Ager plenus, cui benedixit Dominus Virginalis uterus incorruptus, filio Dei, & omni gratia plenus: unde dicit odor: Nam sicut odor à corpore odorifero procedit, & in eo est sine sui corruptione, sic filius Dei conceptus in utero Virginis fuit, ibi mansit, inde processit sine sui corruptione. Vnde si quæras quomodo Virgo sine corruptione concepit, & peperit Saluatorem: Respondeo: sicut flos odorem, sol splendorem, color suam speciem, & similitudinem. Ecclesiast. 24. Ego quasi uitis fructificauit suauitatem odoris, & licet ista conceptio non habeat omnino correspondens exemplum in sexu mulierum, tamen aliquale est exemplum in natura rerum. Et ideo dicitur odor secundum Philosophum in libro de u egetantibus. Quando uentus defert

Hortus. Can. Agr.

Hortus. Ro. 14.

Gen. 27.

Agr.

E odorem masculæ plantæ ad feminam plantam, vt patet maximè in oliuis, femina fecundatur, & imprægnatur sine corruptione, vnde & secundû Ba silium in Hexameron: Palma foemina proprios ramos inclinat ad marem, velut concubitum petens, vt possit ex eius admixtione concipere: sic ad vo cem angeli, qui per ventum designatur in sacra scriptura, propter agilitatē, mox intra vterum factum est caro verbum. Det inquit tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam. Ros refrigerat, pinguedo inflā mat, & ipsa in conceptione filij refrigerata est ab omni incentiuo fomi tis, & peccati, & inflammatam amore Spiritus sancti, qui amor in corde eius singulariter ardebat, & idè Spiritus sanctus in eius carne mirabilia facie bat. De benedictionis huius agri plenitudine omnes gentes benedicuntur, quæ in Adam per Euam fuerant maledictæ. Gen. 1. Fluuus egrediebatur de loco voluptatis, & c. quia filius Dei natus de Virgine Maria factus est nobis a Deo Patre, sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Sanctifica tio ad resistentiam tentationum, iustitia dirigens in via mandatorum, & consiliorum, sapientia illuminās ad cognitionem mysteriorum, redemptio perducens ad gaudium supernorum. Vel factus est sapientia ad docendum discretionem, quæ sunt vitanda, contemnenda, agenda, consideranda, for midanda, desideranda, redemptio ad saluationem, & liberationem, iustitia ad sanctificationem, quia cum iustitia magna satisfecit, & sic nos satisfacere docuit, sanctificatio ad informandam conuersationem. De Virgine Maria in persona Iulith dicitur Iud. 13. Benedixit te Deus in virtute sua, qui per te ad nihilum redigit inimicos nostros, vt non deficiat laus tua de ore hominum. Ad nihilum redacti sunt per Mariam inimici nostri, q̄a ex quo nobis in fide Mariæ patuit veritas euangelica, latuit peruersitas he retica, & vanitas Philosophica, euancuerunt tentationes, fugati sunt demones, & eorum illusiones. Quod de Virgine Maria intelligitur. 1. Reg. 25. Dixit Dauid ad Abigail. Benedictus dominus Deus Israel, q̄ misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, qui prohibuisti me ne irem ad sanguinem, & vliscerer me manu mea. Benedi ctus enim dominus, qui filium suum posuit inter ipsum, & homines me diatorem, & matrem filij inter reum, & iudicem mediatoricem. Et benedi ctum eloquium tuum; quia cum sit mater Dei, mater vis esse rei, vt per te reus efficiatur frater iudicis, vnde cum sis vtriusque mater, eloquio tuo pacem reconcilias, nec inter filios tuos pia mater pateris discordiam. Et benedicta tu, quæ prohibes gladium diuinæ seueritatis a sanguine no stræ iniquitatis: De Virgine Maria dicitur: Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Iuxta crucem stabat, cuius mentem dolor crucis, cuius animam tam multiplex passionis pertransibat gladius, quantis cõsolus corpus filij cer nebat vulneribus. Ruth. 3. Benedicta filia à domino, qui priorem miseri cordiam posteriore superasti, prior miseriordia fuit, qua carnem propriā dedit filio, vt fieret precium nostræ redemptionis: sed posterior quando spi ritus eius trāsuerberabatur gladio passionis, cum moriebatur, & mori non poterat, & tamen mori cum filio appetebat. Et nota quod virgo Maria est terra florifera virginitate, lactifera pietate, mellifera beneficiorū vbertate, fructifera Deitate. Psal. 83. Benedixisti domine terram tuam, auertisti capti uitatem Iacob. Veldic, quod est terra firma stabilitate, quia nunquam peccauit, terra in æternum stat, infima humilitate, fructifera Deitate. In il la die erit germen domini in magnificentia, & fructus terræ sublimis. Mel liflua deuotione, lactifera pietate, completa sanctificatione. Ista est terra la

A æc, & melle manans, quæ benedicta fuit, quando concepit Dei filium existentem in vera humanitate, & Deitate. Lac de carne fuit, mel de cœlo descendit: lac generi humanitas Christi succissa de carne Virginis: mel diuinitas descendens de cœlo. Et in illa duplici benedictione auersa est captiui tas Iacob, quia penitus extincta est lex membrorum in Virgine, quæ nos captiuos ducit in peccatum, contra quod nos luctari continuè oportet, quæ Iacob intelligitur lucta. Et nota, quod sicut virga Aaron; quæ fuit arida, educta de tabernaculo florida apparuit, ita crede, verum Deum Mariā salua virginitate genuisse. De assumptione Virginis Mariæ dicitur. 3. Reg. 18. Ecce nubecula parua, quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Vere mater Dei fuit parua per humilitatem. Figurata per Hester, de qua dicitur. Fons paruus creuit in fluuium magnum, & in lucem, solemq; conuersus est, & in aquas plurimas redundauit. Fuit quasi vestigium hominis, id est, perfectam conformitatem habēs ad Christum suum filium hominem, verum tam in natura, quàm in gratia, quàm in gloria, quia in corpore, & anima est assumpta. Fuit autem nubecula à terra eleuata rore Sancti spiri tus repleta, qui subintrans eius vterum, Iridem nostræ reconciliationis ostendit. Ascendit autem de huius mundi procelloso, & periculoso fluctibus tentationum pleno, hoc mare magnum, & spatiosum manibus. De as sumptione virginis exponitur illud Apoc. 12. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius coro na stellarum. Quia nobis proponitur in speculum contemplationis, ideo di citur, Signum magnum: Signum enim est, quod se offert sensui, aliud dere cinquens in intellectu, mater enim Eua transiens ex hoc mundo, signum lignominæ reliquit in terra, vnde maculata est tota humana natura, sed **C** Virgo Maria econuerso transiit ex hoc mundo, signum honoris, & glo riaz nobis reliquit in cœlo, quia maxima est nostra gloria, quod mater no stra facta est cœli regina. Esa. 49. Exultabo ad populos signum meum. Ecc. 43. A luna signum diei festi. Solet in medio mēsiū sol ingredi nouum si gnum. Vnde in medio Augusti significatur sol in signo Virginis, sol autē quando est in signo, in quo creatus fuit, maximè in exaltatione, vehemen tissimos effectus imprimit: vnde cum in assumptione Virginis Mariæ soli iustitiæ moretur in signo, in quo factus est homo, maximè omnibus se dif fundit: vnde hoc signo apparente in cœlo, recipit peccator veniam, iustus gratiam, tentatus cõstantiam, beatus gloriam: vt merito dicatur virgo Ma ria, signum clementiæ. Hester. 3. Dedit rex auream virgam, & c. Non enim possunt viuere Iudæi nisi Hester roget pro ipsis Assuerum: nec peccatores nisi Maria obsecret pro ipsis Christum. Vnde & Hester osculatus est vir gam, & mutauit regis sententiam, & impetrauit populo suo veniam, & di ctum est ei: Hester quid vis, & quæ est petitio tua: & si medietatem regni petieris, impetrabis. Et sic factum est cum reliquit filio iustitiam, & sibi as sumpsit misericordiam, vt qui timet iudicari a filio secundum forum iusti tiæ, appellet ad Mariam ad forum misericordiæ. Ergo vt dicitur Num. 17. Defer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt sit ibi signum rebel lium filiorum Israel, vt tanto puniantur grauius, quanto cum Maria pote rant misericordiam inuenire leuius. Est secundo iustis signum gratiæ. Ge nes. 9. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum, & c. Anima san cta quandoque rendit se aridam sine deuotione, & desiderat rorem gra tiæ: & tunc sicut ex solari radio illustrante nubem concauam generatur arcus cum quattuor coloribus, & distillat dulcis pluuia, sic ex gloriosa, &

Virginitas
Mariæ.
Num. 17.
Assumptio
Mariæ.
Hest. 10.

Virga.

Signum.

Arcus.
Iris.
Virtus.

Signum.

Ionæ 1.

Afſumptio
Mariæ.

Sanctifica
tio Mariæ.
Exod. 30.

Natiuitas
& sanctifi
catio Ma
riæ.

Num. 24.
Stella.

glorificata virgine, quæ fuit vas humilitatis concauum, cum intercedit pro nobis, descendit in nos gratia: & sicut in arcu sunt quattuor colores, sic in nobis generatur charitas, quasi de celo; puritas quasi ex aere: pietas, quasi ex aqua: humilitas quasi ex terra. Et sicut in actu materiali quando chorda tenditur, lignum curuatur, sicut beata virgo dum pro nobis extenditur in Deum per supplicationem, Deus incuruatur ad nos per gratiam in fusionem. Positus est ergo arcus iste in nubibus in signum pluuia: quia Maria existens in celo inter nebulas gloriæ, signum est gratiæ. Est tertio tentatis in signum constantiæ, & perseverantiæ. 2. Machab. 13. Dato signo adiutorij Dei commiserunt Iudæi cum Nichanore, & maiorem partem exercitus debilem factam fugere compulerunt. Iudæis in arcto positis apparuit signum in celo; se in vnum recollegerunt, hostes uicerunt. Sic ad memoriam virginis Mariæ cum impressa est cordi indelebilitur: tentati respiciunt, & uincunt, profugi sunt, qui de acie fugiunt, imo qui sunt se periculis exponunt, similes Papilionibus, qui fugiunt homines, & ad candelam fugiunt, ubi se comburunt. Sed, quod deterius est, quidam profugi assumuntur aui prædatorum ignobili, quæ nõ reuertitur ad reclamatorium, sed modo insidet arbori vanitatis, modo glebæ terrenæ cupiditatis, modo cadaueri carnalis uoluptatis. Sed nec sic reliquit profugos uirgo Israel, sed quædam modum contra Ionam fugientem insurrexit mare, quod reduxit eum ad exequendum diuinum præceptum, sic virgo Maria tentatos per agriditines, & necessitates reducit ad dimittendum peccatum, & exequendum diuinum præceptum. Quarto est beatis in signum gloriæ. Eccl. 43. A luna signum diei festi, &c. De eius assumptione, 3. Reg. 2. Positum est solium Berſabæ matris Salomonis iuxta solium filij eius, ut sicut inter matrem, & filium nullus est gradus medius consanguinitatis, sic inter gloriam Christi, & matris suæ nullum est medium felicitatis. Et si dicis pius quã Salomon iste, dicam ego plus quã Berſabæ ista. De eius sanctificatione Exod. 30. Facies rvmiama opere vnguentarij compositum, mixtum diligenter, purum, & sanctificatione dignissimum. Sicut in confectioe pigmentarij multæ recipiuntur species contritæ contra diuersas causas morborum, ita in sanctificatione virginis multiplicem ei credimus uirtutum gratiam contra diuersa genera peccatorum. De Virginis natiuitate, & sanctificatione exponitur illud Hier. 18. Descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat super rotam, & dissipatum est vas, quod ipse faciebat ex luto manibus suis, & conuersus fecit uas alterum sicut placuerat in oculis eius, ut faceret. Et de eius natiuitate, & sanctificatione intelligitur illud 4. Reg. 2. Afferre mihi uas nouum: & mitte in illud sal: hoc dicit dominus: Sanaui has aquas, & mors ultra, & sterilitas non erit. De eius beneficio, & oratione pro nobis, & plenitudine gratiæ dicitur Exod. 16. Dixit Moyses ad Aaron: Sume uas unum, & mitte tibi manna, quam potest capere Gomor, & reponere coram domino ad seruandum in generationes uestras. Quia uirgo Maria plena fuit gratia, & deuotione, quam anima eius potuit capere assistens semper coram domino pro nobis, & de sua superfluente propitiis nobis gratiam dulcedinis, & consolationis cœlestis. De ipsa exponitur Hierem. 1. Virgam uigilantem ego uideo; Virginem Mariam, qua peccatores excitantur ad futuram tribulationis considerationem, ut conuertantur, & uiuant. Unde sicut uirga media est inter fructum & radicem, sic mediatrix est inter filium, & peccatorem. De eius assumptione, & peccatorum directione: Orietur stella ex Iacob, & cõsurgat uirga ex Israel. Stella ista quantitate parua per

numi-

A humilitatem, qualitate clara per honestatem, quidditate pura per uirginitatem est uirgo Maria. Stella maris dirigens nauigantes in mari huius mundi ad portum salutis, quæ præminet altitudine, quia in vertice cœli posita est iuxta polum. De eius uirginitate est sciendum, quod eius uirginitas consecrauit omnem continentiam in ecclesia significata per uirgam, quæ deuorauit dracones magorum; quia maxime displicent homines immundi, & carnales, qui ad similitudinem draconum latitantium in cauernis, latitant in prostibulis, & locis suspectis: & sicut draco flatu uolando aerem insicit, sic ipsi alios puros: Ergo consolatur hæc uirgo. Et nota quod uirgo figuratur per arcum, tum ratione conceptionis filij Dei, tum ratione reconciliationis peccatorum. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fedoris inter me, & terram. Iste arcus est sine chorda, quia ipsa reuocat a peccatoribus ictum diuinæ ultionis, & percussiois, ideo posita est in celo, in signum nostræ reconciliationis: quia non cessat pro nobis orare, nec filius eam uult repellere; hoc autem signum significat offensæ placationem, culpa deletionem, penę remissionem, gratiæ infusionem, gloriæ collationem. Ipsa autem est nubes a terra eleuata per sanctificationem, & temporaliã abdicationem, concaua per humiliationem, rorida per gratiæ repletionem, lucida per sancti spiritus obumbrationem, & deitatis conceptionem. Sicut autem Iris, ut tradit alia scientia, non ex radio lunæ, uel alicuius stellæ, sed ex solo Solis radio generatur, qui subintrans nubem roridam, arcum, reconciliationis signum generat, & in eo quattuor colores efficit speciosos, iuxta illud quod dicit Beda in lib. de natura rerum. Arcus, ait in aera quadricolor ex Sole aduerso; nubibusq; formatur, qui ex celo igneus, ex aere iacintinum, ex aqua ceruleum, ex terra gramineum colorem trahit: sic Dei filius in reconciliationem nobis datus, non uirtute humana, aut angelica, sed solo sancto spiritu operante, & hanc nubem tore gratiæ plenam subintrante, fuit in ea Dei filius generatus. Siue autem arcus ipse Dei filius, siue ipsa uirgo appelletur, abundans sancti spiritus gratia tam in filio, quã in matre colores uirtutum quattuor generauit; de celo igneum propter nimiam charitatem, de aere iacintinum propter uirginitatem, de aqua ceruleum propter affluentissimam pietatem, de terra gramineum propter profundissimam humilitatem. Quauis isti quattuor colores, quattuor uirtutes Cardinales prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam possint merito designare, aut forte designant perfectiones Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, quæ omnes fuerunt consummatæ in Virgine matre Dei, quia in ueste poderis, id est conuersationis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, id est uniuersalis perfectio omnium sanctorum, & parentum magnalia, id est uirtutes sanctorum noui testamenti in quattuor ordinibus lapidum erant sculpta. Vel quattuor colores designant in uirgine quadruplicem moralem quaternarium, uirtutes proportionatas, actiones modificatas, affectiones moderatas, ascensionem moderatas. Ex quibus patet, quod uirgo Maria arcus fœderis, signum pacis Dei, & hominis debet dici. De eius conceptione Num. 13. dicitur. Quia exploratores missi ad contempandũ tertã promissionis, absciderunt palmitem cum uua sua, quem portabant in ueste vno duo uiri, ut uisa, & gustata illa mirabili uua, ad intrandum terrã promissionis populus Domini ardentius anhelaret: uitis ista benedicta, uitis generosa. In terra promissionis plantata est uirgo Maria, uua huius uitis deitas humanata, duo uiri terram cœlestem promissam fidelibus explorantes, sunt sancti noui, & ueteris testamenti. Isti duo uiri uiriliter agentes

Virginitas
Mariæ.
Exod. 7.
Virga.

Arcus.

Nubes.

Iris.

Sap. 17.

uua.

Fides. **U**nam uiam, scilicet Christum in vno vecte, id est in vna fide portant, quia **E** vna, & eadem est fides sanctorum noui, & veteris testamenti. Illam enim eandem uiam, illum eundem Christum, quem Patres veteris testamenti credebant, & predicabant venturum, & Israel redempturum, sancti noui testamenti credunt, & predicant in carnem venisse, & Israel redimisse. **N**am & qui prebant, id est sancti veteris testamenti, & qui sequebantur, id est sancti noui testamenti clamabant: Osanna filio Dauid. Ex hac uia nata de uire uirginea stillat uinum, quod inebriat per deuotionem, lætificat per contemplationem, purificat per contritionem, & compunctionem, fortificat ad operationem: hoc est uinum germinans in uirgine. Vnam ergo uiam Christum in eodem vecte fidei portauit Abraam Patriarcha, & Ioannes euangelista: quia beata uirgo figurata fuit in arca fœderis propter thesauri contenti pretiositatem, in uirga germinis propter supernaturalem fecunditatem in arca ætheris propter virtutum multiformitatem, & nostram reconciliationem, in rubo uisionis, propter uirginitatis integritatem, in throno Salomonis, propter imperialem maiestatem, in orologio Solis, in quo uerus sol iustitiæ descendit ad nos propter perfectam humilitatem, Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Dicat ergo: Ego sicut uitis fructificanti odoré suauitatis, & flores mei fructus honoris, & honestatis. De eius humilitate, & conceptione, ponitur illud 3. Reg. 19. ubi dixit dominus Elye quod ascenderet in montem, & ibi uideret dominum, cumque ascendisset in montem, ecce spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & contereens petras ante dominum, non in spiritu dominus, & post spiritum commotio, non in commotione dominus, & post commotionem ignis, non in igne dominus, & post ignem sibilus aura tenuis: ibi dominus. Elias gerit typum humani generis in monte fidei incarnationem, & præsentiam filij Dei fiducialiter p̄tolantis Spiritus grandis, & fortis significat uehementiam desiderij spirituum angelicorum, qui per aduentum filij Dei sciebant suam defalcationem debere restaurari. Ier commotionem designantur tumultuosa suspicia Patriarcharum, ut Dei filius incarnaretur. Per ignem designatur ardentissimum, & ignitum orationis studium prophetarum ad trahendum Dei filium in mundum. Sed nec ibi dominus, quia nec propter uehementiam desiderij angelorum, nec propter suspicia Patriarcharum, nec propter ignita desideria Prophetarum Dei filius uoluit incarnari. Sibilus aura tenuis fuit uerbu Mariae humilis: Ecce, ait, ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Et sicut prolatis uerbis a sacerdote panis in uerum corpus Christi conuertitur, sic eodem instanti quo Maria protulit dictum uerbum, factum est in eius utero caro uerbum. Ibi dominus. Vel sibilus aura tenuis fuit oratio deuota Mariae humilis, quia dum angelus eam salutauit, tunc ipsa pro salute humani generis orabat. Quod per eius gratiam nobis diffusam reconciliamur, Gen. 40. Videbam ait pincerna, coram me uitem in qua erant tres propagines paulatim crescere, in gemmas & post flores uas maturecere, calicemq; Pharaonis in manu mea. Pincerna in carcerem relegatur, humanum genus de paradiso exclusum in tenebroso carcere huius uulueris relegatum. Tres propagines de uia uite surgentes, tres substantia: in Christo nato de uirgine Maria, deitas corpus, & anima. Vna huius uitis Christus de qua processit liquor curans per sanguinis effusionem, humor fecundans per gratiæ diffusionem. Ex contemplatione huius uitis liberatur pincerna in carceratus de carcere Pharaonis, Ezech. 17. De eius fructu, & abundantia gratiæ dicitur, In terram bar amissu-

per

A per aquas multas plantata est, ut perficiat frondes, & portet fructum. Terra bona est sancta Ecclesia fructus afferens meritorum, decursus aquarum multarum est inundantia gratiarum. In hac quippe terra aquis gratiarum rigua plantauit Deus uitem uirginem Mariam, quæ perficit frondes uirtutum, & portauit uitæ fructum. De eius assumptione Genes. 32. ait Iacob dum luctaretur cum angelo: Dimitte iam ascendit aurora. Est enim Maria aurora, id est aurea hora cunctis uirtutibus radiosa: aurora enim parit solem, polit orbem, pellit hostem. In aurora aura serenatur, uentus quietatur, hostis effugatur, terra fecundatur, uia securatur. Est ergo Maria aurora pellens hostem aduersarios fugando, pariens solem Dei filium generando, poliens orbem ueritatem salutiferam reuelando, cunctas hæreses interrimendo. 2. Reg. 23. Sicut lux aurore oriente sole mane absq; nubibus ruralat. Iacob luctator contemplans ascensum aurora, assumptionem uirginis Mariae, gerit typum uiri religiosi. Inuenio enim istum Iacob supplantatorem, benedictionem petentem, & finaliter obtinentem. Vir ergo religiosus Iacob, Esau diabolium supplantat, si perfecte mundo renunciat, dimittit do parentales affectus, mundiales appetitus, curiales strepitus, inutiles discursus: sed plures sunt hodie Esau quam Iacob sectatores. Erat ait Iacob uir simplex habitans in tabernaculis, uacans lectioni, deuotioni, contemplationi, orationi, clausus in tabernaculo claustrum. Multi sunt cum Esau uenatores curias sequentes, se negotijs secularibus implicantes, baratores, fabulatores, trufatores, quibus dum aliud prædicant, & contrarium opere demonstrat bene dicitur. Vox quidem, vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. Ascendite itaque aurora uirgine, scilicet Maria, Iacob benedictionem Christi recipit, quam Esau amittit, Heb. 9. In arca erat tria, uirga, Tabula, Mâna. Hæc est uirga uirgo Maria, quæ placuit, immo submersit Egyptios, diuinitate mare, aquam de petra produxit. Num. 20. Quia facta sunt miracula in terra Egypti, quæ deuorauit serpentes magorum, quæ liberauit filij Israel de seruitute crudeli, quæ de cordibus lapideis, id est obstinatis, educitur aqua compunctionis. Numerorum 7. Legitur quod quilibet principum, & c. Per tabernaculum figuratur corpus Domini, quod de purissimis eius sanguinibus est perfectum. Principes sunt angeli, qui præueniunt orationibus in medio iuuenularum, id est animarum sanctarum. Quanta ergo dispensationis est, quod hodie offerunt angeli phialam, id est Beatae uirginis intelligentiam, superius apertam per desiderium æternorum, inferius clausam per contemptum mundanorum, plenam similia, id est, ueritatis intelligentia sine fermento erroris. Vel per duodecim phialas uirtutes intelligimus Mariae. In hac ergo arca erat uirga, id est, rectitudo uitæ, & continua augmentatio meritorum. Tabula, id est, perfecta obseruantia preceptorum, siue uita actiua, & contemplatiua, quæ sunt duæ alæ datæ mulieri. Ut dicitur in Apoc. 12. Et manna in uia aurea, id est, diuinitas in corpore purissimo. Quia ut dicit Apostolus: In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Tres mulieres legitur benedictas: Ruth, propter amorem fecunditatis: Iudith, propter amorem castitatis: Iael, propter interemptionem hostis, Judic. 5. Propter hæc tria super omnes mulieres benedicta fuit uirgo Maria, quia filium Dei genuit, uirginum flos fuit, hostes, & hæreses interemit. Apocalip. 4. Sedes posita erat, & Iris in circuitu sedis similis uisioni smaragdinae. Sedes est sublimitas diuinæ maiestatis, sedens est Christus, qui similis est aspectui iaspidis quantum ad diuinitatem, aspectui lapidis sardinis quantum ad humanitatem. Color enim Iris, qui ostendit

Ecclesia

Iacob. Oratio. Religio.

Prædicator. Arca. uirga.

Phiala. Vas.

Mulier. Colo. 2. Mulier. Benedictio Virtus.

Apostolus. Christus.

Aduētus.
Incarnatio.
Nubes.

Ecclesia.
Luna.

Peccata.

Inca-
natio.
Oratio.

ostenditur in lapide iaspidis super omnes colores confortat, & delectat vi-
sua: sic diuinitas super omnia delectat intellectum, quia in ipsum desiderat
angeli prospicere; humanitas ostenditur in Sardoniche, qui rubet, sic Chri-
stus rubet per stigmata passionis. Esa. 63. Quare rubrum est vestimentum
tuum? Iris in circuitu sedis est Maria, quæ astat in circuitu sedis smaragdi-
næ visioni similis, in quo ostenditur consolatio tribulationis: Smaragdus
enim delectat visum sic blanda est peccatoribus cōsolatio virginis quæ mi-
tigat Dei iudicium, & sententiam contra peccatores: ideo dicitur in circui-
tu sedis iudicis stare. Item stat maria in cœlo ad impetrandum gratiam, iō
significatur in nube pluuiosa. 3. Reg. 18. Nubecula parua quasi vestimen-
tum hominis ascendebat de mari, &c. Per puerum designatur cœtus anti-
quorum patrum, descensum pluuiæ in vellus desiderantium. Et in septi-
ma vitæ, id est, in septima ætate nubecula, id est, Maria, quæ nubecula est
parua, propter humilitatis prærogatiuam. Et quia mediatrix ferendi radios
solis, id est, beneficia saluatoris ad terram, hoc est ad genus humanum. Ma-
re mundus, in quo reptilia quorum non est numerus. Septima ergo vitæ,
id est, septima ætate, quæ incipit in Christi morte. Nubecula, id est, Maria
propter humilitatem, & gratiam interiorem, parua propter humilitatem
exteriorem, ascendentem de mari, id est, de miseria huius seculi ad ethereū
thalamum assumpta, quasi vestimentum hominis. Vestigium hominis est
vestigium Christi, vt sit sensus. Quod sicut Christus ascendit in corpore,
& anima in die ascensionis, sic Maria in corpore, & anima in die assump-
tionis. Cœli contenebratio, cordis contritio: ventus, cordis suspirium siue
gemitus, & tunc sit abundantia pluuiæ lachrymarum beneficio huius nu-
beculæ, quæ vestigium hominis, id est, Christi dicitur propter carnis vnita-
tem, & morum conformitatem congruè nominatur. Et nota quod dicit
astrologi, & Albumazar, quod si luna de nocte omnino non radiaret vapo-
res ascendentes de terra in tantum condensarentur, quod animalia respi-
rantia suffocarentur: Eodem modo Maria quasi luna conseruat hominib⁹
vitam. Quis enim est, qui non sentiat continuè vapores de terra cordis sui
ascendere, quibus ferè spiritus homines suffocatur: Vapores namq; inanis
gloriæ surgūt ex sanguine, tristitiæ ex melancolia, ignauiæ ex phlegmate,
iracundiæ ex colera. Ex his vaporibus consurgentibus mirum est, quod
quod non suffocantur spiritus, nisi esset quod dicit Abacuch; Sol, & luna,
id est, Christus, & Maria steterunt in tabernaculo suo, id est, in cœlo vitam
gratiæ hominibus conseruando: Et sic ex luna apparet pietatis officium in
Maria. De beata Virgine dicitur Genes. 31. Dimitte me iam ascendit
aurora. Per Iacob Patriarchæ & Prophetę designatur, qui d u luctati sunt
cum Domino, vt in hunc mundum veniret: Isa. 64. Utinam dirumperes
cœlos, & descenderes. Duo brachia, quibus Dominus luctabatur cum eis,
erant beneficia, & flagella. Brachia, quibus ipsi luctabantur cum Domino
erant lachrymę, & humiles orationes, lucta, desiderium implendi promif-
sum: Genes. 15. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Nox totum tē-
pus legis, quo omnes descendebant ad infernum. Durauit ergo hac tota no-
cte hæc lucta, id est, toto tempore legis vsque ad auroram, id est vsque ad
ortum beatę Mariæ virginis, nec quiescebat desiderium ex temporis diu-
tinitate, immo dicebat, non dimittam te, nisi prius benedixeris mihi, id
est donec impleueris promissum. & miseris illum, in quo omnes gentes
sunt benedicendæ. Et in aurora dixit illi: Dimitte me, iam ascendit aurora,
id est nata est Virgo Maria. Et benedixit ei in eodem loco, id est in beata

Vir-

A Virgine. Genes. 15. & 26. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Sic
cum sumus in oratione debemus luctari cum Christo, lachrymis, & deuot-
is orationibus, & petere remissionem, benedictionem remissionis culpæ,
& infusionis gratiæ, & meritis auroræ, id est Mariæ ascendens datur nobis
benedictio in eodem orationis loco. Et nota quod de ipsa dicitur illud
Genes. 2. Fluuus egrediebatur de loco voluptatis. Maria est fluuius propter
abundantiam gratiæ, Ecclesiast. 24. Ego quasi fluuius. Fluuius in origi-
ne est amarus: quia de mari amaro egreditur: Eccles. 1. Omnia flumina, sed
per venas terræ excolatus dulcoratur: sic Maria egrediens de mari concu-
piscencie carnalis non habuit amaritudinem originalis: Sed in utero matris
est dulcorata per gratiam sanctificantem, scilicet à peccato, quod non fuis-
set, nisi præseruata fuisset, vnde uterus matris factus est ei locus voluptatis.
Et nota quod beata Virgo est virga data in liberationem peccantibus à iugo
diaboli, & peccati. Vnde figurata est in virga Moylis qua percutitur aqua,
& uertitur in sanguinem: quia suffragio eius fluxus carnalis delectationis,
& affectionis conuertitur in pudorem, & carnis mortificationem, qua per-
cutitur puluis terræ, & sunt cyniphe: Exodi 8. cyniphe habent aculeos
pungitiuos, Quia suffragio Virginis puluis, & affectus terrenus uertitur
in dolores, quod extenditur in cœlum, & sunt grandio, tonitrua, fulgura
discurrentia, quia suffragio Virginis incutitur peccatoribus tonitruum di-
uini iudicij: grandio & fulgura penarum inferni. Quod extenditur in cœ-
lum, & adducitur ventus vrens, qui leuat locustas, quibus consumuntur
germina terræ Aegypti. Exo. 10. Quia suffragio Virginis zelus, & detentio
peccati adurens cor Introducitur, & remorsus innumerabiles conscientiæ,
qui in modum locustarum corrodunt, & consumunt oia germina peccati.
Hæc quatuor leguntur facta ministerio virgæ in liberatione populi Israeli-
tici de seruitute Aegypti. Item est Maria Virga data in salutem penitentibus:
Exod. 14. Eleua manum tuam super mare, &c. Item Maria est in con-
solationem patientibus: vnde figuratur per lignum, quo dulcoratæ sunt a-
quæ, Exo. 15. Et per virgam, qua percussa petra fluxerunt aquæ, Exod. 17.
Item Maria est in triumphum pugnantibus. 2. Reg. 23. Cum descendisset ad
eum in Virga. Nota hist. Item Maria est in deuotionem orantibus: vnde o-
raturus Moyses ascendit in montem habens virgam Dei in manu sua, Exo.
17. Hæc est uirga, qua Angelus Dñi tetigit sacrificium Gedeonis, & inflam-
matum est, Iudi. 6. Nota hist. Gedeonis sacrificium significat orationis my-
sterium. Azymi panes, puræ cogitationes, carnes piæ affectiones: unde cor
carneum significat piū affectum. Eze. 36. Auferam à vobis cor lapideum.
Summitate ergo virgæ Angelus tangit sacrificium, & continuo inflamma-
tur, quia ad litteram per virginis suffragium orationum nostrarum sacrifici-
um tangunt, & affectus, & cogitatus per deuotionis desiderium accendū-
tur. Item Maria est in eruditionem studentibus: vnde figuratur per uirgā,
Ruth 2. Nota hist. Ager est scriptura sacra, in cuius typo legitur Genes. 24.
Egressus fuerat Isaac ad meditandum in agro. Segetes cōgregatio sniarum
veritatis, quibus aia recreatur, & nutritur. Prou. 14. Segetes colliguntur,
cum diuersæ veritatis sniæ addiscuntur in uoluminibus scripturarū, in qui-
bus, sicut in spicis segetum, commixtum est granum cum palea: granū col-
ligit, qui sniam saluti vtilem accipit, paleam accipit, qui curiositati uacat. Ac-
cipienda ergo est uirga, quia à studentibus exoranda est Virgo Maria, cuius
auxilio possumus granum de spica extrahere, & granum à palea separare
Item Maria est in refectionem contemplantibus, unde figuratum est per

Oratio.

Fluuus.
Aqua.

Virga.

Exod. 14.

Oratio.
Deuotio.

Scriptura
Studens.

D

uirgam

Virga. virgam Ionatæ, 1. Reg. 14. Extendit Ionatas summitatem uirgæ. Ager sacra E scriptura, fauus mellis dulcedo deuotionis in eloquijs diuinis. Psalm. 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel: uirgam in manu habere, est Mariam memoria tenere: uirgam ad mel extendere, est suffragio Mariæ meditationem ad deuotionem eloquiorum ueritatis extendere: manû ad os mittere, est meditationis uim ad deuotionem gustandæ dulcedinis ueritatis reducere: gustare mel, est suauitatem diuinæ dulcedinis percipere, ad quam sequitur illuminatio oculorum. i. diuinæ ueritatis cognitio, & contéplatio. Psa. 33. Gustate, & uidere quoniam suauis est Dñs. Item Maria est in informationem præsentib. Num. 17. Virga Aaron quæ floruit. Ité est in securitatem transeuntibus, Hester 3. & 4. Mori debebat nisi rex uirgam auream extenderet in signum clementiæ. Nota histo. Assuerus intelligitur beatus, & significat Deum, qui solus est beatus & potens. 1. Thim. 6. Palatium regis est paradísus: huius palatij duplex atrium, est duplex iudicium, F exterius iudicium præsentis Ecclesiæ ante mortem, interius iudicium, diuinæ iustitiæ post mortem: atrium interius non uocatus ingreditur, qui non dum purgatus à peccatis moritur, & diuino iudicio præsentatur. Quilibet talis absq; ulla euitatione moritur, nisi signum clementiæ ad ipsum extendat, uirga scilicet aurea: quia absq; ulla dubitatione damnatur, nisi per gratiam, & merita sua ei suffragetur Virgo Maria. Item Maria est in mensuram retributionis peruenientibus, Apoc. 11. Datus est mihi calamus similis uirgæ. Datus est Ioanni calamus similis uirgæ, &c. Ei commissa est custodia Mariæ secundum calamus uirgæ accipitur mensura adorantium: quia secundum gratiam, & gloriam Virginis, secundum gradus comparationis ad eam magnificantur præmia omnium electorum, ut secundum obedientiam ministerium Angelorum: secundum fidem uirginitatis, fides Patriarcharum: secundum spem uirginitatis, spes Prophetarum: secundum eius charitatem, charitas Apostolorum: secundum patientiam in aduersis, tolerantiam martyrum, secundum eius humilitatem & deuotionem, humilitas, deuotio, & abiectio confessorum, secundum puritatem eius, uirginitas, & puritas Virginum; & sic Maria est mensura peruenientibus ad regnum. Et de eius natiuitate exponitur illud, Fecit Beseleel arcam de lignis Sethym, &c. Exo. 36. Nota histor. Beseleel interpretatur misericordia Dei, Materia arcæ fuit de lignis Sethym. Ligna Sethym sunt imputribilia albæ spinæ similia, incrementa leuia. Per hæc quattuor designantur quattuor beneficia, quæ Virgo habuit per gratiam sanctificationis, contra quattuor uitia ex peccato originali contracta secundum Bedam; Offendit enim primus homo patrem, cui appropriatur potentia, ex quo incurrit infirmitatem, propter quam inflicta est ei difficultas bene agendi. Ro. 7. Quod nolo, hoc ago. Filium cui attribuitur sapientia; ex hoc homo percussus est ignorantia, per quam inflicta est ei pœna, ut nesciat quod debeat eligere, unde frequenter dicit, & iudicat bonum malum, & econuerso. Esa. 5. vae qui dicitis bonum malum: Spiritum S. cui attribuitur bonitas, ex qua incidit in malitiam, propter quam inflicta est ei pronitas ad malum, Gen. 8. Proni sunt sensus hominis in malum ab adolescentia sua. Quia uerò recessit a simplici, & indiuisa natura, incurrit concupiscentiam, qua in seipso ita diuisus est, ut caro concupiscat aduersus spiritum, & econuerso: hæc pertinent ad materiam arcæ. Forma uero consistit in longitudine, latitudine, altitudine: longitudo huius arcæ est fides, quæ dicitur hñc duos semicubitos: duos pp fidem diuinitatis, & humanitatis: semicubitos, quasi imperfectos: quia uidemus nunc per speculum in ænigma

tc:

A te: Et ideo cubitus. i. fides, quasi semis est: cum autem venit quod perfectum est, tunc erit cubitus plenus. In latitudine intelligitur charitas, hoc debet extendi per cubitus, & semissem; cubitus perfectus refertur ad Dei dilectionem, qui super omnia est diligendus, & perfecte ex toto corde, & ex tota anima: semicubitus ad dilectionem proximi, qui non quantum Deus est diligendus, & ideo dilectio proximi est quasi semicubitus. In altitudine arcæ intelligitur spes, hæc debet hñc cubitum, & dimidiu. Cubitus est spes proueniens ex meritis, sicut illi, qui postunt dicere nihil mihi conscius sum dimidiu, spes proueniens ex meritis, sicut illi quæ pnt misericordia Dei, non ex meritis nostris: per aurum incorruptibile, quæ fuit arca uestita intus, & foris denotat uirginis puritas, quæ fuit Maria in corpore, & anima decorata. Corona fecunditatem, & dignitatem maternam insinuat: eo. n. quæ fuit mater summi regis, digna fuit, ut honore regio, & corona regia sublimaretur; sed corona procedens per gyrum, significat potestatis magnitudinem. Eccl. 24. In Ierusalem potestas mea. Quattuor angeli sunt quattuor affectiones dolor, timor, gaudium, spes. Quattuor anuli sunt quattuor virtutes Cardinales, Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Iustitia, quæ anuli dicuntur pro perfectionem, ut à Deo sit unio virtutis: aurei dñr ad differentiam virtutum consuetudinalium, quas ponit Philosophi ex frequenti bene agere acquiriti, non ex gratia. Quattuor ergo angeli quattuor anuli aurei supponuntur: Nam iuxta angelum cordis, qui est affectus doloris, suppositus est anulus prudentiæ: ne dolor trahat in accidiam: iuxta angelum timoris suppositus est anulus fortitudinis, ne timor deiciat in desperationem: & hæc duo ex parte sinistra cordis. Iuxta angelum gaudij positus est anulus temperantiæ, ne cadat hoc in dissolutionem. Iuxta angelum spei positus est anulus iustitiæ, ne spes eleuet in præsumptionem, quia non potest sperare iustus: & hæc duo ex parte dextera cordis. In anulis mittuntur duo uerbes, qui sunt consideratio pœnæ, & gloria. Consideratio pœnæ est uerbes immixtus duobus anulis, prudentiæ, & fortitudinis ex parte sinistra, ut prudentia pœnam diligenter præcaueat, & fortitudine præsentia libenter toleret, ut pœnam æternam euadat. Consideratio gloriæ est uerbes immixtus à parte dextera, scilicet Temperantiæ, & Iustitiæ, ut consideratio primo ab omni illicito abstinat, & unicuique quod suum est reddat. Virgo beata designatur per columnam ignis, quæ concomitabatur filios ab Aegypto usque; ad terram promissionis, cuius triplex describitur officium. Erat. n. eis in operimentum, in munimentum, in ducatum, in operimentum contra passiones aeris. Sic Virgo est nobis in protectionem contra mundi tribulationes. Describitur nubes, &c. per diem, & noctem significatur infectio presentis uitæ. Psa. 120. Per diem sol non uret te, neque luna per noctem. Dies prosperitas, nox aduersitas. Erat in munimentum contra persecutionem hostis, sic Virgo est nobis in munimentum contra persecutionem tentationis peccatorum. Exo. 14. Tollens angelus Domini, &c. Persecutio Aegyptiorum, tentatio demonum. Columna nubis, Virgo Maria est, quæ datur nobis in munimentum diabolicæ tentationis, & est nubes tenebrosa. i. horrenda ipsis demonibus, sed illuminans filios Israel. Erat in ducatum, quantum ad directionem itineris, sic Virgo nos dirigit in deserto huius mundi, & est nobis in ducatum operationum, & uirtutum. Deus precedebat eos in columna nubis per noctem. Figuratum est hoc Num. 10. Vbi dicitur, quæ arca Domini precedebat, &c. Tres dies sunt tres status, quæ diriguntur. scilicet proficientes, incipientes, perseverantes, quibus nubes rorida Maria plena gratia ducit fideles ad uirtutum operationes. Virgo Maria figuratur per Hester, Assuerus Deus pa-

Luc. 10.

Consideratio. Columna.

Num. 9.

Exo. 14.

Dies.

Hester 3.

ter, qui dederat sententiã ad instantiam Amã. i. diaboli contra populũ, Mar E
dochæus est Christus qui nutriuera Hester, & liberationem populi procu
rauit, & fecit q̄ Aman. i. Diabolus in ligno, q̄ parauerat suspēderet. Hest. 8.
Et beata Virgo idem nobis impetrat omni die. Et nota de conceptione filij
Dei. Sicut radius per uitrum, sed portando secum colorem, & coloratus e
xiens, sic filius Dei per uterum Virginis transiens inde exiuit, uirginitatē
non frangendo, sed veram carnem secum portando. Apoc. 21. Ipsa uero ci
uitas aurum mundum, simile uitro mundo. i. Maria aurum mundum per
charitatem, simile uitro mundo per castitatem. De isto colore Job 28. Non
comparabitur ei in diem coloribus. Et nota q̄ de Beata Virgine dicitur:
Fluuus egrediebatur de loco uoluptatis. i. Christus de utero uirginali. Pa
radisus Ecclesia, quattuor flumina, primus lachrymarum, Luc. 19. Secundus
sudoris, Luc. 22. Tertius sanguinis, Zach. 9. Quartus aqua fluentis de late
re in passione, Io. 9. Et nota. De eius Natiuitate, & assumptione, Genes. 6. F
Fac tibi arcam de lignis leuigatis, ut saluetur uniuersum semen in ea; hæc
Prouer. 9. est Maria fabricata supernaturaliter per Noe, idest per Dei filium; quia sa
pientia ædificauit sibi domum ligna leuigata, idest, complantata absq; tumo
re peccati eius corpus, & aia plenē sanctificata. Quia, ut dicit Bern. Dece
bat, ut illius hominis conceptio fieret de matre purissima ea puritate, quæ
sub Deo nequit maior intelligi: hæc est arca claudens arcanum thesaurum
ad redimendum, & saluandum totum mundum, quia nisi daretur iste the
saurus pro nobis, non poteramus redimi, nec saluari. Multiplicatæ sunt ergo
aqua, quia data sunt ei mundantes, & superabundantes gratiæ, & ele
uauerunt arcam in sublime à terra 15. cubitis super oēs montes. Montes
sunt angeli, & beatorum chori, super quos eleuata est Maria 15. cubitis. i.
maiori gloria coronata: quia exaltata est sancta Dei genetrix super choros
angelorum, quia nec in terris locus dignior uirginalis uteri templo, quo
Dei filium Maria suscepit, nec in cœlis regali solio, quo Mariam Mariæ fi
lius sublimauit. Figurata est Virgo Maria septem figuris, quasi clausa sub se
ptem sigillis, qui sunt arcus ætheris. Gen. 9. Arca fœderis. Exo. 25. Virga ger
minis. Num. 17. Rubus uisionis. Exod. 3. Vellus Gedeonis. Iud. 7. Thro
nus Salomonis. 3. Reg. 10. Horologium solis. Esa. 38. & 4. Reg. 20. De eius
assumptione, & pietate eius ad nos. 3. Reg. 2. Positus est thronus matris re
gis, quæ sedit ad dexteram eius. Docet hic histo. Bersabeam matrem Regis
Salomonis ad filium accedentem, & uenientem: regem Salomonem
matri uenienti assurgentem, & occurrentem, & thronum matris ad suam
dexteram immediate collocantem. Et in huius figura reginam cœli cœ
lum ascendentem, & ad filium uenientem, Regem regum ipsum Iesum
uenienti matri occurrisse, uenientem suscepisse, secumque in throno glo
riæ ad dexteram collocasse. Assumptionem itaque Virginis Mariæ figurat.
Et hæc res gesta, & nominum interpretatio mystica. Interpretatur enim H
Bersabex fons, uel puteus, de Maria autem scriptum est: Fons horto
rum, puteus aquarum uiuentium: Can. quarto, Puteus indeficiens o
rando haurientibus, fons supereffluens, & orare negligentibus. Salomon
interpretatur pacificus, quis Salomon nisi rex regum, dominus Iesus Chri
stus, Rex magnificus prudentia, mirificus sapientia, munificus opulencia,
pacificus clementia, quem credimus Mariæ matri occurrisse, & eam iuxta
se in throno gloriæ collocasse. In dextera aut eius thronus positus d̄r, quia
dextera principalius, plenius, atq; perfectus recipit motoris influentiã, ac
per hoc in dextera est situs dignior, uirtus potior, motus fortior, actus dul
cior.

A
cior, sicut Maria sedet a dextris, cuius situs dignitatis eminentior, uirtus
charitatis excellentior, motus pietatis effluentiore, tactus, seu gustus fœlici
tatis intusior. Assitit regina à dextris tuis, &c. Et de eius assumptione, &
gratia, nota quod in ea fuit plenitudo gratiæ, quia fuit sanctificata in taber
naculũ, in hortu, exornata in habitaculum, in conceptu, traducta in cubicu
lum, in obi. u. Hæc. n. est illa Hester formosa ualde quãtum ad primum, &
incredibili pulchritudine quantum ad secundum, omnibusq; oculis gratio
sa, & amabilis uidebatur. Ducta itaque est ad cubiculum regis Assueri, qui
intelligitur beatitudo, id est Dei. Et de eius sanctificatione, & natiuitate
intelligitur illud: Domus, quam ædificare uolo, talis debet esse, ut in cun
ctis regionibus nominetur. Quia sapientia ædificauit sibi domum, & exci
dit in ea colũnas septē. Et illud 3. Reg. 6. Dedicauit Salomon domũ domi
ni, i. sanctificauit septem diebus, omni scilicet tempore, & omnium uirtu
rum, & carissimum genere: & illud Num. 17. Refer uirgam Aaron in ta
bernaculum testimonij, ut seruetur in signum rebellium. Incurrunt enim
iram uindictæ, qui rebelles sunt fonti misericordiæ. Hæc uirga legitur a
Moyse posita coram domino. Et Leuitic. 8. Posuit laminam auream con
structam in sanctificatione. Beata uirgo aurea dicitur propter integritatē
uiginitatis, lamina propter dilationem charitatis, consecrata propter fecū
ditatem partus ueritatis. Qualis autem sculptura fuerit in hac lamina, ha
betur Exod. 28. Facies laminam de auro purissimo, in qua sculpsit opera
celatoris sanctum domino. Sculptura incarnatio, celator Spiritus sanctus,
sanctum Domino, uerbum humanatum. Et de uirgine intelligitur illud
Apocalip. 14. Vidi & ecce nubem candidam, &c. Nubes rorida Maria ple
na gratia, radio sancti Spiritus illustrata. Nubes refrigerat, stillat, rorat, co
ruscat. Maria rorat existens, refrigerat patrocinijs, stillat suffragijs, coruscat
miraculis, & prodigijs. Quod sapientia Dei in domo Mariæ ædificauit co
lumnas septem, id est, ueritatē uirtutum, donorum, carissimum, &
gratiarum, quæ fuerunt in uirgine gloriosa: columnæ septem sunt dignita
tes speciales in Maria. Prima, quia in utero sanctificata, secunda, quia ab om
ni peccato, etiã minimis semper conseruata, tertia, quia ab angelo salutata,
& plena gratia denunciata, quarta, quia fuit uirginitatis primiceria, quin
ta, quia fuit sine corruptione secunda, sexta, quia fuit sine grauami
ne grauida, septima, quia fuit sine dolore puerpera: Vel per septem
columnas significatur septenarius beneficiorum, quæ ipsa specialiter re
cepit a Domino, & quæ ipsa quotidie nobis impendit. Quæ beneficia enu
merat Bernardus super Missus est, tractans hoc nomen uirginis Maria, di
cens: In periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam inuoca, Mariam
cogita, non recedat ab ore, non recedat a corde, & ut impetres orationis
eius suffragium, non deseras conuersationis eius exemplum. Et itatim po
nit illas septem columnas dicens: Ipsam sequens non deuias, ipsam ro
gans non desperas, ipsam cogitans non erras, ipsa tenente non corruis,
ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propicia per
uenis. Vel septem columnæ sunt septem figuræ, quibus fuit figurata,
scilicet per arcum ætheris, per arcam fœderis, per uirgam germinis, per ru
bum uisionis, per vellus Gedeonis, per thronũ Salomonis, per horologiũ
solis, in quo Deus descendit ad nos. Et ideo eius natiuitate pot̄ exponi illud
Ioan. 7. Vnum opus feci, & omnes miramini: Et illud 3. Reg. 10. Fecit Salo
mon thronum de ebore grande, & uestiuit auro, &c. Salomon qui intelli
gitur pacificus, est Dei filius, ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.

Psal. 44.

Hester 2.

1. Par. 22.
Prouerb. 9.

Virtus.
Lamina.

Nubes.

Beneficia.
Prouer.

Beneficia.

Figuræ.

Thronus.

Domus. Thronus iste aureus, propter charitatem, eburneus, propter virginitatem, in quo, & non in alio voluit sedere Dei filius, est vterus virginalis. Domus aromatica, quâ arte mirifica fecit, summus artifex, immo thronus aureus, in quo rex æthereus consecratur Pontifex. Eburneus dicitur, quia ebur est frigidum, solidum, lucidum. Frigiditas, extincta concupiscentia carnalium desideriorum, & omnium terrenorum. Soliditas, constantia aduersorum: Lux, perfecta refulgentia explorum. Aliqñ autem iste thronus dicitur Eburneus propter prædicta, aliqñ rubeus, quia roridus ad medicamentum reconciliationis. Et ad hunc appellant pœnitentes, formidantes thronū filij eius, de quo vt dñ in Apoc. 4. procedunt voces, tonitrua, fulgura. Formidantes. n. thronum iustitiæ, appellant ad thronū misericordiæ qui effundit pluiam veniæ, misericordiæ, & gratiæ. Eccl. 24. Thronus meus in columna nubis. Tertius thronus est soleus, siue solaris, quia frigidus ad oblectamentum consolationis, & exemplum informationis, & ad hunc suspirant pœnitentes. Thronus eius sicut sol in conspectu meo: Vnde sicut sol tripliciter exurit montes, sic thronus Mariæ tripliciter exurit pœnitentes, iuuans patrocinijs, fouens beneficijs, informas exemplis. Quartus est eburneus, quia candidus pulchritudine incorruptionis. Sex autem gradibus ascendebatur ad istum thronum, quia hic numerus congruit vitæ actiue, eo quod sex diebus fecit Deus opera mundi. Senarius etiam iste designat sex gradus contemplationis, vt sic perfectio vitæ actiue, & contemplatiue designetur in ipsa fuisse. Duæ manus tenentes sedile, sunt virginitas, & humilitas, quibus quasi duabus manibus inclinauit Dei filium, q̄ in isto throno federet, aurū fuluum nimis charitas, quæ in eius corde ardebat: ideo in eius carne mirabilia faciebat. Quod deficit de ista tabula, quære infra, de assumptione Mariæ.

De Pane.

Beneficia. Illi septem panes de quibus dicitur Marci 8. c. Accipiens Iesus panes septem gratias agens, fregit, &c. Illi significant septem beneficia: quæ à Christo recepimus: duo prima propter corpus, tria media propter animam, duo vltima propter coniunctum siue hominem totum. Quantum ad primum, sustentamur pane materiali & leuitiæ, & pane pœnali. Quantum ad animam, pane doctrinæ quo ad intellectum: Eucharistiæ quo ad affectum: pœnitentiæ quo ad effectum. Quantum ad coniunctum, pane spiritalis lætitiæ, vt torus homo exhilaretur in via, cœlestis gloriæ, vt torus homo beneficietur in patria. Et nota q̄ dicitur Ezech. 8. Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, & introduxit me in atrium domus Domini interius, & ecce in ostio templi domini, inter vestibulū, & altare, quasi vigintiquinque viri dorsa habentes contra templum domini, & facies ad orientem, hoc dicitur, quia magna est iniuria non recordari iugiter beneficiorum Dei, q̄ est quasi ab eo recedere, ideo tergum vertere, & facies uertere ad ortū solis, magis diligere de creatura, q̄ de creatore suo. Et si quandoq; contingat de eo recordari, loquimur ei in oratione, & gratiarum actione, sine deuotione, ac si lapidi loqueremur. Per istos vigintiquinque viros designantur clerici maximè, qui hanc abominationem faciunt, de quibus in Deut. 32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit incrassatus, impinguatus, dilataus dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Et Hester 2. Marbochæus fuit nutritius filix fratris sui Hester, vtrumq; parentem amisit, & mortuis patre eius, & matre, adoptauit eam sibi in filiam. Certe filia

Filia. Alia fratris vestri illius, scilicet qui nostram naturam assumpsit, illius inquam Sancti Ioseph, de quo dicitur, caro enim, & frater noster est, est anima nostra, quâ Christus in puerperio passionis suæ de latere suo generauit, quam nutrire debemus, reuocando ad memoriam beneficia nobis exhibita, quasi imbuendo nos lactis dulcedine, & eam in filiam adoptamus, dum ei hæreditatem cœlestem prouidemus. Psal. 44. Audi filia, obediendo, vide, memorando, inclina aurem tuam, humiliter obsequendo, obliuiscere populum tuum, remouendo à corde carnalem affectionem, & domum patris, per mundi contemptum, & terrenorum abdicacionem. Hæc ergo beneficia nobis exhibitæ sunt: caro agni, qua nutriuntur filix Syon, i. animæ, quæ sunt in contemplationis specula, & eminentia. Et Matt. 25. Homo quidam peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, uni dedit quinque talenta, alijs duo, alijs vnum: post multum uero temporis &c. Quinq; talenta nobis data sunt, dignitas imaginis in creatione, effusio sanguinis in redemptione, protectio vitæ, discernendi scientia, beneficium sustentationis. Ista quinque dantur adultis Christianis; prima duo paruulis qui descendunt cū baptismo. Primum tantum datur paruulis non baptizatis, secundum Greg. In homil. confessorū. Homo iste Christus est, qui nobis tradidit bona sua, quæ in loco dicuntur talenta, dicuntur quinque, dicuntur duo, dicuntur vnum. Dicuntur talenta, quia ad negotiandum, & lucrandum tradita: per quinque significantur oia sensibilia, quæ sunt extra nos: per duo bona naturalia, quæ sunt id quod nos. s. corpus, & anima, per vnum donum gratiæ, quod perficit nos, ita q̄ per quinque significantur bona oia sensibilia, quæ sunt extra nos, quæ data sunt nobis ad quinque. s. ut sint nobis in speculum contemplationis, ut in eis Dei potentiam, sapientiam, bonitatem contemplerur, & in oibus, & de oibus ipsū addiscamus laudare, in solatium consolationis, & regriando Deo de oibus, in exercitium probationis, ut mala, & aduersa si eueniant patienter toleremus; in documentum informationis, ut aduertamus quo ois creatura inuolabiliter obseruat leges sibi indictas à Deo, ut patet in cursu solis, maris, lunæ, & sola malitia hominis non cessat leges sibi à Deo datas quotidie infringere. In subsidium seu uehiculum nostræ peregrinationis, ut de istis sustentationem naturæ accipiamus, non ad lasciuiam, & proximis prouideamus. Tunc aut bene utimur istis quinque talentis, qñ non appetuntur contra licitum: non. n. licet ea appetere vltra uel æqualiter cum beatitudine, sed citra, qñ acquiruntur iuxta licitum, qñ expenduntur circa licitum, qñ distribuuntur infra licitū. Qui aut sic negotiatur, tunc alia quinque superlucrat, qñ sibi dantur æterna pro illis. Per duo talenta significatur corpus, & anima. His aut talentis recte utimur, dum oia facimus ratione recte discernente, uoluntate iuste imperante, corpore prompte exsequente, sensualitate plenè obtemperante, & obediēte. Tunc aut talis negotiator alia duo superlucrat, qñ sibi bina stola, gloria corporis & animæ datur. Per unum talentum gratia seu charitas designatur. Dicitur aut charitas, & gratia unum talentum, quia hæc sola oēs uirtutes ornat, & uiuificat, uel quia facit unum cum Deo, & est, q̄ quia per superabundantiam dñ uni soli cōuenit. Ille aut hoc talento recte utitur, qui ad susceptionē gratiæ diligenter se preparat, datam conseruat, conseruatam per bonum exercitium augeri procurat. Tunc. n. talentum non solum germinat, sed maior quā prior gratia illi datur. Sed dñ Luc. 19. De seruo malo q̄ abscondit illud in sudario: in Mat. 25. dñ, q̄ abscondit illud in terra: eodē c. dñ q̄ fodit illud in terra. Tunc gratia in sudario absconditur, quando anima immunda cogita-

Temperā. vii.

Gratiā.

Luc. 15.
Matt. 25.
Luc. 17.
Ioann. 15.
Gratiarū actio.
Thob. 2.
Iob 1.
Iud. 8.
Ingratitudo.
Michc. 6.

ione maculatur: in terra absconditur, quādo peccatum opere perpetratur, E vel quando propter terrena, & temporalia Dei gratia amittitur, sed in profundo terræ absconditur, qñ vitiorum consuetudine obstaculum gratiæ ponitur. De talibus malis mercatoribus fuit filius prodigus, qui abiens in regionem longinquam deuorauit substantiam suam viuendo luxuriose. Cui libet aut bene negotianti dī: Euge serue bone, & fidelis, &c. Et Apoc. 4. 24. Seniores procidebant ante thronum mittentes coronas suas, &c. Coronas nostras ante thronum Dei ponimus, cum omnia bona temporalia, & spiritalia, & oīa bona, quæ agimus à Deo, & non à nobis recognoscimus, & iuxta illud q̄ Christus suos Apostolos docuit, dicens: Cum omnia bene feceritis, dicite, serui inutiles sumus, q̄ debuimus facere fecimus. certe non nos, sed gratia Dei in nobis, & per nos, quia sine me nihil potestis facere. Luc. 2. De gratijs Deo: facta est cū angelo multitudo celestis exercitus laudantium, & dicentium, &c. Et non solum de bonis collatis, sed de penis, & malis debemus Deo gratias agere. Exemplum de Thobia, de Iob, de Iudith, & Dan. 3. c. Azarias in medio ignis aperiens os suum, dixit, &c. Et Baruch 1. & 2. Et Dan. 9. Posui faciem meam rogare. 1. c. per totum. Et nota de ingratitude filiorum Israel, quos Deus tantum dilexit, & propter ingratitude dinem eorum eos finaliter destruxit. Popule meus quid fecisti tibi, &c. Quia eduxi te de terra Aegypti, &c. Et Isa. 1. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autē spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus, &c. Et de isto quare in tota tabula de ingratitude.

Quod pulchritudine trahimur ad beatitudinem.

Beatitudo Gloria.
Affectio.
Potus Vinum.

PER beatitudinem vniemur ipsi summæ pulchritudini, quæ circularis dicitur, quia non habet principium neq; finem, sicut nec circulus: vnde G motus beatorum quo feruntur in Deum circularis dicitur. Nam sicut magnes attrahit ferrum occulta quadam virtute, sic illa pulchritudo infinita ad se trahit omnem intellectum. Nam in illam desiderat angeli prospicere: vnde ex sua infinita pulchritudine facit intellectum in se quiescere, & nusquam alibi, & similiter affectum, & non in aliquo alio bono, Aug. primo Cōfessio. Fecisti nos domine ad te, inquietum est cor nostrum, donec quiescat in te. Psal. 1. Satiabor cum apparuerit gloria tua. & sicut lux ista sensibilis omnium intuentium oculos prouocat ad videndum, sine qua nihil videri potest, quantumcunq; lux insita sit organo, sicut lumen increatum, omnem intellectum illuminat, sine quo nihil veritatis videtur, quantumcunq; eleuata sit potentia per naturam. Illuminat. n. omnem hominem venientem in hunc mundum. Et nota Esa. 6. Vidi dominum sedentem super solum excelsum, & eleuatū, & plena erat maiestate eius omnis terra. Rex H cum tenet curiam, & sedet super solum, benemeritos vocat ad præmium. Matt. 24. Videbunt filium hominis uenientem in nubibus cæli cum virtute magna, & maiestate, & mittet angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uentis, hoc est illos, qui quatuor istas inspirationes, & affectiones receperunt in se per mysterium angelorum, timorem ex diuinis iudicijs, dolorem ex peccatis proprijs, spem veniæ, gaudium patriæ. Est aduertendum, q̄ cœlestis gloria sub ratione potus congrue designatur, quo gustato mens inebriatur. Psal. 35. Inebriabitur ab ubertate domus tuæ: Et hoc ideo, quia potus sua claritate delectat aspectum, sua subtilitate sine medio immutat gustum, sua limpitudine ad membra singula de-

A portat, & vnit inseparabiliter nutrimentum, sua potestate restaurat deperditum, sua subtilitate penetrat corpus totum, sua satietate sitim sedat, & tamen edendi prouocat appetitum, sua facilitate suauitate faciliter intrat ventris intimum. Ex his sub metaphora potus intelligimus septem præmia beatorum, quæ sunt contemplatio sine discontinuatione, fruitio sine interpositione, delectatio sine separatione, potentia sine corruptione, sapientia sine occultatione, munditia sine rebellionem, concordia sine discretionem. Hæc aut septem, etsi concorditer insunt omnibus beatis, tamen quia, etsi sit par gaudium, dispar est claritas: Ideo per appropriationem fidei Patriarcharum respondet contemplatio, spei Prophetarum fruitio, seruari Apostolorum dilectio: fortitudini martyrum potentia: prudentiæ Doctorum sapientia: temperantiæ Virginum munditia: iustitiæ Cōfessorum concordia. Et Gen. 30. Positæ sunt virgæ in canalibus vbi effundebatur aqua, populeæ Amygdalinas, & ex platanis, vt cum venirent greges ad bibendum, in eârum contemplatione conciperent. Canales, unde effunditur aqua, sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Origo, & fons unde manat omnis creatura: virgæ in canalibus rationes Ideales in personis tribus. In platanis, unde sunt robusta ædificia rationes potentia in populo, cuius succus detergit caliginem oculorum, rationes sapientia. In Amygdalis, quæ sunt in firmorum cibus, rationes misericordia: conceptio autem est plena comprehensio. In illa enim contemplatione beatissima Trinitatis, in qua sunt rationes omnium rerum, videmus ea, quæ pertinent ad Dei potentiam, sapientiam, & misericordiam. Ille potus deberet specialiter fidei Patriarcharum, unde Moytes ex huius potus prælibatione, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus in monte fuit, neque comedit, neq; bibit. Quia ut dicitur de mirabilibus factis scripturæ domini colloquio fultus, tam longam inedia sine esurie ex illa fruitioe potuit sustinere. Et de isto potu sic inebriante h̄ Gen. 43. Vbi dicitur, q̄ Ioseph cum fratribus suis celebraturus conuiuium meridie, sedebat scorsum, & fratres eius coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minor iuxta etatem suam. Et in fine dicitur, q̄ biberunt, & inebriati sunt cum eo. Ioseph augmentum Christus est, in quo humana natura habet per gratiam, quæ Deus habet per naturam. Fratres Ioseph sunt omnes electi, specialiter Apostoli sedentes in regno, vnusquisque in gradu, & ordine suo. Quia in domo patris mei mansiones multæ sunt. Sicut enim differt stella à stella in claritate, sic resurrectio mortuorum: tamē omnes scorsum à Ioseph, quia quis in nubibus æquabitur domino, similis erit Deo in filijs Dei in meridie, quia verus sol iustitiæ eos illustrat cognitione, inflammat dilectione: vbi bibunt & inebriantur cum eo, quia læti, & hilares, & malorum præteritorum immemores gaudium, & lætitiā in perpetuum obtinent, & iam fugit ab eis dolor, & gemitus. Vt enim dicitur 3. Reg. 19. Comedit Elias, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei Oreb, quod intelligitur mensa; sic ergo in meridie inebriantur cum Ioseph. O vere meridies plenitudo seruatoris, & lucis, solis statio, umbrarum exterminatio; desiccatio paludum; ferarum depulsio, immo perenne solstitium, ubi aspirat dies, & inclinatur umbræ, in qua quiescit, & exterminatur omnis materia uenti tentationis. Et Hester 1. dicitur. Bibebant inuitati aureis poculis uinum quoque, ut magnificentia regia dignum erat, &c. Nullus bibebat nisi aureis poculis, id est mentibus mundis, & incorruptis. Et nota quod inter beatos maior est concordia, quam inter membra unius corporis. Sicut. n. in motu oculorū, quo unus vertit, r. ox aliu sequi-

Septena. Beatitudo Gloria.
Religio. Exempla. Contēplatio.
Exod. 24.
Christus.
Ioann. 14.
Psalm. 88.
Meridies.
Can. 2.
sequi- 3

Cena.

sequitur, ita vbiuncunq; velle tuum verteris, velle omnium sine vlla di-
 sceptione praesto habebis. Et Luc. 14. Homo quidam fecit cenam magna,
 & vocauit multos. Magna cena, quia a magno domino inuitantur, magni
 viri vocantur, in magno palatio collocantur, magna, & multa fercula mi-
 nistrantur. O ferculorum fertilitas, vbi dilectio sine separatione, contempla-
 tio sine interpolatione, fructio sine interpositione, potentia sine corruptio-
 ne, sapientia sine occultatione, mundicia sine rebellione, concordia sine de-
 ceptione, sanitas sine interruptione, gaudium sine doloris admixtione, om-
 ne bonum sine diminutione. Hi sunt cibi alij, & alij in cena Assueri. Et 3.
 Hester 1. Eldrae 3. Rex Darius fecit cenam magnam omnibus purpuratis, qui erant
 Cena. sub ipso, & cum manducassent, & bibissent satiati reuertebantur. Darius
 fertilis intelligitur, ex fertilitate enim satietas sequitur, satietas enim ab eo,
 quod est satis dicitur, quia electis animabus exutis est pro statu de beatitu-
 dine confertur. Et quia nondum in Deum tota naturali affectione refle-
 ctuntur, ideo satiati reuertebantur. Perficietur autem ista satietas quando
 F omnis sanctorum humana affectio liquefiet, vt deiformiter seratur in Dei
 voluntatem sicut stilla aquae infusa multo vino a se decere tota videtur,
 dum vni colorem induit, & saporem. Et Lucae 14. dicitur, quod nemo vi-
 rorum illorum, qui vocati sunt, gustabant cenam meam: quia nec emen-
 tes villam per superbiam, nec iuga bonum per auaritiam, nec uxorem ducen-
 tes per immunditiam: quia illi delectatio carnis illecebris non miscetur.
 In cuius figura stetit oleum, vbi vasa vacua non inuenit. 4. Reg. 4. Et est scien-
 dum, quod fons vitae, qui per riuulos quattuor irrigat vniuersam superfi-
 ciem terrae. Qui sic dulcorat omnes aquas, riuulos scilicet concupiscentia-
 rum, vt aquae inferiores descendentes in mare mortuum, omnino deficiant:
 sicut dicitur Iosue 3. Mens enim caelesti desiderio feruens, impuritati stu-
 dens, quamdiu carnales motus in se sentit, & tamen dissentit, sibi irascitur,
 & concupiscentijs reluctatur, non existens mare mortuum, sed viuum, &
 in quietum. Sed postquam ceperint inferiores aquae decurrere, & infimarum
 delectationum fluctus languescere, & euanescere, tunc serenatur, &
 sanatur conscientia, prout magis, ac magis deficit concupiscentia. Et nota,
 quod aeterna durabilitas, & securitas felicitatis beatorum designatur in
 quiete Ioannis supra pectus Domini in cena Ioan. 21. Hic est discipulus,
 qui recubuit in cena super pectus Domini Iesu, vbi intimi electi dormire
 finantur cum sponsa, quae dormiens inter amplexus sponsi supposita capi-
 ti, & amplexata ea dextera, nec excitari permittitur, donec ipsa velit.
 Et cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini, &c. quia
 tunc totus homo reficietur in fructu vteri virginis, exterior sensus in con-
 templatione humanitatis, interior in degustatione diuinitatis. Et aduerte si
 Ioannes in carne mortali existens supra pectus humanitatis recumbens,
 sic est illustratus, vt fluenta Evangelij hauserit, & de Trinitate sic altè into-
 nauerit, quantum illustrabitur mens in corpore immortalis existens: Luci
 diuinitatis immerfa. Et 4. Reg. 2. Dixit Eliazus: Sanauit aquas has, & non
 1. Reg. 14. erit vltra mors, neque sterilitas. Aqua fluxibilis natura humana, continud
 decurrens ad mortem. Apoc. Aqua multae populi multi. Omnes morimur,
 & quasi aquae dilabimur super terram. Illae aquae sunt amarae propter mul-
 tas miseras, quibus pleni sumus, sed in morte natura nostra sanabitur, &
 inueterata renouabitur. Vnde legimus de Faenice, quae est auis orientalis,
 & semper vnica, quod cum diu ipsa vixerit, collectis in mido aromatibus,
 ex illis plausu alarum, & radio solis succendit ignem, & ira cremata de ci-
 neribus

A neribus suis iuuenis resurgit. Quia postquam sancti incenerati fuerint ex
 igne charitatis, & aromatibus virtutum, quas congregauerunt, & radio so-
 lis iustitiae innouati, sanati resurgent, & mors vltra non erit, neque sterili-
 tas, vbi nullum malum aderit, nullum bonum deerit. Et Mat. 25. Quae pa-
 ratae erant intrauerunt cum eo ad nuptias. Sponsus Christus, qui totam
 Ecclesiam disposauit iam vtero Virginali, & quamlibet animam in regene-
 ratione baptismali. Nuptiae huius regis, & suae sponsae est conuiuium glo-
 riae, conuiuium Regis Assueri. Qui ergo ad aeternas nuptias secum vo-
 lunt intrare, virgines debent esse per incorruptionem, prudentes per cir-
 cumspeditionem: lampades, id est, corda ad modum vitri munda, & per-
 uia ad diuini luminis receptionem, praeter infectionem, & malam cogita-
 tionem oleum deuotionis, licum rectae intentionis, ac lumen edificatio-
 nis. Et sic expectantes sponsum intrant cum eo ad nuptias fruitionis. Et
 ista debent tenere parata, quia sponsum venit media nocte, id est hora incer-
 ta: quia nihil certius morte, nihil incertius hora mortis, nocuit enim differ-
 re paratis. Stultae virgines sunt, quae nomen christianitatis habent, & dum
 nolunt oleum emere, fatuae sperantes de prolixitate vitae veniit sponsum: &
 quia non habent oleum in morte, non sinuntur intrare ad nuptias vi-
 tae. Sic Rebecca itura ad nuptias in patriam Isaac parata est. Genes. 24.
 et Gene. 29. Tandem Iacob potius optatis nuptiis, scilicet Rachele amore
 sequentis priori praetulit. Lya laboriosa intelligitur, & Lippa erat, signifi-
 cans cognitionem viae, quae habetur cum magna difficultate, & tamen in
 speculo creaturarum, & enigmatè. Sed tandem cum ad nuptias Rachelis
 peruenimus, nihil erit in creatura, quod in creatore clarè non videamus.
 Vnde Rachel intelligitur videns principium, & in comparatione veritatis
 manifestissimae, tota veritas, quae est in uia, reputabitur quasi tenebra igno-
 rantiae. Pro ista seruiuit Iacob septem annis, & videbantur dies pauci pra-
 amoris magnitudine, quia modicum est quicquid hic laboramus ad obri-
 nendum illam lucem, & veritatem manifestam, quam expectamus. Et He-
 ster 2. Fecit rex regnare Hester, id est, Ecclesiam in loco Vasti, id est synago-
 ge, & iussit conuiuium preparari permagnificum pro coniunctione, & nu-
 ptis Hester, & dedit requiem vniuersis prouinciis. Quia nulla deordina-
 tio, nulla rebellio, nulla mundi, carnis, Demonis infestatio erit in potètiis
 anime, quia nec in carne pudor, nec in ratione error, nec in memoria vanus
 timor, nec in uoluntate peruersus amor. Et dona largitus est iuxta ma-
 gnificentiam principalem, quae sint illa dona, quae supra: Non intrabit il-
 lam gloria Eunuchi, quia non possunt facere fructum. Non intrabit Eu-
 nuchus attritis vel amputatis testiculis, & abscisso veretro Ecclesiam Dei. Non
 caeci, quia non habent spiri. ualem visum, de quibus: Oculos habent & non
 Deut. 29. videbunt, nec claudi, qui habent distortum gressum. Cecus, & claudus non
 Psal. 113. intrabunt in templum usquequo claudicatis in duas partes: si Deus est Do-
 2. Reg. minus, sequimini eum. Non gibbosi, qui habent dorsum strumosum. Eu-
 nuchi sunt infrigidati, quia non habent feruorem amoris diuini, & sunt
 impotentes ad generandum per ignauiam. Iosue 18. Visque quo marceis
 ignauia, & non intratis ad possidendam terram, quam Dominus Deus
 Officiu. dedit nobis. Isti non intrant curiam, ubi est charitas ardentissima. Caeci
 sunt per errorem, & ignorantiam Num. 20. Non intrabit Aaron in ter-
 Vitiu. ram, quam dedi filis Israel, eo quod increpatus fuit ori meo. Claudii sunt
 per hypochrismum, & malitiam, usquequo claudicatis in duas partes. Vt non
 bis hypochrismu. Gibbosi sunt per auaritiam qui incuruantur ad inferiora
 Matt. 23. per

Matth. 20. per terrenorum concupiscentiam, Matth. 19. Diues difficilè intrabit in regnum cœlorum. Difficile, quia non intrabit, nisi gibbum deponat, aut elemosinas faciendo: vt Magi apertis thesauris obtulerunt Domino munera, & sic inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Quod in patria fidei succedent clara cognitio, spei tentio æternitatis, charitas perficietur per ardentissimam dilectionem summat bonitatis, prudentiæ respondebit luminositas claritatis, fortitudini fanitas impassibilitatis, iustitiæ leuitas agilitatis: tēperantia puritas subtilitatis. Quando Iacob, id est, fidelis, admonitione matris Ecclesiæ offert duos hædos, quibus Isaac Deus pater siue Christus libenter vescitur, quando corpus per abstinentiam, anima per pudicitiam Deo offertur, consequimur a Deo benedictionem cœlestis gloriæ, habentes abundantiam roris cœlestis quantum ad delectationem diuinitatis, & pinguedinis terræ, quantum ad visionem humanitatis. Templum cœlestis gloriæ a Christo summo artifice quotidie construitur de lapidibus, qui in hoc mundo quadrantur, & poliuntur tusionibus, & pressuris, vt possint cooperari, & collocari in suis locis in illo templo, in quo omnes dicent gloriam. Vnde 3. Reg. 6. Malleus, & securis non sunt audita in edificatione templi, quia dum adhuc in monte Libano essent lapides, quadrabantur, & poliebantur, & sic poterant sine aliqua difficultate coniungi, qui enim quadrati fuerint per temperantiam in Libano Ecclesiæ militantis, dabitur eis incorruptio prudentiæ, perfecta cognitio, obediētia exaltatio, orationi gratiarum actio, lachrymis inubilatio; & sic de alijs. In patria singuli singulos in singulis videbimus, sicut nunc facie nostra alterutrum videmus: vnde in mente vniscuiusque ab alterius oculis membrorum corpulentia non abscondetur, sed patebit animus, patebit oculis tota corporis harmonia: & sic vnusquisque erit conspicibilis alteri, sicut nunc esse non potest conspicibilis sibi: tunc enim tolletur velamen quod super faciem Moyse positum est vsque in hodiernum diem: sed cum euacuatum fuerit velamen, non erit necesse formare quæstiones; cum in illo speculo clarescent omnium reuelationes. Et nota, quod in patria erit plena securitas, cum liberati fuerimus ab Ægyptijs, Exod. 14. Liberauit Dominus Israel de manu Ægyptiorum in die illa, & viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & cecinerunt filij Israel carmen Domino. Sancti enim perfectè liberati sunt de manu dæmonum, quia in manu Dei sunt. Vnde post transitum Iordanis, & facta secunda circuncisione, hoc est post diem mortis, & securitatem ab omni penalitate, dicitur electis Iosue 5. Hodie abstulisti opprobrium Ægypti à nobis, hoc est erubescitiam, & timorem peccati. Et videt Ægyptios mortuos super littus maris, quia sine tentatione peccata recolare poterunt, quæ penitus mortua in ipsis erunt, & cantabunt pro sua liberatione. Et **H** **Cantare.** Ægyptiorum submersione canticum illud, de quo Apocalyp. 15. Cantantes canticum Moyse, & canticum agni Dei. Nota historiam. De beatis dicitur illud Cantic. 2. Donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Hæc dies dicitur dies aspirans, quia semper spirauit, vt in beatis Angelis, suspirauit in malis Angelis, expirauit in hominibus reprobis, sed aspirauit in electis: quia tunc plenariè respirabunt, amodo iam dicit eis spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Aspiratio autem temperem, & letitiam significat, ideo si quærarur huius diei annus, ipse erit iubilus remissionis, si mēsis, occurrit dies mensis æquinoctii vernalis, vel Aprilis: si quærarur feria, occurrit sabbatū, & dies solennis: si quærarur hora, occurrit hora meridionalis. De ista die, cui non succedet nox Leuit. ult. Cum iubilus venerit dies, sanctificatus domino

Amino erit: annus quinquagesimus, in quo reuertebatur possessio ad dominum priorem, & restituebatur hæreditas. Iubileum autem vnusquisque post hanc vitam inueniet, si de corpore mundus exit. Et tunc hæreditatem suam iustus recipit: tunc enim implebitur: Cum dederit dilectis suis summum, & hæreditas domini filij merces, &c. Tunc erit magna confusio. E contrario erit eis, qui perdent hæreditatem suam perpetuo, sicut ei, qui perdunt messem suam in Augusto. Tunc autem ager conscientiæ, qui modo subest maledictioni diuinæ, erit sanctificatus Domino, quia ex tunc non germinabit spinas transgressionis, nec tribulos tentationis, sed flores consolationis, & triticum fructuosis. Et Ezech. 10. In firmamento, quod erat super caput Cherubin quasi lapis saphirus, quasi species similitudinis solis: Et additur in prima visione super hæc visionem: super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis. Quattuor ergo erant super caput Cherubin, firmamentum, thronus, species saphiri. Similitudo aspectus hominis in firmamento, quod non participat conditiones naturæ corruptibilis impassibilitas interna potestas. In saphiro qui refrigerat ardorem interioris sanctitas, in aspectu filij hominis, veritas, quæ perficit aspectum creaturæ rationalis: tunc enim erit plenum premium nostræ retributionis, cum in corpore nostro erit impassibilitas, in irascibili potestas, in concupiscibili sanctitas, in rationali veritas. Eccles. 43. Sol in meridiano exiit terram, id est, Christus inflammat per amorem totam cœlestem patriam. Vnde omnes ciues illius terræ, in qua est portio viuientium, ardent igne dilectionis, diligunt omnes proximos suos, sicut seipos, Deū plus quam seipos: tunc n. erunt penitus difformes, sicut massa ferri ignita vñ ignis, & aer in meridie vñ lux, & vitru radio penetratum vñ pura lux. Sed non sic modo: quia tunc caritas erit in esse perfecta, & sicut fornace accensa fit euaporatio scintillarum, ita ex illa indicibili dilectione ardente. Sic euaporatio gratiarum actionis, qua laudant indefinenter Deum. Et inde aliquando illæ scintille utique ad nos penetrant, sed subito dispartit affectiones, & serenæ, & succensæ, quibus aliquando vulneramur, vt ad illum charitatis ignem ardentem toto desiderio transeamus, vbi est medicina omnis tribulationis, sicut solent remedium querere qui sunt læsi a combustione accedendo ad ignem, vt acrior, & grauior ignis temperet ardorem, quem lenior ignis intulerat. Hæc est meridies, in quo Ioseph celebrauit conuiuium cum fratribus suis. Et nota, quod in hac vita misera gaudium haberi non potest. Licet enim quadam aues in pictis, & deauratis content, tamen cum aduertunt se inclusas, nituntur exire, & capita deponunt per foramina domuncule, sic quantumque bene sit nobis in hac vita, dum aduertimus nos captos in hoc carcere corporis mortalis, debemus appetere nostram gloriosam ciuitatē, ad quam facti sumus, sicut aues inclusa appetunt aerem connaturalem. Et nota quod beati dicunt illud Cantic. 2. Imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Hyems multos humores clausis poris in concauitatibus corporis congregat, qui exalationem debitam non inuenientes, calefiunt, & computrescēt res varias in firmitates inducunt, pœnam corporalem, & miseriam huius vitæ significant. Imber autem refrigerans, lutum generans, itinerantes impediens, significat temporalia, quæ in via ad patriam nos impediunt. ardore mentis refrigerant, à spiritualibus, & lutum concupiscentiæ generant, & animam aggrauant ne sursum feratur, quæ oia in patria cessabunt. Flores autem immarcescibiles sunt cœlestes splendores, & immisiones, qui & colore visum, & odore olfactum, & lenitate tactum reficiunt spirituale, quorum odor non

Psal. 12.

Ager. Germinans.

Gen. 14. Vita.

Imber. Temporalia. Flores.

Terra . Scientia . non minuitur, color non variatur. Apparent autem in terra nostra, id est, in patria, quæ est terra viuentium, in qua est fertilitas sine defectu, securitas sine metu, fecunditas sine luctu. Et nota quod cum duplex sit sciëntia: vna quantum ad experientiam circa sensum: alia quantum ad doctrinam circa intellectum, sicut sancti recordabuntur de peccatis quantum ad sciëntiam rationalem, vt dicit Augustinus, sicut medicus nouit morbum: sed mali recordabuntur per experientiam sensuum. Pœna enim oculos aperiet, quos culpa clauferat. In prima autem curabitur omnis infirmitas in sinu diuine pietatis: quia nec languor ibi, nec senium remunerabitur vtilitas ex reuerentia angelici seruitij, & societatis exaltabitur, & honorabitur paupertas obrentu iudicarię potestatis, quia iudicium pauperibus tribuet. Et nota quod de æterna gloria intelligitur illud Luc. 14. Homo quidam fecit cenam magnam, & vocauit multos. Homo iste Christus est, quia homo natus est in ea: Cœna æterna gloria, quæ dicitur magna propter magnam hospitis inuitantus autoritatem, dignitatem, & curialitatem; magna enim eius curialitas, quia ab origine mundi per Patriarchas, Prophetas, per angelos, per Apostolos, qui sunt principes sui palatij Genus humanum interius illuminando, & monendo. Exterius prædicando & exemplando ad conuiuium vocauit. Sed maior est per seipsum verbo & exemplo vocare, sed maxime alienigenas inimicos, & qui eum impugnant quotidie sui regni, & conuiuij participes facere. Secundo dicitur magna propter inuitatorum generalitatem. Quia omnes possunt intrare ad conuiuium nisi sibi opponant obstaculum. Tertio dicitur magna propter inuitatorum fatietatem, & ferculorum copiositatem. Quarto propter cœnæ continuitatem, & æternitatem. Dicitur autem cœna. Quia dabitur electis in fine mundi, sicut cœna datur in fine diei. In cuius figura Christus migraturus ad gloriam patris, cenam fecit discipulis suis. Ioan. 13. Vbi lauit pedes discipulorum suorum, & dedit eis proprium corpus, & promulgauit dilectionis mādaturum. Quia in patria purgabitur, & lauabitur humana natura ab omni sequela, & plenarie fruatur Christo. Et quantum ad diuinitatem & quantum ad humanitatem. Et erit ad Deum & ad proximum dilectio confirmata. Sed aliqui impediuntur ab ista cœna curiositate. Villam emi, seu superbia & fastuositate. Alij cupiditate, Iuga bouum emi. Alij voluptate, Vxorem duxi. Villam emi fastus superbię. Iuga bouum terram arantium estus auaritię. Vxorem duxi fluxus immunditię. Nullus istorum gustabit cenam. Non villam ementes per superbiam. Non cum bobus terram arantes per auaritiā. Non vxorem ducentes per carnis immunditiā. In quorum loco iubentur introduci pauperes, debiles, cæci, claudī. Pauperes sunt, qui peccata præterita considerantes vident se multa debere, & parum in meritis habere. Debiles sunt qui delicate nutriti pœnitentiā condignam de præteritis agere non possunt. Sed elemosynis & sanctorum virorum orationibus & suffragijs petunt humiliter adiuuari. Cæci sunt qui oculos corporis habent clausos contra terrenam concupiscentiam. Sed oculos mentis apertos ad spiritualem intelligentiam. Sic fuit Paulus in conuersione ex cæcatus. Sic Apostoli in transfiguratione domini, quæ fuit figura future glorię. Neminem viderunt nisi solum Iesum. Claudī sunt in quibus enervata est concupiscentia carnis, sicut exsiccatus est nervus in femore Iacob. Ipse vero claudicabat pede. Gen. 32. De cœlesti patria dicitur. Nume. 13. Terra illa fluit lacte, & melle. Sicut ex his fructibus cognosci potest. Terra illa dicitur cœlestis patria. Terra propter stabilitatem. Lac de carne fluit.

Mel

A Mel de cœlo cum rore descendit. Lactea ergo dulcedo de carne trahitur, quando gaudium de glorificatione corporis generatur. Sed mellifluus dulcor de cœlo descendit, quando de beatitudine naturæ cœlestis nostræ scilicet animæ gaudium surgit. In lacte dulcedo sola, non summa. In melle contemplationis, & dulcedinis diuinitatis dulcedo sola, & summa. Fructus autem fruitionem designat. Et 3. Reg. 6. Domus Domini dum ædificaretur de lapidibus dolatis atq; perfectis ædificata est. Lapides se ad inuicem supportant in ædificijs. Sed dolantur, vt politi efficiantur, cū in eis relucet quicquid eis obiicitur. Dolantur etiam vt magis alijs lapidibus compaginentur. Cor enim cum afficitur pietate, nouit aliorum culpas supportare. penas, & aliorum: & tentationes in seipso formare, & cum alijs concorditer viuere, & Zach. vii. Reuertetur omnis terra vsque ad desertum de colle Remon ad austrum Hierusalem: & exaltabitur, & habitabit in loco suo. Et à porta Benjamin vsque ad locum partis prioris, & vsque ad portam angulorum, & à turre Ananeel vsque ad torcularia regis. Et habitabunt in ea & anathema nõ erit amplius. Sed sedebit Hierusalem secura. Omnis terra vsque ad desertum reuertetur, quando in eis, qui in fide Christi firmi steterunt, innocentia perditur, & deserta restituetur. De colle Remon ad austrum Hierusalem; de colle superbię ad pacis temperiem. Remo enim stabilitas, & subtilitas, Hierusalem visio pacis, Aufter vetus temperatus, & dulcis. Et exaltabitur: quia plus confectur in gloria, quam perditum sit innocentia: Et habitabit in loco suo: quia virtutum habitus perfecti possidebunt, artem mentis, & motus naturæ purissimi repriment motum carnis. Manebit secundum essentiam natura purissima cum superuultu gloria. A porta Benjamin vsq; ad portæ prioris locū, vsq; ad portam angularem habitabitur, quia per visionem, quæ succedet fidei, per tentionem, quæ succedet spei, per dilectionem, quæ perficietur potentia animæ, scilicet, rationalis, irascibilis, concupisibilis, plenitudine gratiæ perfuerunt. Porta enim prior fides est, per quam primo intramus in regnum cœlestis: cuius locus potentia rationalis, cuius inhabitatio visio veritatis. Porta Benjamin, quæ intelligitur filius dextere, spes, per quam sumus filii gratiæ, sperantes nos ingressuros aliquando regnum glorię, quod habemus nunc in spe, habituri quandoq; in re: cuius locus potentia irascibilis; cuius habitatio tensio maiestatis. Porta angularis, dilectio, quæ amicos vnit, & inimicos sibi ex opposito cõcurrentes, & se in vno spiritu coniungentes: cuius locus ponitur concupisibilis, & inhabitatio vnus perfectissimæ dilectionis: à turre Ananeel, quod interpretatur grauissimus Dei vsque ad torcularia regis habitabitur, quia per excellentiam feruentissimæ, & Deo gratissimæ in ipsam fit ascensus ad sobrietatis excessum. Et Genes. 29. Dixit Laban ad Iacob: Dic quid mercedis accipies: Respondit: seruiam tibi pro Rachel septem annis: erat autem Rachel venusta facie, & decora aspectu. Per hoc intelligitur clara Dei visio, quam beati recipiunt pro mercede. Nam Rachel interpretatur videns principium, pro ista est seruiendum Deo, septem annis, id est, toto tempore, & Gen. 26. Seminavit Isaac in terra illa, & in ipso anno accepit centuplum: quod exponitur Matth. 19. Nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter nomen meum, & propter euangelium, qui non accipiat, & in sæculo futuro vitam æternam. Et nota, quod cœlestis patria dicitur desertum, id est, derelictum, quia à multis contemnitur. Et quia ab Angelis malis locus ille desertus, & derelictus legitur Luc. 11. In persona filij Dei. Quis ex vobis homo

Desertum

Religio
DesertiContempla-
tio.

mo habet centum oves, & si perierit unam ex illis, nonne dimittit nona
 gitanonem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? **E**
 Quia Dei filius ex nunc hominum restituit ruinam Angelorum. Solent
 autem homines nemorosa deserta ad speciales delicias in illis desertis ædifi-
 care secretissima ædificia, & amenissima. Vnde & dominus quadraginta
 annis mansit cum filiis Israel in deserto. In hoc autem deserto cælestis pa-
 triæ non timetur inopia poculorum, non penuria ferculorum, non violen-
 tia inimicorum. Habent enim inhabitantes ibi suum cellarium, scilicet abun-
 dantiam diuinæ suauitatis, refectorium æternæ satietatis, dormitorium in-
 ternæ tranquillitatis. Abundantia non timet paupertatem, satietas non timet
 famem, pax non timet rapacitatem. Et de paradiso dicitur num. 24. Di-
 rigens Balaam contra desertum vultum suum eleuans oculos vidit Israel
 in tentorijs commorantem per tribus suas, & irruente in se spiritu Dei, af-
 sumpta parabola ait: Homo cuius obscuratus est oculus, dixit auditor ser-
 monis Dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aper-
 riuntur oculi eius. Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua
 Israel: vt valles nemorosa, vt horti iuxta irrigui fluuiorum, vt tabernacula,
 quæ fixit dominus quasi cædri prope aquas, id est, Propheta. Anima .n. in
 spiritu eleuata loquitur de Deo in metaphoris de amenitate paradisi: ip-
 sa est, quæ cadit, & sic aperiuntur oculi eius, quia quâto magis humiliatur,
 & in consideratione suorum defectuum se contemnit, tanto magis illumi-
 natur. Sequitur, quam pulchra, & c. Alia translatio dicit. Quam bonæ sunt
 domus tuæ Iacob, tabernacula tua Israel, vt nemora umbrantia, vt paradisi
 superflumina, vt tabernacula, quæ fixit dominus. Nemora umbrantia, re-
 ferti possunt ad amenitatem delectationis paradisi superflumina ad gustû
 fructuum: cædri iuxta aquas ad altitudinem contemplationis: tabernacula,
 quæ fixit dominus ad æternitatem possessionis. Hæc enim sunt varia fercu-
 la in conuiuio æternæ refectiois. Et 3. Reg. 19. Post ieiunium quadraginta
 dierum venit Elias ad montem Dei Oreb, quod interpretatur mensa, scilicet
 abundantia æternæ refectiois, quia qui operantur in carne iustitiam ip-
 sam mortificando, saturabuntur. Lazarus famelicus Abrahæ recipitur &
 conuiuatur. Luc. 16. Et per amarum poculum confessionis peruenitur ad
 dulcedinem refectiois, sicut per medicinam ad sanitatem. Et nota, quod
 in apochryphis Esdræ legitur de sanctis, quibus in signum victoriæ datæ
 sunt palmæ, ait sic: Ego Esdras vidi in monte Syon turbam magnam, quæ
 numerare non potui, & omnes canticis laudabant dominum, & in medio
 eorum iuuenis statura excelsus eminentior omnibus illis, & singulis co-
 rum capitibus imponebat coronas & magis exaltabatur, ego autem mira-
 culo tenebar, tunc interrogabam angelum & dixi, Qui hi sunt domine, qui
 respondens, dixit, Hi sunt, qui mortalem tunicam deposuerunt, & immor-
 talem susceperunt, & confessi sunt nomen Dei, modo coronantur, & ac-
 cipiunt palmam, & ad Angelos dixi: Ille iuuenis quis est qui eis coronas
 imposuit, & palmas in manibus tradidit? Qui respondens dixit mihi: ipse
 est filius Dei, quem in seculo confessi sunt, Ego autem magnificare eos ce-
 pi, qui fortiter pugnauerat pro nomine Domini, De modo veniendi ad glo-
 riam Ioan. 10. Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & in-
 gredietur, & pascua inueniet. Christus est ostium, quia per ipsum, id est,
 per imitationem sue conuersationis, intrant oves in viridarium æternæ
 gloriæ. Ingrediuntur contemplando eius diuinitatem, egrediuntur contem-
 plando eius humanitatem. In ipso pasqua inueniet vterque homo, inte-
 rior

A rior intrus, in contemplatione diuinitatis, exterior foris, in carne Saluato-
 ris, vt sicut vterque seruiuit Deo, sic vterque remuneretur. Hæc enim est
 terra fluens lac, & mel, in quam introduxit Dominus filios Israel, non il-
 los, qui desiderant cibos Aegyptiorum. Lac emanans de carne; dulcedo in
 humanitate, mel proueniens ex rore, dulcedo in diuinitate. Et de ista dele-
 ctatione Exod. 3. Moyses pascebat oves Ierro, & cum minasset gregem ad
 interiora deserti, venit ad montem Dei Oreb. Moyses vir mirissimus Chri-
 stus, qui manat oves ad interiora deserti, hoc est ad immarcescibilia gaudia
 paradisi, & ad montem Dei Oreb, quod interpretatur mensa, hoc est ad cõ-
 prehendendam excellentiã diuinitatis pro possibilitate humana, in qua est
 declaratio summa. Et nota quod secundum Apostolum non sunt condigne
 passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ releuabitur in nobis.
B Breue enim est omne, quod hic patimur, æternũ erit illud gaudium, quod
 experiemur. Consolatur autem electos breuitas ista, quia luctus, qui exer-
 cetur breuitate huius temporis, conuertetur in gaudium æternitatis, & tũc
 maior erit lætitia, quàm fuerit tristitia: sicut in pariente maius est gaudium
 sequens de fructu, quàm fuerit dolor de partu, extẽsiuẽ dico: nam fructus labo-
 ris tollit de memoria immensitatem doloris: sicut portus tollit nauisẽ mar-
 ris, & post amaram potionem peruenitur ad sanitatem perfectam, & sicut
 discipuli contritari sunt in passione, sic gaudiũ in resurrectione. Et de ista
 gloria dicitur Ioan. 16. Petite, vt gaudium vestrum sit plenum: quia imple-
 bitur interior homo gaudio manante ex melle diuinitatis, & exterior gau-
 dio manante ex lacte humanitatis: & hoc implebitur quando pius Ioseph
 reconciliabitur fratribus suis, qui eum vendiderunt. Et de gloria beatorum
 dicitur illud Matthæi 17. Resplendunt facies eius sicut Sol, & vestimenta
 eius sunt candida sicut nix. In ista transfiguratione ostenditur gloria beato-
 rum, quo ad animam, & quo ad corpus; quo ad animam, in splendore
 Solis: quemadmodum enim facies ad solem conuersa splendore solis illu-
 stratur, sic animæ beatæ respicientes, & intendentes in solem iustitiæ, illo
 lumine illustrabuntur. Apocalyp. primo. Facies eius sicut Sol, in vir-
 tute sua lucet. In candore vestimũ ostenditur gloria corporum. Cor-
 pora enim nostra, quæ nunc sunt nigra, & obscurata, quia miserijs plena,
 & passionibus subiecta, sed tunc super niuem dealbabuntur. Nec mirum
 quia ex terra fit carbunculus, & ex silice fit vitrum. In huius signum an-
 gelus, qui resurrectionem dominicam restabat. Matth. vii. Erat aspectus
 eius sicut fulgur, vestimenta eius sicut nix. Et 3. Reg. 6. Ædificauit atrium
 interius tribus ordinibus lapidum politorum. Atrium exterius militans
 ecclesia, atrium interius cælestis curia, tres ordines lapidum politorum,
 in quibus nulla erit gibbositas, aut tortuositas, sunt tres hierarchie ange-
 lorum, & hominum sanctorum. Et de beatis dicitur Apocalyp. 7. Audiui
 numerum signatorum centumquadragintaquattuor milia signati ex omni
 ni tribu filiorum Israel. Non est iste numerus literalis, quia maior erit nu-
 merus, sed est figuralis, vt ex eius mysterio sciamus quales esse debeamus;
 Numerus quadragenarius est numerus penitentiũ: vnde quadraginta die-
 bus, & noctibus descendit aqua diluuij, & tot diebus durat quadragesima,
 quæ est tempus penitentiæ, & tot annis fuerunt filij Israel in deserto pe-
 nitentiæ, antequam intrarent terram promissionis. Numerus centum est
 numerus obedientium præcepta Dei seruantiũ, quia decies decem faciunt
 centum. Quaternarius est numerus proficientium per exercitium quatuor
 virtutum cardinalium. Millenarius qui est vltimus limes numerorũ,
 est

Exod. 14.

Matth. 26.
Luc. 24.

Gen. 43.

Signati.
Gen. 7.

est numerus perseverantium, unde in quadragesimo intelligitur integra E confessio, & perfecta destinatio peccatorum, in centenariis perfecta observantia mandatorum, in quaternariis perfecta exercitatio, & acquisitio virtutum, in millenariis consummatio adeptorum. Signati sunt ergo, & ad vitam introducendi poenitentes per quadraginta, obedientes mandatis Dei per centum, proficientes in meritis per quattuor, perseverantes in bonis operibus per mille: vide ergo conscientiam tuam, & vide si es signatus aliquo istorum signorum, scilicet perfecta poenitentia, mandatorum observantia, profectum virtutum, & meritorum, & perseverantia inceptorum, quia extra numerum signatorum non est salus, imo non signati adiudicati sunt morti aeternae. Eze. 9. Signa thau super frontes: Sequitur. Super quem non videris Than interfice, &c. Et de beatis h̄r Hester 1. Assuerus, qui interpretatur beatitudo, fecit grande conuiuium cū ceteris principibus, & pueris suis, fortissimis Persarū, & Medorū inclytis, & praefectis prouinciarum. Et septem diebus, i. in eternū iussit conuiuiū preparari in vestibulo horti, & nemoris. Hoc est grande conuiuium, ad quod à grandi principe, s. Christo populus inuitatur, quia grandis familia conuocatur. Ap. 7. Vidi turbam magnam, quam dinumerare, &c. Sunt autem septem mensae conuiuantium, Angeli, Patriarchae, Prophetae, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines. Omnes isti habent signum Dei viui, signū thau, i. cōformitatem vitę Christi in frontibus suis: grande conuiuium, quia in grandi, & nobili loco conuiuium preparatur, in cęlo empireo, quod est nobilius, & lucidius omni alio corpore, quia grandis multitudo ferculorum ministratur, vbi inuitati ardente dilectione, gaudent fruitione, vbi erit ignita dilectio, sine separatione, clara cognitio sine dubitatione, plena delectatio sine doloris admixtione, securitas sine metu, quia omnes mali homines, & demones erunt in inferno incarcerati, iucunditas sine luctu, & displicentia, sacietas sine fastidio, sanitas sine morbo, durabilitas sine termino. Ioan. 17. Hęc est vita eterna, vt cognoscāt te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum; Vinū abundans prout decet regiam Christi magnificentiam ibi propinatur, per quod inenarrabilis dilectio, & inexperta viatoribus designatur. O si vna gutta de illo diuino nectare ad nos stillaret, mentes nostras sic inebriaret, & alliceret q̄ deciperet totus mundus, & diceremus cum Petro: Dñe bonum est nos hic esse, quia vt dicit Greg. Gustato spiritu desipit omnis caro; In cuius signum Hebraei stupefacti ex vapore mannae; quem alias non gustauerant, admirantes dixerunt; Manhu, quod interpretatur, quod est hoc. Hoc enim vinum latificat, & viuificat cor hominis: in ista taberna debet homo impignorare quicquid habet, & seipsum expendere, vt de illo vino possit gustare, sicut fecerunt martyres, quo inebriati sunt Apostoli, dū Spiritū sanctum receperunt. Si quaeris quo emitur; Dico q̄ bona voluntate, si aliud non habes, quia regnum Dei tantum valet, quantum habes: tunc enim vidēbis vultum nariuitatis, ex quo habebis necessaria omnis veritatis: & afflues, quia hauries de abyssu voluptatis, quia inebriabuntur ab vbertate domus tuę, &c. Quoniam apud te est fons vitę, & mirabitur cor tuum propter nouum, & inexpertum gustū delectationis. Quod figuratum est quando Iudaei gustantes dulcedinem inexpertā mannae dixerunt, Manhu, quod interpretatur, quid est hoc. Et dilatabitur cor tuum ad continuandum gaudium immensę consolationis, quia fruuntur, nec fastidium quod frui magis sitiunt, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris cum plenitudine fruitionis. Modo. n. quasi in pictura, & similitudine gustamus illud m̄a

Beatitudo

Matth. 17.

Psal. 130.

Actu 2.

Psal. 35.

na,

Ana, sed tunc totū mare felicitatis intrabit, immo nos in illud. Et in Apo. 7. Agnus, qui in medio throni est, reget eos, & ducet ad vitę fontes aquarū. Isti fontes sunt venę vitales inexhaustibiles, inexticcabiles, procedentes de abyssu diuinitatis, & humanitatis ad duplicem hominem interiore sicut aqua diluuij procedebat de fontibus qui rupti sunt, & de cęlo cuius chata tacta aperta sunt scaturientes dulcōrem felicitatis inebriantes curiam superne societatis. Augustin. quantumcunq; fauces arentes, & ventrem capacem habeas, fontem istum non poteris exsiccare. Et Malac. 3. ostendit. Quam pauci intrabunt illam curiam. Ecce venit Dominus, exercituum, & quis stabit ad videndum eum, ipse. n. quasi ignis conflagrans. &c. Quattuor ibi ponuntur, conflabuntur cogitationes, purgabuntur operationes, mundabuntur locutiones, collabentur intentiones, & nulla impuritas predictorum ibi recipietur. Quia vt dicitur Apocal. 21. Nihil inquinatum intrabit in illam. Sine veste nuptiali nullus erit in palatio cęli, quia indutus sacco, non audebat intrare curiam regis Assueri. In Matthæo. Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Quia in die iudicij nullus se poterit excusare. Tunc ait ministris, ligatis pedibus, &c. Et 3. Regum 10. Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. De beatis intelligitur illud Luca 21. Etunt signa in sole, & luna, & stellis. In patria quippe alia est claritas solis, alia lunę, & alia stellarum. 1. Corinthiorum 15. In sole fontalitas felicitatis, ex quo super electos oritur quadruplex signum, scilicet incomprehensibilis fulgor, inexplicabilis amor, inexpressibilis dulcor, inamissibilis tenor. Apocalyp. primo. Facies eius sicut sol in virtute sua lucet. Illius scilicet, qui habebat in dextera sua septem stellas, id est, septem choros beatorum, quę stellarū nomine designantur. In luna gloria virginis; quę prima est particeps solaris luminis: prima residet post thronum diuini numinis, & post thronū Christi quadruplici fulgens signo, titulo virginalis priuilegij, doctrinalis magisterij, triumphalis martyrii, imperialis Domini. Quo quia mater Dei, imperatrix dicitur vniuersi. Eccli. 43. A luna signum diei festi. In stellis gloria electorum vniformis origine, deformis pulchritudine, multiformis ordine: ordinantur enim claritatis gradu, dignitatis situ, charitatis fructu, felicitatis gultu. Istę sunt stellę immobiliter, & immutabiliter fixę in firmamento cęli in palatio cęlestis regni: Et de beatis exponitur illud Exod. 24. Erat autem species glorię Domini quasi ignis ardens in vertice montis in conspectu filiorum Israel: vbi quantum ad beatos ostenditur visio serenata, fruitio consummata, tentio confirmata, charitas dilatata, societas dedicata. Erit itaq; ibi operante igne amoris diuini ex eius illustratione, visio serenata, speciei nomine designata, erat aut species. Hęc est illa, de qua ait Aug. 2. de Trinit. Illa species rapit omnem animam rationalem desiderio sui tanto ardentiore, quanto meliorem: tanto meliorem, quanto ad spiritualia resurgentem: tãto ad spiritualia resurgentem, quanto carnalibus morientem. Erit etiam fruitio consummata, nomine glorię demonstrata: quia species glorię Domini non est aliud gloria, quàm status omnium bonorum aggregatione perfectus, in qua erit copiositas sine defectu, quia gloria, & diuitię in domo eius; satior cum apparuerit glorię tua. Securitas sine metu, quia gloria regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur: Iocunditas sine luctu, quia gloriam hęc est omnibus sanctis eius. Satietas ex omni fructu. Exod. 33. Ostendam tibi omne bonum. Erit ibi tentio confirmata, & perpetua, quia ignis iste ardet in

Matth. 22.

Signum Sol.

Priuilegia Beata virgo.

Beatitudo

Psal. 149.

Religio
TcrtatiMat. 11.
BeatitudeContēpla.
Deuotio

der in vertice montis. Istum montem altissimum non poterit impugna- E
re ventus mundanae ambitionis, ictus carnalis corruptionis, status diabolicæ
tentationis. Quia introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis
tuæ, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es domine. Erit ibi chari-
tas dilatata; quia ignis ardens, erit & ardor huius ignis diuinæ, scilicet dile-
ctionis ardor, immensus, intensus, extensus, protensus. Ex obiecti præ-
sentialitate, & infinitate, quia si charitas viatoris augetur in infinitum,
non æquaretur charitati comprehensoris, quantum ad delectationem, &
hoc habet ex presentialitate obiecti; vt secundum hoc quamuis inter na-
tos mulierum, non surrexit maior Ioanne Baptista, tamen qui minor est
in regno celorum maior est eo. Erit ardor intensus ex subiecti immorta-
litate: nunc enim corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, sed tunc
corpus gloriosum non impedit potentias, nec retrahet in actibus suis, sed
potius expediet. Erit ardor protensus ex durandi aternitate. Erit ibi ardor F
extensus ex adiuncti uniuersitate: quia tunc videbimus, & amabimus
Deum in omnibus creaturis, & omnes in Deo. Erit etiam ibi charitas di-
latata propter prædictum amorem. Erit ibi societas dedicata & consecrata.
In conspectu filiorum Israel: non enim Ægyptij, sed filij Israel, per quos
significatur beati, mare exiuerunt, desertum transierunt, Manna gusta-
uerunt, terrâ possederunt. Quod laborantes in vinea domini, id est in ec-
clesia in qua sunt tot vites, quot fideles, siue plantando per prædicationē,
siue putando, & fodiendo per correctionem, siue aliter per exercitationē,
recipient in fine diei, id est vitæ, vel in die iudicij, denarium, cuius est ma-
teria aurea assumpta humanitas, cuius est figura, & impressio imago regis,
vnita diuinitas. Et nota quod de anima beata, aut contemplatiua dicitur il-
lud 3. Reg. 10. Quod regina Saba videns omnem sapientiam Salomonis,
& domum, quâ edificauerat, habitacula seruatorum eius, & cibos mensæ eius, G
& ordines ministrantium, vestesque, & pincernas, & holocausta, quæ offe-
rebat in domo Dñi, non habebat vltra spiritum: dixitque, beati viri tui, &
beati serui tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. Sic
dicit anima in extasi posita videns curiam ex præsidere, ac præfulgēte prin-
cipe, ex præfulgente agmine, ex præcellente munere, & dispositione. Et no-
ta illud Apoc. 14. Vidi supra mōtem Sion agnū stātē, & cū eo centumqua-
draginta quattuor millia, &c. Sequitur. Cantabant canticum nouū, &c.
Agnus iste caput est totius cœlestis hierarchiæ, non solū secundū diuinita-
tem, sed etiā s̄m humanitatē, tres actus hierarchicos exercens in angelos,
& beatos, purgans, perficiens, & illuminans, qui sunt illi signati, qui sunt
in illo monte secum. Canticum nouū cantant beati, quia sicut nos canta-
mus aliud canticum de natiuitate, aliud de resurrectione, & sic de diuersis
festis secundum diuersa beneficia à Christo nobis exhibita, & diuersa can- H
tilenæ sunt secūdū diuersas laudes vnus viri, sic beati diuersa attributa in
Deo gustantes, & cognoscentes, quæ à viatoribus nullo mō cognoscuntur
semper laudum cantica in nouabunt. Quod de omni gente aliqui saluabū-
tur iuxta illud Apo. 7. Vidi turbam magnam quā dinumerare nemo pote-
rat ex oibus gentibus, & populis, &c. Et in Mat. 13. Simile est regnum cœ-
lorū saganæ missæ in mare, & ex oī genere piscium congregati. Ezech. 34.
Requiescent in herbis virentibus, viror herbarum, decor, & glorificatio
corporū gloriosorum, pinguedo exuberans, gloria animarū. Mōres Israel,
angeli, pascet ergo Christus oues seipso, quia secūdū Aug. lib. de spiritu, &
anima. Duo sensus in homine, interior, & exterior, & vterq; bonū suum
habet

A habet in Christo, quo reficitur, sensus interior reficitur in contemplatione
deitatis, exterior in contemplatione humanitatis, quia ingreditur, & egre-
dicitur, & pasca inueniet. Io. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deū
verū, & quem misisti Iesum Christum. Gaudiosum esse esse in illis nuptijs
paradisij, vbi erit pfecta sanitas, vera securitas, iucūda societas, quia ibi Iesus,
qui interpretatur salus, ibi Maria, q̄ Syro sermone interpretatur dñā, ibi di-
scipuli ad nuptias vocati, ibi aqua mutatur in vinū, sicut. n. gutta aquæ, mul-
to vino infusa deficere à se tota vī, dū sapore vini induit & colorē, & ferrū
ignitū fit igni simillimū pristina forma exutū, & non tā vī esse ferrum, q̄
ignis, & sicut aer solis luce perfusus in eandē transformat luminis claritatē,
vt non tā videatur esse illuminatus q̄ lumen, ita in gloria vtraq; stola perfe-
cte recepta liquecet, & euanesceat oīs affectio carnis: imō naturalis qñ per
deformitatem transibunt totaliter ad Dei volūntatem: & tunc erit amor fer-
uentius ab omni fece defecatus, ubi nihil de proprio admiscebitur: sed to-
tum erit diuinum, q̄ sentietur, manebit. n. humana substantia, sed tota erit
perfusa gloria, sicut vitrum vel cristallus radio penetratus, vt quodammodo
omnis motus nature videatur incarceratus, & in Deum transformatus.
Et nota q̄ beati gaudent de calamitate inferni, quia latabitur iustus cum
uiderit uindictam, de claritate uniuersi, de societate regni, de fœlicitate.
De istis quattuor dicitur Ezech. 47. Aquæ redeunt à latere dextro, &c. Mi-
nus gaudium, quod habebunt, erit de calamitate inferni: ideo dī aquam de-
scendere usq; ad talos: Gaudebūt de claritate vniuersi: ideo quia illud gau-
dium erit maius, quā primum, dicitur aqua ascendere vsque ad genua:
gaudebūt de societate regni plus quam de primis duobus, ideo dicitur aqua
ascendere usq; ad renes: gaudebunt de fœlicitate Dei. Et ille est torrens, quē
non potuit transiudate, quia illam, quam de Deo habebunt gloriam non
potuerunt mensurare, nec comprehendere: non. n. totum illud gaudium in-
trabit in gaudentes, sed toti gaudentes intrabunt in illud gaudium. Et de cœ-
lesti patria dī Apoc. 21. Vidi ciuitatem, pp unitatem, sanctam pp honestatē,
Hierusalem pp firmitatem, & dignitatem, nouam pp speciositatem, descen-
dentem de cœlo pp deformitatem. Et de ipsa ibidem dī: Ipsa ciuitas aurū
mundum simile vitro mundo: ubi ostenditur nexus amoris, & hoc perti-
net ad uniuersitatem. Ciuitas, gustus dulcoris, & hoc pertinet ad deiformi-
tatē. Aurum mundum, status decoris, & hoc pertinet ad immortalitē, ui-
tro mundo, & de ipsa ibidem dī: Fundamenta muri ciuitatis oī lapide precio-
so ornata; primus lapis fundamenti Christus, secūdus Virgo Maria, tertius
Angeli, quartus Patriarchæ, quintus Propheta, sextus Sancti noui testamē-
ti sub quadruplici differentia, Apostoli, martyres, confessores, virgines. Et de
illa ibidem dī: Ciuitas illa non eget sole, neq; luna, quia claritas Dei illumi-
nabit eā, & lucerna eius est agnus. Et de illa ibidem dī: Ostendit mihi flu-
uiū aquæ uiuæ. i. fœlicitatis, & gloriæ, splendidū tanq̄ cristallū, quia illa gau-
dio nulla impunitas, nulla displicētia poterit administrari procedentē de sede
Dei, & agni, quia tā de diuinitate, q̄ de humanitate procedet fluuius ad to-
tum hoīem, quantū ad intellectū, & quantū ad sensum. Dī aqua uiua, quia
nunq̄ eius fluxus deficiet nec minuetur. In medio plateæ eius, quia oēs cōi-
ter, & plenē quamuis dispariter de illo fluuiio haurient. Hæc est ciuitas cu-
ius situs est sublimissimus amēnissimus, ferilissimus. Ex sublimitate habet
ista ciuitas securitatem, serenitatem, sinceritatem, sanitatem. Ex situs amē-
nitate delectantur affectus, quietatur motu, satiatur appetitus. Ex situs fer-
tilitate sequitur opulentia, quam probant, carentia omnis mali, penitentia

Aer.
Charitas.

Psalm. 57.

Aqua.

Gaudium.

Ciuitas.
Domus.
Religio.

omnis boni, affluentia omnis gaudij. Huius ciuitatis habitatio est ordinatissima, quia secundum varietatem meritorum est ibi dilectio mansionum: tranquillissima ex societate, quia quicquid vult vnus, volunt oēs. Opulentissima, quia ibi erit in medio lignum vite afferens duodecim fructus, scilicet visionem, dilectionem, delectationem, tentionem. Ex parte anime claritatem, impassibilitatem, agilitatem, subtilitatem. Ex parte corporis, gaudium de deitate, humanitate, societate, vniuersitate, ex parte coniuncti. Et ideo dicitur Thob. 13. Per omnes vicos eius alleluia cantabitur. Propter hoc omnia dicitur. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Et de aeterna gloria exponitur illud Mat. 17. Assumpsit Iesus Petrum, Iaco. & Ioan. &c. Mons excelsus celum empireum. In tribus Apostolis designantur illi, qui ad itum montem assumuntur: in Petro fides vera non mortua, in Iacobo operatio sancta, in Ioanne gratia. Psal. 23. Quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit, &c. Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo, hic accipiet benedictionem a domino. Iustus opere, mundus corde, verax ore: & Apo. 2. Qui vicerit, dabo illi stellam matutinam. Gloria, scilicet seipsum. Et de illa gloria dicitur. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Inuitati ad istas nuptias respiciuntur, recipiuntur, reficiuntur. Respiciuntur ad obsequium debitae dispositionis, nam qui dispositi inueniuntur, per obsequia meritorum admittuntur, indispositi repelluntur: Quae paratae erant intrauerunt cum eo ad nuptias: quae non habent oleum, sunt repositae. Secundo recipiuntur ad tripudium internae consolationis. Psal. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, in seculum seculi laudabunt te. Tertio reficiuntur per conuiuium aeternae retributionis, & refectiois, quia eis opponuntur diuersa specula, submittantur diuersa pocula: speculum respicit cognitionem, ferculum dilectionem, poculum delectationem. De beatis exponitur illud Gene. 1. Posuit stellas in firmamento caeli: Quia ad modum stellarum habent numerositatem multitudinis, varietatem pulchritudinis, stabilitatem ordinis. De istis stellis Iudic. 5. Stellae manentes in ordine, & cursu suo aduersus Sisaram. id est diabolus pugnaverunt. Sicut ex consortio sermonis Dei facta est facies Moysi radiosa, sic ex aspectu Dei facies nostra deiformis efficietur in gloria. Et de beatis dicitur Apoc. 3. Qui vicerit, scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis nouae Israel, & nomen meum nouum. Ecce tria insignia sub triplici nomine sublimitatis dignitatis; Ego dixi. Dicitur estis ciuilitatem supernae ciuitatis, nobilitatem Christianitatis, his tribus titulis insigniuntur electi.

De Baptismo.

Terra erat inanis & vacua, & tenebrae erant super faciem abyssi, & spiritus Domini ferebatur super aquas. Terra anima terrena, & incinerabili corporis infusa. De terra es, in terram reuerteris. Inanis a virtutibus, vacua a gratia, tenebrosa originali culpa. Spiritus Domini super aquas gratia baptismalis, quae implet vacuitatem, gratiae infusionem, inanitatē, gratiae colatione, tenebrositate, fidei infusione. Zachar. 13. In die illa erit fons patens domui Iacob, id est ecclesiae & habitatoribus Hierusalem, id est Christianis. Ista sunt aquae vitae, & baptismus fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quae fluunt impetu de Libano. Item Apo. 22. Ostendit mihi fluuium aquae vitae, splendidi tanquam crystalli, &c. Expone de baptismo Iud. 12. Baptizat se iudic. in fonte, &c. Item figurat in transitu maris rubri ad significandum extinctionem omnis tentionis

tationis: & inde fuerunt ibi tria, aqua maris, quae significat lauctum regenerationis, nebula, quae designat symbolum Spiritus S. submersio Aegyptiorum, quae designat extinctionem omnis tentionis, & deletionem omnium peccatorum. Item designatur in aqua lustrationis ad significandum excellentiam omnimoda purificationis: vnus le aqua illa dicitur expiationis, & lustrationis, expiationis, quia oēs peccator actuali expiatur, in adultis, lustrationis, eo quod omnis peccator mortalis culpe ibi deletur. Item in probatica piscina, quae erat Ierosolymis. Et de baptismo intelligit illud Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis, dabo vobis Spiritum nouum, quod fit in baptismo. Item 4. Reg. 2. Sal positum in vase nouo ventris virginalis, & postea positum per Eliseum in fonte sanauit aquas: & fecit terram sterilem fecundam. De baptismo exponitur illud Gen. 2. Fons ascendebar de de terra, id est virtus baptismalis: quia baptismus est fons viuus, aqua regenerans, vnde purificans, quae ascendit, & scaturit de terra, id est de humanitate assumpta de latere Christi aperto, de quo processit sanguis redemptionis, & aqua ablutionis. Baptismus, & confessio possunt dici illa piscina, quinq; porticus habens, in qua fide integra se humilians, & descendens sanatur a quacunq; infirmitate detineatur, quae habet quinq; porticus, pro quinq; vulnera Saluatoris, vel potest dici, quod angelus mouens aquam est Christus. Et habet haec piscina quinq; porticus: quia descendit Deus in animam, quae moraliter per contritionis gratiam efficitur piscina per lacrymarum abundantiam. Et habet quinq; porticus ex quibus fluit aqua, scilicet per quinq; vulnera Christi, in memoria ex quibus tēperie habet contra vitiorum omnia incentiua. Et autoritas praedicta potest exponi, quod gratia baptismalis, & factalis dicitur fons propter eam integritatem in dispensatione, continuitatem, & perpetuitatem in esiliendo, vtilitatem in reficiendo, & mundando. Zac. 13. Erit fons patens domui, &c. Ascendit, quia hominem lapsum in profundam culpam reducit ad statum nobilem gratiae, & ad statum miserie facit ascendere ad statum innocentiae. Quod dicitur quod adhuc non pluit, &c. In pluuia intelligitur gratia compunctionis ad penitentiam faciendam, ex qua innuit, quod gratia baptismi non requirit gratiam compunctionis, seu exteriorum penitentiam. Baptismus fuit figuratus Exod. 3. de filiis Israel, qui erant in seruitute Aegypti, a qua non fuerunt liberati nisi post transitum maris rubri. Exo. 15. Haec erat figura baptismi vniuersalis. 1. Cor. Omnes mare transierunt, & omnes baptizati sunt in nube, & in mari. Et act. 1. Vos autem baptizati sumini Spiritu sancto non potest multos hos dies. Et figuratus est baptismus in Iudic. Iudic. 13. quae volens interficere Holoferne. id est diabolum qui populum Israeliticum tenebat obsessum baptizabat se in fonte aquae. Non totam Confessio. bis. Et in Ezech. ubi dicitur, quod vidit aquam egredientem de templo, id est de Christi corpore, in quo habitat plenitudo diuinitatis a latere dextro. scilicet Christi, quod lacera perforatum continuo exiit sanguis, & aqua. In aqua baptismus, in sanguine sacrum altaris, & veritas humanitatis. Et 3. Reg. 5. In fluuio Iordanis, qui significat aquam baptismi: Naama leprosus, qui de muliere per concupiscentiam natus: septem vices designant, quod oēs debent baptizari, quia septenarius est numerus vniuersitatis, & quod etiam a septem vitis in baptismo adulti mundantur. Et in Apo. 2. ostendit mihi fluuium aquae vitae splendide &c. Quia virtus baptismi concupiscentiam refrigerat, sordem mundat, & totam animam reddit crystallinam ad recipiendum lumen diuinae gratiae. Et baptismus figuratur in ablutione Abrahae illorum trium virorum in Gen. Lauentur aut pedes vestri. Et Ioan. 5. Est Ierosolymis probatica piscina, &c. Piscina est, in qua congregantur aquae pluuiales, quae de se non habent

E aqua, sed de cælo. Est aut probatica, quia res est certa, q̄ hic lauatur homo ab omni immunditia. Est autem Ierosolymis, & non alibi, quia extra Ecclesiam non est salus. Hæc habet quinque porticus, que sunt quinque considerationes, per quas accedit peccator ad penitentiam, sic piscina vocat facram penitentiam. Prima est consideratio propriæ deformitatis, quia tollit gratiam, & reddit animam sordidam, & pollutam, secunda est consideratio damni, quia tollit Deum, vulnerat naturam, adimit gratiam, maculat famam, & tollit gloriam, sicut patet in illo vulnerato Luca 10. Tertia est consideratio seueritatis diuini iudicij: quarta est opportunitas temporis, quia post hanc vitam non erit locus, nec tempus penitentiam: quinta est consideratio breuitatis vitæ, & incertitudinis loci, horæ, & modi mortis. Ecclesiast. nono. Nescit homo finem suum. Et nota, quod repudiata Synagoga, & desponsata Ecclesia, ablata est circumcisio carnalis, pœnalis, legalis, figuralis, cui succedit baptismus, obligatio vniuersalior: nam obligat omnem populum: curatione generalior, quia curat vtrumque sensum, non tantum masculinum: perfectione secundior propter amplioris gratiæ donum, auferens omnem pœnæ, & culpæ defectum, per quod renouatur natura, restituitur innocentia, in cuius figura restituta est caro Naaman sicut caro pueri parui. 4. Reg. 5. Naaman leprosus, lapsus humanum genus, qui tunc septies lauatur in Iordane cum per septem sacramenta curatur: tunc caro eius restituitur, vt caro pueri, quando per fidem renouatur ad imaginem Dei. Item Exo. 16. A ligno. i. virtute crucis, & sanguinis Christi indulcorata sunt aquæ, s. concupiscentiarum, quæ prius erant amaræ, quod fit in illo.

De bello.

David pugnauit contra Goliath cum baculo in manu habens quinque lapides in pera. David Christianus, vel religiosus, Goliath, qui non cessat impugnare exercitum Israel diabolus, baculus in manu Crux Christi; in manibus, imitatio crucis in operibus. Quinque lapides, consideratio quinque vulnerum Christi, quæ in memoria quasi in pera debent continuo portari. Sed dum vna amaritudo doloris collecta ex omnibus vulneribus in memoria quasi in funda circumuoluit, illo percussus. Goliath omnis eius tentatio vincitur, & fugatur. Item pugnauit Moy. contra Amalech habens virgam Dei in manu, stans in vertice montis Aarō, & sustentabat eius manus, quia graues erant, & quando virga eleuabatur, Amalech vincebatur, quæ virga dimittebatur populo dñi vincebatur, Moy. assumptus de aquis qui liber Christianus, Amalech, qui interpretatur lingens sanguinem diabolus, virga in manu crux Christi in opere, manus sunt graues, quia proni sumus ad malum, difficiles ad bonum: Aaron, & Hur, hoc est timor supplicij, & amor æterni premij manus sustentant, quia in difficultate boni operis nos confortant. Quibus existentibus, Amalech vincitur, vnde est q̄ populus dñicus quotidie vincitur, nisi quia Moyes orans pro populo non inuenit, quæ ois diaboli tentatio effugatur? & sic Moyes pugnauit fidei contra Amalechitas. Vel dic q̄ Aaron interpretatur montanus; Hur ignis, quæ simul iuncta igneam dilectionem de monte cælesti immisam designant. Hæc. n. sustinet manus orantis, oratio. n. aut parum, aut nihil pdest, nisi igne supernæ dilectionis accendatur. In cuius signum sacrificij Gedeonis, quod designat orationem angelus tactu virgæ igniuit. Et nota q̄ manus Moyse non sunt lassatæ que

A que ad occasum solis, in quo nota perseverantiam orationis. Gedeon pugnauit prudenter contra Madianitas portans in manu lagenas, & lampades, & confringendo lagenas. Nota hist. in lib. Iudicum. Et cum trecentis viris, qui sola manu lambebant aquam. i. de temporalibus nihil quærunt aut diligunt, nisi ad sustentationem naturæ, solitales sunt apti ad bellum spirituale. In d. 7. David pugnauit potenter contra Philistæos, & contra Goliath: Iosue pugnauit potenter contra Amonitas Matharias, & filij eius perseverantes nunc ait filij emulatores estote legis, &c. Moyes pugnauit orando, & in oratione perseverando, & vicit, & sic de alijs. Et sic Ezechias orando vicit Sennacherib, vt habetur in Isa. De bello spirituali, quære in tabula de tentatione, & de oratione, & in tabula de pugna spirituali.

De Benedictioe.

Quattuor fuerunt maledicta, Serpens, terra, Cain, Canaan. Serpens fuit primum maledictum inter animantia, cui dictum est, maledictus eris, &c. Per serpentem significantur maligni: lignum. n. scientiæ de quo preceptum est ne comedamus, quod gustatum affert mortem gustantibus, est primum mendacia carnis, & mundi. Ro. 8. Prudentia carnis mors est. Lignum vitæ nihil aliud est, q̄ prædicatio domini nostri Iesu Christi, seu sapientia diuina. Prover. 8. Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, fenescunt itaque mundi sapientes hanc prudentiam, & dicunt alijs, ut non intrent religionem, sed quæ comedant, i. auidè sumant de ligno scientiæ boni, & mali, id est de prudentia mundana, & carnali, dicentes, nequaquam moriemini. O vox diabolica, & serpentina, ois morimur, aut gladio suggestionis diabolicæ, aut peste prauis exempli, aut famæ propriæ concupiscentiæ. Propter hoc ei dicit Gen. 3. Maledictus eris super oia animantia, super pectus tuum gradieris, in quo nota est precipitatio rationis, vt non possis diuina contempleri, vnde pectoris, & ventre medes. i. intentione, & desiderio per terrenas voluptates morieris. Terra omedes cunctis diebus. i. terrenam, & carnalem doctrinam in pectoribus. Maledictio terræ significat cupidum, & auarum, vbi ponitur triplex maledictio laboris, punitionis spinarum, acerbatis tribulorum. Gen. 3. in labore, &c. Terra. n. cum labore acquiruntur, cum asperitate possidentur, per timorem cum punitione, & per dolore amittuntur. Propter hæc tria Apo. 8. Ve, &c. per Cain, qui interpretatur lametum, significantur carnales, qui occidit Abel, i. munditiam, cuius sacrificium acceptat Deus. Dicitur est ergo sibi Maledictus, &c. Vagus ad sectandas concupiscentias, peruersus a penitentia, & familia Dei. Signum ponitur in Cain tremor capitis, in quo designatur instabilitas voluntatis, quæ est in talibus. Superbi figurantur in Canaan qui timore superbiæ patrem nudum irrisit. Gen. 9. Noe Christus, vinea ecclesia, vinum amor. Can. 15. Bibite, & inebriamini carissimi. Hæc ebrietas fecit Iesum in cruce nudari vbi Iudæi sibi illuserunt. Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt, &c. Nã Iudæi dicebant: Si filius Dei es, descende de cruce, &c. Canaan ergo, qui interpretatur commutatio, sunt superbi, qui irriserunt pauperes Christi, ac per hoc, nuditatem Christi. 2. Reg. 6. Quam gloriosus, &c. Isti erunt secundum seruos. i. diabolos, qui sunt reges super oes filios superbiæ. Primæ tres maledictiones fuerunt ante diluuium, quarta post. Prima, s. serpētis consistit in precipitatione rationis, secunda, s. terræ, in ariditate affectionis, tertia, s. Cain, in quo erat tremor capitis, in incōstātia voluntatis, quarta, s. Canaan, quæ est seruitus in captiuitate rationis. Contra istas quattuor maledictio-

Prudentia.

Serpens.

Gen. Apocal. 8. Peccata.

Christus. Ecclesia. Passio. Crux. Psalm. 27.

ationes inuenitur quadruplex benedictio, scilicet fidei, Spiritus sancti, gratia, fortitudinis. Ex prima benedictione euacuatur serpentis maledictio, ex secunda sterilitas terræ, ex tertia maledictio instabilitatis Cain, ex quarta seruitus Canaan. Hæc quattuor figurata sunt contra quattuor maledictiones in benedictione Jacob. Primum est suauitas odoris, & est contra venenum serpentis, odor enim fugat venenosa, vnde vineis florentibus, venenosa ibi manere non possunt. Hoc nota cum dicitur. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Ager plenus odoribus virtutum, & floribus eloquiorum, & fructibus meritorum, est religio. Secunda benedictio est fecunditas terræ, contra terræ sterilitatē cum dicitur: Der tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam: Cælum gustus diuinitatis, terra aspectus humanitatis, assumpta humanitas, in quibus consistit fidei plenitudo, ros cæli gratia Dei, pinguedo terræ beneficia assumptæ naturæ. Osee 2. Sponfabo te, &c. Sequitur. Exaudiam, &c. Quia per fidem humanitatis impetramus gratiam diuinitatis, per quam excluditur sterilitas terræ nostræ. Tertia est stabilitas, quæ est plenitudo gratiæ per quā euacuatur maledictio Cain, quæ est instabilitas: Fames enim & defectus sustentationis hominis, facit profugos, & instabiles, vnde hæc ponitur causa instabilitatis Cain. Maledictus eris, &c. Contra hæc est, Der tibi Deus abundantiam frumenti, &c. Gratia est frumentum in quantum sustentat in tentatione: vinum in quantum lætificat in afflictione, in quantum reficit incendij dilectione, & in quantum curat ab omni vulneris infectione. Sic euacuatur maledictio Cain per gratiam, quæ affert stabilitatem: vnde dicit Apostolus. Optimum est gratia stabilire cor. Quarta est potestas, & autoritas contra seruitutem Canaan, ideo sequitur seruiant tibi, esto dominus fratrum tuorum, &c. Tres mulieres legimus benedictas, Ruth propter amorem fecunditatis. Iudith propter amorem castitatis. Iael propter interfectionem hostis, præter hastias G super omnes mulieres fuit benedicta Virgo Maria.

De Affectione.

Quod quattuor anguli arcæ, de qua habetur Exod. 27. Sunt quattuor animæ affectiones, dolor, timor, spes, gaudium, quibus arca conscientia supportatur. Et ordinationem istorum quattuor affectionum quære supra fol. 20. Sicut secundum vanum aspectum, & variam solis illuminationem, & calefactionem, seu secundum motum solis in quattuor quadris cæli, habent quattuor tempora anni distingui, sic secundum quod verus sol iustitiæ Christus diuersimodè nos illuminat ad diuersa nobis videnda, nostræ affectiones distinguuntur, vt hyems dicatur dolor de peccatis, quoniam nos illuminat ad videndum quam impudenter, quam frequenter, quam multipliciter Deum offendimus, quia tunc sicut in hyeme sunt incrementa aquarum. scilicet pro peccatis exuberantia lachrymarum, sicut in diluuiis. erumpunt fontes virium animæ, ex timore pœnæ, quam incurrimus, & aperiantur cataractæ cæli ex præmio, quod amissimus, & sicut duplex est portio animæ superior, & inferior: sic diluuium lachrymarum debet procedere ex dolore bonorum æteritorum, quæ amissimus, & suppliciorum, quæ incurrimus. Et submerguntur aues volantes per superbiam, bestie in terra reptantes per auaritiam, vermes in luto iacentes per immunditiam, homines Deo inobedientes per malitiam. Solus Noe cum filijs. i. solum sanctum propositum cum operibus bonis debet in arca conscientia remanere. Et factio diluuii

Gen. 27.
Ager.
Hortus.
Virtutes.

Gratia.

Hebr. 3.

Gen. 27.
Mulier.
Benedictio.
Ruth 3.
Iud. 15.
Iud. 5.

Confessio.
Lachrymæ
Diluuium

Gen. 7.

A Iuuiio contritionis 40. diebus, id est rota quadragesima, & toto tempore penitentia; debet ostium conscientia; aperiri per veram confessionem, vt nihil remaneat occultum, sed aliqui mittunt coruum qui adhuc insidet cadaueri cuius color est horribilis, & vox ingrata. Quod designat propositum peccandi, & fictam ac Deo ingratam confessionem. Ideo talis coruus nullum signum diuinæ reconciliationis portat peccatori. Mitti itaq; debet columba bis, quia debet esse confessio oris, & cordis. Cuius color albus designat conscientia; puritatem: gemitum habet pro cantu, propter dolorem contritionis, caret felle, id est ex tunc non proponit inquinari peccati sorde, quis fecunda, quia debent sequi opera satisfactoria: & talis affert peccatori signum diuinæ reconciliationis, quæ in ramo oliuæ designatur: Nam gratia Dei ad modum olei est cibi, id est cuiuslibet operis condimentum, est iu minis animæ nutrimentum, est vulnerum animæ medicamentum. Vercausat in nobis iste sol, dum ex collatis beneficijs concipitur in nobis spes venia; misericordia, & pietatis diuinæ: ver enim producit flores, in quibus habetur fructuum spes. Sic ex hoc quod Deus nos illuminat ad sua beneficia consideranda, surgit in nobis certa spes de venia, & diuina misericordia. Aestas feruens, desiderium, & gaudium ardens de premijs æternis: feruet enim amore mens, dum considerat illa gaudia: in aitate. n. sol est calidus, & dies prolixus. Exod. 16. Cum incaluisset sol, liquefiebat Manna. Quia ex consideratione felicitatis resoluitur anima in dulcorem deuotionis. Autumnus est timor de æternis iudicijs, & pœnis. Vnde in Autumno fit fructuum collectio, sic Iudæo operum remuneratio, mali ad supplicium, iusti ad vitam æternam. In carcere quo detinetur peccator, qui designatur per carcerem Petri, sunt quattuor quaterniones militum. scilicet quattuor inordinatæ affectiones, spes, timor, gaudium, dolor. Carnalia s. desideria, quæ militant aduersus animam, quæ degenerant in quattuor vitia quæ sunt, imprudentia, iniustitia, intemperantia, desidia. Quære etiam de quattuor prædictis affectionibus in tabula de quattuor virtutibus Cardinalibus, de affectionibus. Matt. 13. Simile est regnum cælorum, homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Ager iste quem Christus emit nummismate sui sanguinis, est fidelis anima, aquis gratiæ irrigata, semen quod Deus seminavit in anima rationali est restructio liberæ voluntatis, quæ bonum semen dicitur, quia in bonas affectiones diffunditur, & illæ affectiones in uirtutes formantur. Sicut enim ex semine habetur panis, ex pane refectio, ita ex certitudine voluntatis affectiones oriuntur, quæ bene ordinatæ formantur in uirtutes. Erumpit ergo semen illud, quod infundit Dominus, in timorem pœnæ, in dolorem penitentia; in spem uenia; in amorem iustitiæ. Iste etiam quattuor affectiones formantur in uirtutes, prout dicit Isaac in lib. de spiritu, & anima: ordiandi sunt affectus animi ad id, quod debent, vt in uirtutes proficere possint, alioquin in uitia facile deuiant. Cum igitur prudenter, modestè, fortiter, & iustè amor, & odium instituuntur, in uirtutes exurgunt, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam, quæ quasi radices, siue cardines aliarum dicuntur esse uirtutum. Et licet hæc quattuor requirantur in omni uirtute, tamen speciales affectiones formantur in speciales uirtutes, timor enim formatur, & surgit in temperantiam, dolor in prudentiam, spes in fortitudinem, & potentiam, amor in iustitiam. Et sicut Christus seminat in agro mentis semina affectionum; quæ formantur in opera, & fructum uirtutum: ita diabolus superfeminat zizaniam, & semen maliarum affectionum, quæ degenerant in fructum & opera uitiorum. Nam loco timoris, seminat

Oratio.

Confessio.
Columba.

Aet. 12.
Peccata.
Carcer.
Affectiones.

Semen.

ferminat præsumptionem, loco doloris, uanam exultationem, loco spei, desperationem, loco amoris, odium, rancorem, detractioem. Et sicut ex bonis affectionibus uirtutes quattuor Cardinales formantur, ita ex his quattuor uitia, ex præsumptione superbia, ex uano gaudio incontinentia, ex desperatione finali impoenitentia, ex odio inuidia: Superbia contra Deum, incontinentia, & impatientia contra seipsum, sed incontinentia in uita, inpatientia in morte, inuidia contra proximum.

De Charitate.

Charitas.
Amor.
Ad Col. 3.
1. Ioan. 3.

Quædam sunt signa euentia, an in charitate simus uel non, scõtempus terrenorum, & feruens desiderium supernorum. Ibi nostra fixa sunt corda ubi uera sunt gaudia. Omnia arbitratus sum, ut stercorea, ut Christum lucrificiam: Quæ sursum sunt querite, non quæ super terram. **F** Compassio proximorum: Qui uiderit fratrem suum necessitatẽ habere, &c. Patientia aduersorum: quia charitas figurat per granum sinapis, quod quãto plus teritur, tanto potius efficitur: sicut ignis bene accensus, à uento nõ extinguitur, sed crescit. Charitas omnia suffert, quod lima ferro, quod fornax auro, quod flagellum grano, hæc tribulatio uiro iusto. Quando homo libenter, & sapide audit loqui de Deo, & cœlestibus; Qui ex Deo est; uerba Dei audit; quando homo non fatigatur, non tepescit in bonis operibus. Gregor. Amor Dei nunquam est otiosus, operatur magna si est. Hic pone historias de amore Dei, & de Spiritu sancto. Hæc autem caritas in statu uia imperfecta perficitur in prima. Nam modo ceteræ uirtutes sunt nobis, quasi fesso uehiculum, quasi uiatori in uaticum, quasi lucerna caligantibus, quasi arma pugnantibus. Sed charitas, quæ est in omnibus uirtutibus, & sine qua ceteræ non sunt uirtutes, specialius est requies fatigato, uiatori mansio, plena lux peruenienti perfecta corona uiatori, & triumphantri. Fide enim quasi uehiculo ad patriam uehimur, spe quasi uatico in huius uitæ miseris sustentamur, uirtutibus quattuor Cardinalibus, quasi armis pugnamus. sed charitate quasi brachijs Deum amplectemur quando ipsum uidebimus facie ad faciem. Vbi uidentibus non est opus, ut credatur, & amplexantibus nihil restat amplius quod speretur. Charitas per carbunculum designatur. Lapis iste superat omnes gemmas ardentes, & à re, scilicet ab ardore nomen habet, ad modum carbonis igniti radios emittit: charitas quæ superat omnes uirtutes, sicut carbunculus lapides, & animam totam igneam reddit. Eccl. 32. Gemmula carbunculi in ornamento auri. Carbunculus in auro situs ornat, & perficit auri colorem: sic charitas in corde meo ornat munditiam, & decorat: & sicut carbo ignitus si carbonibus mortuis apponatur, uel eos igniet, uel extinguerur, sic uiri sancti igne charitatis succensi debent alios suis exemplis uiuificare, & pro illis, quos non uiuificant, seipsos mortificare. Tertia dies est illuminatio charitatis. Tercio enim die congregatae sunt aquæ in unum, & apparuit arida, & fructificauerunt herba, & arbores, quia charitas infusa cõgregat aquas cordis in unum per lachrymarum effusionem, & compunctionem, & reddit terram aridam per desideriorum carnalium mortificationem, & facit arbores, idest potentias, & uires animæ fructificare per feruentem satisfactionem, & bonorum opetum multiplicationem, & tunc est clarus dies: immo meridies, quando inclinabuntur umbræ mortalitatis, & aspirabit dies æternitatis & immortalitatis, quando, scilicet intellectus proueniet ad perspicuam

Pugna.

Carbunculus.

Exemplum.

Gene. 7.
Dies.

clari-

A claritatem, & affectus ad inflammatissimam caritatem. & Ioann. 10. Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascuam inueniet. Ostium lateris sui aperuit nobis in signum ardentissimæ caritatis, ut columba cum ramo uirentis oliuæ rediret ad arcam, & requiesceret columba, idest deuota anima in foraminibus petra, & in canerna maceræ, & sic saluaretur inueniens pascuam in suo creatore, exterius in humanitate, interius in diuinitate; hæc est anima feruore caritatis affecta in Deum, & bonis operibus ad proximum. Charitas est turris fortissima ad animæ munimentum, quæ edificatur per dilectionem Dei, & proximi. unde Esa. 5. dicitur: Quod dilectus edificauit sibi turrim in medio uinea, idest Ecclesiæ, & torcular extruxit in ea: coniugitur autem turris torculari, quia desiderium passionis probat, & declarat in Christo incendium dilectionis. Dilectio autem Dei tria latera huius turris sibi uendicat, ut scilicet diligitur Deus ex toto corde, nosse, uelle, ex tota anima, ex omnibus uiribus. **B** diligitur Deus ex toto corde, nosse, uelle, ex tota anima, ex omnibus uiribus. Nosse refertur ad sapientiam, quæ est filius, posse ad potentiam, quæ est pater, uelle ad bonitatem, quæ Spiritus sanctus est. Quartum later uendicat sibi dilectio proximi. Ut dicitur in scientia de aspectibus, ad aspectum quattuor requiruntur, natura ignea reflexa linea, attenda potentia, forma impressa. Primum patet, quia sicut sine terra nihil tangitur: ita sine igne nihil aspicitur. Secundum patet, anima enim colores oppositos oculis, quos ipsi mediantibus aspicit, quasi per fenestras vitreas in se reflectit: unde probatur lib. de speculis, quod aspectus naturaliter delegatur in speculo: ibi enim solum oculus uidet seipsum propter aggregationem radiorum in termino contactus, & reflexionem in superficie corporis specularis. Tertium patet, quia cum multorum uisibilium similitudines afficiant aerem, & circumstant in oculo Spiritum uisibilem, anima hoc non aspicit, quia ad aliud attenda intendit. Sicut canis ex alligatione attentionis potentia: unius cerui sic eum sequitur: ut alios occurrentes fortuito non aspicit, aut non sentire uideatur: Quartum patet, quia probatur in principio perspectiue, quod si aliquis uehementer inspicit cœlum in luce, de loco, in quo sit foramen magnum discoopertum ad cœlum, & reuertatur postmodum ad locum obscurum, vel claudat oculos, aspiciet foramen illius foraminis, cum figuratur. Ex his quattuor proprietatibus surgunt quattuor species amoris, quæ animam efficiunt per desiderium supernorum. Primus est amor igneus, & penetrabilis: sicut enim ignis inuisibiliter materiam dispositam, uique ad intima penetrat, donec speciem suam ibi imprimat, sic amor diuinus insensibiliter, & intimè cor humanum tangit, & in se penitus conuertit, ut patuit in stigmatibus beati Francisci. Secunda proprietas est reflexa linea: super hoc fundatur amor incessabilis, cum anima in speculo æternitatis delectata in se reflecti non cessat ex consideratione illius munditiæ, quam in illo speculo aspexit, purgans incessabiliter maculas conscientia. Tertia proprietas est attenda potentia, super quam fundatur amor insuperabilis, ut nullo genere tormenti uelit aut possit à dilecto separari: Iste amor apparuit in martiribus, De quo dicit Apostolus: Quis nos separabit à caritate Christi, gladius, an fames, &c. Et nota quod in melle notatur dulcedo diuinæ dilectionis: mel enim ex uapore, & rore digesto in aere per calorem corporum supercalestium producitur, sic affectio de corde terreno procedens eleuata in Deum, igne sancti Spiritus, & feruore digesta sancti desiderij, et gaudiorum supercalestium dulcoratur. Mel autem quadruplicem habet naturam incipientiam, unde est laxatum, inuentum, unde est calefactum, mundificatum,

Gen. 8.
Religiosus.
Cruis.Turris.
Dilectio.Amor.
Dilectio.Ad Ro. 8.
Meli.

tuam,

tuam, unde ualet in curis oculorum: curatiuam, unde ualet in curis uul-
nerum. Et secundum hoc hic distinguitur quadruplex species diuinæ dile-
ctionis; scilicet amor incisiuus, intensiuus, purgatiuus, curatiuus. Amor in-
cisiuus est, quo anima diuiditur ab affectione temporalium: unde sicut post
gustum mellis omnia uidentur insipida, quæ gustantur, ita ex dulcore diui-
næ dilectionis deuotæ animæ; omnia temporalia redduntur insipida: quia
ut dicit Gregorius: Gustato spiritu desipit omnis caro: Vnde Exod. 16. Nu-
triti sunt filij Israel manna, & diuisi ab Aegypto, cuius sapor erat quasi si-
mile cum melle, designans puritatem intellectus, & dulcedinem affectus,
quæ in se experitur animus à mundo diuisus. 1. Reg. 14. Ingressus est po-
pulus saltum, & apparuit fluens mel. Et sequitur: Quomodo illo refocilla-
tus est Ionatas, & illuminati sunt oculi eius. In melle designatur amor in-
tensiuus, anima enim igne amoris diuini succensa, quadam incendij sui uio-
lencia, sicut & illud quod feruet in ætate extra se, tollitur supra se. Hoc mel
le calefiunt, qui impetum amoris incensui intra se cohibere non possunt,
nec etiam retinere: unde Ioannes Baptista comedebat mel siluestre, quia
homines huius sæculi non utantur ista dulcedine. In melle designatur a-
mor purgatiuus oculorum spiritualium: sicut enim mel tenebras oculorum
pellit, sic Amor acutus stultitiam tollit, ista est discretio, quæ est in anima di-
ligente, quia calidum dilectionis promouet ad acutum cognitionis. Sicut in
naturalibus feruor ignis materię corpulentiam euacuat, extenuat, perspicuam,
& lucidam reddit, sic in spiritualibus amor feruidus Dei cor ab affectione, &
corpulentia terrenorum extenuat, & perspicuam reddit ad diuinæ lucis re-
ceptionem, & illuminat ad cognitionem. In melle etiam designatur amor
curatiuus. Ille est amor, quo anima considerans Christi passionem, uincit
omnem tædationem, tribulationem, persecutionem; quia charitas omnia sus-
fert: Vnde Apoc. 10. Liber deuoratus efficiebat in uentre amaritudinem, &
in ore dulcedinem tanquam mel, quia cum ex intuitu passionis amara sus-
sistentur, relinquunt quandam dulcedinem: & hoc figurabant illa duo
post resurrectionem mel & piscis. Piscis assus memoria passionis, mel exu-
berantia delectationis, cum adest articulus tribulationis. Et illud Iud. 13.
Ascendit flamma altaris in cælum, & Angelus Domini pariter in flama,
&c. Quia quando cor est charitate inflammatum, tunc sacrificium ora-
tionis, & cuiuslibet bonæ operationis, ascendit ad diuinam acceptionem, &
coram Deo ab Angelis præsentatur. Exemplum de Thobia. Non potest
palme, uel ramus facere fructum, qui permaneat, nisi sursum in celestibus
radicem ponat, ut quæ sursum sunt, non quæ super terram quarat, & sa-
piat. Quod enim Philosophi dicunt hominem esse arborem auersam, eo quod
nerui corporis radicem, & initium in vertice habent in illo sensu debet con-
cedi, quo radice amoris, & desiderij nostri in summo uertice capite nostro
Domino Iesu Christo figere debemus, & sic fructificabimus: quia non po-
test palme facere fructum, nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me ma-
seritis. Gen. 4. secundum litteram Theodotionis. Inflammavit Dominus su-
per Abel, & super sacrificium eius. Sicut enim in signum acceptionis sacri-
ficij flamma comburebat sacrificium, ita in signum diuinæ acceptionis cha-
ritas adurit, & inflammat cor nostrum. Charitas ad modum ignis mollem
materiam, ut terram indurat, duram liquefacit, ut patet in metallo, sic ignis
charitatis, & diuini amoris corda dura, & obstinata mollescit per contritio-
nem: Factum est cor meum tanquam cera liquefens. Sed cor sic liquefa-
ctum indurat: quia in aduersitatibus, & tribulationibus firmam patientiam,
& in-

Cōtempla-
tio.Amor.
Charitas.
Mel.
Matt. 3.1. Cor. 13.
Passio.
Crux.

Arbor.

Oratio.

Psal. 21.

A & infrangibilem administrat. Flamma enim accensa vento, & tempestate
crefcit, & augmentatur, ut patet in magno incendio: & charitas radicata in
tribulatione ampliatur. In tribulatione dilatasti mihi. Et 3. Reg. 6. In ostijs
abiegnis sculpsit Cherubin, & palmas, & celaturas valde prominentes, ope-
ra; scilicet exteriora dilectionem Dei probantia: quia probatio dilectionis est
exhibitio operis. opera quadro ad regulam, ut. f. Deum diligat quadruplici-
ter secundum illam Euangelicam sententiam: Diliges Dominum Deum tuum,
ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex totis vi-
ribus tuis: quia amor mundi totum cor occupat, de toto corde eiiciatur &
ingrediatur amor Dei. Ex tota anima in proximis suis: anima. n. Spiritus
est, & Spiritu sancto afflata semper desiderat, & suspirat donec respiciat, in
quem aspiciat ex omnibus viribus suis, & iudicijs pro viribus: iudicia Dei
exercentes in nobis de quotidianis peccatis vindictam fumamus. Qui enim
B seipsum iudicat, & quasi reum punit, ipse simul reus est, & minister iudicis.
Ex tota mente in præceptis suis, mens. n. in homine summum ac præci-
puum tenet locum: unde sicut omnibus: quæ sub ea sunt se nouit esse præ-
laram, ita meminisse debet se necessitate Deo subiectam. Anima, quæ fer-
tur impetu ardentis amoris quodam desiderio supergreditur omne, quod
est: non enim consolatur in aliqua re creata, donec transeat in creatorem:
unde & post resurrectionem Magdalene querenti Dominum non est satis-
factum per Angelicam responsionem, seu uisionem, ut reciperet consolati-
onem, & ideo paululum cum pertransisset eos, f. Spiritus Angelicos, inue-
nit, quem diligebat anima sua. Iocundus transitus à contemplatione crea-
turæ transire per dilectionem in cognitionem simplicis essentiæ, cognosce-
re perpetuitatem existentie, puritatem intelligentie, profunditatem sapientie,
inuenit, quem diligit anima mea, non exprimit quis ille sit: quia
C in cantico amoris, immo in amore cordis diligentis, non tam uerba præsan-
tur, quam affectus: Et sicut græcè non intelligit, qui græcè non nouit, sic
amoris lingua barbara est non amanti, inuenit, tenuit, nec dimisit. Inuenit
per asperitatem, tenuit per retentionem, nec dimisit per iugem continua-
tionem: & nos interim teneamus, dilectum Iesum, non dimittamus ora-
tione, gratiarum actione, & iugis gaudij continuatione, donec introduca-
tur ad pascua glorię. De charitate exponitur illud: Igne me examinasti, &c.
Probat enim Deus charitatem in anima secundum quod ipsa est tepida, uel
feruida, quia sicut feruor est signum charitatis magnæ, ita tepor est signum
charitatis modicæ: ideo petebat Propheta hunc feruorem propter hæc cha-
ritatis probationem. Ignis enim qui aqua non extinguitur, est feruens cha-
ritas, quæ in tribulatione magis augetur, quæ minuat. Gene. 27. Dixit Isaac:
Accede ad me ut tangam te, & probem te, utrum sis filius meus Esau, an
D non. Probat enim Deus charitatem nostram tangendo, tribulationes scilicet
immittendo, ut probet eius feruorem Iob. 19. Manus Domini tetigit
me, sicut uasa figuli probat fornax: quia bona uasa in igne consolidantur,
& consolidata igne si tangantur, & percutiantur dulcius sonant. Et sic cha-
ritas in tribulatione probatur per patientiam non crepat, quia charitas om-
nia suffert, & per gratiarum actionem dulciter sonat. Sicut granum sinapis,
quanto magis teritur, tanto fortius sapit: unde Greg. Sicut uinguenta redolere
nesciunt nisi commota, & sicut aromata fragrantiam suam cum incen-
duntur, expandunt, ita sancti uiri omne quod uirtutibus redolent in tribu-
lationibus innotescunt. Vnde Iud. 7. Duc populum, qui tecum est ad aquas,
& ibi probabo eos. Illi. n. qui lambent manu sicut canes lambunt lingua
sunt

Tentatio.

Psal. 4.

Matt. 22.
Dilectio.

Can. 4.

Contēpla-
tio.

Psal. 16.

Probatio.
Tribula-
tio.

Temporalia
Tribulatio.
Patientia.
Bibere.

Charitas.

Religio.

E sunt electi qui vero genibus flexis, sunt reprobi, quia qui cadunt in tribulationibus, quæ designantur in aquis, Tren. 3. Inundauerunt aquæ, super caput meum, dixi, perij: inuocabo nomen tuum Domine. Illi inquam, qui cadunt in tribulationibus sunt reprobi, sicut illi, qui cadebant in bibendis aquis, sed qui lingua & manu lambunt, hoc est corde, ore, opere gratias agunt, illi sunt electi. Charitas est ille ignis de quo dicitur Leuit. 6. Ignis iste perpetuus in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, mane subsiciens ligna per singulos dies. Mane quia cito debet homo incipere bene agere opera charitatis, non sicut praua ancilla, quæ nondum accedit ignem quando tempus est prandendi: subijciet ligna, non paleas, quia fortiter est operandum, & fortiter charitas operatur: non sicut illi qui faciunt ignem de fœno, & parietem de luto, quia talis ignis nunquam bene coquit aliquid per singulos dies, quia bonum opus est quotidie faciendum: non sicut fatuæ virgines, quarum lampades sunt extinctæ cum deberent intrare ad festum. Ignis autem iste in cineribus se custodit, custodius diu scintillas ex se emittit, scintillians in materia combustibili se recipit, quæ combusta in regionem suam redit. Et isti sunt quattuor effectus charitatis ignitæ. primo enim charitas custoditur in humilitate, sicut ignis in cinere. Leuit. 6. Hæc est lex holocausti cremabitur in altari tota nocte vsq; mane. Ignis ex eodẽ altari erit: vestietur sacerdos tunica, & femoralibus lineis, tolletq; cineres quos vorax ignis exussit. Quacunque hora diei, seu mane, seu vespere holocaustum incendebatur, sequenti tota nocte super altare relinquebatur. In quo nobis innuitur quod si flamma charitatis ardere ceperimus, perseueremus & ignis ex eodem altari est, quia ardor charitatis, quo Deus diligitur, & proximus est ignis domesticus, & à Deo Creatore insitus, non ad consumptionem naturæ suppositus: sicut ignis auaritiæ, vel luxuriæ, quo succendi non debent nostræ hostiæ. Et sequitur: Vestietur sacerdos, &c. Quia **G** charitas requirit ornatam mentis, & exterius castitatem carnis. Tolletque cineres, &c. Quia semper debemus seruare suam humilitatem, quando per ignem concupiscentiæ cognoscit se resolutum in cinerem: inde est quod paruuli sedent in cinere, & cinis iuniperi custodit ignem multo tempore. Secundo charitas custodita euaporat exterius per gemitus, & suspiria. Tercio euaporatus in materia combustibili se recipit, quia in bonis operibus charitas calefcit. Luc. 12. Ignem veni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? Ignis nutritur lignis, & charitas operibus bonis, sine quibus deficit si habet facultatẽ operandi, quia nunquam est amor Dei ociosus, operatur enim magna, si est, si autem operari renuit, amor non est. Ignis iste vento subleuatur, aqua luxuriæ, luto auaritiæ, aliquando extinguitur, & tamen tempestate tribulationis accenditur. Quarto ignis semper in altum tendit, quia charitas semper cor in Deum extendit. Eccli. 48. Surrexit Elias Propheta **H** quasi ignis. Et Eze. 1. Similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. Isti sunt simplices qui cõparantur animalibus. Psal. 44. Facti sumus sicut oues occisionis. Quorum aspectus est sicut carbonum ardentium, quia tota eorum consideratio est, ne charitas eorum pariatur defectum. Ardent enim ut carbones hic est totaliter intus, & foris non sicut torris qui in parte ardet, & in parte non, sed fumat, non sicut ignis fabrilis, qui ardet, sed in ardore non permanet, Inueniuntur montes ardentis in quibus sunt minere sulphuræ, & ideo paulatim consumuntur, quia sunt quidam, qui charitatẽ præcedunt, sed pleni sulphuræ, id est carnali infectione, cito deficiunt, & fatigantur. 1. Corinth. 13. Si tradidero corpus meum

ita

A ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil sum: quia bona opera non ex quantitate sui sed ex charitate plus, vel minus profunt, ut dicit Glo. ibidem. Ille autem per experientiam sentit hunc ardorem in seipso, qui ex dulcedine charitatis semper incitatur ad bene agendum, nec minuitur in eõ bona actio. Exo. 3. Videbat Moyses q̄ Rubus arderet, & non cõbureretur, hoc est diminueretur, sed magis illuminaretur. Sicut autem in montibus ardentibus simul sunt materia sulphurea, & natura ignea, ita in quorundam cordibus cupiditas latens, & charitas patens. Prius ardet ignis in camino, & tunc erumpit exterius per scintillas, quia ignis charitatis destruit in aia oia latibula peccatorum quasi cubilia ferarum, aut speluncas laironum, & tunc ignis inualefcit, & contineri non valens foras erumpit, sic Dñs temporalis q̄ occupat terram inimicorum destruit igne suburbia quasi inimicorum latibula, & munitiones suas ponit in castro cum castellano suo, & in signum victualium, faciunt magnum ignem in castro, & foras erumpere scintillas, & fumum: sic Dñs Iesus Christus igne charitatis concremat terram suam dum contritio inflammatam charitate ab omnibus membris, quæ peccauerunt extorquet vindictam. In aia vero quasi in castro ponit castellanum; spiritum. scum custodia virtutum, & donorum: & exit fumus aromaticus ad frangendum bufones, hoc est de cordibus proximorum expellendo demones, & prodeunt scintillæ quasi sagittæ inflammatae. Charitas comparatur lilio. Sic anima in charitate existens floret per iubilum exultationis in corde, frondet per gratiarum actionem in ore, redolet per boni exempli manifestationem in opere. In mundatione leprosi Leui. 14. Ponebatur vermiculus hoc erat coctus bis tinctus, hoc est charitas, quæ totam animam inflammat per motum dilectionis in Deum, & pietatis in proximum: hic mundat lepram peccati. De charitate sub metaphora flammæ dñ pp ignitionem affectus, dicitur Iud. 13. Cum ascenderet flamma altaris in cœlum, angelus Dñi pariter in flamma ascendit altare cor humanum, flamma, affectio charitate inflammata, angelus Dñi anima deuota, & spiritualis. Psal. 103. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam. Sensus itaque est, q̄ anima spiritualis, & deuota in cœlo est deuotione: vbi fertur inflammata affectione, & hoc est assensus purpureus media charitate contritus in vnã expositionem. Signum feruentis dilectionis Dei est, q̄ cor liquefcit per la chrymarum effusionem ex diuinæ passionis compassione, ex peccatorum derestatione, ex beneficiorum recordatione. Can. 5. Aia mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Quæsiui, & non inueni illum, vocaui, & non rñdit mihi. Loquitur per internã inspirationẽ. Et aia liquefcit pp p̄dicta, per lacrymarum effusionẽ liquefacta ad statum austeri, & fluunt aromata horti. Sequitur. Quæsiui, &c. Quia aia prouocata per verbũ, & per gaudij prælibationem, quærit attentius per orationẽ, sed non inuenit: quia sponsus ut diligatur ardentius interponit non frustratoriã, sed ad tps dilationẽ: quia desideria dilatione cresunt: vnde adhuc q̄rens dilectũ ait indica mihi quem diligis aia mea. Felix cuius aia ex oibus eligit, & solum illũ diligit cuius amor est iustior, vtilior, honestior, dulcior, sitauior, ardentior, & durabilior. Dicit Marci 2. Vinum nouum in vtres novos mittunt, vtres noui sunt Apostoli vel nouicij in religione, qui inebriantur seruore dilectionis ex diuinorum beneficiorũ recordatione. Quid. n. ita inebriat aiam, & rapit in contẽplationis exælsũ, sicut cõsiderare beneficiã incarnationis, passionis, vocationis, electionis, glorificationis? Inde est q̄ Apostoli loquẽtes de istis linguis ignitis, credebantur ebrij, & deuoti nouicij vtr hoc uino ebrij: unde sicut ebrij

Lilium
Arbor.

Charitas.

Deuotio.

Liquefcit.

Quære
expositionẽ
istius
auctoritatis.
infra fol.
35.Quære.
Contẽplo.
Ch. istus.
Amor.Apostoli
Sancti.Vinum.
Deuotio.
Religio.
sus.

F

tem

Canti. temporalia contemnebant. Introduxit enim eos rex in cellam vinariam, **E** ubi gustato spiritali vino, omnes inebriati sunt. Sicut fuit Ioannes dormiens supra pectus domini. Et Petrus in cellario in transfiguratione: unde sicut ebrius nesciens quid diceret. Charitas est arbor illa magna, cuius proceritas contingit cœlum aspectus eius vsque ad terminos terrę, in qua quiescunt volatilia cęli, & c. vt dicitur in Dan. Gen. 18. Lauentur pedes vestri requiescite sub arbore. Quia anima purgata à peccatis, & se exercēs in operibus charitatis inuenit locum quietis. Hęc est arbor oliuę, Exo. 27. **Oleum.** Pręcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, quia hoc oleum illuminat contra errores, cibatur contra tribulationes, sanat contra tentationes. De qua arbore sumuntur rami, id est, extra diligendi. Gen. 8. Columba venit ad arcam ad vesperam, portans ramum oliuę, virentibus folijs in ore suo. Ramus oliuę ferebatur in signum pacis, animam illam significat, quę in pace habitat propter abundantiam charitatis, quę non impedit cadauer, sicut coruus: quia non indignatur peccatoribus, nec eis detrahit, sed pro omnibus orat sicut columba in arca habēs ramum oliuę virentibus folijs, hoc est orationibus deuotis. Hęc est arbor, de qua Eccli. 24. Ego quasi terebintus expandi ramos meos, & rami mei honoris, & gratię. Sicut enim arbor dilatat ramos in vertice, sic fidelis anima ampliatur charitate, est enim charitas forma virtutum dilatans affectū ad omne diligibile diligendum Deum, scilicet & proximum, amicum, inimicum, propinquum, remotum, domesticum, extraneum, vt autem ibi dicit glo. terebintus est arbor fructuosa, cuius densa sunt folia, & medicinalis resina. Fructus autem duo sunt genera, pallore, & rubore differentia. Terebintus itaque fructuosa, est caritas vera, cuius densa sunt folia, id est, vnita deligibilia, cuius medicinalis est resina, quia charitas est perfecta animę sanitas, qua purgatur, & expellitur omnis animę infirmitas huius fructus pallet carnis mortificatione, rubet feruenti dilectione. Hic ramos suos extēdit, quia oēm creaturam rationalem amplectitur, & diligit. Huius rami sunt honoris pręmiantis in patria, & gratię pręuenientis in via. Hęc est ergo charitas principium meriti, finis pręcepti, legis plenitudo, mentis pulchritudo, assimilatio Dei, reconciliatio rei, sine qua nec aliqua virtus est, nec aliquid prodest. Bern. ad Fulconem. O bona mater charitas quę siue foueat infirmos, siue exercent prouectos, siue arguat inquietos, diuersis diuersa exhibens, sicut filios diligit vnuerfos. Et Neem. 8. Egredimini in montem, id est, Christum, afferite frondes oliuę, & frondes ligni pulcherrimi, frondes palmarum, & frondes ligni tabernacula. Charitas dicitur oliua propter dulcorem pietatis, lignum pulcherrimum propter decorem honestatis. Mirtus propter mansuetudinem sanctitatis, palma pp rectitudinem æquitatis, lignum nemorosum, contra vredinē cupiditatis. Ex his omnibus fit vnum tabernaculum, quod charitas operit multitudinem peccatorum. Charitas reddit omnia facilia. Nam qui amat non laborat 1. Cor. 13. Charitas oĩa suffert: charitas enim est ignis, qui nunquā dicit, sufficit: ideo quodammodo videtur esse infinitę virtutis, cui omnis labor videtur esse modicus, & quasi nihil, sicut de Jacob dicitur. Quod propter amorem Rachelis videbantur ei dies pauci prę amoris magnitudine. Et licet ignē extinguit aqua, ardorē. n. refrigerabit ros, tñ nō est ita in igne charitatis, q̄ extinguitur per aquas tribulationis: Aquę multę non poterunt extinguere charitatem, immō accēdunt eā sicut modica aqua in ignē proiecta carbones accendit: Vnde faber carbones, vt feruentius ardeant aqua

A aqua spargit parua, excellentioris ardoris est ignis charitatis, q̄ ignis infernalis, sicut spirituale efficacius est corporali & illud quod Deo vnit, quā illud, quod nos punit. Sed tā excellentis ardoris est ignis infernalis, q̄ licet omnia Maria in ipsum influerent, non tamē ipsum ad modicum refrigerarent: ex quo patet, q̄ signū est defectus charitatis, q̄ homo non accendit, immo remittitur ad laborem tribulationis. Itē amori carnali videtur labor magnus modicus, sicut patet in Iacob, cui videbantur feruitutis suę dies pauci prę amoris magnitudine, ergo multo fortius hoc facit amor spiritua lis, & charitatis, quia est efficacīę maioris, vnde anima est illa dilectio, & charitas, quę extinguitur modico vento tribulationis, vel laboris seu persecutionis. Adhuc modicū lumen in vobis est: caritas. n. est lumen relinquēs ardorem in affectu, & splendorem in intellectu. Charitas est ille ignis qui **B** debet ardere in thuribulo cōscientię, de quo dī. Sterit angelus, i. homo mūdus affectione, altus contemplatione, deuotus oratione, clarus ædificatione, promptus operatione, & executione. Iuxta aram tēpli, non in foro ad negotiandū, non in platea ad confabulandum, sed iuxta aram tēpli, in choro ad orandum, ad psallendum, ad Deum laudandum habens thuribulum aureū. i. conscientiā mundā, nulla peccati macula rubiginatā. Quemadmodum thuribula debēt esse rotunda exterius per subiectionē obedientię, clausa inferius per extinctionem carnalis concupiscentię, & abdicatōē oīs tēporalis substantię, aperta superius per contēplationē veritatis, accensa interius per feruorē charitatis, & data sunt ei tali angelo oranti aureā conscientia habentī incensa multa, sanctarū cogitationū, ignitarum affectionum, deuotarum orationum, perfectarum actionum: Vel ista incensa sunt recordatio diuinorum beneficiorum. Et ascendit fumus aromatum de manu angeli corā domino. Vtiq; fumus placatiuus offensę, deletiuus culpę, remissiuus pęnę, impetratiuus gratię, procuratiuus glorię. Sed multi e contrario portant thuribulum plūbeum, & ponunt in eo ignem alienum. Sicut legitur de Nadab, & Abiu sacerdotibus, qui areptis thuribulis, posuerunt ignem alienum, cuius flamma est tumor superbię, fetor luxurię, liuor inuidię, ardor auaritię, furor iracundię, fumus irę. Ille fumus est procuratiuus irę, & iratiuus diuinę vindictę, impeditiuus gratię, procuratiuus gehennę. Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos supponens ligna per singulos dies. In quo verbo ostenditur huius doni receptaculum gratiosum, quia conscientia debet esse altare in quo sit propitiatorium deuotę intercessionis, candelabrū clarę conuersationis, sudariū mundę affectionis, & cogitationis, crux acerbę mortificationis, vt sic Christus recipiat sacrificium vestrę oblationis, quia ignis Dei amoris non ardet sub cacabo carnalis affectionis. Secundo ostenditur exercitiū amorosū semper ardebit, hoc est proprium ignis, quod sepe ardeat, quia hoc est proprium amoris, quod nunquā quiescat. Amor. n. Dei nunquā est ociosus, quia operatur magna si est: si autē operari renuit, amor non est. Sed de dilectione Dei mens, lingua, & manus requiratur. Ille ardor altare cordis reddit peruium, & christallinum, ad celestem illuminationem, feruidum ad infatigabile operationē, solidū ad triūphalē passionē, placitū ad singularē Dei inhabitatōē. Ostēdit tertio officium virtuosum, quē nutriet sacerdos. i. rō, nō populus sensu: quia illi sunt ministri Nabuchodonosor, qui succēdūt fornacem regis Babylonię ponentes ad ignem accendendum stupam superbę, picem immunditię, malculos auaritię, naptam inanis glorię. Ignem ergo diuini amoris, debet nutrire rō in altari cordis, vt oblata per sensus cor

Ignis.
Infernus.Amor.
Gen. 2.

Ioanna. 12.

Apoc. 8.
Angelus.

Thuribulum.

Oratio.
Cōscientia.
Incensum.
Thus.
Fumus.Leuiti. 6.
Cor.
Cōscientia.
Anima.
Altare.

Cor.

Fornax.
Mundus.

ruptos tanq̄ istum ignem extinguentia refugiat, sed sola illa, quæ facient ad corporis mortificationem ad uirtutum nutritionem admittat. Sed ut dicitur in 2. Mach. 1. Qd miserunt ad requirendum ignem, qui a sacerdotibus a sanctis patribus fuerat abscissus, & non inuenerunt ignem, sed aquam crassam gulofitatis, carnalitatatis, uoluptatis. Quarto ostendit studium fructuosum subiciens ligna per singulos dies, ligna, quibus ignis diuini amoris nutrit sunt deuota meditationes, castæ affectiones, honestæ locutiones, uirtuosa operationes. Charitas est uirtutum mensura, & preciosa margarita. De qua dicitur: Inuenta una preciosa margarita, &c. Pro hac negotiat euangelicus, uendit, & dat omnia, quæ hæc. Quod dicitur una, quia quod per superabundantiam dicitur, unum soli conuenit, est. n. mensura omnium uirtutum preciosa; quia sine charitate nihil ualet doctrina, seu eloquentia quantumcumque; gratiosa, nihil ualet sapientia quantumcumque; copiosa, nihil ualent opera quantumcumque; uirtuosa: & istud innuit Apostolus. Si linguis hominum loquar & angelorum, quantum ad primum: & si habuero prophetiam, & nouerim misteria omnia, quantum ad secundum: & si tradidero corpus meum, &c. quantum ad tertium: est. n. principium essendi, uiuendi, operandi. Simile est regnum cælorum grano sinapis, &c. Ager conscientia, granum sinapis charitas, quæ quanto plus tribulationibus teritur, tanto fortior ad modum sinapis efficitur: Et cum crescit maior est omnibus uirtutibus, & in ramis eius, i. in amore Dei & proximi, aues cæli habitant. i. actiui, & contemplatiui. Et nota quod charitas designatur per columnam nubis, quæ concommunita est filios Israel ab exitu de Aegypto, usque ad terram promissionis. Cuius triplex ostenditur officium, erat. n. eis in operimentum, in munimentum, in ducatum: In operimentum contra passiones aeris, sic charitas contra tribulationes mundi. Num. 9. Describitur nubes, &c. Per diem, & noctem significat infectio presentis uitæ. Per diem sol non uret te, neque luna, &c. Dies prosperitas, nox aduersitas. Erat in munimentum contra persecutionem hostis, sic charitas contra persecutiones peccatorum. Tollens angelus domini, &c. Persecutio Aegyptiorum, tentatio dæmonum, columna nubis, uirtus charitatis, quæ est nubes tenebrosa, id est horrenda ipsi dæmonibus, sed illuminans filios Israel: In ducatum quantum ad directionem itineris, sic charitas nos diligit ad patriam, & in omnibus agendis. Quod charitas designatur per signum thau: Quia in quocumque statu fuerit, quodcumque bona fecerit, nisi signata fuerint thau, id est charitate, totum mortuum reputatur. Quod ex defectu charitatis, quæ est uita animæ est defectus fructus boni operis, quia respexit Deus ad Abel & post ad munera eius. Ita uideamus quod arbor in iuuentute quando adhuc non habet calorem naturalem sufficientem, ut digerat humorem ad faciendum fructum, facit lata folia, & non fructum: & eadem ratione quando est nimis antiqua, & calor naturalis deficit, non facit fructum, aut facit uermiculosum, & lata folia: sic multi quia de calore charitatis nihil habent, faciunt lata folia uerborum, & nullum fructum operum bonorum, aut uermiculosa per hyperisim, & fictionem. Quod summa omnium uirtutum est charitas, & ideo supremus ordo, scilicet Seraphin a charitate sic dicti sunt, quia Seraphin ardentes interpretantur. Vnde Gregorius. Seraphinita Deo coniuncta sunt, ut inter hæc, & Deum nulli alij spiritus intersint: tanto ergo magis ardent, quanto minus hunc uident, quorum profecto flamma amor est: quia quo specialius claritatem Dei respiciunt eo ualidius in eius amore flammescunt. Vnde Seraphin amore diuino in se ardentia, & alios inflammantia, alati describuntur: septem alas uni, & sex alæ alteri. Dux uelabatur faciem eius.

Aelus, & dux uelabant pedes eius, & duabus uolabant, & clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus exercituum, ple. est omnis terra, gloria. Est primo hic attendenda dispositio naturæ ornatus, habebat enim duas alas faciales respectu Dei, scilicet aspectum uerratis, haultum felicitatis, duas alas pedales respectu nostri, scilicet vim illuminatiuam, & inflammatiuam, quibus etiam non per se, tamen per inferiores angelos illuminant, & inflammant. Habent etiam duas laterales respectu sui, scilicet decorem innocentia, & splendorem intelligentia. His quasi uolauerunt, cum alijs cadentibus se ad primam lucem conuerterunt. Vel dicitur, quod merito Seraph. qui designat uirum ignitum charitate, describitur cum septem alis, quibus uolat ad cælum: Quia sicut multi radij ab uno sole, multi rami ab uno stipite, multi riuuli ab uno fonte oriuntur, sic istæ septem uirtuales alæ ex una charitate generant. Dux sunt faciales respectu Dei. Prima est quasi ad dexteram contemplatio cælestium gaudiorum: secunda quasi ad sinistram recordatio, & gratiarum actio respectu beneficiorum. In istis alis sunt infinitæ plumæ, quia infinita sunt beneficia quæ recepimus, & quotidie recipimus: Infinitissima sunt æterna gaudia, quæ speramus. Dux sunt laterales respectu proximi, una quasi ad dexteram largitio ecclesiarum, alia quasi ad sinistram remissio iniuriarum. Dux pedales respectu sui, una quasi ad dexteram dolor commissorum, secunda quasi ad sinistram timor suppliciorum. Sed quia charitatem non habemus alati non sumus: non enim uolamus ut aues per contemplationem, nec ambulamus ut homines per operationem, sed uentre, hoc est uoluntate super terram, ut uermes reptamus per carnalem affectionem, sicut dicit Propheta: Oculos suos statuerunt declinare in terram, cum tamen dicat Apostolus: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Aspiciebam donec auuliz sunt alæ eius. Attende secundo. Quid facit in eis caritas, scilicet multiformitatem actus, introducuntur enim isti cælestes spiritus stantes, quia affixi quiete interminabilis æternitatis; uelantes, quia absorpti abyso imperscrutabilis profunditatis; uolantes, quia suspensæ contuitu incommutabilis ueritatis: clamantes, quia accensi laude insuperabilis maiestatis. Sed quid clamabant? utique triflagium hymnum, de quo Damasc. lib. 3. c. 10. Per trinam sanctitatem tres sunt substantiales deitatis hierarchiæ deitatis substantiam notificant, quia profitentur in personis Trinitatem, in essentia unitatem, in creaturis summam uerbalitatem. Moraliter autem clerici, & religiosi debent esse seraphici ardentes charitate. Nam sicut seraphin inter angelos, sic prælati, clerici, & religiosi inter alios debent esse: intelliguntur enim Seraphin ardentes uel incendentes, quia prælati, & religiosi debent ardere feruore charitatis, & alios incendere exemplo sanctitatis. Istos facit charitas alatos, primo dat eis duas alas respectu sui, qui sunt intentio recta, & actio perfecta: duas respectu proximi, quæ sunt remissio iniuriarum, & largitio ecclesiarum, uerbum eruditionis, exemplum ædificationis: duas respectu Dei, quæ sunt oratio deuota, & gratiarum actio indefessa. Facit esse charitas stabiles per uictoriam uitorum, uelantes per paruipendiam meritorum, uolantes per contemptum terrenorum, clamantes per desiderium æternorum. Vel facit charitas nos stantes in stare fide Trinitatis, in uinculo charitatis, in opere sanctitatis. Sic facti in domino carissimi. Facit etiam charitas nos esse uelantes. Est autem triplex uelut reuerentiæ, ne diuina iudicia curiosè inquiramus, uelut conscientie, ne

Seraphin.

Ala.

Dan.

Damasc.

Prælati.
Religiosi.
Clerici.

Velut

Phil.

Volare. propria merita præsumptuosè ostendamus, velum patientiæ, vt illatas iniurias patienter toleremus. Facit etiam nos volantes volatu, qui in initiatu in contemptu temporalium, promouetur gustu temporalium, consumuntur appetitu cœlestium, bonum est sic volare. Facit etiam nos clamantes clamore bonorum operum, precum, & laudum. Caritas est illa tunica Christi inconsutis desuper contexta per totum, scilicet bonis operibus quasi simbrijs aureis. Hanc tunicam diuidunt peiores crucifixorib. qui charitatè diuidunt inter fratres. Quadruplex est quadriga Christi, & una est charitas, quæ habet quattuor rotas, & duos equos, & figuratur per currum igneum Eliæ. Quattuor rotæ sunt zelus Dei, amor proximi, maceratio carnis, liquefactio, & deuotio cordis: Trahitur duobus equis, memoria beneficiorum acceptorum, spe futurorum præmiorum: auriga mansuetudo. Exod. 25. Facies supra coronam auream, &c. Corona aurea circularis significat charitatem, quæ caret fine. Quia charitas nunquam excidit, & dat animæ regiam dignitatem. Quattuor circuli aurei, sunt quattuor radij charitatis, qui in quattuor arcæ, id est conscientiæ angulis inseruntur. Amor Dei, sui, domestici naturaliter coniuncti, & proximi. Caritas est calculus ignitus, & ignitus sumptus de altari crucis forcipe ardentis amoris, qui labia, deuoti cuiuslibet igniuit, & purgauit.

De Coniugio, & Matrimonio.

Nuptiæ. Matrimonium. **H**ic pone de matrimonio, & nuptijs Adæ, & Eux, ex quibus colligitur vnitas, & fidelitas inter coniuges: De nuptijs Rachel, & Eliæ: de nuptijs Thobix & Sarra: de nuptijs Virginis Mariæ, & Ioseph: & de multis alijs nuptijs, quæ inueniuntur in Scriptura. De Assuero, & Hester: de Samone, & Dalida, & quære bonas, & malas condiciones earum in tabula originalium, & in sermonibus omnibus de illo themate, Vocatus est Iesus, & discipuli eius ad nuptias.

De Conuersatione inter sæculares.

Curia. Religiosi. **C**onuersatio inter sæculares, & curias sequi nullo modo expedit religiosi, qui debent uacare orationi: non enim Moyses vidit Dominum, nec rubum ardentem, nec legem accepit, nec montem ascendit, quam diu fuit cum hominibus conuersatus in Aegypto, sed potius separatus ab Aegyptijs in deserto, quia scriptum est: Sedebit solitarius, & tacebit, & eleuabit se supra se: vae igitur illis, qui cum deberent orare postulantes pro animabus apud Deum sunt adulatores in curijs potentum, & prelatorum, Sicut sunt quidam mali religiosi malentes esse de discumbentibus cum Herode, quam in deserto vacare contemplationi Dei cum Ioanne, uel cum ipso in vinculis suarum constitutionum, & carcere suæ regulæ, & claustris. Quilibet in conuiujs potentum non vident caput Ioannis in disco, uident tamen, & comedunt quæ effuso sanguine pauperum acquiruntur, & comedunt vacam viduæ, porcum pauperis: in carcere potentis pauper moritur, & de substantia pauperis religiosus comedens, potenti blanditur. Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes vestras non exaudiam: manus enim vestrae sanguine plenæ sunt. Sequitur: Subuenite oppresso, defendite viduam, iudicate pupillo; hæc enim sunt officia, quæ competunt religioso in curia potentis. De sequentibus curias dicit Esa. 1. Et et de malis principibus tamen sæcularibus quæ ecclesiasticis, principes tui infideles, socij furum, oēs diligunt munera, sequuntur retributio-

Anes principes infideles, non seruando ordinem debitum in viribus, & potētis aīæ, diligunt munera. i. flectuntur ad sensibilia, tales sunt socij furum, & domum suam faciunt speluncam latronum: vnde de eis potest dici illud: Replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi Strutiones, & pilosi, saltabunt ibi cicadæ, & respondebunt ibi vlule in ædibus eius, & Syrenæ in delubris uoluptatis eius. Talem familiam coaceruant aliqui prelati, & principes in curijs, & domibus suis. Per dracones significatur vir iniquitatis: draco. n. est aīa calidissimum, & sitit sanguinem elephātis, vnde inter eos est cōtinua pugna. Per Dracones ergo designatur virus iniquitatis, per Strutiones dolus duplicitatis: Strutio. n. alas habet, & habere vult, sed uolare non potest: vnde significat hypocritas, qui videtur esse optimi, & quod debeat in cœlum uolare, sed remanent semper in terra, nec in aerem eleuantur. Per pilosos significatur fastus uanitatis, isti nec gradiuntur cum gradientibus in actione, nec uolant cum uolantibus in contemplatione, sed saltant cum cicadis per elationem, nesciunt quo possint se gerere pp superbiam agitantes: per vlulas quæ habent gemitum pro cantu, significatur quæstus cupiditatis, semper gunt & dolent, quia non habent plus, nec unquam habent satis: per Syrenam quæ interpretatur, tractus; nam dulcedine sui cantus trahit naues, & periclitari eas facit, significatur laqueus uoluptatis. Nā hic cantare dicitur in delubris uoluptatis. Hæc est maledicta familia qualem hodie congregant non solum temporales, sed etiam spirituales principes in suis palatijs, & curijs, ita ut dracones significent istorum principū exactores, cuius sunt baiuli, qui sitiunt sanguinem simplicium, per Strutiones dolosi consiliatores, per pilosos mimi, & ioculatores, religiosi, & sanctis detrahentes, per vlulas gementes accusatores, & detractores, per Syrenas dulciter cantantes adulatores. Et talis familia est hodie accepta in curijs principum: Sicut figuratur Gen. 27. De Esau piloso de cuius uenatione pater libenter uescitur. Quære hist. Iud. 17. Fuit adolescens de Bethleem Iudæ, qui egressus de Bethleem peregrinari uoluit ubicumque sibi commodū reperisset, figurat cupiditatem quorundam, qui transeunt de curijs ad curias, pro beneficijs obtinendis.

De Contemplatione.

Quære in tabula de deuotione. Et de anima deuota. Can. 3. Surgam, & circuibō ciuitatem, quæram quem diligit anima mea: inuenerunt me uigiles, &c. Paululum cum pertransissem inueni, quem diligit anima mea. Deuota anima, cuius sunt uerba ista surgit per gratiam, detestando culpam: sic surrexit filius prodigus: sic surrexit Paulus de terra. Circuit ciuitatem explorando conscientiam. Occurrunt uigiles, qui custodiunt ciuitatem scilicet turba phantasmatum, & imaginationum, quæ per sensus ingesta sunt, & ideo foribus assident, sicut uigiles ciuitatis, sed cum pertransierint uigiles, tunc dilectus inuenitur. Hoc est quando turba phantasmatum turbatur cordis Sabbathum. Hic est quod Zachaus præ turba non potuit uidere Iesum, donec ascendit in arborem Sicomorum. Interitus sedebit solitarius, & tacebit: quia leuabit se super se. Et Act. 9. Surgens Paulus, de terra apertis oculis nihil uidebat. De terra surgit, qui mentis affectibus conculcat terrena: apertos habet oculos, qui tota mentis intentione contemplatur cœlestia; nihil uidet qui nihil terrenum habet, nec habere desiderat, uel in proprio, uel in cōi. Ecce, aiunt Apolloli, nos reliquimus oīa. Sunt enim

Principes. Iudex.
Esa. 13.
Prælati. Principes. Ministri.
Hypocritæ.
Clerici.
Ministri. Familia.
Clerici.
Contemplatio.
Luc. 15. Act. 9.
Luc. 19.
Temporalia.

Paupertas

Diuitia.
Religiosi.

Vita dup.

Exod. 24.

sancti.

Videre.

quidam qui sic afficiuntur ad temporalia, quod pro ipsis obtinendis, vel retinendis transgrediuntur Dei mandata. Sunt alij qui sic non afficiuntur ad ea, vt inde transgrediantur mortaliter, tñ non possident sine amore, nec perdunt sine dolore, in quibus tantum vrit dolor si amittatur, quantum hæserat amor, si possideatur. Sunt alij, qui sine amore possident, sine dolore perdunt, aut dimittunt, tñ potestatem possidendi à se non abiecerunt. Sunt alij qui supra hoc addunt possidere nolle, nec possidere posse, sed quidam sic, quòd in proprio possidere nec volunt, nec possunt, tamen in communi possidere possunt. Sunt alij, qui vltra hoc addunt nihil posse possidere, nec in communi nec in speciali, & isti maxime surrexerunt de terra, & apertos oculos habentes nihil vident, quia nihil terrenum habent, nec habere nolunt: sicut dicitur de Apostolis in montem contemplationis cum Christo assumptis: Leuantes oculos suos neminem viderunt, nisi solum Iesum: tales possunt per contemplationem volare, quia visus alarum spiritualium est amor rerum temporalium, vt dicit Augu. Charitas mentem eleuat ad contemplandum, in cuius signum 4. Reg. 2. dicitur, quòd Elias ascendit in cœlum in curru igneo, &c. Quare supra in tabula de charitate, & de anima deuota, & de deuotione, & de oratione. Contemplatiuus agit ad modum ignis. Habet enim ignis naturam resiliuam, quia inferius pascitur, & sursum mouetur, inferiora ardore comprehendens, sed ab his rursus leuitate, & natura propria ad alta resiliens: sic vir contemplatiuus inferius pascitur per exercitium actiuae, & humilitatis, & sic passus sursum resiliit ad contemplationem diuinitatis. Sic Iacob ab coniugio Lyæ quæ designat actiua, transiit ad optatos amplexus Rachelis quæ designat contemplatiua: sic Angeli qui gerunt typum contemplatiui in scala contemplationis, cui apparet Dominus innixus visu sunt ascendere. Apocal. 10. Facies Angeli erat, vt sol, & pedes eius tanquam columna ignis. Sol se communicat omni creaturæ inferius per exercitium actionis, columna ignis tendit sursum per ascensum contemplationis. Et nota quòd compassio Dominicæ passionis multum iuuat ad ascensum contemplationis: ideo de contemplatione dicitur Apocal. 7. Vidi Angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei viui, &c. Et nota quòd contemplatio multum reficit mentem, vnde Moyses ex huius gustu quadraginta diebus, & quadraginta noctibus in monte fuit, & non comedit, neque bibit. Quia ut dicitur de mirabilibus sacræ scripturæ, Domini colloquio fulcitus tam longam inediaem sine esuriam ex illa fruitione potuit sustinere: Enoch cum Deo ambulans, est homo in contemplatione. Gene. 5. Ambulauit Enoch cum Deo, & non apparuit, quòd tulit eum Dominus. Quia in contemplatione abstrahi debet à sensibus, & sensibilibus, & loqui cum Deo ignitissimis affectionibus. Apocal. 4. Animalia erant plena oculis, quia sanctorum mentes vndique se circumspicientes circundantur in omni suo opere oculum sollicitudinis, & timoris, ne uel praua agant, uel rectè quæ percepta sunt non agant, uel expletis bonis operibus superbiant in suis cogitationibus. Et est notabile quod in veteri translatione, ubi nos habemus totum corpus plenum oculis in circuitu scribitur: dorsa eorum plena oculis. Illa enim quæ ante faciem sunt videmus, sed dorsa nostra alij vident, quæ nos uidere nequimus, quia sancti solerter conspiciunt, in quibus iudicari possunt, & non tantum ea, quæ in aperto discutiunt, sed ab his etiam, quæ occulta sunt vigilanter se custodiunt, dum illum oculum specularum, qui uidit omnia semper aspiciunt, & est exemplum, quod ponit Damascenus de oculis, quos

pauper.

A pauper habebat retro in collo, qui apparuerunt tonfori. Et Deut. 33. Benedictus Aser in filijs sit placens fratribus suis, tingat in oleo pedem suum. Aser beatus, est vir contemplatiuus, beatus in spe, & in quadam prægustatione: benedictus in filijs, id est inter filios actiuos, benedictione cœlesti: Sit placens fratribus, id est angelis, qui iam perfectè contemplantur, & ab eodem patre sunt per creationem, & eiusdem hereditatis debent habere possessionem. Et iisdem vacant officio, per contemplationem, tingit in oleo cœdinis patriæ pedem affectus. Et quia hæc deuotio habetur defectuosè, & in transitu, ideo tingit non immergit. Genes. 15. Cum oecubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit chbanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Sol exterior occumbit cum homo viuacitatem sensuum exteriorum in suæ conscientie inuestigationem conuertit: Fit caligo tenebrosa tunc, cum ei nudæ apparent suæ turpitudines, & peccata. **B**paret chbanus fumans cum ex compunctione peccatorum fumum compunctionis exhalans, apparet lampas ignis, cum incenditur uis orationis. Transit inter diuisiones illas animalium, scilicet ex vna parte, & auium ex alia, quia perfunctorie contemplatur pœnam reprobatorum, & animalium hominum ex vna parte, & præmia beatorum, & spiritualium ex alia parte. Et Apoc. De anima contemplatiua dicitur 12 c. Data sunt mulieri, id est deuote animæ habenti sæduntatem bonorum operum duæ alæ aquilæ magnæ, vt uolaret in locum suum: aquila dicitur propter uisus claritatem, & contemplationis perspicacitatem, duæ alæ consideratio Dei, & sui, uel infernorum temporalium, & superiorum spiritualium. In 3. Reg. 6. dicitur, quod alæ Cherubin habebant quinque cubitos, & mutuo iungebantur. Nam quinque habet anima considerare à parte sui nascendi uilitatem, uiuendi breuitatem, uitæ calamitatem, uiuendi uanitatem, mortis necessitatem, Iob 13. **C** Homo natus de muliere, quantum ad primum, breui uiuens tempore, quantum ad secundum, repletus multis miserijs, quantum ad tertium, quasi flos egreditur, quantum ad quartum, & conterit, quantum ad quintum, Quinque etiam habet considerare à parte Dei. Quod est largitor liberalissimus. Iac. 1. Dat omnibus affluenter, affluenter patientissimus, inuestigator prudentissimus, iudicator rectissimus, executor potētissimus, & rigidissimus, uolare autem contemplatiuus dicitur sicut auis, quæ uolat ad laquei effugium. Prou. 6. Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de insidiis. aucupis: Quia contemplatiuus semper diligens est in præsentium periculo- rum euersione, ne capiatur à Demone sicut à uenatore, uel aucupe, Nam incantus ad modum auis cito labitur in rete diaboli. Eccl. 9. Nescit homo finem suum, sed sicut aues comprehenduntur laqueo, &c. Secundo uolat ad peregrinandi exercitium Sapient. 5. Auis tranfuolet in aere, cuius nullum inuenitur articulum itineris illius, quia contemplatiuus semper est in hac uita, ac si esset in peregrinatione. Sicut autem auis de loco ad locum semper uadit, sic contemplatiuus hic requiem non inuenit. Tertio propter cibi refugium, quia cœmptatiuus, nihil sapidum in terra inuenit, sed in cœlo, quia gustato spiritu desipit omnis caro. Quarto propter nidi solatium. Deut. 2. Si ambulans per uiam in arbore, uel in uia nidum auis, &c. Quia contemplatiuus in cœlestium meditatione quasi in nido requiescit. Et Apocal. 11. Data sunt mulieri duæ alæ. Aquila ab acumine oculorum dicta circumspersionem significat habens duas alas, quibus uolatur in deserto, quibus. deserimus mundi affectum, dum consideramus breuitatem delectationis, & æternitatem remunerationis. Draco mittit aquam post mulierem,

Consideratio.

Anima.
Religio.Ala.
Consideratio.

Vita.

Christus.

Tentatio.
Religio.

Ala.

Tentatio.

Tribula-
tio.

Eruit.

Penitētia.
Mortifica-
tio.

rem, sed non trahitur à flumine, aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent eam, quia nec aquæ multæ, id est tentationum, & tribulationum immanitas, id est, earum diuturnitas, vel ad tempus obruit, vel simpliciter extinguit feruidam caritatem in anima contemplatiua, & circumspecta. Nam ignem ardentem respersio modica plus accedit, imò ignis nutritur in humore, & flatu venti non extinguitur, sed augetur. Si de auiibus holocausti oblatio fuerit domino, offerret eos sacerdos ad altare, &c. Holocaustum quod totum in altari cremabitur contemplationes significat, qui diuino amore succensi cremantur: offerebantur autem holocausta autum non ad ostium tabernaculi sicut oblatio bouis, ne ad la-
tus sicut auis, sed ad altare, quod cor nostrum significat, in quo docetur cō-
templatiuus reuerti ad intimum suæ conscientiæ, & sequitur. Retro ad col-
lum capite, & rupto vulnere lo. o, decurrere facies sanguinem super crepi-
dinem altaris. Caput, quod ad collum retorquetur, quasi corpus suum in-
tuetur. Quod fit quando congeriem q. corpus suorum operum quis in-
tuetur, & rupto vulnere sanguis a corpore desluit ad fundamentum, cū
appetitus, & a nos noīter, qui à terrenis voluptatib⁹ recedit trāsit in Chri-
stum, & præ magnitudine amoris eius deficit in ipso diligendo. Et est no-
tandum quòd sic caput illud à corpore separatur, vt tamen non penitus ab-
rumperetur, quia sic debet carnis voluptas abijci, vt natura valeat susten-
tari, vesicula gutturis. & plumæ proijciebantur prope altare ad Oriētem,
vbi cineres effundi solent, quia superba eloquentia, & iactantia leuitatis
nostræ studia, hoc est superbi mores leues, tanquam guttur, & plumæ abij-
ciuntur ad ventum grauitæ, hoc est ad Orientem prope altare, & ad medita-
tionem mortis, hic est locus vbi effunditur cinis. Considera enim, quod ani-
ma dissoluetur à corpore in morte, & post mortem corpus resoluatur in pu-
tredinem, putredo in vermem, vermis in puluerem, & abijcies elationem,
arrogantiam, iactantiam, & vanitatem. Vnde Ber. 63. homini vnde ista su-
perbia, cuius erum nosa nariuitas, cuius natiuitatem laboriosa demollitur
pœnalitas, cuius pœnalitatem pœnaliior concludit mortis necessitas? Et se-
quitur. Confringeret acellas eius, id est radices alarum. Vnde acilleo, quod
est moueri dicuntur. Istæ ergo confringuntur quando humiliter Deo bo-
num nostrum non nobis contumaciter attribuimus. Et sequitur. Non fe-
cabit, nec ferro diuidet auem. Quia contemplatiui, qui magis eminent in
scientia, non debent ecclesiam Dei diuidere per contraria dogmata, per cō-
gregationes, per scismata. Secundo post sui recollectionē vacat cōtemplati-
uus ad operū suorum circumspeditionem, quia postquam diuisus est ab a-
lijs, & quasi in vno loco constitutus, circumquaque considerat vitam suā,
quibus studijs vel exercitijs occupari consuevit, vel quibus est adhuc occu-
patus, vel quale propositum habet, id est, futuri. Esa. 16. Et eris sicut auis fu-
giens, & sicut pulli de nido aduolantes, sic erunt filij Moab in transcensum
Amon: filij Moab sunt animæ, quæ prius delitijs temporalibus affuebat,
quasi manentes in domo patris sui diaboli per Moab designati. Intelligitur
enim ex patre, scilicet Diabolo Ioan. 8. Ar non arca meoris, & significat cō-
tritionem, quæ sequitur ad statum circumspeditionem, & ideo hæc auis fu-
git de nido, quando non delectatur de mundo, vel aliquo malo proposito,
vel quando post cōsiderationem sui, propositum malum relinquit. Tertio
post sui circumspeditionem vacat circa iug salutis electionem, & delibera-
tionem, cum proponit quomodo debeat vitā suam disponere, vt vnum, in sa-
culo remanere, vel ad religionem transire: quomodo pro præteritis malis
possit

A possit satisfacere, de præsentibus euadere, de futuris cauere, oēm oportuni-
tatē vitare, & impleretur illud Hier. 12. Nunquid auis discolor hæreditas
mea, nūquid auis tineta? Per totum enim hæc auis tingitur, quia tota Chri-
sti sanguine rubricatur, quia intuetur, & non discoloratur tota dum in nul-
la terrena delectatur, sed magis in intimis, in interioribus gemitibus, & deside-
rijs vacans quasi languet amore diuino, & infirmatur. Effraim quasi ad-
uolans. Quarto postquam vnum elegit, quod intime diligit alas ad volan-
dum componit, dum per cogitationes, & affectiones mentem volando ex-
cedit. Eccl. 14. A perti sunt thesauri, euolauerunt nebulæ, sicut aues, scilicet
aves sicut nebulæ. Thesauri tunc aperiuntur, quando in contemplatione
nobis secretorum illuminatio infunditur. Tunc ad Thesaurus secretos in-
gredimur, qui prius foris stetimus. Aperiuntur autem isti thesauri diuer-
simodè. Quidam enim post intimam compunctionem ascendunt ad subli-
mum penetrationem, sicut Iob. Antequam comederet, id est accederet ad
intimam animæ affectionem seu refectionem, & veritatis cognitionem.
Quidam verò per meditationem, quia in eorum meditatione exardescit i-
gnis, hoc est in eorum meditatione incandescit flamma amoris, & lux ve-
ritatis. Quidam per eruditionē, vt qui possunt subtiliter differere, ad inter-
rogata de veritate respondere, sine præmeditatione quasi semper parati ad
satisfactionem omni poscenti reddere rationem de ea, quæ in nobis est fi-
de, & spe. Quidam per locutionem, vt cum de diuinis loquuntur loquuntur
eis multa aperiuntur. Hæc omnia per deuotionem perficiuntur: melius. n.
ad interiorum enodationē proficimus deuotione, & contemplatione, quā
studio, inuestigatione, lectione; Quia vt dicit Ber. Vnctio plus quàm lectio
docet theologia. Vnde Dan. Ingressus reuelat regi mysteria: cogitationes e-
nim, & affectiones, voluntates, & intentiones nostras profundè rimari, &
pro eis in oratione compungi, hoc est Daniele in intus morari, vel ingredi.
Sed interiora, & exteriora nostra secundum humanum iudicium pensare,
hoc est Daniele exteriùs esse: sed tam ista, quàm illa secundum diuini
iudicium æstimare, hoc est Daniele interius esse. Auis nostra ad
uolandum disposita volat actualiter sub hac forma, nunc sursum, nunc
deorsum, nunc dextrorsum, nunc sinistrorsum: sursum volare cōsiderando
premia electorū. Ascendit super Cherubin, & volauit, volauit super pēnas
ventorum. Cherubin dicuntur angeli, qui habent plenitudinem scientiæ,
quantum ad vim cōtemplatiuam, venti ergo dicuntur propter agilitatem o-
bedientiæ, quantum ad vim ministratiuam super quos volamus, quando
eorum gloriā contemplamur, & videmus humanitatem nostram in Chri-
sto super eos exaltatam, & nos assumi ad eorum ordines. Deorsum vola-
mus contemplando supplicia reproborum. Apo. 19. Vidi vnum angelum
stantem in sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auiibus, quæ vo-
lant per medium cœlum: Veni congregamini ad cœnam magnam Dei, vt
manducetis carnes regum, &c. Dextrorsum considerando sanctorum exē-
pla, & verba Apo. 14. Vidi alterum angelum volantem per medium cœli.
Sinistrorsum volamus considerando, & contemplando peccatorum de-
merita, & supplicia. Apo. 8. Audiui vocem aquilæ volantis, &c. Sequitur,
Vx, vx, vx, habitantibus in terra. Triplex vx propter triplicem concupiscē-
tiam, quæ viget, & regnat in terrenis hominibus, superbiæ, vitæ oculorum,
& carnis. Qui enim posset volare sicut aquila, & videre aquilinis ocu-
lis diuersa mundi pericula, & peccatorum demerita, videret itinera clau-
sa latronibus, maria obsecsa prædonibus, aerem infectum sceleribus, ignē
ardē-

Auis.
Anima.
cōtempla-
tio.
Deuotio.
Osc. 9.

Iob. 3.

Studentes.

Dan. 2.

Auis.
Volare.

Psal. 17.

Vx.

Mundus.
P. ricula.
Peccata.
Videre.

ardentem in malorum cordibus. Et si possemus oculos figere in secretis, E
 videremus fieri ab impudicis, quod non possent aspiciere oculi pudici, &
 puri, & tanto faciendi maior est audacia, quanto secretior est culpa. Et quia
 contemplatio est perspicax, & liber mentis contuitus in res perspicendas
 vsquequaque diffusus, inde est, quod animus contemplatiuus rapitur, &
 subito deorsum, ad deorsum, de dextrorsum ad sinistrorsum, & econuer-
 so, leo non desinit hostis antiquus deceptionis laqueos vbique protende-
 re, &c. Gen. 29. Tandem Iacob potius optatis nuptiis, s. Rachelis amorem
 sequentis, priori prætulit. Lya interpretatur laboriosa, & Lippa erat, signi-
 ficans vitam acti uam, & cognitionem viæ, quæ habetur cum labore, & dif-
 ficultate non tamen clara, sed in speculo creaturarum, & in enigmate.
 Sed tandem cum ad nuptias Rachelis peruenerat, nihil erit in creatu-
 ris, quod in creatore non videamus, vnde Rachel interpretatur vidēs, prin-
 cipium, & in comparatione veritatis manifestissima tota veritas, quæ est F
 in via reputabitur, quasi tenebra ignorantia. Pro ista seruuit Iacob duode-
 cim annis, & videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudinæ, quia mo-
 dicum est quicquid hic laboramus ad obtinendam illam claram lucem,
 quam expectamus. Et in Matth. 17. Leuantes oculos suos neminem vide-
 runt nisi solum Iesum. Tota enim mentis nostræ contemplatio est ad vidē-
 dum Iesum, qui est liber nobis propositus ad intuendum. Luc. 19. Quæ-
 rebat Zachæus videre Iesum, & non poterat præ turba, quia statura pusillus
 erat. Mens turbata temporalibus curis, & modica in meritis, non videt Ie-
 sum nisi ascendat in arborem cum Zachæo, vel in montem, vbi transfi-
 guratus est Iesus cum Apostolis, vbi eleuantes oculos suos neminem vide-
 runt nisi solum Iesum. Vel in templum cum Symeone sene, qui in pace
 dimissus est, quia viderunt oculi eius salutare domini. Arborem ascendimus
 per passionis dominicæ imitationem, montem verò per eminentem dile-
 ctionem, templum per orationis deuotionem, quia si sit in carne mortifica-
 tio, in anima dilectio, in spiritu deuotio, videmus Iesum, in cuius figura
 Paulus sic exsecutus est in meridie, vt apertis oculis nihil terrenum videret,
 sed tantum lumen cæli. Dulcedo contemplationis consistit in quattuor, G
 quæ sunt puritas incorruptionis, agilitas munditionis, iocunditas affectio-
 nis, gratiositas locutionis, quæ consequenter se habent, & designantur in
 quattuor lapidibus preciosis, Smaragdo, Sardonio, Sardonio, Chrysolito. Puri-
 tas incorruptionis in smaragdo designatur, si enim carnis impuritate gra-
 uaretur contemplatiuus, illos excessus spirituales non experiretur: Lapis
 iste in frigidis regionibus inuenitur, cuius viriditas incomparabilis non ob-
 scurasset lucida, similis vitro mundo. Hæc est illa incomparabilis pudici-
 tia, quæ non vrit, nec vritur, sed animam per viam reddit, vt diuino radio
 penetratur, & illuminetur. Apoc. 3. Iris erat in circuitu sedis similis visioni H
 Smaragdine. Sedes Dei, in qua quiescit, est anima contemplatiua, quia ani-
 ma iusti, sedes est sapientiæ, vbi non inquietatur nisi in ecclesia: Iris qui cõ-
 pōnitur ex nube rorida, & radio solis, est deuota anima cum gratia castita-
 tis, & virginitatis, quæ refrigerat carnem, & illuminat mentem. Preciosus
 hic lapis, qui maiorem hemittit eum, id est, febrem ex putrefactione melâ
 colicæ iuuenis repellit, quia putredinem luxuriosorum, qui sicut iumenta
 in stercore suo putrescunt etiam vsque ad interiora, vbi sunt naturæ offen-
 dicula, & peccata contra naturam attingit. Secundum est agilitas mundi-
 tionis in Sardonio, vel Sardonio: lapis est inferius niger, in medio super-
 ducit albedinem, & in summo rubens, quia anima contemplatiua ex mun-
 ditione

Leo.

Videre.
Cognitio.
Seruire.
Amor.

Christus.
Videre.

Actu. 12.
Virtutes.

Lapis p̄ci.
Smarag.

Castitas.
Virginitas

Luxuria.

Sardonio-
sus.

A ditione peccatorum denigratur, ex munditione superiorum inflammatur,
 & cum in medio sui, hoc est in corde inuenit voluntatem cessandi à pecca-
 cato quodammodo dealbatur. Vnde David sapientissimus hunc lapidē de tor-
 rente limpidi simū in pera pastoralis deposuit, & in funda, & lapidē hoc con-
 tra Philistæum præualuit. Nihil enim est, quo ita confundatur diabolus, si
 cur de meditatione frequenti, & maximè memoria dominicæ passionis.
 Tertium est iocunditas affectus in Sardonio: lapis est lucidus, transparentis, &
 rubens: in lucis transparentia cordis lætitia, in rubore verecundia, vt sit læ-
 titia matura, non dissoluta, introducta enim anima in illa regia celorum, in
 quibus inebriatur, non dissoluitur in cachinnos, in lætiam carnis, sed in
 maturitate spiritus delectatur. In figura huius, dominus filios Israel intro-
 ducendos in terram promissionis, cum adhuc essent in deserto, cibavit il-
 los ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos, vt suggerent mel de pe-
 tra. Preciosus est hic lapis, qui tuetur hominem à maleficijs, & incantatio-
 nibus, vt dicitur, quia sicut serpens aspīs auribus oburatis non incantatur,
 sic contemplatiui non attendentes, sed aures, & oculos clausos tenentes
 ad tēporalia, vt Paulus, qui apertis oculis nihil videbat, non incantatur,
 nec ab istis temporalibus incantatur, aut maleficiantur. Gen. 28. Tuli Iac-
 ob lapidē, quē supposuerat capiti suo, & obdormiuit, & vidit dominum
 innixum scalæ, & angelos ascendentes, & descendentes, & cum euigilaret,
 fudit oleum super lapidē, dicens: Verè dominus est in loco isto. Iacob in
 lapide isto requiem inuenit, quam non inueniunt, qui mollibus vestiuntur
 in lectis eburneis, & dum sensibilibus exteriorum obliuiscitur, quasi con-
 sopit, ibi sunt ei angelicæ visiones, & diuinæ apparitiones, & consolatio-
 nes. Quartum est. Gratiōsitas locutionis in Chrysolito. Chrysolitus lapis
 est coloris aurei, quibusdam scintillis ardentibus micans, quia ex dulcedine
 sacræ locutionis, prædicationis, & lectionis remanent, quædam reliquæ
 cogitationis tam succensæ, quam serenæ: vnde formantur verba dulcia, &
 ignita, cuius suauitate, qui gustare norunt et uctare possunt: cor enim cale-
 fectus gratia fertida, & dulcis affectio similes effundit sermones: multum
 enim intimæ dulcedinis sapit in verbis, & gratissimi sunt sermones, qui de
 illa intimæ dulcedinis vbertate procedunt. Preciosus est hic lapis, qui celeri-
 ter inflamatur, quia talis contemplatiuus continuè, & citò inflammat alios
 verbis salutaribus. Vnde Dan. 10. Angelus, quē vidit Daniël habebat cor-
 pus quasi Chrysoliti, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius, vt læ-
 pas ardēs, quæ oīa spectant ad virū contemplatiuū, sicut aīa iacens, & incli-
 nata inferius per concupiscentiā tēporalium obtenebratur, nec cælū videt,
 sic eleuata superius per contēptum temporalium videt cælestia, & à Deo il-
 luminatur. Gen. 18. Cum eleuasset oculos Abrahā apparuerunt ei tres viri
 D stantes prope eū, tres vidit, & vnum adorauit. Quia contemplanti oranti tē-
 poralia contēnti apparet mysteriū Trinitatis, & diuinæ secreta reuelan-
 tur. & Eze. 11. Eleuauit me spiritus, & introduxit me ad portā domus dñi
 orientālē, quæ respicit ad ortū solis, & vidi. Et nota, q̄ studentes cõtēplādo,
 & orando illuminant, & informant. Eze. 10. Eleuantia Cherubin alas suas
 exaltata sunt à terra, & rotæ secutæ sunt, & stetit in introitu portæ domus
 orientalis, & gloria dñi erat super ea. Exaltamur à terra per cælestem cōuer-
 sationē, vnde Apostolus. Nostra conuersatio in cælis est: Eleuamus alas per
 meditationem; sequuntur rotæ, quantum ad quadruplicem volubilē affe-
 ctionem: stamus in introitu portæ orientalis per infatigabilem contempla-
 tionem: apparet gloria Dei Israel per interiorē exaltationem, tunc sumus
 Che-

Cōsidera.

Religiosus

Chrysoliti.
Iocutio.
Verba.

Cor.

Phil. 3.

Aucs. Volare. Cherubin, quod interpretatur plenitudo scientiæ per veritatis comprehensionem, quod patet econuerso. Videmus enim aues volantes & alas eleuantes nunc in anteriora se extendere, nunc ad posteriora se flectere, nunc ad dexteram, nunc ad sinistram uolare, nunc tremulis alis diu in vno loco se suspendere, & mobili agitatione se. q. immobiliter figere, quasi diceret, bonum est hic esse, sic anima contemplatiua considerans superius iudicè iratum, inferius chaos horrendum, à dextris sanctorum p̄mia, à sinistris reproborum supplicia, vel peccata accidentia, in medio Deum paratum ad remunerandum quattuor affectionibus afficitur, dolore ex culpa præterita, tremore ex pœna futura, spe ex consideratione veniæ, gaudio ex contemplatione gloriæ. Petrus, id est, obediens: Iacobus supplantator, & mundi contemptor; Ioannes in quo est gratia virginitalis assumitur cum Christo ad montem contemplationis, vbi Christus ante eos transfiguratur, ostendens eis gloriæ suæ resurrectionis, & secreta suæ cognitionis. Apparêt autem eis Moyses, & Elias cum eo loquentes, sed eleuantes oculos neminem vident nisi solum Iesum; quia anima in excessu mentis, & alienatione super seipsam eleuata, sic in Christum est transformata, vt nihil cogitet nisi Iesum, nihil videt nisi Iesum, nihil sapit nisi Iesum. Si sic eleuaremur in omni veritate, in omni scientia illustraremur, & informaremur: vnde Dionysius ad Titum secundum vnam translationem: Cum teipsum, & omnia per mentis excessum nullo inferiori retinaculo præpeditus transcendideris, ab omni concupiscentia, & cura absolutus, & purgatus, tunc tandem sic cuncta auferens, & ab omnibus expeditus sursum ageris ad super substantialè radium diuinæ incomprehensibilitatis. Ezech. 1. Facies aquilæ desuper ipsorum quattuor. Vir enim contemplatiuus volans super alios, & ad modum aquilæ clarius intuens lucem solis eterni comparatur aquilæ, quæ aquila inter alias proprietates habet perspicacitatem in sensu, renouabilitatem in statu, quasi infatigabilitatem in volatu, sagacitatem in fœtu. Perspicax est in visu, quia solem in rota irreuerberatis oculis videt, in quo nota puritatem conscientiæ, per quam mens fortificatur, vt sine reuerberatione peccati Deum contempletur, & in Christi passione delectetur. Iob 39. Pulli eius, id est, cogitationes contemplatiui, lambunt sanguinem passionis Christi, nos non possumus, quia humore peccati oculos infirmos habemus. Secundo habet renouabilitatem in statu gratiæ: Ibunt de virtute in virtutē, quia in via Dei non progredi est regredi. Tertio habet infatigabilitatem in volatu, quia in contemplatione celestium non fatigatur, sed delectatur. Esa. 40. Assument pœnas, vt aquilæ. Quarto habet sagacitatem in fœtu, quia pullos ad pastum prouocat. Deut. 32. Sicut aquila prouocans ad uolandum, &c. Ad solem probat, quia si solem non aspicit, sed terram de nido projicit: sic contemplatiuus omnes vires excitat, vt contemplatione Dei reficiantur: & omnem cogitarum, qui directè non tendit ad Deum, à mente eiicit, & 1. Reg. 9. Dauid ascendebat cliuam oliuarum scandens, flens, aperto capite, & nudis pedibus incedebat. Dauid hic tenet typum animæ contemplantis, quæ scandit proficiendo per deuotionem: sicut aperto capite per peccatum recordationem verecundiam, & confusionem: nudis pedibus incēdit per omnium temporalium abrenunciationem, & sic ascendit per cliuam oliuarum, vbi recedit diuinam vñctionem, & illuminationem. Ille est progressus animæ cōtemplatiuæ, vt semper proficiendo se extendat ad futura, & cogitet in amaritudine præterita, & toto mentis affectu contemnat futura, vel Dauid vir cōtemplatiuus, qui ascendit, celestia contemplando, desiderando,

A derando, procurando. Scādens in quo notatur profectus in bono, flens, & dolens de malo commissio. Cooperto capite, in quo notatur verecundiæ Religiosus confusio. Nudis pedibus, in quo notatur mundi contemptus, & terrenorū Pœnitens. abdicatio. Contemplatio, oratio, deuotio, per odorem designatur, secundū illud Apoc. Ascendit fumus aromatum de manu angeli coram domino. In odore quattuor reperiuntur, primū est vaporis ab igne resolutio, secundū Odor - Oratio. dum euaporati dilatio, tertium dilatati sublimatio, quartum organi immutatio, resolutio vaporis ab igne, deuotio est orationis procedens ex ignito corde. Eccli. 24. Ego quasi vitis, fructificaui suauitatem odoris, & flores, &c. Dilatio pertinet ad meditationem, in qua dilatatur anima, recollendo diuina beneficia. Cant. 1. In odorem vnguentorum tuorum curremus. Odor enim diuinorum beneficiorum totam animam trahit sursum, sicut concupiscentia trahit deorsum, vt sunt auari, & voluptatibus dediti.

B Sublimatio fit per diuinam reuelationem, cum mens humana ad illud sublimatur, & illuminatur diuina irradiatione, ad quod nullo modo sua sufficit facultate, sed extenditur capacitas mentis, & sequitur illuminatio rationis, & copia deuotionis. Post sublimationem sequitur alienatio, & organi immutatio, sicut enim odor materialis immutat materiale organum, sic ex deuotione, & mentis eleuatione, ac rationis illuminatione tota anima quasi alienata, & ebria fertur in Deum. Hæc autem alienationis excessus contingit, vel ex magnitudine, & excellentia admirationis, vel ex præsentia reuelationis, vel ex superfluentia exultationis. Ex magnitudine admirationis, quando mens supra seipsam eleuata diuinæ visionis luce fruitur, & ex vindicibili plenitudine admiratur: ex præsentia reuelationis, quando in illa visione mira quedam, & ineffabilis fatietas sentitur, ita quod omne languentis animæ desiderium ex illa dulcedine interius absorbetur, & in illud quod interius de diuina illa dulcedine sentit, resoluitur, ex superfluentia exultationis, quando interna illa suauitate deplorata, & inebriata, oblita status, conditionis, fragilitatis, & sexus, in quodam super mundanum transformatur excessum, & ibi se esse conspicit, vbi est ille, quem diligit: & bene ibi est spiritus, vbi amat, non tantum vbi animat. Hic est ille deuotionis gradus extaticus, sine excessiuus, qui animam afficiens, totam transformat in Deū. Can. 8. Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris, quod fit quando fragrantia celestium gaudiorum ita perfundit animam, vt quodammodo resultet in portis sensuum. Vnde, & Rachel mandragoræ fragrantiam concupiscens concessit, vt nocte illa vir eius intraret ad Lyā: vnde & mandragora puella sine capite pingitur in canticis. Nam ad literam, vt aiunt, præter caput formam gerit corporis humani, quia tota anima toti Christo conformis efficitur per deuotionem, & tamen caput, s. diuinitatem non potest intimari, quod tamen studet venerari. Et ibi est animæ deuotæ defectio, vbi est eius resectio. In palma contemplatio designatur, quia palma procedit exiliis, sed dū proficit dilatatur habens in summo vertice fructū vnum maximum, sed in ramusculis plures, sed minores, quia contemplatiua, seu contemplatio est liber perspicax mentis intuitus in solo creatore requiescens, licet anima delectationem improporcionalem habeat in creaturis, quæ considerat in vestigio creatoris. Et de hoc Can. 7. Ascendam in palmā, & apprehendam fructus eius. Fructus palmæ est in summitate, & qui est superior ille est pulchrior: in ramis inferioribus sunt alij fructus, Palma. sed non ita pulchri. In his ergo designatur contemplatio creaturæ, in superiori autem contemplatio creatoris, in palma ergo, hoc est in Christo, qui

qui palma, & victoria nostra est, & arbor, vnde reficimur ascendit, qui in contemplatione excedit, & apprehedit fructus eius, qui inde prendit cognitionem, & consolationem illius, siue in ramis creaturarum, siue in summitate, in quantum potest humanus intellectus in via ascendere. Et Apoc. 7. Describitur vir contemplatiuus: Vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui. Alter angelus est vir cōtemplatiuus: Vidi alterum angelum ascendentem, quia vt angelus semper videt faciem patris, habet autem signum Dei viui, id est signum crucis, quia crucis Christi imitatio disponit ad contemplationem, & maximum genus contemplationis consistit in meditatione passionis Christi: ascendere autem est per contemplationem ab infimis, & terrenis ad suprema, & cœlestia. Luc. 14. Anice ascende superius, contemplando patris potestatem, filij veritatem, Spiritus sancti bonitatem. Hier. 49. Quasi aquila ascendet, & volabit, & expandet alas suas super Bosram. Aquila est avis genere nobilior, virtute formosior, volatu celsior, visu limpidior, designans virum contemplatiuum, qui conuersatione quasi genere est de cœlis, cuius virtus est considerare diuinam potestatem in creaturis quasi in vestigijs, cuius volatus est celsus, quando omnia refert in Deum, & visus limpidus, quando considerat seipsum defectuosum. Eccl. 30. Describitur vir contemplatiuus, quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia, que sunt in transitu aquæ. Arcus refulgens interne gloriæ anima perfecta cœlestis conuersationis inter sanctorum gloriā habitans meditatione. Nebulæ dicuntur sancti in gloria, quia secundum Prophetam nebula est post recessum nubium apparens serenitas, quod pertinet ad quietem animarum post discessionem corporis. Et quia nōdum est anima perfecta in stola corporis, idē dicitur ibi esse quædam obscuritas: hic enim duo importat nebula, serenitatem, & obscuritatem. Flos rosarum in diebus vernis, quantum ad imitationem dominicæ passionis, que fuit in Vere: Quasi lilia in transitu aquæ, quantum ad lachrymas deuotionis, que fluunt: animæ enim non possunt illam deuotionem quantumcunque perfectæ in via semper habere, vel cum habent semper retinere: hæc enim tria perfectam indicant contemplationem. Iugis meditatio gloriæ, feruens desiderium Martyrij, & perfectæ imitationis Christi, & dulcedo deuotionis.

Aquila. Veni dilecte mi egrediamur in agrum, commoremur in villis, mane surgamus ad vineas, videamus si floruerunt vineæ, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica. Nota processum animæ ascendentis per gradus contemplationis ad florem sapienciæ: orat enim de nocte, vt Spiritus sanctus descendens in animam inflammet eam ad dilectionem: & hoc est, veni dilecte mi. Inflammata vero transiens omnibus per mentis excessum fertur in contemplationem sui creatoris. Et hoc est: Egrediamur in agrum: Hic Egredius enim iste est mentis excessus, ager verò latitudo diuinæ incomprehensibilitatis, plenitudo omnis fructus, & dilectionis, sed reuerberatus oculus lumine tantæ claritatis sicut in proportionalibus sibi theorijs, vt in consideratione bonitatis sapientiæ Dei effusa in creaturis: & hoc est commoremur in villis, & ibi anima diutius vegetata nouo lumine profundit, sursum agitur, & in expertas dulcedines experitur. Et hoc est mane surgamus ad vineas. Mane, et de noui luminis infusio. Surgamus, ecce sursum actio, quod quia de se non potest nisi Deo adiuuante, ideo dicitur pluraliter surgamus ad vineas. Ecce in expertam vim celestis dulcedinis: videamus, si floret vinea, si est debita intentio in conscientia, si addicit propter Deum

A Deum, vel pp temporalia: Si flores fructus parturiunt, id est, fructū facit aliquem de sua conscientia, ne dicatur illud Propheta: Ante messem paratam iusticiam, totus effloruit, si floruerunt mala punica, id est si in debito ordine conferuentur opera, aut certe si floruit vinea per honestatē, si floruit fructus per pietatem, si flor. mala pun. per fratrem vnanimitatē. Philome. na assimilatur contemplatio, quia cum cantauerit, & vigilauerit per totā noctem, diligentius vigilat, & cantat cum perpendit diem appropinquare, Officiū diu. oratio. persevera. laus diui.

B nis, diuinæ laudis differentias referuntur. Anima contēplatiua dicit illud Can. 2. Introduxit me rex in cellaria sua. Sunt autem hæc cellaria verbi æterni exemplaria, theologiæ æternæ, & Dei inuisibilia, vbi anima in summa mentis hierarchia, altè, & profundè per intimam contemplationem intro ducitur tanquam ad inferiora deserti: in quibus cellarijs est summa iocunditas, & summa vbertate domus Dei ebretas, & memoria per assiduum ruminationem, & assiduum spiritualium reuolutionem. Ruminatio præbet incrementum exultationis, & ingem cognitionem, quia per imitationem mentis proficit in hanc perfectionem. Gustato vino illius cellarij sic inebriatur anima, quod de terrenis nihil sentit, & potius videtur in cœlo, q̄ in terra conuersari. Contemplatiua anima dicit illud Can. 2. Sub vmbra illius, quem desiderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Cū enim anima incurritur ad mundana ascendunt in eam vmbra de inferioribus: sed dum erigitur ad diuinā, illius rei, quam cogitat sibi vmbra format, & quantumcunque contemplantis acies acuat, vmbra est quicquid de diuinis contemplatur. Quamdiu sumus in via per modum viæ videre nō possumus nisi per speculum, & in enigmate, vmbra enim est respectu manifestæ veritatis quicquid offert se in præsentī creaturæ speculo nostræ menti. Et tamen si vmbra est ipsa laminosa, est & gloriosa; sicut cum in facie speculi tersa, & lucida splendidissimè rei splendens imago resultat. Ideo sponta delectatur sub vmbra illius, quam in se otio contemplationis per desiderium formauerat, cuius frustrationem, & si momentaneā tenuit prælibauit. Sic virtus altissimi obumbrat animæ contemplanti, sic conuertuntur sedentes in vmbra eius, & viuunt tritico, & germinant quasi vinea. Istæ vmbra tunc inclinatur cum anima ad diuinā erigitur, & inclinatur super eam vmbra de superioribus, & hoc est quando ille, q̄ habitat lucem inaccessibilem, dignatur ad nos inclinari, & nobis per vmbra suæ imaginis manifestari: quia quantumcunque ascendamus à visibilibus ad inuisibilia nihil apprehendere potest nostra humilitas, nisi quodam modo ad nos inclinetur, & condescendat illa maiestas. Psalm. 103. Domine inclina cœlos tuos, & descende, tange montes, & fumigabunt, fulgura coruscationes, &c. Quia quando apex intelligentiæ, & vertex affectus, scintillas lucis, quasi quasdam lineas tenues & radiosas emittunt, & fumū desiderij euaporant, fulgura & coruscationes, quia reuolutiones mentis sunt animæ per modum fulguris coruscantis, vt dicit Gregorius Nazianzenus loquens de illa coruscatione in sermone de primis epiphanijs: Scilicet egit priusquam teneri queat, & priusquam apprehendi possit,

Cellaria.

Religio.

Vmbra.

elabitur tantum se cordi offerens, & hoc si purum sit quantum humanos oculos ictus coruscus perstringentis, & cito praterreuntis illuminat, & dissipabis eos, vt seipfos à terrenis eleuent, & iultè viuant. In contèplatione impletur illud Esa. 40. Tunc videbis, & afflues & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Fit autem ista alienatio animæ contemplantis ex magnitudine deuotionis, ex magnitudine admirationis, ex magnitudine exultationis, ex magnitudine deuotionis, quanto altius mens supra se leuatur, tanto cælestis desiderij igne magis succenditur, vt amoris intuitu flamma vltra humanū modū excrescat, quæ animā ad similitudinē ceræ liquefactam a pristino statu penitus resoluat, & ad instar fumi aromatū in superna eleuet, & sic totam ad se metet, & alienet. Cant. 3. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum quasi virgula fumi ex aromatibus myrr. thu. & vniuersi pulueris pigmentarij. Fumus surgit ab igne, quia deuotæ mentis desiderium procedit a charitate: vnde quasi fumus anima sursum ascendit, qñ feruente dilectione, & virgente suū desiderium animā sursum rapit, virgula aut gracilis est, & recta, quia desiderium debet procedere ex intentione spirituali, & directa, & tunc est tibi myrrha contritio, & mortificatio carnis, & thus, dulcedo, & deuotio cordis, & vniuersus puluis pigmentarij. Quia puluis aromaticus iniectus igni quando à flamma non consumitur, tenui exalatione ascendit per violentiam ardoris. Huius rei exemplum est in igne feruente. Cū enim modicus liquor est in vase superposito igni, feruor ignis primò incipit liquorem ab imo mō euertere in vnā partē, mō in aliā iactare, modo sursum, mō deorsum, & semper ad superiora attollere, & totum vas ex illo modico vsq; ad summū implere. Et tandem violentia ignis superuincēs, euacuat inferiora vasis, & fortiter foris eijcit, & effunditur: sic anima feruētī deuotione succensa, contra se feruet, & tuat, spumat sibi ipsi irascitur, se despiciens, sibi ipsi indignans, se conculcans, summis inhians, & super mundana gestiens, & dum talibus affectionibus diu vritur, multum iactatur, & per inferiorem contemptum ad infimis repellitur, & per superiorum desiderium ad superiora trahitur, sæpe impetu spiritus impellente desiderio cōtra seipsam, sui obliuiscitur, ad superlora rapitur, tota alienatur, & mutatur. Ex magnitudine admirationis anima contemplatiua alienatur, quando diuino lumine irradiata, & in summæ pulchritudinis admiratione suspensa supra se ducitur, vbi tam vehementi stupore concutitur, vt a statu suo funditus excutitur, & in modum fulgoris coruscantis illuminata, & reuerberata in se reuertitur, semetipsam tanto magis despiciens, quanto magis diuinam pulchritudinem in illa luce perpedit: super se rapitur, & alienatur affatu pristino sensibili & carnali nolens amplius esse in consortio hominum, sed frui illa luce, quæ est cibus. & refectio angelorū, dicēs cū Petro in monte sic raptō, bonū est nos hic esse. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora confurgens, aurora enim lux noua tænebris permixta. Et vnde hæc admiratio, nisi quia incipit videri, quod vix posset credi, aurora aut paulatim elucet eleuando dilatatur, dilatando clarificatur, clarificando deficit, non vt claritas non sit, sed ut aurora non sit, quia in clarum diem euadit: sic mens contèplatiua diuino lumine irradiata, dum in contèplatione cælestiū suspēditur, & in admiratione ostenditur, quāto ad mirabilia ducitur, tanto copiosius dilatatur. Et vnde ab infimis fit remotior, inde fit in seipsa purior, & subtilior. Sed in ista subleuatione, dum semper ad altiora crescit, dum diu crescendo meras humanæ capacitatis transcendit, tota à se deficit, & in quendam supermundanum affectum eleuata per alienationem,

Ascendere.

Feruor.
Deuotio.
Humilitas

Cant. 6.

A nem, & admirationem transit. Cuius rei exemplum est: si vas aquæ solis radijs supponatur, emittit aqua splendorem luminis: si aqua sit tremula tremulum, si turbida turbidum, si quieta quietum. Quid est aqua, nisi cogitatio humana quæ semper labitur ad inferiora, nisi sub distinctionis moderamine sit cohibita. Aqua ergo in vase collecta cogitatio est meditationi intenta: aquæ collectio cordis meditatio. Sed, cum aqua in se radium superni luminis ad superiora emittit, & illic radium ex se leuat, quo per se ascendere non valet, & cum tanta sit differentia aquæ, & radij, vel luminis, radio tamen à se producto aqua suam similitudinem imprimit. Ita quod si aqua sit tremula in vase, radius erit tremulus in pariete, si quieta quietus, si turbida turbidus: sic spiritualiter aquæ radius se infundit, quando diuina reuelatio meditationi occurrit, aqua autem lumini receptum, nisi ipsa nō potest ascendere sursum producit, quia reuelatio cor humanum supra se leuat, & erigit, & illuc intelligentiæ radius diuini luminis infusione, & admirationis reuerberatione de imis ad summa resilit, ubi nulla ingenij perspicacia, nulla artis industria ascendere sufficit: & eo quo mentem profundius penetrat, eo altius leuat, & quanto plenius ad intimam pacem & securitatis tranquillitatem animus se composuerit, tanto firmitus summæ luci per contèplationem inhærebit. Et quanto purior erit ad integritatem, & diffusior ad charitatem, tanto erit perspicacior, & capacior ad charitatem. Ex magnitudine exultationis mens alienatur, & eleuatur, quādo intima suauitate potata, & inebriata, quid sit, vbi sit, & obliuiscitur, & nimietate tripudij in alienatione ducta in quendam supermundanum affectum raptum transformatur. Hos tres anagogicos in nobis actus sentire mus, si Deum purè, & ardentè diligere mus. Immo si nos diligeret, & dignos sua dilectione iudicaret, luminis sui claritate intelligentiæ nostræ oculos irradiaret, & intimæ dulcedinis suauitate cordis desiderium inebriaret. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitijs affluēs innixa super dilectum suum? De deserto ascendit, quando mens supra se per admirationem eleuata infima transit, quando se in imis deserens, & usque in cælum transiens, solis diuinis se totam per contèplationem, & deuotionē immergit; Delitijs affluens spiritualium gaudiorum quadam plenitudine abundans, seipsam præ gaudio non capiens, sed seipsam ex se fundens, & supra se extendens. Sicut aues in aera se suspendunt: & pisces super aquam saliendo suæ naturalis habitationis terminos excedunt. Quod hoc exemplo patet. Cogitemus puellam teneram, & delicatam multa deliciarum affluentia nutritam, & multo vino madidam, adeo ut præ nimia teneritudine non possit incedere, & præ nimia ebrietate nesciat viam discernere, ita enim est delicata, vt nulla delectatio exterior ei possit sapere, nec aliquid temporale ei consolationem asserre. Psal. 76. Renuit consolari anima mea: immo uita sua ei vertitur in tadium, & in odium, quoties ei non datur delicias suas experiri pro uoto. Et quia nihil eorum quæ delectant eam habet in potestate sua, sed in totum ex alieno arbitrio, & alieno pendet officio, recte vitibus eius innititur, de cuius munificentia totum recte præsumitur, quod speratur, quod desideratur. Talis anima iam quasi mutatis uestibus mortalitatis sedet ad mensam indutus uestibus cuiusdam immortalitatis. Cum anima auertitur à sensibilibus, & conuertitur ad illam lucem incommutabilem, quæ irradiat super mentem mutabilem, perfundit intellectum veritate, & inflammat affectum charitate. Sicut Moyses ascendenti in monte reuelauit Dominus cuiusmodi tabernacu-

Contèpla.

Extasis.
Exultati

Excessus.

Cant. 8.

lum ædificaret, & quæ edicta populo proponeret: quia reuelatur in contē-
 platione, quomodo debeat viuere homo, præparando Deo habitaculum
 in quo modo docere erudiendo populum. Et de Ioseph, qui fuit prudentis-
 simus dñi. Cum exiret de terra Ægypti, linguam quã non nouerat audiuit.
 Tunc autem Ægyptum eximus, cum omnium temporalium, & parentũ
 carnalium oblitũ, radios contemplationis in æternitate figimus, vbi tam ex
 diuina inspiratione, quã ex angelica reuelatione, cœlestis sapientiæ secre-
 ta percipimus, quæ ante nesciebamus, sed infirmus, & imbecillibus oculis
 odiosa est lux: Ideo cum assurgere credimur in Deum, palpitante lumine,
 cito resiliimus in tenebras mentium nostrarum, & quarimus sapientiam
 in foraminibus quaternorũ pulliũ ouinarũ. Baruch. 3. Filij Agar, qui exqui-
 sierunt prudentiam, quæ de terra est negociatores terræ cõfabulatores pru-
 detie, viã sapientiæ nescierunt, &c. Quia bene possumus habere ex scriptis
 facilitatem pronuntiationis, nitorẽ sermonis, sed sine conuersione mētis ad
 Deũ, impossibile est venire ad expositionẽ scripturarũ, & in abdita sacramẽ-
 torum. Psal. 118. Da mihi intellectum, & scrutabor mandata tua. Quattuor
 legimus alas Cherubin, in quibus designantur quattuor species contēpla-
 tionis. Cherubin enim alas eleuabant, expandebant alas, tinnitum faciebãt,
 & volabant. De primo Ezech. Eleuantia Cherubin alas suas exaltati sunt à
 terra: hæc est prima ala contemplationis eleuatio mentis, cũ anima, quæ
 Deũ vult contēplari, eleuatur a terrenorũ amore, quæ etũ oculũ penitus
 non excecãt, tamẽ ex eis, quẽdam caligo fumosa per affectiõẽ resoluit, q̃
 eũ obtenebrat. Non enim video, quõ possit oculus lippies vniri radio diui-
 nẽ incomprehensibilitatis. Secundo Cherubin alas expãdebant, in quo no-
 tatur meditatio 3. Reg. 8. Expandebant Cherubin alas suas super locum ar-
 ce. Sicut enim aues immobiliter se habentes in aere expandere dicuntur
 alas, & attente quodammodo tremulis oculis aspicere, quo debeant post-
 modum volare, sic anima a terrenis eleuata, cum timore per contēplatio-
 nem diligenter attendit locum, & patriam, ad quam tendit, hoc est extende-
 re alas super locum arce, i. a. e. Tertio alis tinnitũ reddebãt, in quo designa-
 tur illa species contēplationis, quẽ dñi reuelatio mentis, qñ aĩa fatigata inti-
 mis desiderijs, & crebris mũdata suspirijs, in se audit per reuelationem vo-
 cem Dei loquentis. Audiã quid loquatur in me Dominus Deus. Sonitus
 alarũ Cherubin audiebatur quasi vox Dei omnipotentis. Quãdo. n. anima
 ab istis sensibilibus abstrahitur, & in se tota recolligitur, tũc ab ea hæc vox
 Dei auditur. Quarto velabant propitiatorium locum, in quo dñs propitiũ
 se ostendebat. In quo designatur quarta species, s. mentis defectio. Expan-
 dentes alas Cherubin tegebant propitiatorium. Quod tegitur, occultatur:
 quantũcũq; .n. anima in cotēplatione proficiat, non põt perscrutari immẽ-
 sitatem diuinẽ pietatis, sed ibi maximẽ deficit. Animẽ contemplatiuã illud
 conuenit Can. 3. Paululũ cũ pertransissem, inueni quẽ diligit anima mea:
 tenui illũ, nec dimittã, donec introducã illũ in domũ, & in cubiculum, &c.
 Quere istã supra fol. 21. a. Anima. n. quẽ fertur impetu ardẽtis amoris quo-
 dã desiderio supergraditur oẽ quod est: non. n. consolatũ in aliqua re crea-
 ta, donec transeat in creatorem. In principio libri Confessionũ D. Aug. Fe-
 cisti nos dñe ad te, inquietũ est cor nostrũ donec quiescat in te: vnde & post
 resurrectionem Magdalene quereenti dominũ non est satisfactum per an-
 gelicam visionem, vt reciperet consolationem: & ideo paululũ pertransit
 illos, i. spiritus creatos. Iocundus transitus a contēplatione creature, &c.
 Quere fol. 38. Contemplatiuus amore succensus dicit illud Can. 5.
 Anima

Predicatio
Anima.

Cherubin.

Gradus.

Psal. 84.
Ezech. 10.

Exo. 25.

F

G

H

A Anima mea liquefacta est: hoc enim apparuit in Magdalena, quæ tantum
 vocata ex diuina vocatione profecit, vt quicquid in ea videbatur frigidũ,
 fuerit calefactum, quicquid durum liquefactum, quicquid aridum, madesa-
 ctum, quia tota liquefacta, & tota in lachrymis resoluta: & tu audiens vo-
 cem dicentis: Aperi mihi, non indures cor tuum, sed liquefas per deuotio-
 nis affectum. Quattuor autem verba loquitur sponsus sponsæ in actu cõ-
 templationis, primum est conuincationis de culpa, vt doleat: ad hoc verbũ
 liquefit aĩa per timorem in similitudinem terra. Psalm. 147. Liquefacta est
 terra, & omnes qui habitant in ea. Secundum increpationis de pena, vt ti-
 meat ad hoc verbum liquefit per dolorem in similitudinem cristalli. Psal.
 Mittit cristallum sicut buccellam, emittet verbum suum, & liquefaciet ea.
 Tertium reconciliationis de pœnitentia, vt confidat ad hoc verbum lique-
 scit similitudinem cere per amorem. Factum est cor meum tanquam cera
 liquefens in medio ventris mei. Hic applica de quattuor affectiõibus.
 Quere supra fol. 26. l. & fo. 33. Exo. 16. Manna liquefiebat ad solem, & in-
 durabatur ad ignem. Quartum promissionis, de gloria, vt gaudeat, Ad hoc
 liquefit per gaudium in similitudinem manna. Isa. 51. Cœli sicut fumus li-
 quefiet, &c. Animẽ contemplatiuẽ dicitur illud Can. 2. Surge amica mea,
 & veni in foraminibus petre, & in cauerna macerie amica per amorem
 mutuum, surge relinquendo sensus, & sensibilia, & veni ad superiores, &
 iatiores theorias, in foraminibus petre: petra rapes excelsa illa profundis
 tas secreta theoriarum, rationabilibus inuestigationibus, & intellectualib;
 contēplationibus vix accessibilem, vbi primo mens contemplatiua, tam
 stricta inuenit foramina, vt vix possit intro inspicere contēplationis in-
 tuitus, sed post assiduas exercitationes, & viriles contēplationes petra effi-
 citur materia, vt iam valeat mens illa cum sponsi adiutorio cauare, & ad
 C sponsum accedere ad noticiam veritatis. Mens contemplatiua quasi dupli-
 cem habet exercitium, scilicet pedestrem, quattuor virtutum Cardinaliũ,
 quibus expugnat vitia deorsum quasi in terra, & virtutum theologiarum
 importuno insultu regnum cœli. Quia regnum cœlorum viã patitur, &
 violenti rapiunt illud. Mat. 11. Quantum ad hunc equestrẽ exercitum
 cum suis familijs suspirijs extentionibus, sursum contēplationibus, in-
 trinis mens contemplatiua est illa de qua dicitur Can. 6. Ascendit sicut auro-
 ra, pulchra, vt luna, electa, vt sol, terribilis, vt castrorum acies ordinata. Et
 illud: Equitatu Pharaonis assimilau te amica mea, vt sit sensus. Amica
 mea mihi in charitate vnita assimilau te equitatu meo: vita enim tua su-
 per terram militia est, sed te ex meis equitibus facio, quos mihi dignanter
 assumo, in qua multiplex acies virtutum, ordinatio affectuũ, disciplina mo-
 rum, armatura orationum, robur operis, terror cœli, assiduitas consuetuũ,
 numerositas triumphorum, assimilau inquam in curribus Pharaonis; in-
 tellige destruendis. Pharaõ enim rex Ægypti est diabolus princeps huius se-
 culi, cuius currus affectus cogitationum, & affectionum carnalium im-
 peditus ruinosi, quos nullum virtutis exercitium à Deo efficaciter expu-
 gnat, & extinguit, sicut excessiua contēplationis feruida sapientia. Ec-
 Exod. 24. Quod Moyses stetit, coram domino quadraginta diebus, & qua-
 draginta noctibus non comedens, & aquam non bibens. Et dedit ei Deus
 duas tabulas scriptas digito Dei: quia corpore mortificato per abstinentiã,
 mens eleuatur per contēplationem, in qua dantur duæ tabule scriptæ
 digito Dei, quia regulatur vita actiua, & contemplatiua in qua tanta frui-
 tur mens superna dulcedine, quod cibo non indiget corporali. Et de ani-
 ma

Gratis.

Loquitur.
Christus.
Verba.
Liquefa-
ctio.

Psal. 21.

Exercitus.
Virtutes.
Pugna.

Can. 6.

Pœnitentia.
Mortifica-
tio.

Religio. ma contemplatiua dicitur Iud. 8. In superiorib. domus suæ: in supremo mē-
Sensus. tis suæ cum puellis, cum sensibus, & virib. animæ incorruptis clausa mora-
Domus. batur. Et sequitur, quō sic virtuosa interfecit Holofernem. i. diabolū, & li-
 berauit ciuitatem. Et no. Luc. 19. Quærebat Zachæus videre Iesum, & præ-
 turba non poterat, quia statura pusillus erat, & præcurrens ascendit in arbo-
 rem sicomorum, vt videret illum. Quia ascensum contemplationis, in quo
Videre. vñ Iesus cum Apostolis assumptis in monte impedit paruitas meritorū, &
 turba phantasmatum, & terrenorum: quia in cursu tot phantasmatum, tur-
 batur cordis sabbatum. Sycomorum debet ascendere: quia Sycomorum est
 ficus fatua, quæ designat nostram sensualitatem, seu carnem. Vel Sycomor-
 us est crux Christi, in qua oportet ascendere per imitationem, & per con-
 templationem, quia sensualitas suo deordinato appetitu infatuat rationem.
F Itaq; qui Iesum in contemplatione vult videre, debet super omnem sensua-
 litatem, & omne sensibile ascendere. Et Gen. 22. dñ. Expectate hic cum as-
 sino: loquitur Abraham ad seruos suos: Ego & puer illuc vsq; properantes,
Sensus. postq̄ adorauerimus, reuertemur ad vos. Abraham est uir contemplatiuus,
 serui sunt sensus, asinus est corpus, quæ oīa tanq̄ impetientia debet à se se-
 questrare ad tps, donec cum puero Iesu vacet dulci dilectione, & adoratio-
 nib. amplexibus tandem ad laborem sanctæ actionis oportuno tpe reuersu-
 rus. Et in lib. Iud. Ascendit angelus dñi in flamma, &c. Quære sup. pag. 20.
Iudic. M. Et Actuum. Surge, & ingredere ciuitatem, hoc est dimissis sensibilib. in
Religio. telligitur secretum conscientia, & ibi alloquens seipsum, dicitur tibi, quid
 te oporteat facere: quia mundum contemnere, corpus affligere, vitia extir-
 pare, merita aggregate. Contemplantibus, qui figurantur per tria genera
 hoīum apparet dñs. Et 2. Paral. 3. Domum maiorem, &c. Contemplatiui
 dñr domus maior, quia in illis habitat Deus per plures effectus gratiæ in
G quib. affigi laminae auri obrizi per totum aurum obrizum excellit in rubore,
 & scintillas emittit, vnde dñ obrizum, q. obradians, quia cōtemplatiui ru-
 bent intus feruore charitatis, et ex feruore charitatis interioris emittunt ex-
 tra scintillas verborum ignitorum, & ignientium ad diuinum amorem, &
 exemplorum bonorum operum illuminantium ad ædificationem. Fili hoīs
 ostende domui, &c. vsq; ibi. Leges eius ostendes ei. Templum illud est para-
 disus, vbi adorant angeli beati, cuius si consideremus mensuram, fabricam,
 introitum, exitum, leges, præcepta, cunctum ordinem, confundetur pluri-
 mum nostra malitia. Ex consideratione fabricæ, q̄ perpetua est, & immor-
 talis, reprehenditur nostra carnalitas per q̄ nimis sumus solliciti de carne
 nostra. Cūctum sit sēnum putredo, & vermis. Iob 17. Putredini dixi: pater
 meus es. Et consideratione mensuræ, quæ capacitas est, ut dñ Baruch 3.
H O Israel q̄ magna est domus, &c. Confunditur nostra cupiditas, quæ sem-
 per quærit in istis inferioribus dilatari, cum tñ omne creatum, vel creabile
 nihil sit illius comparatione. Nec potest nostrum desiderium quietare, ut
 ait D. Aug. primo Confess. Fecisti nos dñe ad te, inquietum cor nostrum,
 hoc quiescat in te. Psalm. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Isa. 40. Tunc
 videbis, & afflues. Ex consideratione introitus, & exitus, i. alternationis of-
 ficiorum. Quia angeli modo intrant ut assistant, modo exeunt, vt ministrēt
 confunditur nostra uanitas, quæ sic exit ad exteriora, vt nunq̄ reuertat ad
 propriam considerationem. Ex descriptionis consideratione, i. perfectione
 scientiæ: scientia. n. est descriptio scibilium in intellectu: intellectus autem
 illorum est deiformis, confunditur noster, qui semper vult magna, & mira,
 & ea quæ super nos sunt perscrutari. Ex consideratione perfectorum per-
 fectæ,

A festæ, scilicet obedientiæ, quia sunt ministri eius facientes uoluntatē eius,
 confunditur noster sensus, & propria uoluntas in transgressione præcepto-
 rum Dei. Sic ergo descriptio debet expandi ante oculos nostræ mentis. Et
 in figura contemplatorum dicitur 3. Reg. 10. Cum uidisset Regina Saba sa-
 pientiam Salomonis, & domum, &c. Regina Saba, aīa ad cōtemplationem
 cœlestium eleuata, cum considerat mensam Salomonis, i. refectionem eter-
 næ beatitudinis, & habitaculum seruorum, i. distinctiones mansionum.
 Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt, & ordines ministran-
 tium, i. angelorum. Dan. 7. Millia millium. Et hoc est considerare in Cheru-
 bin inflammationem amoris, in Seraphin plenitudinem scientiæ, in Thronis
 rectitudinem æquitatis, in Dominationib. dispositionem prælationis, in
 Principatib. executionem regiminis, in Potestatib. protectionem salutis, in
B Virtutibus mirabilem actionem uirtutis, in Archangelis reuelationem ue-
 ritatis, in Angelis mysteria pietatis. Tunc desicit noster spiritus, & concupi-
 scit esse in atrijs Domini, & clamat: Beati uiri tui, &c. Contemplatiui et
 figurantur per Eliam in curru igneo eleuato in cœlo, quod fit cum aīa di-
 uino amore accensa ascendit ad consideranda paradisi gaudia, & Christi
 beneficia. Et Isa. 40. Tunc videbis ueritatem in meditatione, afflues bonita-
 te in deuotione. Mirabilis in maiestate, in admiratione, dilatabitur cor tuū
 in contemplatione. Ioseph inuoluit corpus Iesu, quod deposuerat de cruce,
 &c. per monumentum nouum in petra excisum notatur memoria. In
 quibus Christus debet sua passione reponi, & iugiter teneri: inuoluit sin-
 done munda, in quo intelligitur cogitatio pura, in qua debet Christus in-
 uolui cum aromatib. uirtutum, operum, & deuotionis. Vidi dominum se-
 dentem, &c. Qui sic uult uidere dominum, oportet, ut oculos eleuet à ter-
 renis. Non uidebit me homo, & uiuet, i. carnaliter uiuens non potest me ui-
C dere: seu ille est dispositus Deum uidere, qui uiuit, sicut Paulus, dicens: Vi-
 uo ego iam non ego, uiuit uero in me Christus. Contemplatiuus debet ha-
 bere sensum affectus uiuui. Ecce odor filij mei, &c. Isaac senex est anima
 inueterata in conuersatione, Iacob Christus, uestimentum fragrans, Chri-
 sti humanitas, quæ mirabili gratia, & odore omniū uirtutū, & exemplorū
 flagrat, cuius odorē sequuntur animæ deuotæ. In odorem unguentorū tuo-
 rum currimus, &c. Sentire ergo fragrantiam uestimentorum Iacob, est in
 passione delectari. Vel Isaac, cuius caligant oculi est Christus, cuius oculi
 in cruce caligauerunt, Iacob supplantator anima deuota, odor uestimento-
 rum, odor conuersationis, pulmentum, sanctæ cogitationes. Tunc Isaac, i.
 Christus dicit Iacob. i. deuotē conuersanti: In rore cœli propter dulcorem
 contemplationis, & pinguedine terræ, pp uigorem actionis. In rore cœli
D pp diuisionem diuinitatis. In pinguedine terræ pp uisionem humanitatis
 erit benedictio tua. Et Cant. 3. Loquitur aīa cōtemplatiua. In lectulo meo
 quæsiui per noctes, usq; ibi: Inueni quem diligit aīa mea. Lectulus est con-
 scientia. Quæritur in lectulo, in contemplatione sui, quæritur, & non inne-
 nitur. Surgit à contemplatione sui, ad contemplationē operum Dei: circuit
 meditatione uicos, & plateas ciuitatis, uici sunt corporales creaturæ, quia
 in ipsis quasi in stricto uestigio perpenditur diuinæ bonitatis imago: plateæ
 sunt spirituales substantiæ, in quibus expresso, & quasi lato modo lucet ima-
 go diuinæ bonitatis. Ciuitas est rerum uniuersitas, quærit, & adhuc in istis
 dilectum non inuenit, sed inuenit uigiles, qui custodiunt ciuitatem, i. ange-
 los, Psalm. 90. Angelis suis Deus mandauit de te. Animæ enim sanctæ
 quærenti Deum desiderijs, & suspirijs adueniunt Angeli, & docent ubi
 Angeli.
 Quæritur.
 Christus.

Inuenitur Christus. Christus sit quærendus, & inueniendus. Sicut dicitur Mar. vlt. Mulieribus E
Christum quærentibus, præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis. Galilæa interpretatur transmigratio, quia transmigrantibus de virtute in virtutem desiderio terrenorum ad desiderium supernorum apparet Christus, vel pernoctat in oratione, viæ sunt vestigium summæ bonitatis in creaturis corporalibus, platea est imago in creaturis spiritualibus. Contemplatiuus apparet dominus, quia apparet lugentibus, vt Iero. & Magdalena: item apparet currentibus, vt tribus mulieribus, item discipulis confitentibus de domino Iesu, non loquentibus otiosa. Hoc figuratum est in Elisæo, qui cū inter sedentes sermocinaretur, apparuit currus igneus, quia in collatione de Iesu, statim amoris ardor inflammat animam, hoc est signū, currus igneus intelligentia cœlestis, in quo anima ad cœlestia vehitur equi angeli, qui conducunt animam, quæ ardent, & lucent, & illuminatur anima contra errorem, & accenditur ad amorem. Reuelatio spiritus in scripturis sunt rotæ scripturæ. Itē apparet vacantibus, & in vnum existētibus, & clausis ianuis, vacantibus, quod fit qñ anima omnes cogitationes, & affectiones disciplinarias congregat, & vacat sibi, hæc est dies sabbatorum, i. requies. Ianuis clausis, i. exterioribus sensibus corporis, & interiorib⁹, quæ sunt cogitationes, & desideria, quæ se tenent ex parte virtutis rationalis ab omni illicito contactu. Prouer. 7. Mulier vaga, Iob. 31. Pepigi sedus cum oculis. Eccli. 28. Sepi aures. Et 3. Reg. 18. Dixit Elias ad Puerum, ascende, & respice contra mare, &c. Nubecula parua, &c. Nota totam hist. Elias Christus, puer innocens animus, qui inuitatur, vt ascendat consideratione, & prospiciat meditatione contra mare, id est amaritudinem passionis Christi, sed est qui ascendit per considerationem, sed deuotionis pluuia non inuenitur, quia non cū dolore ascendit: ideo dicitur ei, quod reuertatur septem vicibus, septem vices reuersionis sunt septem vices contēplationis, & considerationis, s. humanitatis Christi, conceptionis, natiuitatis, passionis, descensus ad inferos, resurrectionis, ascensionis, aduentus ad iudicium, secundum quas considerationes probatur si diligenter aspicias: nebula parua ascendit, & sequitur pluuia magna: parua nebula est affectio deuota, quæ surgit de mari, de consideratione amaræ passionis Christi, quæ sequitur pluuia lachrymarum, & venti suspiriorum. Si sic aspexeris, inuenies pluuiam magnam gratiæ purgantis sordes conscientiæ facientis terram animæ germinare, sed non in qua libet vice hoc inuenitur, sed perseveranti in contēplatione, quæ inuenitur septenario numero, quo vniuersitas figuratur. Cōtēplatio dicitur illud Cant. 8. Pone me vt signaculum supra cor tuum. Signaculum est Christus sculptus in manibus, pedibus, latere, & toto corpore, hoc ergo signaculum debet imprimi super cor tuum, & signare, & caractizare cor tuū, sed non imprimi nisi cor sicut cera per ardorē amoris diuini fit liquefactum. Psal. 21. Factū est cor meū tanquā cera liquefscens. Et nō solū hoc signū debet imprimi in affectu, sed et in effectu per imitationē passionis Christi. Tale aut cor signatum sigillo summi regis, securè non timēs exercitum dæmonū, transit de hoc mundo ad cœlū, quia dæmones fugiūt, summi Imperatoris vexillū, & vexillariū. Iudic. 9. Quod sicus noluit deserere dulcedinē sui fructus, vt inter ligna promoueretur, quia vir contēplatiuus non vult deserere dulcedinem cōtēplationis propter promotionē periculosam, & tumultuosam prælationis. Gen. 37. Reuersusq; Ruben ad puteum, &c. Ruben intelligitur filius visionis, hoc est affectus sanctus vacans amplexibus contēplationis: cisterna vetus, homo exterior de die in diem

A corruptus. Est autem sine aqua, quando siccitate deuotionis torpescunt desideria. Ruben itaq; ad cisternam reuertitur, quando excessus contēplationis, & feruor deuotionis remittitur, & puero non comparente, amaritudine doloris affigitur, & clamat, puer non comparet, & ego quo ibo? Quo inquā ibo sine puero, qui est via, veritas, & vita? Quo ibo sine via, nisi in præcipitium? sine veritate nisi in errorem, & dubium? sine vita nisi ad mortis supplicium? Vel cisterna sine aqua, conscientia sine gratia. ad quam Ruben reuertitur, quando via peccati dudum per confessionem dimissa repetitur, tunc puer Ioseph, qui interpretatur Saluator, non comparet. O qualis dolor: tunc scindēda sunt vestimēta per nudam peccatorū confessionem, cum fletu per contritionem, lux, pax, vita, salus, gaudium amittitur Thob. 5. Quale gaudium mihi est, qui in tenebris sedeo, & lumē cœli non video? Ideo Simeon gauisus est, quia hunc puerum inuenit, quē pacem, salutare, lumen, gloriam, in suo cantico nominauit, Ezech. 47. Vir qui habebat funiculum. Quære supra fol. 12. Et Gen. 32. Ascendente aurora, mente. s. nostra luce contēplationis irradiata, angelus Christus, benedicit Iacob. Quære supra fol. 23. & 24. Non illuminatur mens in contēplatione, & cognitione supernorum, nisi prius excæcata sit quo ad affectionē terrenorum: & quanto magis excæcatur circa temporalia, tanto magis illuminatur circa spiritualia, vt Paulo prius excæcato postea illuminato, qui tribus diebus non manducauit, nec bibit, quia à tribus, quæ nostræ affectioni offeruntur, est abstinendum, scilicet à concupiscentia oculorum, quam offert mundus, à concupiscentia carnis, quam offert caro, à superbia, quam offert diabolus. Num. 17. Cum descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter manna. Castra anima, in qua est multitudo virium, nox quies à tumultu temporalium: In tali nocte descendit ros diuinæ irrigationis: & cum rore descendit dulcor mellisuiæ degustationis, quæ in manna figuratur. Status contēplantis describitur Genes. 28. Vbi dicitur, quod cum Iacob exisset de terra sua, & quiesceret post solis occasum, tulit lapides, & supposuit capiti suo, & in illo somno vidit scalam stantem super terram, & cacumen illius tangebatur cœlum, angelosque Dei ascendentes, & descendentes per scalam, & Dominum innixum scalæ. Iacob intelligitur supplantator, & significat contēplatiuum, & religiosum virum, qui supplantat diabolus, & acquirit sua humilitate primogenita, quæ ille amisit per superbiam, sic Iacob supplantauit Esau. Egressus de terra, de cognatione, de domo patris, mundi abdicationem, & parentum carnalium dimissionem. Lapidum suppositio, corporis mortificatio. Somnus, in quo ligantur sensus, quia contēplatiuus non debet cogitare de sensibilibus. Vna pars scalæ considerare beneficium creationis, alia, considerare beneficium recreationis, & redemptionis: vel duo latera consideratio præmij beatorum, & supplicij damnatorum. Vel dic, quod pes istius scalæ est fides, quæ in terra fundatur, quia à solis viatoribus, & terrenis haberetur, & in comprehensibus euacuatio caput, cui Dominus est innixus, spes cœlestis patriæ. Decursus ascensus, seu longitudo, charitas: Gradus, opera meritoria: Duo latera, charitas Dei, & proximi: Gradus scalæ consideratio omnium diuinorum beneficiorum, tam bonorum naturæ, quam fortunæ, quam gratiæ, per quorum considerationem ascendimus ad Deum, qui nobis appareret in fine istius ascensus. Angeli sunt viri contēplatiui, qui ascendunt per contēplationem, & descendunt per actionem, & exercitationem. Gen. Crux. Vel

Peccator.

Confessio.

A. 2.

Concupi.

Gen.

Crux.

Vel

Exod. 34. Vel scala, per quā ad cœlum ascendimus, cui est innixus dominus, crux est **E** Christi, cuius summitas attingit cœlum, quia eius virtute ascendimus, in cœlum, cuius gradus sunt cōsideratio omnium vulnerum, laborum, flagellorum, opprobriorum, quæ ipse pro nobis pertulit. Sicut ex confortio sermonis Domini in monte facta est facies Moysis radiosa, ita vt filij Israel nō auderent in ipsum respicere, vt dicitur in Exod. Sic ex aspectu diuino in cōtemplatione facies nostra est deiformis, ita vt illi, qui sic non sunt eleuati, non possint faciem intueri cognitionis illorum, quia nec ad notitiam illorum, nec ad gustus illorum possunt pertingere. Anima contemplatiua designatur per illam sanctam Iudith de qua dicitur: Iud. 8. Iudith in superioribus domus suæ secretum cubiculum sibi fecit. In quo notatur solitudo deuotæ orationis, quia sedebit solitarius, & tacebit, & eleuabit se supra se. In quo cum puellis suis clausa morabatur, in quo notatur sollicitudo regēdæ congregationis, regimen scilicet sensuum, & virium, quæ debent esse **F** puellares, non inquinatæ tactu obiectorum illicitorum, & habens super lumbos cilicium, in quo notatur asperitas, & austeritas mortificationis. Ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ: in quo notatur congruitas dispositionis ad ascensum contemplationis: quia vt dicit Gregorius: Corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, & premia. Talis contēplatiuus amputat caput Olofernis, scilicet Diaboli, & liberat se, & populum suum Et in 1. Reg. 16. Vidi filium Isay scientem psallere, &c. Vbi ponuntur septem gradus contemplationis, qui sunt quasi septem gradus, per quos anima ascendit ad thronum Salomonis. No. totam histor. Et est iciedum, quod vir contemplatiuus est arbor bona, quæ fructus bonos facit. **Mat. 7.** Fructus enim mori albet in floribus, viret cum formari incipit, formatus rubet, & rutilat, maturus nigrescit, atque dulcescit: quia vir contemplatiuus albet per carnis incorruptionem, albedo enim est filia sanctitatis, & indicatiua puritatis, viret per meditationem æternitatis, viror enim color est quasi inmarcescibilis: rubet per feruentem orationem, nigrescit per peccatorum compassionem, & tamen compatiendo pauperibus, non perdit dulcedinis internæ deuotionem, vel nigrescit per corporis mortificationem. Et Esa. 60. Tūc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuū, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Fortitudo gentium motuum, scilicet carnalium, & sensibilem occurrit menti, qui nequeunt propria virtute vinci: Tunc deuota anima incipit amare, conteri, & in seipsam ab exterioribus ad interiora conuerti, & hoc est quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi, id est, quando congregans cor tuum in vnum, pro singulis factis amaritudinem dolorem senseris, tūc collitio lachrymarum oculis superposito videre poteris damnum, quod intulisti ex factis, & afflues spiritualibus delictijs, & miraberis ex consolationibus inexpertis, dilataberis per extē **H** sionem obedientię in præceptis. In ista autem contritione quasi iam posito collitio super oculos incipit videre, & illuminari, & quando illud lumen mulcebre est in ista visione, incipit tota gaudio perfundi, liquefcere, & resolui. Et quia in illa resolutione inexpertam dulcedinem tota incipit imitari, & mirari. Dicens cum filijs Israel gustato inexperto manna Manu quod interpretatur quid est hoc. Sic autem immutata & admirans in quendam supermundanum affectum transit, seipsam extendens sui strictitudine non contenta incipit dilatari, & suis motibus dominari. Et hoc est quod hic dicitur. Gradatim tunc videbis, & afflues, &c. Et sic videt ani

A ma per experientiam dulcedinis in seipsam quædam signa diuinæ gratiæ imprimi, quod figurabat illa visio Magdalena, silentis ad monumentum. Ioan. 20. Conuersa Maria vidit Iesum. Et illa apostolorum, qui admirantes Dei gloriam in transfiguratione ceciderunt in facies suas, & eleuantes oculos neminem viderunt nisi solum Iesum. Ergo secundum consilium Ioan. Apo. 3. Hoc collitio inunge oculos tuos, vt videas. Gen. 28. Cum euigilasset Iacob de somno, ait, verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam, pauenique quàm terribilis est locus iste, ait, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli. Dormit Iacob cum intellectus sopitur curiositas phantasmate, sed euigilat cum illustratur veritate, & tunc clamat in loco isto, ecce Dominum, quem ante nesciebat, cum in omnibus creatis eius cernit vestigium, quod ante non aduertebat: & quia Deum nesciebat in omni creatura, quæ representat gloriam sui Saluatoris, ideo pauens dicit, quod locus iste sanctus est, & terribilis, id est, venerabilis: confitetur etiam nil aliud ibi esse, nisi gloriam Domini Dei, & portam cœli, quia debita cōsideratio creaturarum ducit eos ad perfectam contemplationem supercœlestium: vnde hic est porta, per quam intratur in illud secretissimum, & serenissimum cœlum: quia cum mens incipit Dei vestigium in creatis cognoscere, & per eas quasi per gradus cuiusdam scalæ ascendere, & per puram intelligentiam seipsam excedere, & in illam lucem incorpoream intrare, & in his, quæ in intimis videt quædam intimè suauitatis saporem gustare, & ex eo intelligentiam suam condire, & in sapientiam vertere in excessu, pax inuenitur & ideo in cœlo, vbi est secretum silentium, nulla alternatione cogitationum tumultuantium inquietatum esse dicitur. Mira enim serenitas vbi nil inuenitur, quod petatur per desiderium, quod arguatur per fastidium, quod accusetur per odium, quia ibi pax sentitur, quæ exuperat omnem sensum. Exod. 3. Cum mansisset Moyses gregem ad interiora deserti venit ad montem Dei Oreb, & apparuit ei Dominus. Quia quando vir iustus cogitationes suas tegit, & ordinar, & intrat ad intimum suæ conscientiæ, tūc **Sensus.** constituto in speculo mentis apparet Dominus, & cum eo iocundatur, & cogitatio. multas reuelationes recipit à Domino. In tumultu enim non loquitur Deus animæ; sed quasi in angulo, & secreto. Osee 2. Ducam illam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius: vnde illa mens, quæ in intimo suo stare consuevit, diuinas reuelationes percipit: Idè anima, quæ vult spiritualia cognoscere, ascendat per se, supra se, hoc est per cognitionem sui supra sensum humanum vsque ad cognitionem Dei, vt prius discat in Dei imagine, & in eius similitudine, quæ postmodum debeat de Deo, & de diuinis consilijs cogitare. Mens enim, quæ per varia desideria spargitur, quæ vanis cogitationibus huc, & illuc distrahitur, quomodo istam gratiam accipere meretur, quæ nondum potest seipsam in vnum colligere, quæ nondum nouit ad seipsam intrare: quomodo poterit ad ea, quæ supra ipsam sunt contemplando ascendere? 2. Reg. 15. Dixit Dauid ad Sadoc sacerdotem: Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo a vobis indicans mihi, hoc enim notabile est, quod non dicitur. Quis sermo hic, ac supra quod verbum loquitur Dominus animæ deuotæ, quam adduxit in solitudinem? Per hoc enim nota, quod sunt illa incomprehensibilia, quæ mens per excessum videt, per reuelationem in contemplatione diuina. Vnde discipulis tribus Petro, Iacobo, & Ioanne, existentibus cū domino tempore transfigurationis in monte, vbi vocem patris audientes in facies suas ceciderunt, ad tonitruum enim diuinæ vocis auditor cadit, quia in eius comprehensione

hōne humana ratio deficit. Et Mat. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cum enim homo habet munditiam cordis, tunc infundit se radius diuinæ lucis, & videtur Deus in maxima claritate, quod appellat Dionysius in mystica Theologia videre Deum in caligine. Exod. 20. Cum autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montēq; fumigantē: Moyses autē accessit ad caliginem, in qua erat Deus. Postquā enim ascendit ad summitatem anagogici intellectus: cum iam relinquatur creaturæ, in qua vltius possit quærī Deus, & absoluitur mens ab omnibus sensibilibus, & intelligibilibus relinquendo ea, intrat in caliginem ignorantie, vbi secretissimè se ostendit diuinus radius, vbi non solum ociatur anima, quantum ex parte sui ab actibus apprehensiuis, sed nec suscipit influentias motiuas in actus apprehensiuos, sed in actuali, perfecta ignorantia omnium creaturarum: neque sibi, neque alteri creaturæ vnita per desiderium, aut amorem, sed soli Deo, vbi cognoscit super intellectum se nihil cognoscere. Et sic expectanti animæ in tali caligine radius diuinus super apparet, & ei se reuelat. Et hæc absolutio à creaturis, & expectatio mentis, & huius radij illustratio in illa expectatione est mystica theologia, hoc est sacratissima animæ cum Deo locutio. Vnde per superferuidum amorem absorbentem omnes alios actus, & in solum Deum tendentem vnitur mens Deo in hac caligine, & per omnem ab eo absolutionem absque sermone prolatiuo Deum laudat, prout determinat Dion. in 2. cap. de mystica Theologia. Gene. 24. Egressus fuerat Isaac ad meditandum in agro inclinata iam die. Bene dicit ad meditandum, quia ex studio meditationis animus in contemplationem surgit. Et bene dicit, inclinata iam die, quia à contemplatione æternorum ad contemplanda temporalia debemus frequenter mentis oculos reuocare, & ex hoc mores nostros ordinare, & defectus corrigere, vt quod meditatio quærīt, & contemplatio inuenit, affectio sibi interit, prout hoc ait. Gen. 33. Sepeluit Abraham Saram in spelunca agri duplici. Sara est anima contemplatiua: sepelitur quando memoria contemplationis per tranquillitatem, & pacem tota colligitur, & concluditur. Hæc spelunca totum corpus ambit, & ex omni parte comprehendit, quia pax illa, quæ exuperat omnem sensum humanum, quem funditus absorbet, & in quendam diuinum habitum puriorem animæ partem, scilicet intellectuam scælici transfiguratione conuertit, vbi iacet mortua Sara, quia in hoc contemplationis sepulchro iacet corpus sine sensu, & motu: vel sensualitas imaginariè operatur, & omnis inferior potentia animæ proprio officio induatur Sara mortua: quia diuiditur corpus ab anima, quod animale est remanet in limo. Spiritus autem, & quod spirituale est, collocatur in summo, quod corpulentum est, & fœculentum, quasi corpus mortuum deficit, spiritus autem reuertitur ad Deum, qui fecit illum, & ibi contemplatione quiescit. Et bene spelunca duplici. Aliud enim est officium meditationis, aliud contemplationis. Meditatio enim est occulte veritatis studiosa inuestigatio: cōtemplatio verò est perspicue veritatis, iocūda admiratio, vbi autem reuelationis gratiam præsentem habemus, meditationis officio non egemus. Exo. 19. Dicitur quod Moyses ascendit ad montem, vbi prohibetur promiscuum vulgus ascendere: quia qui soli assumpti sunt ab istis creaturis, & temporalibus bonis, sicut Moyses dicitur assumptus de aquis. Isti spreta fluiditate temporalium velut aquam possunt eternitatem veritatis inuestigare: hoc autem non potest vulgus, promiscuum, nec bestia homo, scilicet, bestialiter viuens potest ascendere soliditatis mon-

Contēplatio.

Ad Phi. 4.

Meditatio

tis

A tis supercilium, sed ille ascendit super montem euangelizans, Syon, qui assumptus est ex aquis temporalium, sicut Moy. & inflammatum amore celestium, sicut Hur, qui interpretatur ignis, & immediatè recipiens radios æterni luminis, Sicut Aaron, interpretatur enim montanus. Exo. 17. Moy. autē Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis. Et temporalia contemnent, vere obediētes, munditiā mentis, & corporis seruantes, quia Iacobus, Pet. Io. ascenderunt in montē cum Christo. Iudic. 9. Locuta sunt ligna ad vitum, veni, & impera nobis, quæ respondit eis, Nunquid possum deferere vitum meum, quod lætificat Deum, & homines, & inter cetera ligna promoueri? Quia viri contemplatiui nolunt deferere dulcedinē contemplationis propter regimen prælationis, immo prælationem dimittunt propter contemplationem, & propter vindemię prægustationem, ne incurrant illud opprobrium. Plantabis vineā, & non vindemiabis eam. Et ideo regnat rapinis, quæ est herba mollis prius, & postea durefcit, & in spinam conuertitur, & est asperū, & spinosum designans prælarum manuum, & tractabilem ante prælationem postea intolerabile & violentum Iob 24. Agrum non suum demerūt, & vineam, quam vi oppresserant, vindemiāt: In cuius figura Apocal. 14. Misit angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vindemiam terre. De talibus contemplatiuis dicit Petrus Damianus, qui Episcopatum dimiserat: Hoc mihi fortassis obijcitur semel acceptum dimitti non licere regimen: ad quod dico breuiter, quod immo pleriq; pontificatus iura non deserunt, & de finistris sunt, quorū autē legimus recta intentione dimisisse, certa spes est eos de æterna cum Christo societate gaudere. Deut. 14. Hoc est animal, quod comedere debetis ouē, &c. Oē animal quod in duas partes findit vngulam, &c. Vngulā findimus per discretionem, ruminamus per iugē beneficiōrum Dei recordationē, quæ duo necessaria sunt in vtero contemplatiuo, quod habet discretas cogitationes, & circa meditationem beneficiōrum Dei iuges, & seruētes affectiones. Et Luc. 19. Querebat Zachæus videre Iesum, & non poterat præ turba, quia saturata pulillus erat, & præcurrrens ascendit in arborem Si comorum, vt videret illum. In turba enim cogitationum, & phantasmatum non videretur Iesus donec per meditationem sursum ascendatur: cogitatio enim est improvidus animi respectus ad euagationem pronus. Hæc enim est differentia inter cogitationem, & meditationem, vt dicitur in libro de arca mystica, quod cogitatio vaga incessu semper huc, & illuc diuertit. Et meditatio destinata promotione semper in vltiora tendit. Symcomorus autem ficus satua dicitur, significans carnē, quæ rationē infatuat, dū vt eius gustū sentiat ipsam inclinat, super quam oportet ascendere, qui vult Iesum in contemplatione videre. Sic ascendit Abygail super asinum, qui designat corpus nostrum cum puellis, id est sensibus honestis, vt dicitur i. Reg. 25. Vt autē illuc in cōtemplatione: postquā. n. anima incubuit meditationi, & post debet incubere cōpunctioni cū anima meditatatur fragilitatē suæ carnis, hoc est quæ breuis vita, quæ via lubrica, quæ mors incerta. Et ascendit vltorius ad iniquitatē suę mentis, mala. s. quæ ab ineunte pœnitentia perpetravit, quā inaniter tepus consumpsit, quā turpiter, frequenter, irreuerenter Deum offendit, quantas pœnas meruit, quæ bona omisit, & amisit, tunc per spiritum contritionis, & cōpunctionis in irā contra se exardescit, & in hac meditatione ignis contritionis, & gemitus, & suspiria excrefcit, & dolorē intrinsecum, & ardorem digerit, & egerit. Psal. 38. In meditatione mea exardescet ignis, & in lachrymis illis mundatur oculus interior, vt Deum specu-

Mat. 17.

Religio. Prælatio.

Deut. 28.

Videte.

Sensus.

Psal. 38.

speculetur. Apocalyp. 3. Collirio inunge oculos tuos, vt videas. Hic enim **E** oculus recuperat sanitatem, vt videat veritatem, & experiatur Dei suauitatem. Esa. 60. Tunc videbis, & afflues. Et quia sic videtur Iesus, ideo dicitur Ioan. 20. Maria stabat ad monumentum foris plorans, & dum fleret conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & nesciebat, quia Iesus est. Maria venerat mane ad monumentum cum adhuc tenebræ essent: quia in anima contrita sunt tenebræ tristitiæ ex recordatione peccatorum, & tamen est ibi mane lætitiæ ex spe diuinarum miserationum, & quædam claritas diuinarum illuminationum: vnde simul sunt in hemispherio talis animæ contritæ tenebræ, & mane, effectus tristitiæ, & lætitiæ, amaritudo in principio lachrymarum, & dulcedo in fine. Et in illa dulcedine experitur præsentiam Iesu, qui tunc conuertit aquam contritionis, & doloris in Idria lapidea indurata prius mentis, in vinum lætitiæ, & consolationis, quia hoc vinum lætificat cor hominis. Sed quia non est talibus affueta: ideo Iesus est, quem videt, sed ipsa non cognoscit eum. Lachrymas enim vere contritorum comitatur cuiusdam iocundæ visionis gaudium: quia in deserto afflictionis reficit Deus populum manna spiritalis consolationis. Sic itaque videtur Iesus in meditatione, in compunctione, videtur etiam in contemplatione. Postquam enim anima incubuit meditationi, & post meditationem compunctioni, statim vacat cõtēplationi: quia ex dulcedine, quã sentit in fine compunctionis iam dilatatur spiritus inuisibilis interior, & surgit arcus contemplationis. Vnde in lib. de arca mystica dicitur contemplatio libera mentis, perspicua, in sapientiæ spectacula cum admiratione suspensa. Vel secundum Hugo, perspicax, & liber animi contuitus in res perspicendas vsquequaque diffusus. Differt autem à meditatione, sicut dicitur in lib. Richardi de exterminatione mali, qd meditationis est perferutari occulta, contemplationis autem est admirari perspicua. De hac ergo visione Dan. 4. Visio capitis in cubili meo. Visio capitis est intelligentia mentis, cubile est tranquillitas cordis, & ocium studiosæ quietis. Visio ergo capitis in cubili percitur, quando inter studij sui secreta oia, ad veritatis contemplationem mens humana diuina aspiratione subleuatur, vt dicit Richardus super Dan. Sunt autem, septem differentię contemplationum, prima est in imaginatione secundum solam imaginationem, vt quãdo respectu visibilium forma in consideratione adducitur, & ex eis, quæ videmus sensibus corporeis in creaturis, potentiam, sapientiam, & munificẽtiam creatoris veneramus, & tunc secundum imaginationem solam formatur, quando nihil aliud querimus argumentando, vel inuestigamus ratiocinando. Secunda species est in imaginatione secundum rationem quando in ea, quæ in imaginatione versamus rationẽ querimus, & inuenimus, & inuentam admiramur. Vnde in prima specie imitamur res ipsas, in ista **H** rationem, ordinem, dispositionem, & causam, modum, & utilitatem. Tertia species est in ratione secundum imaginationem, ut quando per rerum visibilium similitudines subleuamur in rerum inuisibilium speculationẽ: & ideo in ratione consistit. Quia his solis, quæ imaginationẽ excedunt, quæ ratio comprehendit, hoc est solum in inuisibilibus inest, tamen secundum imaginationem dicitur, quia ex rerum visibilium imagine trahitur. Vnde rerum inuisibilium inuestigatione animus adiuuatur. Quarta species est in ratione secundum rationẽ, quando remoto omnis inuestigationis officio, animus solis illis intendit, quæ imaginatio non nouit, sed mens ratiocinando colligit, & per rationem comprehendit, ut quãdo inuisibilia nostra, quæ

Contritio

Psal. 103.
Vinum.
Aqua.

Videtur.
Deus.
Meditatio.

Gradus.

per

A per experientiam nouimus, & intelligentia capimus, in considerationem adducimus, & per eorum intellectuum contemplationem assurgimus in ratione consistentem: quia hæc uisibilia nostra à ratione comprehenduntur. Et secundum solam rationem procedit, quæ ex uisibilibus per experientiam non nouit, in hac specie mens pura intelligentia utitur, & remota omni imaginatione seipsam intellectiua ingerere uť per seipsam: quia in primis speciebus, & si non deerat, tamen mediante imaginatione, uel ratione inerat, & ideo ibi uidebat instrumentum, & quasi per speculum hic per seipsam, & quasi per speciem. Quinta species est supra rationẽ, sed non præter rationem, ut quando ex diuina reuelatione cognoscimus ea, quæ nulla ratione humana, uel ratiocinatione integre inuestigare sufficimus, ut ea, quæ de unitate, & simplicitate diuinæ essentiæ credimus. Est enim **B** supra rationem quæ per mentis subleuationem cernimus quod transcendit metam capacitatis humanæ, tamen non præter rationem, qui ei, quod acies intelligentiæ uidet, etiam si uideat in lumine alieno ratio contrariari non potest. Sexta species est supra rationem, & præter rationem, uel contra, hæc est nobilissima species cõtēplationis, & tunc animus exultat, quãdo ex diuini luminis irradiatione intelligentia cognoscit ea, quibus humana ratio contradicit, ut sunt illa, quæ de trinitate diuinarum personarũ credimus. Vnde primæ duæ species sunt in imaginatione: duæ medię in ratione, duæ ultimę in intelligentia. In imaginatione, quæ solis sensibus intendunt, in ratione, quæ solum intelligibilis in intelligentia, quæ solum in intellectualibus. Sensibilia debentur, & uisibilia sensu corporeo præceptibilia, intelligibilia rationi, comprehensibilia intelligibilia sunt inuisibilia, & humanæ rationi comprehensibilia. Quarto uidetur Deus in oratione. Cum enim anima in speculo mentis per intelligentiam erigitur, & radius intelligentiæ in Deo figitur: sicut ex luce generatur calor, ita ex illuminatione intelligentiæ generatur ardor, & sic circa Deum afficitur, & per affectum orationis in Deum protenditur, & magis anima illuminatur, & sic Deus in oratione uidetur. Num. 24. Dixit homo cui us obscuratus est oculus. Dixit auditor sermone Dei, qui uisione Dei omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius. Ex hoc uerbo colligitur, quod illi, qui frequentius diuinis reuelationibus lætificari meruerunt sub tempore orandi maxime lumen gratiæ illuminantis accipiunt, ex qua profunda mysteria cognoscant, & intelligunt, & quanto profundius, & deuotius afficiuntur, tanto limpidius, & subtilius illuminantur, seu aperiuntur: quia cũ in oratione toto corpore nos prosterimus quasi cadimus, & tunc intelligentia, uel sensus aperiuntur, uel cadere est semetipsum ex peccatorum suorum recordatione humiliare: in oratione quo quis coram Deo plus se humiliat, tanto Deus illum magis illuminat: magis enim proficimus ad secretorum diuinorum delectationem assequendam deuotẽ orando, quã inuestigando, uel legendo, quia, ut dicit Ber. Vinctio plus quã lectio docet theologiam. Dicitur autem cadere, & apertos oculos habere, quia intra seipsum debet rescindere, & in intimis stare, qui uult diuinas reuelationes percipere. Vnde in monte uiderunt Apostoli Christum transfiguratum, quia qui uult uidere Christum, ascendat ad cor altum, hoc est per seipsum tendat in Deum, ut scilicet prius habeat cognitionem sui, & inde transcendat ad cognitionem Dei. Et sicut melius secreta penetramus deuotione, quã ratione, ita melius gratiam recipimus deuotione, quã inuestigatione. Dicitur est Salomoni dormienti petenti sapientiam, & scientiam, ut

Reuelatio.
Oratio.
cõtēplatio

Humilitas

2. Paral. 1.

iudi-

E iudicare posset populum: Populum super quem constitui te regem, ut regere possis sapientia, & scientia data sunt tibi. Salomon iste in somno vigili sapientiam petijt, & accepit. Somnus est quies animalium virtutum cum intentione naturalium, quia sopitis sensibus in vegetatione corporis natura efficacius operatur. Sic dormit Adam, cui rapto in excessu mentis facta facta est diuinitus reuelatio: sic Abraham cum sopor irruit super eum, sic Jacob videns angelos ascendentes, & descendentes, & dominum innixum scalam: sic Elias sub iunipero, cui Angelus apportauit subcinericium, & vas aquæ. Iona 4. Percussit sol super caput Iona, & aestuabat, & petijt animæ suæ vt moreretur, quia quando radius diuini luminis attingit verticem intelligentiæ nostræ, affectus æstuat inflammatus amore diuinæ bonitatis, intellectus illuminatur cognitione veritatis: sed quia inualecente caliditate radius ille more fulguris, & cito prætereuntis intermicat, ideo & disparet: ideo petit anima, vt animali causa tollatur, vt purius contempletur, & diuinitus contempletur. Genes. 28. Vidit Jacob in somnis scalam stantem super terram, & angelos ascendentes, & descendentes, & Dominum innixum scalam, & promittentem sibi, ero custos tuus quocumque perexeris. Contemplatiuus in via securius habet somnum, qui fruitur cõsortio, & presidio Dei, & Angelorum. Et hoc notabile est, quod Jacob reuertenti ad patriam occurrit Esau, qui viris contemplatiuis, & perfectis aliquando blanditur affectio carnalitaris: vnde ambulat Esau cum Jacob, amplexatur, stringit, osculatur, plorat. Ambulatio spiritalis Jacob, & carnalis Esau est animi voluptas, amplexus voluptas, strictio cupiditas, oculum adulationis, fectus carnalis affectio. Ambulat pedibus, amplexatur brachijs, stringit manibus, labijs osculatur, oculis plorat. Duo ergo pedes, quibus Esau, id est carnalis affectus ambulat cum animo spiritali, sunt leuitas, & vanitas voluptatis: duo brachia diuitiæ, & delitiæ voluptatis: duæ manus, quibus stringit rapacitas, & tenacitas cupiditatis: duo labia sunt captatio beneuolentiæ, & ostensio carnalis amicitie, quæ pertinet ad adulationem: duo oculi sunt societas, & consanguineitas, quæ pertinet ad carnis affectionem. Ista sunt quæ bladiuntur contemplatiuis, & perfectis ambulantibus in via Domini, quæ si tibi occurrerint, fuge. Quare lectum Jacob, vbi dormit in dormitorio spiritali, vt impleatur in te illud Job. 11. Miseriæ obliuisceris, & quasi aquarum quæ præterierunt, non recordaberis. & quasi mundanus fulgor consurget tibi ad vesperam, & cum te consumptum putaueris, orieris, vt Lucifer, & c. Benedicit miseriæ obliuisceris, quia diuina contemplatione, qua in æternitate oculis mentis figit quasi nihil esse quicquid finem habet asserit. Et quæ delectat intra gustum sapientiæ quicquid aduersitatis exterius tolerat, iudicat leue quasi aqua, quam non recordamur: quia præsentis miseriæ sunt quasi transeuntes aquæ, quæ exterius tantum mœroris tactum infundendo tingunt, sed soliditatem mentis interius non subuertunt. Sequitur quæ si meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam: quia cum deseruit in nobis peccandi feruor, tunc oritur contemplationis fulgor. Et quia quanto magis illuminatur, magis se cognoscens illo lumine humiliatur, sua putita te resiliens, exinanitur, vnde & magis illuminatur. Ideo sequitur: Cum te consumptum putaueris, orieris, vt Lucifer. Quia lucifer apparetis est præ-nuncijs solis, ita radius contẽplationis menti apparens certa est prælibatio eterne claritatis, sicut gutta fluminis, & scintilla ignis. Et Luc. 24. Apparuit Iesus duobus discipulis eunib' in via, & c. Vbi aduerte quod discipulis Dominus sub peregrina specie præsentiam suam exhibuit, & postmodum sub-

tra-

A xit; quia veritatem Dei non videmus in via sicut in se est, & sicut videbimus in patria. Sed videmus per speculum in ænigmate, & extra domum, & in via, quia per mentis excessum contemplatio nostra est momentanea, & quasi transitoria. Et duo discipuli euntes, & ambulantes sunt ratio, & intelligentia humanum modum excedentes, & quasi furtim supernam gloriam contemplantes. Dominus autem se longius ire finxit, nec tamen recedit penitus, cum gratiam contẽplationis subtrahit ad tempus, vt perdita requiratur audius, & habita retineatur diligētius: manere autem, & ad eos intrare dicitur quando multa orationis instantia amissa gratia reparatur. Recumbit autem, & comedit Dominus cum discipulis, quando recuperatione, vel accumulatione gratiæ gratias sibi referimus de beneficijs suis. Conscientia contemplatiui conditionem habet speculi: speculū. n. ad hoc quod in ipso resplendat radius solis, oportet, quod sit mundum, tersum eleuatum: similiter conscientia viri iusti si recipere vult irradiationem superni luminis, debet defecari per compunctionem, mundari per mortificationem, eleuari per orationem. Constat enim, quod speculum non resplendet nisi tersum, mundum: resplendens immo si speculum obscurum, & sordidum opponeretur soli plus ostenderetur ad radium solis obscuritas quam claritas seu puritas, plus deformitas, quam formositas. Exemplum de ferro rubiginato radijs solis opposito, quod non illustratur, sed rubigo potius demonstratur. Ideo speculum conscientie debet mundari, & purgari, vt sit aptum ad Dei luminis receptionem.

Speculum.
Conscientia
Cor.

Exemplum.

De Colligationibus malis.

QUOD facientes colligationes impietatis designantur per vulpes Samsonis segetes vastantes, bonos. scilicet viros impugnantes. Ista vulpes habent facies distinctas, sed caudas habent colligatas: quia in exteriori apparatus videntur fideliter, & distincte incedere, sed colligati sunt in malo in suis intentionibus, & in malis, quæ facere intendunt. Can. 2. Capite vobis vulpes, quæ demoliuntur vineas. Quare de hoc infra in tabula de concordia fratrum.

colligatio.

De Cruce.

Premisit Elifæus Giezi cum baculo suo, & non est suscitatus mortuus, venit Elifæus, cuius erat baculus, incuruatus est super puerum ascendit, ac oscitauit, & posuit os suum super os eius, & manus suas super manus pueri, & calefacta est caro pueri, & oscitauit puer septies. Misit enim Deus legem in qua continebatur eius passio, & crucis mysterium sub figuris, & ænigmatibus, vnde non est suscitatus mortuus, donec veniret Christus, cuius baculus erat crux, ex cuius passione sortita est efficacia. Venit itaque Elifæus, & incuruat se super puerum, quando humiliavit se formam serui accipiens, & factus vt puer ascendit in crucem, & oranit. Posuit os suum super os pueri, & inclinato capite protendens brachia ad amplexum oculos super oculos illuminans tenebras cordium nostrorum per fidem passionis, & sic suscitatum est genus humanum mortuum. Sed nota, quod gradatim suscitatus est puer, quia primo calefacta est caro pueri, secundo oscitauit septies, tertio aperuit oculos. Primo enim in suscitando ad vitam perpenditur motus caloris, secundo actus virtutis sub-

Iud. 15.

H

Rationalis. Hoc fuit quando ex memoria passionis, & crucis Christi inflam-
 marur vis operatiua ad operandum quæ prius lasciuia, & puerilis fuit. Se-
 cundo dilatur affectiua ex deuotione gratiæ septiformis ad laudandum
 Deum, & illuminatur intellectiua ad contemplandū. Hoc modo suscitauit
 Iudas prolem in Thamar, dans ei pro Arrabone anulum aureum, armil-
 lam, & baculum. Thamar in habitu meretricio venit ad biuium ubi impre-
 gnatur induta terrifro: quia anima peccatrix venit ad memoriã crucis: vn-
 de crux in biuiu peditur, & ipsum biuium, cui formam crucis exprimit in-
 duta terrifro, quod est vestis æstiuialis. & tenuis: quia mortificatione car-
 nis habens ex feruore passionis Christi impregnata per gratiã habens pro
 arrabone retributionis æternæ armillam, quod est ornamentum brachio-
 rum, scilicet fortitudinem boni operis baculum memoriã passionis, & an-
 nulum incorruptionis fidei. Et sic patet, quod crux est baculus misericor-
 diæ, quo suscitantur peccatores: est autem baculus pœnitentiæ, quo prælia-
 tur pœnitentes. 1. Reg. 17. Tulit Dauid baculum, quem semper habebat in
 manibus, & elegit sibi lapides limpidissimos de torrente quinque. Et misit
 eos in peram pastoralem: Tulit vnum lapidem, & circumducens percussit
 eum in fronte &c. Goliath improperans populo Domini, Diabolus: Dauid,
 vir fidelis, Baculus quem semper habet in manibus, memoria crucis, &
 passionis, quæ iugiter est tenenda, & ruminanda in cordibus. Quinque la-
 pides de torrente, quinque Christi vulnera. De omnibus eius passionibus
 & vulneribus eligimus in pera pastorali, id est ad memoriã, & ad nostrã
 refectionem recolimus. Et vnum illorum circumducentes hostem proster-
 nimus omnium illorum vulnerum vnam maximam amaritudinem in no-
 stra memoria voluimus. Sunt autem limpidissimi, ita quod in eis clare possit
 mus legere, & suæ passionis amaritudinem, & maximam ad nos dilectio-
 nem. Si ergo nos tentat Philistæus ille de superbia, lege in cruce summam
 anxietatem, hoc maximè timet diabolus, sicut canis baculū. Est tertio crux
 baculus perseuerantiæ, quo sustentantur proficientes, quia tandem anima
 proficit, quamdiu perseuerat in ea memoria, & imitatio crucis Christi, quæ
 deficit, tunc omnem spirituale consolationem perdit, & de vitio in vitium
 cadit. 1. zec. 4. Fili hominis ecce conteram baculum panis in Ierusalem,
 & comedent panem suum in pondere, & aquam in mensura in solitudi-
 ne, & angustia. &c. Exod. 21. Si rixati fuerint viri, & percusserit alter pro-
 ximum suum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in
 lectulo, si surrexerit foras, & ambulauerit super baculum suum, qui per-
 cussit operas eius, & impensas in medicos restituet. Rixatum duo viri,
 quando homo exterior pugnat contra interiorē concupiscentiam, & per-
 cutit eum lapide, vel pugno, quando conqueritur de eius nimia durezza, &
 iniuria nimia. In pugno enim, quinque sunt digiti contracti, & palma in-
 voluta, in quo notantur septem opera misericordiæ contracta, quæ debet
 esse per compassionē extensa. Non moritur percussus, sed languet in lectu-
 lo: quia non peccat homo interior vsque ad mortalem cōsensum, & con-
 sentiendo, sed tamen languet feruore pœnitentiæ interrumpendo: sed sur-
 git, & ambulat super baculum, quando ex memoria crucis, & Dominicæ
 Passionis feruenter conuertitur ad opus inceptum. Opus autem, dietas,
 & impensas in medicos à proximo requirit: quia per pœnitentiã inceptã
 continuat donec ex feruore recuperet, quod ex remissione perdidit. Crux
 etiam est baculus gloriæ, quo peregrinantur, & perueniunt fruente. Di-
 cit Iacob: In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus
 turmis

A turmis regredior: Verba Iacob ad litteram, qui pauper venit in Mesopota-
 miam, & diues egressus est, Christum significat, qui pauper venit in mun-
 dum, & per baculum crucis transiens de mundo cum duabus turmis gen-
 tilium, & iudæorum credentium reuersus est in cœlum docens nos, neces-
 sarium esse baculum crucis, vt de peregrinatione huius mundi ad portum
 gloriæ transeamus. Renes vestros accingetis, calciamenta habebitis in pe-
 dibus vestris tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter. Est
 enim phasæ, id est, trāsitus domini: in quo notatur quod si volumus ad por-
 tum gloriæ peruenire, vel sacramētum Eucharistiæ recipere debemus om-
 nem carnalem delectationem restringere calciamenta virtutum, & ope-
 ra sanctorum exemplorum per imitationem, tenere baculum crucis Chri-
 sti per imitationem, tenere festinanter, id est, auide per fidei integritatem,
 & dilectionis feruorem: immo propter illam spem, quam habemus de illa
 beata, & vltima degustatione sumere, vel debemus festinare per bonam ope-
 rationē sicut peregrini videntes noctis, id est, mortis approximationem: vt
 perueniamus ad æternæ, & plenæ cœnæ non mysticæ, nec figuratiuæ refe-
 ctione. Crux est illa arbor, de qua dicitur Gen. 18. Requiescite sub arbore.
 Et de qua dicitur Cant. 2. Sub vmbra illius, quem desiderabam sedi. Et de
 qua dicitur in Mat. 7. Arbor bona fructus bonos facit. De cruce, & passio-
 ne, nota illud Ioan. 20. Vide manus meas, mitte digitum tuum in latus
 meum, & cognosce loca clauorum. Quære supra fol. 10. g. Item in Apoc.
 lib. de uoratus effiebat in ventre amaritudinem, & in ore dulcedinem.
 Quære supra. Item 3. Reg. 19. Dixit Elias ad puerum: Ascende respice con-
 tra mare, & ecce nubecula parua quasi vestimentum hominis ascendebat
 de mari. Quære supra. Item ibidem Can. 8. Pone me vt signaculum super
 cor tuum. Item vidit Iacob angelos ascendentes, & descendentes, & Do-
 minū innixū scalæ, quære supra fol. 35. In cruce fuerunt quattuor ligna. In
 cruce pes cedrus, stipesq; cypressus, Oliua tabula, fit tituli brachia palma,
 Cedrus excellit altitudine, cypressus odore, palma duratione, oliua suauita-
 te. In altitudine cedri intelligimus eminentiam paupertatis; in cypresso cu-
 ius odor medicinalis restringit fluxum sanguinis, medicina pœnitentiæ, &
 mortificationis, & asperitatis: In palma quæ est durabilis, in corruptionem
 & munditiã castitatis, donum misericordiæ, & pietatis. Paupertas est bea-
 titudo, pœnitentiã est sacramentum, castitas virtus, pietas, donum. Isti sunt
 habitus, qui necessarij sunt, & sufficiunt ad salutem. Vnde in cruce desi-
 gnantur omnia bona nobis necessaria ad salutem, & ideo crux est signum
 salutis, quo potest fidelium corpus, scilicet, & anima consignari, vnde est si-
 gnum eminentiæ paupertatis, pœnitentiæ, & austeritatis munditiæ, & casti-
 tatis exuberantiæ, & pietatis. De primo Luc. 21. Hoc vobis signum
 diueneritis, &c. De secundo Exechiel. 9. Signa Thau super frontes viro-
 rum, &c. Thau interpretatur signum, & habet formam crucis, in quo de-
 signatur iugis memoriã passionis in cordibus nostris, vt semper corda nos-
 tra nent in sanguine Dominicæ passionis, sicut pisces in aqua. De tertio
 Eccli. 45. Corona aurea expressa signo sanctitatis. De quarto He-
 ster 5. De isto signo clementiæ Rex Assuerus virgam auream tendebat
 pro signo clementiæ. De ista pietate dicit Bernardus super illud Ioan. 19.
 Sitio. Domine quid sitis? ergo ne plus te cruciat sitis, quam crux
 de cruce? taces, & de siti clamas, sed sitis est nostra salus, nostrum gau-
 dium, plus animarum nostrarum, quam corporis tui cruciatus te tenet.
 Dicitur autem crux signum diuini, per quod uiuimus in presentia

1. Reg. 17.

Tentatio.

Lapis.

Baculus.

Gen. 32.

Baculum.

Exo. 12.

Can. 8.

Crux. Ligna.

Clementia.

1. Reg. 19.

gratiae, & in futuro vita gloriae: vita enim consistit in quadam harmonia. **E**
 4. Eleemosynarum qualitatibus, quando enim non est excessus earum ultra naturam, sic proportionaliter vita spiritualis. Signum autem crucis omnem excessum remouet: & ideo vitam inducit. Prouerb. 8. Qui me inuenerit: inueniet vitam, & hauriet salutem a Domino. Paupertas signata in cruce remouet excessum calidi: excedit autem calor innaturalis cum anima igne cupiditatis inflammatur, sed ex intuitu dominicæ paupertatis in cruce reprimitur, & discrasia ista sanatur. Numerorum 21. Fac serpentem & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit uiuet. Illi ad litteram, qui per desertum transibant ab ignitis serpentibus ex aspectu serpentis enei curabantur, isti fideles per desertum mundi transeuntes ex fidei aspectu Christi in palo crucis, qui figuram carnis serpentis nostræ habuit, sed uenenum peccati non habuit: sicut nec serpens aeneus habet uenenum cupiditatis, & uoluptatis à ueneno calido curantur. Pœnitentiæ asperitas reprimat abundantiam, & excessum frigidum. Frigida est anima, quæ quodam glicidij frigiditytis, & corporis pœnitere non uult constricta, sed animata uirtute, & acerbitate passionis currit ad pœnitentiam. Castitas reprimat excessum humidum, humida enim est anima luxuriosa. Gen. 49. De Rubē effusus es sicut aqua non crescas, quia ascendisti cubile patris tui. Hunc excessum restringit consideratio illius mundissimæ carnis, quæ pendebat in cruce. Pietas reprimat excessum aridi: arida enim est illa anima, in qua nullus est humor compassionis, uel deuotionis; & ideo non uiuit, sed cum ex uirtute dominicæ passionis exuberat deuotio pietatis. Tunc ex illo humore calidæ deuotionis, uiuit anima spiritualiter. Num. 20. Cum eduxeritis de petra aquam bibet omnis multitudo, & iumenta eius. Sicut enim percussa petra manauit aqua sitienti, sic dominicæ passionis iustitia, quam sancti in proprijs representabant corporibus effecta est causa uitæ, & iocunditatis æternæ. Nam percussa petra, quæ Christus est, in latere, manauit aquam regenerationis, de qua totus mundus recreatur, & lauatur: bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus. Sicut crux ponitur in biuijs, & quadriuijs, ut peregrini in cruce uideant, sic nobis ambulantes per desertum huius mundi ne erremus in uia, debemus respicere ad crucem, ubi ostenditur nobis uia humilitatis, castitatis, paupertatis, pœnitentiæ, & austeritatis omnium uirtutum, per quam debemus incedere. Inspice, ait, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Respice in faciem Christi tui, unde ad crucem inspiciamus tamquam ad librum, in quo addiscimus, tamquam ad auxilium, de quo confidimus, tamquam ad speculum, in quo pulchre stamus, tamquam ad terminum, in quo quiescamus. Exod. 13. Erit quasi signum in manu tua, & quasi momentum ante oculos tuos, & ut lex domini semper sit in ore tuo. Iste ergo liber habendus est ante oculos cordis per meditationem, in ore per locutionem: in manu per operationem: sicut signum aliquod, uel manu portatur, uel appenditur, ne res signata obliuioni tradatur. In hoc libro discimus lamentationes pœnitentiæ, carmen miseriam, uel iustitiæ. Ezech. 2. Vellamentationes compatiendo infirmis, carmen congaudendo bonis, uel ne simus cum reprobis. & Ioann. 5. dicitur, quod Hierosolymis est probatica piscina habens quinque porticus. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & qui prior descendebat post motionem aquæ, sanabatur à quacumque infirmitate detineretur. Piscina ista crux: & corpus Christi in cruce quinque

por-

A porticus quinque sunt uulnera corporis Christi. Angelus aquam mouet, quando mentes lachrymis resoluitur ex compassione Christi, passi, ex ablu-tione illius aquæ, sic per compassionem motæ sanatur mens à quacumque detineatur peccati infirmitate. Vel piscina ista, quæ est Hierosolymis, & non alibi est sacramentum baptismi, & confessionis, quæ est in ecclesia catholica, & non in aliqua alia secta. Et primi Reg. 14. Ascendit Ionathas manibus, & pedibus reptans, & armiger eius post eum: ut ad litteram Christus in manibus, & pedibus uulneratus fuit in cruce, ut uerus Christianus mortificatus corde, & opere: ascendat post eum spreto omni carnali delectatione. Et sicut modica esca delectationis ponitur in laqueo, & pedes irretiuntur. Ita cum attenditur caro Christi per passionem rubricata, pedes delectationum carnalium expediuntur. Cant. 3. Egredimini filia Syon, id est, deuote, & contemplantur animæ, & uidete oculis lachry-mis die depositionis illius, & in die latitiæ cordis eius. Mater secundum carnem Christi fuit Synagoga Iudæorum; quæ uerum Salomonem pacificum regem nostrum corona spinea coronauit. Ipse autem tunc in sanguine suo sibi ecclesiam desponsauit: quia de latere Christi fluxerunt sanguis, & aqua, quibus formata est, & desponsata Christo Ecclesia. Et additur latitiæ cordis eius: quia latititia cordis fuit in passione carnis præ desiderio nostræ salutis, de qua clamabat, Satio. Luc. 24. dicitur quod post passionem & resurrectionem oblata est domino pars piscis alicui & fauus mellis. Ezech. Apo. 10. dicitur quod liber deuoratus efficiebat in ventre amaritudinem, & in ore dulcedinem tanquam mel. Quia Christi passionis in memoria quæ sibi in ventre reposita dum sibi per mediationem digeruntur amaritudine doloris, & compassionis sibi relinquunt, & in ore dulcedinem tanquam mel: sed cum ex intuitu passionis amara fatidicentur, relinquunt quandam dulcedinem. Et hoc figurant illa duo oblata Christo post resurrectionem, mel, & piscis. Piscis alicui memoria passionis: mel ex uerberantia delectationis cum adest articulus tolerandæ pro Christo tribulationis. Ioan. 20. Infer digitum tuum huc, & cognosce loca clauorum, &c. Loca clauorum sunt fontes membrorum, in quibus defixi fuerunt clauus Christi, ut inde scaturirerit iugiter misericordiæ riuuli. Per manum, & digitum designatur potestas autoritatis, & claus discretionis, quæ originem, & uirtutem habent ex sanguine passionis, ut quilibet peccator possit accedere ad fluenta, & in se experiri efficaciam Dominicæ passionis, ut quilibet hauriat cum gaudio de fontibus saluatoris. Ergo hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu. Sed multi nihil de passione sentiunt, quia non habent uisum propter inconsiderationem, seu propter cecitatem inconsiderationis, & incompassionis, nec olfactum propter rheuma corporalis delectationis, nec auditum propter surditatem obdurationis, nec gustum propter febricitatem ambitionis, nec tactum propter paralysim dissolutæ actionis, ideo mittitur ad puerum mortuum baculus Elisei crux, scilicet Christi mittitur: nec surgit puer mortuus, quia non erat uox, neque sensus. Sed uiam offitaret. 4. Reg. 4. septies Eliseus super mortuum; & non erit mortuus, qui non resurgat, quia si uerba illa septem, quæ Christus in cruce ore suo protulit diligenter attenderemus, uix esset aliquis, qui non esset paratus mori cum Christo exemplo Petri dicentis. Domine paratus sum tecum, & in mortem, & in carcerem ire. Septem enim uicibus sanguinem suum fudit, ex spina, ex flagellis, ex quinque corporis sui plagis in expiationem se-

Baptism^o.
SacramentaSentire.
Sensus.Verba.
Loqui.

Luc. 22.

prem capitalium vitiorum, in virtuosam institutionem septem sacramento **E**
Misericordiam. Septem facta digua memoria fecit, ploravit pro Iudæorum scelere,
Pictas. oravit pro salute, cōdonavit latroni peccatum, donavit regnum, commenda-
 vit spiritum Patri, matrem Ioanni, Ioannem matri, moriens clamavit **F**
ex virtute diuinitatis, expiravit ex infirmitate humanitatis. Septem etiam
Verba. verba in cruce protulit: Pater dimitte illis, in exemplum liberalis remissionis:
Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiso: in signum liberalis adoptionis: Ecce mater
 tua in exemplum dilectionis maternæ: Ecce filius tuus, in exemplū cō-
 passionis fraternæ. Sitio in exemplum zeli salutis vniuersalis: Consumma-
Ioan. 9. tum est, in signum consummatæ reparationis: Pater in manus tuas, in sig-
 num ardentissimæ & fidentissimæ deuotionis. De agno nouello, qui est
 Christus, lacteus humor, & sanguis rubēs est egressus: quia exiuit sanguis,
 & aqua, vt sanguine nos curaret, quia sanguine calido puerorum innocen-
Lepra. tū curatur lepra, vt dicitur in legenda Constantini Imp. & multo fortius
 sanguine innocētis domini Iesu ex nimio calore amoris effusi, lepra omnis
 peccati mundatur. Et exiuit aqua, vt nos lauaret, & mūdaret, ac dealbareret.
 Vnde in Apocal. dicitur, quod lauerunt, & dealbauerunt stolas suas in san-
Exo. 12. guine agni: Vnde & Christus indutus fuit veste alba, & purpurea. Sumēt
 de sanguine hædi, & ponent super vtrumque pottem, & in superliminari-
 bus domorum in quibus comedent illum: quia corpus, & anima debent ef-
 se sanguine Christi rubricata, & exemplo passionis Christi habenda est pa-
Tho. 6. tientia. Fel piscis valet ad vngendum oculos, in quibus fuerit abugo, &
Thren. 3. sanabuntur. Fel memoria amaritudinis passionis Christi. Recordare pau-
Gen. 9. pertatis meæ, absinthij, & fellis. Noe inebriatus, nudatus à Canaan illu-
 sus, gerit typum Christi in cruce, qui inebriatus amore nostræ salutis sibi nu-
 dus pendit. Canaan illudens patri, ac per hoc maledictus designat perf-
Marci 5. dos Iudæos maledictos: Cum tetigisset mulier Iesum confestim siccatus est
 sanguis eius, & sentijt corpore, quia sanata est: quia aīa mollis, & effemina-
 ta, quæ non cessat sanguine fluere, ex peccati perpetrato, & delectatio-
 ne tangit Iesum memorando Christū crucifixū, & sentiendo in seipsa acer-
 bitatem passionis per experimentū subtrahit sibi voluptatē illicitā, & sic cu-
 ratur eius peccatum, & sanguis sanguinē tangit dū sanguis Christi sangui-
 nem nostrum restringit, & sistere facit. Factus est sol niger quasi saccus ci-
 licinus, & luna quasi sanguis. Bene saccus, quia perforato sacco exit, quod
 interius est, sic perforato in cruce Christi corpore lancea militis, exiuit san-
 guis, & effectus nostræ redēptionis, & luna hoc est aīa ad modum lunæ mu-
Dan. 4. tabilis, de natura sua debet esse quasi sanguis. hoc est rubricata colore san-
 guinis compatiendo, & commoriendo eclipsato, & morienti soli. Leuaui
 oculos meos ad cælum, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo be-
H nedixi: Quando enim peccator, qui diu uixit bestialiter sicut Nabuchodo-
 nosor, leuat oculos, & crucem Christi contemplatur, & incipit videre, &
 considerare quantum fuit in passione diuinæ dignationis beneficium, quā
 do Christus fuit extensus, consputus, flagellatus, illusus, nudatus, potatus,
 morte turpissima innocens condemnatus, statim sibi perditus sensus resti-
 tuitur, & incipit dolere, quia incurrit æternam pœnam, amisit gloriam, de-
 uorauit suā substantiā cū filio prodigo, & incipit factus sapiens dicere, Sur-
 gam, & ibo ad patrem meum, pater enim stat in solio misericordiæ crucis,
 paratus recipere filium prodigum reuertentem, extendens brachia ad am-
Misericordiam. plectendum, & recipiendum, vt debet calcementa virtutum amissarū, sto-
 lā gratiæ baptismalis amissæ, & anulū fidei operantis per fidem. Contē-
 plan-

A planti ergo crucem Christi redditur sensus, vt dolorem passionis Christi
 sentiat, vis cognitiua per contēplationē, vis affectiua per deuotionē, vis cō-
 passiua per imitationē, vis interpretatiua seu laudatiua per gratiarū actio-
 nem. Crux est illud lignū, quod aquas Marath. i. tribulationes, & tentatio-
 nes, quas filij Israel non poterant bibere, conuertit in dulcedinem, hoc est
 illud acetum, in quo Ruth bucellam panis duram, causteræ penitentia de-
Ruth. bet intingere, quia quantūcunque dura pœnitentia, in aceto amaritudi-
 nis passionis Christi intincta, si palatū omnino infectū non habemus, effi-
 citur nobis sapida. Et considera quod fecit nobis Christus in latere suo o-
 stitū, vt nos introduceret in cor suū, vt introducti ad fontem caloris cordis
 sui: inde ad nos ipsos reuertamur liquefacti, sicut resolutio liquoris exiuit
 de latere eius, hoc est aqua, & sanguis: latus enim, hoc est latitudinem cha-
 ritatis, nobis aperuit, ut sanguis liquefaceret torpentes frigiditate, & aqua
B refrigeraret æstuantem cupiditate. Tres enim sunt, qui testimonium dant
 in terra, spiritus, aqua, & sanguis: hæc tria dant testimonium suæ ve-
 ritatis ad nos dilectionis, & reprehēdendam ariditatē nostrę deuotionis, Spiritus,
 quē pro nobis emisit, aqua quam perlorauit, sanguis quē emisit: vt &
 nos spiritu reddamus pro spiritu, ipsum intimē diligendo. Aquam pro aqua
 lacrymalis deuotionis effundendo: Sanguinē pro sanguine, quicquid est vi-
 tæ carnalis in nobis mortificando: & si hoc parum est ad deuotionē, intin-
 ge bucellam in aceto. Acetū enim dominicæ passionis incitat in nobis ap-
Ruth. 2. petitū dilectionis, & deuotionis: ex quo aceto, & clauis eius tanquā ex ga-
 riosolis debemus facere balsamentum, ut ad deuotionem excitetur cordis
 palatum. Sic a ligno indulcorata sunt aque, vt dī in Exo. quia nulla est tri-
Tribulatio bulatio, quæ apposito ligno crucis per memoriam, & dilectionē non dulce
Sentire. sciat. In nobis sentire quod & in Christo Iesu, ut sentiamus eā, vt signū ad
Christus. ostendendum, vt librum ad legendum, vt regulam ad dirigendum. Vt signū,
 quia serpens aeneus ostendebatur pro signo filijs Israel, & sanabatur a ser-
 pētibz ignitis, & nos virtute passionis à peccatis, & idē ori eius mirrha,
Mat. 26. fel, & acetum oblata sunt. Ipse autē cum gustasset, bibere noluit. Mirrha. n.
 ex terra, fel ex carne, acetum ex vino corrupto oriuntur, & nos amaritudi-
Christus. nis auaritiæ, carnalis concupiscentiæ, rancoris, & malitiæ respuamus. Vt li-
 brū: ipse. n. est liber noster extensus, sicut alphabetum puerorum, ut in ipso
 legere valeamus, eius enim opera sunt operum nostrorum sigillum, & bul-
 la, quæ scribit in cordibus nostris non incausto, sed sanguine precioso. Cu-
 ius libri literę sunt charitas, qua pro nobis mori uoluit, & alia virtutum o-
 pera, quæ nos docuit. Sicut enim dicit Greg. Deus in carne apparuit, vt hu-
 manam naturam admonendo excitaret, exēpla præbendo accenderet, mo-
 riendo redimeret, resurgendo glorificaret. Vt regulā: crux. n. est sicut per-
D pendiculū, uel regula cęmentarij, ut secundū eam omnia nostra opera diri-
 gantur, & quicquid est obliquū in operibus nostris secundum rectitudi-
 nem istius regulę dirigitur. Statim ut sentijt uestimentorum fragrantiam,
 benedicens ait: Ecce odor filij mei, &c. Vestimenta Iacob sunt humani-
Gen. 28. tas Christi, quibus diuinitas fuit uelata, ut nobis appareret in carne uisi-
 bilis, quæ reddunt fragrantiam, & odorem, quando ex consideratione pas-
 sionis, per quam scissa sunt ista uestimenta mouetur anima ad deuotionē,
 & ex deuotione ad gratiarum actionem: ideo sequitur, benedicens ait: Ec-
 ce odor, &c. quia anima in illa deuotione concipit Christum, & in gratia-
 rum actione quasi conceptum parit, sicut ex odore masculæ plantæ impre-
 gnatur femina plantata. Et quia anima in illo statu exuberat abundantiam

gaudiorum spiritualiū, ut magis uideatur sibi, quod sit in paradiso, quam in terra: ideo sequitur. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Mortuus est, qui considerans Christi passionem nō liquefit in corde suo dolore passionis: nā adamas sanguine hyrcino frangitur. Ipso moriente, sol lumen retraxit, petra scissa sunt, monumenta aperta sunt, mortui surrexerunt, velū templi scissum esse, terra tremuit. Sic hæc omnia insensibilia vocem domini clamantis in cruce, & eius mortem senserunt. Multum est cor mortuum, & insensibile, quod non mouetur ex mortis Christi consideratione, quia putridum est membrum, quod nō sentit dolorem capitis, si. n. cepæ & allia gustata extorquent lachrymas ab oculis, quanto magis degustatio, & recordatio mirrhæ, & aceti, & absinthij, & fellis debent elicere à nobis lachrymas compunctionis, & deuotionis? Non erat in puero vox, neque sensus, neque suscitator potuit per baculū Elisæi. donec Elisæus incubuit super eum, & posuit os suū super os eius, & oculos eius, &c. Nō erat vox, neque sensus quia in desperatione non est gratiarum actio: nec vox confessio, nec sensus contritionis, nec suscitator ad baculum Elisæi, quia non cōuertitur ex timore diuini iudicij, donec verus Elisæus, qui se coaptauit homini, ponat os suum super os eius: hoc fuit satisfaciendo in passione, gustando acetum contra peccatum ore perpetratum in ligno vetito. Vel ponit os super os, quando eum recipit ad osculum reconciliationis, & oculos super oculos per respectiōnem, miserationis, sicut respexit Petrum post abnegationem, & incepit Petrus flere amare. Vel certe ponit os super os, inspirando ei vocem confessionis: oculos super oculos, eliciens lachrymas compunctionis: Manus super manus, per opera satisfactionis, & sic se incuruat, ut eum erigat: & calefit, caro pueri per feruorem dilectionis, quod sit per virtutē passionis, & puer oscitat septies, quando compūgitur timore creatoris, & supplicij damnationis, quando compungitur ex pudore, quia offendit partem creatorem, redemptorem, & remuneratorem: quando confitetur humiliter, simpliciter, & fideliter. Ex hac ergo compunctione procedente ex timore duplici, & pudore duplici, confessione triplici implentur septem oscitationes, quasi septem oris apertiones. Postquam pontifex obierit, homicida reuertetur in terram suam. Mortuo enim summo pontifice, profugi exules, qui casu perpetrauerant homicidium, reuertebantur in terram suam: quia per mortem summi pontificis Christi nos reuertimur ad cælestem patriam, de qua eramus exules. Facies laminam de auro purissimo, in qua sculpsit opere cælatoris sanctum domino, ligabitur ea vitta iacintina, & erit super quem aram imminens fronti pontificis. In hac ergo lamina scriptum erat sanctum domino, id est ineffabile nomen dñi, quorum significatio est principium vitæ passionis, quod debent imprimere fideles memoriter in cordibus suis lancea quæ perforauit latus eius pro baculo pastoralis, siue arundinem in dextera. Summus Pontifex semel in anno pro peccato suo vitulum immaculatum offerebat, cuius sanguinis partem inferebat ad altare aureum, & aliam partē infundebat in introitu tabernaculi ad basim altaris holocausti, & ex illa parte aspergebat septies populum. Ille offerebat pro peccatis proprijs sanguinem alienum: Christus pro peccatis nostris sanguinem proprium: ille fundebat partem sanguinis in altari interiori, & partem in exteriori: Christus verò sanguinem suum fudit pro ecclesia triumphantis, & pro militantis: qui triumphantis proficit sanguis Christi ad eius perfectionem, militantis ad eius redemptionem. Septena veli aspersio, septena est sanguis Christi aspersio, quia effudit in circuncisione, in oratione, in

Sentire.

4. Reg. 4.

Peccator.

Nunc. 25.

Exo. 28.

Leuit. 4.

G

H

flagella-

A flagellatione, in coronatione, in manuum perforatione, in pedum confusione, in lateris apertione, ut esset in nobis perfecta purgatio. Altare autem huius Pontificis, crux fuit, in qua missam consummavit dicens: Ite missa est, consummatum est: & inclinato capite emisit spiritum. Bene inclinato, ut quasi pro pudore vultum suum absconderet ex verecundia, quæ fiebat ei, vel ut gratias agendas pro malis illatis diceret, qui gratias agens caput crucifixoribus inclinavit, vel ut os suum protendens ad osculum te reciperet. Qui manus extendebat ad amplexum, vel vulnus lateris tibi ostenderet. Lauabit in sanguine vultus pallium suum. Quia in sanguine Christi, quæ est illa vna, quam duo viri portabant in vecte vno, ut dicitur in lib. Num. fidelis lauat & dealbat stolam suam quotidie, secundum illud. Venerunt de magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Intinxerunt tunicam Ioseph Christi, scilicet Saluatoris in sanguine hedi. Factus est sol niger, quasi saccus cilicinus, & luna quasi sanguis. Sol, id est, ecclesie claritas, & stabilitas nigra est per Christi compassionem: Luna, id est, Synagoga instabilitas sanguinea propter sanguinis Christi effusionem, quem effudit eum corrodendo, flagellando, manus configendo, pedes perforando, latus apertiendo. Præcipitur, quod ponatur sanguis agni super vtrumque postem in superliminari, ut transiens exterminator videat sanguinem illum, & nō noceat eis, hoc est ut habeatur memoria sanguinis & passionis, in intellectu per fidem, in affectu per deuotionem, & tunc non timet exterminatorem diabolum, qui ut dicitur in Apocalip. Latine dicitur exterminans, & sic non timens exterminatoris malitiam securè introducit ad gloriam, propter quod morientibus ostenditur crux. Ex virtute autem sanguinis Christi martyres euolant sine purgatorio: quia eius virtute anima ab omniorde mundatur. Et hæc mundatio figurata fuit in mundatione, quæ fiebat per ignem. Circa aurum, & argentum. Ipse enim quasi ignis conflagans, & mundabit, &c. Sicut ex visione sanguinis animalis, & odore acuitur canis venaticus ad venandum, elephas ad pugandum. Ostendunt Elephantis sanguinem vultus, & mori ad acuendum eum in prælium: sic consideratio sanguinis Christi, & passionis animat nos ad seruiendum fortiter, delectabiliter, vtiliter; fortiter aggrediendo, sustinendo, perseuerando. Christus decepit, & interfecit Diabolum sicut Hydrus Crocodillam, Hydrus enim limo se inuoluit deglutitur a Crocodilles, sed illæsus custoditur in ventre eius, & resolutio dissipat voratorem, & eo mortuo viuis exit: sic limo nostræ carnis vestitus dominus ventrem Diaboli, scilicet infernum intrauit, infernum momordit, quia foramen fecit dum liberavit electos, & Diabolo legato quasi mortuo viuus exiit. Sicut

B quattuor ligna, quæ sunt in cruce declarant, ut dictum est supra: sic luminaris dispositio crucis eius declarat mysterium. Nam in cruce ab uno puncto, quod est in medio procedunt quattuor lineæ, vna sursum, alia deorsum, tertia dextrorsum, quarta sinistrorsum. Huius autem dispositionis mysterium inuenitur, cum à voluntate nostra quattuor affectiones ordinantur, vna sursum cum diligimus Deum super omnia, vna deorsum cum timemus eius iudicia, vna dextrorsum cum speramus eius promissa, vna sinistrorsum, cum dolemus, & plangimus nostra peccata. Tertio declaratur mysterium crucis in figurarum expositione. Figuratur enim crux in re legali, naturali, artificiali, mirabili. Res legalis est ab institutione, naturalis a natura, artificialis ab arte, mirabilis a Deo figuratur,

vt. oxi
1. 1. 1. 1.
Gen. 49.
Apo. 7.
Gen. 37.
Apo. 6.
Ecclesia.
Sol.
Diabolus.
Nunc. 31.
Mala. 3.
Maca. 6.
Humilitas.
Cruce.
Ecclesia.
Affectio.
Figura.

ita

ita quod crux in re legali, vt in altari holocausti. Sicut enim in illo altari cremabantur holocausta: ita in cruce caro Christi vera fuit pro salute humani generis immolata. Figuratur in re naturali, vt in thesauro. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo præ gaudio illius vadit, & emit agrum illum: quia abscondita est crux penitentiae ab oculis mundanorum, & carnalium, & emenda per abdicacionem omnium temporalium, vt habeamus caelestem thesaurum. Figuratur in re artificiali, vt in arca Noe, per arcam enim mundus saluatus, & per crucem homo liberatus est. In hac arca se tuebant viri spirituales, vt inueniatur ab eis requies. Cui non inuenisset columba, vbi quiesceret pes eius, reuersa est ad arcam: sic deuota anima non inueniens quietem in rebus talibus labilibus, sicut aqua, reuertitur ad crucem, & ibi quiescit, & nidificat in foraminibus corporis Christi, sicut columba in foraminibus petrae; & in cauerna maceræ, vt dicitur Can. 2. Figuratur in re mirabili Num. 17. In virga Aaron de qua dicitur ibid. Reuersus Moyses inuenit virgam Aaron germinasse in domo Leui, & turgentibus gemmis flores eruperant, & sic inuenitur mysterium crucis in altari holocausti quantum ad amoris inflamationem, in thesauro agri, quantum ad boni operis multiplicationem, in arca diluuij, quantum ad orationis deuotionem, in virga quæ floruit, quantum ad status nostri reparationem: quia per ipsam prius aridi & mortui flores remus bonis operibus. Vnus militum lancea latus Christi aperuit, vt rupto pariete, muro diuiso, fracto ostio per clauem regiam via nobis ad cameram amoris, scilicet cor Christi patris, vt ibi incalefacti vsq; ad cordis nostri liquefactionem passionis stigmatibus consignemus, vt patuit in beato Francisco. Iud. 6. Ligauerunt Achior ad arboris manibus, & pedibus. Achior frater meus montanus, Christus est frater noster per assumptam humanitatem: montanus per excellentem Deitatem, in cruce ligatus clauis in manibus, & pedibus: hæc arbor posset appellari Sicomorus. Luc. 19. Ascendit Zachæus in arborem sicomorum, vt videret Iesum: Sicomorum ficus fatua crux est secundum reputationem gentibus, id est gentilitate, & voluptuose viuentibus stultitia in qua inuenitur Iesus, quia solus in cruce inuenitur. Eleuauit Ioseph vocem cum fletu, quam audierunt Aegyptij omnisque domus Pharaonis, & dixit fratribus suis: ego sum Ioseph, nec poterant respondere nimio terrore percussi. Vocem cum fletu Ioseph eleuat, cum intuitus cordis nostri desiderium Christo ex compassione venditionis suæ per loquelam gemitus, & oculorum lachrymas in nobis declarat. Et cum se esse verum Ioseph pro nobis passum cordi nostro loquitur, cum vox ista auditur, & Ioseph te cognoscitur, Aegyptus anima, scilicet peccatrix conuertitur, & fratres territi, qui motus interni de tam repentina mutatione, & conuersione sunt stupidi. Quasi signum in manu, & quasi monumentum ante oculos tuos, &c. Si enim in manu Christi adhuc est signum quasi cicatrices quas referunt, vt eas patri præsentet pro nobis, vt triumphum suum circumferat, vt gratitudine bonorum prouocet, vt malos confundat, qui aspicient in manibus, quas confixerunt. Nos ergo considerare debemus corde, ore, opere: hoc est signum in oculis, in ore, & in manu: vt habeatur in memoria sicut illud, quod appenditur ante oculos. Et attende, quod si arbor frequenter irrigata bene fructificat qualem, & quantum fructum facit arbor crucis Christi sanguine fructuosissime irrigata. Dicitur, quod qui signum Thau in fronte habebant, mortis iudicium euadebant omnes alij cuiuscumque essent ætatis sexus aut cum demonis gladio tradebantur. Hoc est signum quo vi-

A so hostis fugatur, errans dirigitur, cælum aperitur. Si tamen exemplum crucifixi ad iustificationem suam imprimant moribus, qui signum crucis ad munimen sui imprimunt frontibus, & illius viuant lege, cuius amantur fide, alioquin fallaciter miles characterem regis gestat, cuius præceptum non seruat, nec recte se illius tuetur signo, cuius non parer imperio. Hoc est signum Thau in fronte habere, crucis opera imitari. Sic in Apoc. 14. Quattuor millia habent nomen in frontibus eorum. Gen. 29. Ioseph præ cæteris fratribus pulcher facie, decorus aspectu, innocens actu, prudens intellectu venditur, vt suos à morte redimeret humiliatus vsque ad ergastulum, exaltatus ad folium, uo nomine nouo vocatus saluator mundi, personam exprimit Saluatoris. Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum viuet, vulnerati enim occulta tetatione Diaboli Christum in cruce pendentem per compassionem aspiciamus, & viuemus. Nam si tetatur de honoribus, inueniet mortem vilissimam, si de diuitijs nuditatem pauperrimam, si de delicijs mortem acerbissimam, si de concupiscentijs virginitatem purissimam. Et sic contra omnes infirmitates inuenit medicinam sanatiuam: Aquæ redundabunt de latere dextro. Sequitur. Sanabuntur, & uiuent omnia, ad quæ uenerit torrens. Quia aperto latere Christi inde exierunt aquæ, & sanguis, quibus uiuificamur, aqua qua mundamur, sanguis quo uiuificamur, vita enim nostra in sanguine est, & tunc maxime est verum cum ad intima nostra sanguinem illum trahimus, vt uiuat in corde nostro memoria passionis eidem uniti per dolorem, & sensum compassionis. Lauabit in uino stolam suam, & sanguine uisum suum. Quod impletur in eis, qui considerantes excessum Dominicæ passionis, compatiuntur eidem in mortificatione carnis, & exultatione mentis: nec deficiunt martyrio, licet martyrium deficiat eis iugiter habentes in memoria sanguinem Dominicæ Passionis. Vinum rosatum conficitur ex rosa confricata, & uino: rosa hæc, in qua est triplex color rubens, aureus, uiridis. Caro Christi aurea precio, rubea passionis exercitio, uiridis refectionis premio, confricata flagellis, attrita spinis, perfossa lancea, & clauis: iunguntur huic rosæ infinita millia martyrum tanquam alie rosulæ. Martyres qui pro Christo passi sunt sanguinem suum in confessione huius rosati uini miscuerunt, & illi, qui pati uolentes, & se mortificantes, se cum Christo crucifigunt, hoc est uinum electorum, uinum germinans uirgines. Zach. 9. Quo inebriati deuori nihil sentiunt de punitionibus tribulationum, aut uanitatibus huius mundi, cuius memoria dulcis, sicut uinum Libani. Hoc uino inebriatus est Christus, ut alij libentius bibant. Gen. 9. Plantauit Noe uineam, & bibens nimum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo. Nec mirum ita enim forte erat hoc uinum, quod cum deberet illud bibere præ fortitudine eius, id est, timore passionis sanguinem sudauit: & ita inebriatus est hoc uino, quod more ebrii omnia sua dedit discipulo matrem, matri discipulum, latroni regnum, Iudæis corpus, militibus uestes, patri animam. Et sic totaliter spoliatus est, & nudatus, & inebriatus, ut Noe. Fracta lucerna Gedeonis uerum lumen apparuit, & fracto corporis alabastro ex odore unguenti omnium uirtutum domus ecclesiæ plena fuit. Leuit. 24. & Ioan. 12. Vt sit panis in monumento oblationis Domini. Oblatio Domini passio est super quam omnis nostra satisfactio fundatur, & ita oblationis domini satisfaciendo remuniscimur, tunc autem est ista satisfactio perfecta, cum quattuor ista concurrunt, quæ in passione domini fuerunt, scilicet corporis afflictio, oratio, eleemosyna, & restitutio ablatorum. CruX Dominica est arbor uiuifica, quæ

Arbor. quæ potest dici arbor malus. Sub arbore malo suscitavi te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Arbor malus signum crucis, in quo singularis saporis, & odoris fructus pependit, & fructum eius vberitas perseverans in Christianis omnibus in perpetuum non marcescit. Huic ligno fidelis anima per deuotionem subdita dum Saluatoris sui honorat patibulum, & adorat sub eo, suscitatur ad vitam, & gloriam. Ibi corrupta est. & c. Quia Fua, quæ fuerat mater viuientium nuncupata, ibi mater morietium est effecta, sibi & posteritati suæ corrupta, & in anima, & in carne violata: quia originali peccato obnoxia, & necessitati mortis addicta rea, reos mortalis, mortales, dupliciter misera, dupliciter miseros paritura. De hac arbore Iudith 6. Ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus, Achior Christum in cruce: huius arboris rami sunt exempla patientiæ: & de ista arbore Dan. 4. Arbor in medio terræ, & c. CruX est virga ad quam debent accedere penitentes pro culpæ remissione, laborantes pro sustentatione, fororantes pro exauditione. Vox sanguinis Abel clamat ad me de terra; utiq; clamat vindictam contra peccatores, quia quoties mortaliter peccamus, toties sanguinem Christi fundimus: secundum quod ait Apostolus ad Heb. Rursum ait crucifigentes filium Dei. Accessistis ad noui testamenti mediatorem & sanguinis aspersionem melius loquentem, quam Abel, videlicet, ne recusetis loquentem. glo. Melius loquitur sanguis Christi, quam sanguis Abel: quia ille vindictam, iste veniam clamat: ille damnationem, iste saluationem: ille peccatoribus penam, iste pro peccatoribus indulgentiam implorat. Filij Israel illam diem habebant valde solemnem, in qua egressi sunt de Ægypto, & de Pharaonis tyrannide liberati. Memento diei huius, in qua egressi estis de Ægypto, de domo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus. Sic legitur Hester 5. quod dies illa, in qua regina Hester procurauit liberationem Iudeorum & suspendium Aman in trabe excelsa, per quæ omnia designatur liberatio populi fidelis de manu diaboli, & victoria, quæ Christus habuit in cruce de antiquo hoste; nos debemus illam diem solemniter celebrare. Christus fuit figuratim in Ioseph venditus, in Isaac ligatus, in Iob consputus, in Samfone illusus, in Ieremia flagellatus, in Abel & in agno paschali mortuus, & immolatus, in Iona tumulatus, in Samfone, qui media nocte surrexit, & tulit ambas portæ fores resuscitatus, in quolibet peccante quotidie auditur, & in eius vera confessione resuscitatur. Ita septem precesserant in figura, quæ nunquam impleri poterunt, nisi per Christum, iuxta illud Apoc. 5. Agnus occisus septem signacula aperuit: quia Christus occisus predictas septem figuras impleuit. Rupti sunt omnes fontes abyssi, & cataraçæ cæli apertæ sunt: quia in cruce Christi cataraçæ, id est viæ cæli, omnes, scilicet viæ misericordiæ Dei ostensæ sunt; fontes in corpore Christi rupti sunt, quia ruptum est latus, pedes, manus humanitatis assumptæ abyssalis gratiæ contentiuæ hæc omnia in cruce sunt rupta non ad effundendum aquas diluuij ad submersionem, sed ad effundendum sanguinem redemptionis, & aquam abluionis ad humani generis purgationem, & sacramentorum institutionem. Vidi in medio sex uirorum qui portabant in manibus vasa mortis, virum indutum lineis, qui habebat atramentarium scriptoris ad renes, cui dictum est: Transi per mediam ciuitatem. Sequitur: Super quem non videris signum Thau omnes interfice. A sanctuario meo incipietis. Viri portantes vasa mortis sunt executores diuinæ sententiæ in iudicio: Thau cruX est Christi; Thau in fronte portare est operibus crucem Christi imitari, ciuitas Ierusalem factus

Arus ecclesiæ, & Christianitatis. Quicumque ergo Thau in fronte non habuerit, quicumque opera crucis non tenuerit, cuiuscunque sit status, conditionis, aut ætatis, recipiet iudicium mortis: qui vero in fronte habuerit, securus ad gloriam intrabit. Sed multi sunt qui Thau portant solo nomine, de quibus Apoc. 3. Non habes quod viuas, & mortuus es. Alij portant lingua, quorum sermo multus, & fructus nullus: atramentarium scriptoris in latere viri induti lineis est vulnus laterale Saluatoris, qui indutus fuit lineis carnis virginis, cum atramento huius vulneris. Consignati sunt fideles Thau in Baptismo in quo imprimitur Christi character, quem multi delent malis operibus deturpando. Et est notabile, quod sequitur: A sanctuario meo incipite, quod de religiosis clericis, & prælatis malis intelligitur, qui contrario nomine sanctuarij designantur, quia debet esse alijs sanctiores. Clerici. Prælati. Religiosi.

B Illos ergo durius, crudelius in inferno proijcite. Et merito, quia sanctuarij est pollutum immunditia, conculcatum ignominia, combustum auaritia, depopulatum indeuotione, & irreuerentia. Quod cum transirent filij Israel per desertum, occurrit eis Amalech pugnans contra eos. Sed dum Moyses stans in monte virga leuabat Amalech vincebatur, & c. Amalech, qui interpretatur lingens sanguinem figurat Diabolum qui filios Israel. s. Christianos euntes ad terram promissionis per desertum huius mundi impugnat, sed vincitur dum virga crucis manibus eleuatur, hoc est operibus demonstratur, quæe futuræ fo. 26. b. Quod virtute crucis peccata in confessione lauant. Vnde figuratur per virgã Moyfi, cuius virtute in mari confessionis, & lachrymarum rubro per dolorẽ, & contritionem Ægyptij. i. peccata submerguntur in virtute crucis, omnia dona spiritualia & gratiæ nobis donantur. Vnde figuratur per illam arborem quæ erat in medio terræ. Altitudo eius nimia proceritas eius cõtingens cælum. Aspectus illius vsque ad terminos vniuersæ terre: folia eius pulcherrima, & esca vniuersorum in ea. Hæc est arbor, de qua dicit Ambro. CruX fidelis inter oēs, arbor vna nobilis. Hæc Christi sanguine irrigata copiosè protulit fructum vitæ. Hæc arbor ad litterã plantata fuit in medio terre habitabilis. Quia Ierusalẽ ubi passus est dominus sita est qua si in medio terræ. Huius arboris est altitudo nimia, quia infinita est virtus Christi, & efficacia: eius proceritas contingit cælum, quia uirtus crucis aperit nobis regnum. Nã est clauis, sine qua regnum cæli non potuit aperiri. Aspectus arboris est vsque ad fines terræ, quia per virtutẽ crucis, & passionis congregantur, & saluantur electi de omnibus partibus mundi, & de omni gente. Folia huius arboris pulcherrima: sunt crucis, & Christi in cruce pendens carissimata, mysteria, dona, exẽpla. Fructus huius arboris describitur nimius, quia per virtutem crucis, & Christi oblatis in cruce cunctis fidelibus datur salus. Immo ab ista arbore colliguntur omnia dona, & genera gratiarum, & concluditur quod esca vniuersorum in ea: quia ex cruce accipiuntur omnium malorum remedia, & omnium bonorum dona vt dicitur illud: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Et hoc est quod dicit Ambr. li. de virg. Oia nobis Christus est, si vulnus curare desideras me dicus est, si febris æstus fons est, si grauaris iniquitate iustitia est, si auxilio indiges virtus est, si cælum desideres via est, si tenebras fugis lux est, si cibum quæris alimentum est. Gustate ergo, & videte, quoniam suauis est Dñs. Est etiã scala per quam ascendimus ad cælum. Vnde figurata est per scalã Iacob, quæ vsque ad cælum pertingebat, in qua innixus, immo crucifixus est dominus. Duo latera diuinitas, & humanitas. Gradus scalæ Christi exempli, quæ oia fuerunt penalia, quia ab angustia psepis vsq; ad patibulum crucis

Clerici. Prælati. Religiosi.

Exo. 17.

Diabolum.

Pugna.

Dan. 4.

CruX. Arbor.

Sap. 12.

Scala. non

Palma.
Cantic.

Luc. 19. 2.

Ezech. 47.
Can. 7. a

Crux.
Peccatū o-
riginale.
Pena.
Pugna.
Psal. 37.

non inuenies nisi vestigia pœnitentiæ & paupertatis. In hac angeli, viri, sci licet angelici descendunt per exempla mortificationis, & ascendunt per gustum contemplationis: Ascendunt ad Dei contemplationem, descendunt ad proximi ædificationem, & informationem. De viro contemplante crucem, & passionem Christi dicit Apoc. 19. Vidi, & ecce equus albus, Christus ad prælium contra diabolum animosus albus propter carnem virginem immaculatam assumptam. Et qui sedebat super eum, scilicet Dei filius, super assumptam humanitatem, vocabatur fidelis, & verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat. Vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius verbum Dei. Et exercitus, qui sunt in cœlo, scilicet in ecclesia sequebantur eum. Expone totam autoritatem. Quidam sunt tantum sub palma sedentes, quidam in palma ascendentes, quidam tantum folia capiētes, quidam fructum palmæ apprehendentes. Primi sunt imperfecti, qui pœnitentiæ palmam non possunt ascendere, sed nituntur sub vmbra palmæ sedere. Figuratum est Iudith 5. vbi dicitur, quod Delbora sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur. Solet queri quies sub arboribus propter vmbra refrigerium, quod est animæ imperfectæ necessarium, quæ patitur æstus tentationum, & inflammationes diuersorum desideriorum, in quo quieuit anima fatigata. Ad vmbra palmæ, id est, crucis sedere, vt pœnitentiam agat ad modum passionis dominicæ sub vmbra illius franguntur, & refrigerantur æstus vitiatorum, & refrigeratur incendium libidinis, datur prædium spiritualis consolationis, vt possint dicere illud Cant. 2. Sub vmbra illius, quem desiderabam sedere. Alij sunt, qui de sessione non sunt cōtenti: immo volunt ascendere, & Iesum contemplari, sicut legitur, quod Zachæus ascendit in arborem ficomorum. Per istum figurantur illi, qui volunt contemplari crucis mysterium: sed huic dicitur descende, id est, humiliare: quia oportet ad sobrietatem sapere nam scientia inflat. Alij non sunt contenti, si sedeant, vel contemplantur, sed capiunt folia, quia mysteria crucis prædicant verbo, cuius fructus est in cibum, folia in medicinam. Alij non sunt his contenti: sed fructus apprehendunt corpus macerando. Ascendam in palmam, & apprehendam. In cruce fuerunt quattuor ligna. Pes crucis fuit de cedro, stipites de cypresso, transversale de palma, tabula apposta de oliua. Figuratum est Eccl. 24. Quasi cedrus exaltata sum, &c. Hoc autem factum est, quia genus humanum propter primum peccatum quadruplici miseria fuerat condemnatum, scilicet pœnæ ignominia, acerbitate, diurnitate, irremediabilitate. Hanc quadruplicem miseriam plangit David dicens: Quo niā sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Domini sagittæ sunt pœnæ illatæ: consequens ignominia describitur cum subditur: Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ: diuturna, Tota die contristatus ingrediebar: irremediabilis, Non est sanitas in carne mea. Ierem. 30. Pessima plaga tua. Item acerbitas: afflictus sum, & humiliatus sum nimis. Cedrus in pede significat, quod crux est remedium ignominie. Sicut enim cedrus quanto altius radicem habet, tanto superius ramos extendit, sic est in passione Christi: quia quanto est reputatus omnium nouissimus, & in ignominia profundus, tanto est præ omnibus gloria exaltatus. Cypressus etiam fuit in stipite ad designandum, quod passio erat in remedium acerbitalis: erat enim lignum, quo cōburebatur corpus mortuorum, vt inde respiraret odor, ne sentiretur cadauerum fetor. Palma quæ est arbor diuturna Iob. 29. Sicut palma multiplicabo dies ad designandum quod crux est in remedium æternitatis pœnæ, Eccl. 24. Quali palma. Quarto apposta est oliua ad scribendum crucis titulum

A lum, in qua positum fuit Iesus Nazaren. Rex Iudæorum, in quo designatur, quod passio Christi est in remedium irremediabilitatis pœnæ. Et sic per quattuor ligna crucis designantur quattuor remedia contra quattuor pœnas per peccatum inflictas. Et huius crucis mysterium reperimus in quattuor Apostolis distributum: nam solum quattuor Apostolos legimus crucifixos: Petrum, Simonem Cananæum, Andræam, Philippum. Super illo verbo, vt possimus comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, &c. Dicit Aug. in fine 2. de doctrina Christiana, id est crucem, cuius latitudo dicitur in transverso ligno, quo extenduntur manus, longitudo vsq; ad ipsam latitudinem, quo a manibus, & infra totum corpus affigitur. Altitudo autem a latitudine sursum vsque ad summum, cui caput adhæret. Profundum verò, quod fixum in terra absconditur. Quo signo crucis omnis actio Christiana describitur, scilicet bene operari in Christo, ei perseveranter inhærere, sperare cœlestia, sacra non profanare. Qui hoc facit crucem Christi cum sanctis omnibus comprehendit. Vidit Iacob in somnis scalam, & dominum innixum scalæ, &c. Scala est crux cuius latera sunt amor, & timor, qui surgunt ex consideratione passionis, & meritis passionis. Timor surgit ex primo: Imputatur enim mihi, mors Christi si ipsam male vivendo contempserim, & ideo timendum. Rursum crucifigentes. Amor surgit ex meritis. Rom. 8. Proprio filio non pepercit. Gradus scalæ sunt virtutes ascendentes in cœlum per mysterium crucis, vt de virtute in virtutem gradus ascensus in Syon. Sunt autem quindecim virtutes quasi quindecim gradus scalæ. Vnde David cantat quindecim Psalm. graduales, quinquę pertinent ad statum pœnitentiæ, quinque ad statum actiua, quinque ad statum contemplatiua, quinque sunt angustie pœnitentiæ, quinque incommoda actiua, quinque defectus contemplatiua, quibus quasi quinque gradibus est distincta à beatitudine. Contra hoc sunt quindecim gradus ascensionis, quos continet mysterium crucis, quinque angustie pœnæ sunt, prima de culpa, secunda de pœna æterna, tertia de pœna purgatorij, quarta de acerbitate pœnæ præsentis, quinta de incurfu diabolicę tentationis. Contra hos sunt quinque gradus virtutis crucis, primus liberatio à culpa. Num. 21. Fecit Moy. serpentem æneum: Serpens æneus virtuosus est Christus suspensus in patibulo crucis qui serpens dicitur propter similitudinem carnis peccati, secundus liberatio à gehenna. Præcepit quinque viris, & quinque viri sunt quinque angeli tortores in pœna. Signum Thau crux: percutere in infernum mittere. Sex etiam de causis torquent pro cognitione, delectatione, locutione, consensu, opere, consuetudine. Decretum erat nisi rex virgam auream porrigeret Assuetus, intelligitur hoc est Deus, palatium paradisi, atrium exterius, præsens sæculum, interius vero iudicium, exterius atrium intrant homines nascentes, interius morientes. Non vocata sunt omnes animæ non purgata. Omnis anima quę intrat atrium interius non vocata per gratiam confessionis, & contritionis absque dubio damnatur, nisi ad ipsam extendatur virga dominicæ passionis antequam introeat per gratiam compunctionis. Tertius est liberatio a pœna purgatorij. Eleua virgam. Quartus est mitigatio pœnæ præsentis. Venerunt in Marach, &c. Lignum illud est crux. Quintus gradus ab incurfu diabolicę tentationis. Treno. 3. Dabis ei scutum. Quinque incommoda vitæ actiua sunt, labor, inquietudo, defectus, sollicitudo, turbatio, quę ostenduntur in Martha. Luc. 10. quia satagebat ostenditur labor: quia circa frequens ministerium, inquietudo: quia petebat auxilium a sorore, ostenditur defectus: quia vero dicitur

Virtutes.

Gen. 18.

Heb. 7.
Gradus.
Scala.

Ascensio.
Crux.

Christus.

Ezec. 9.

Hester 5.

Exo. 17.
Vita.

Virtus.
Crux.

aitur à domino sollicita es, & turbaris, &c. ostenditur turbatio, & sollicitudo, turbatio ex affectionibus, labor ex operatione, inquietudo ex consuetudine, defectus ex infirmitate. Contra hoc sunt quinque virtutes crucis, prima spes retributionis contra laborem. Apoc. 11. Datus est mihi calamus; quia retributio mensuratur omnibus secundum mensuram crucis, unusquisque mercedem accipiet secundum laborem suum. Secunda virtus est consolatio, contra inquietudinem. Sub umbra illius. Tertius est robor contra defectum Gen. 22. In baculo meo transiui Iordanem istum. Quarta directio est contra sollicitudinem. Psal. Virga directionis. Quinta securitas contra turbationem exiguo ligno committunt homines, hoc est nauis, qua transimus per mare huius mundi. quinque etiam sunt defectus contra vitam contemplatiuam, primus ignorantia lectionis, secundus inutilitas meditationis, tertius tedium orationis, quartus tepiditas deuotionis, quintus carentia diuine contemplationis. Contra hoc sunt quinque virtutes crucis, prima est intelligentia lectionis, crux enim reuelat abscondita. Dabo clauem David, hæc est clavis, quæ aperit, & nemo claudit, secundus fructus meditationis, crux enim est ille vectis, in quo duo exploratores porta uerunt botrum vitis quæ portauit botrum virgo Maria. Duo viri cogitationes, & desiderium. Botrus humanitas passa, que debet portari in desiderio & cogitatione: Tertius est virtus orationis. Stabo in vertice montis habes virgâ: Quartus feruor deuotionis. Iudic. 6. Extendit Angelus summitatem virgæ. Panes azimi, id est mundæ cogitationes: carnes, id est piæ affectiones. In virtute virgæ crucis dominicæ accenduntur. Quintus gradus est illuminatio, & dulcedo contemplationis. 1. Reg. 14. Extendit Ionatas summitatem virgæ Ionatas intelligitur columba, & designat contemplatorem. In virtute igitur dominicæ crucis gustatur dulcedo diuina ex qua sequitur illustratio, quæ est contemplatio. Gustate & videte. Gen. 37. Tulerunt tunicam Ioseph intinctam in sanguine, &c. Ioseph Saluator Ægypti Christus. Tunica corpus eius intinctum sanguine passionis, Iacob Deus pater: est autem tunica polimita per diuersos ornatus conuersionis, vel diuersa vulnera, & opprobria que sustinuit, vel diuersos ornatus Ecclesiæ. Nam alios dedit apostolos, alios martyres, &c. vel propter ornatum sacramentorum. Est inconsutilis, vt dicitur in Ioan. 19. propter indissolubilem amor est & de super contexta per totum, quia omnes actus eius nimia charitate operiebantur. Hæc est vestis poderis, id est talaris, de qua dicitur in lib. Sap. 18. In veste poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, &c. Quia omnis perfectio virtualis pro informatione totius mundi ibi erat descripta. Hæc dicitur vestis talaris, quia regit, & ornat totum corpus Ecclesiæ. De hac dicit Iacob: Tunica filij mei est. Fluius egrediebatur de loco voluptatis, id est Christus de vtero virginali. Quattuor flumina egrediuntur ab illo. Primus lachrymarum. Luc. 19. Secundus sudoris. Lu. 22. Tertius sanguinis, Zac. 9. Quartus aquæ de vulnerato latere. Multiplex est effectus crucis, & sanguinis Christi. Primo enim lauat, secundo viuificat, & hoc in baptismo. De 1. Apocalyp. 1. Dilexit nos, & lauit nos. De 2. Leuit. 17. Anima omnis carnis est in sanguine. Clamat misericordiam contra desperantes. Heb. 12. Melius clamantem quàm Abel iustificat a culpa. Rom. 5. Iustificati in sanguine reconciliat peccantes. Colos. 1. Reconcilians per sanguinem figuratum est. Leuit. 4. Vbi precipit de sacerdote faciente delinquere populum immolabis vitulum. Altare est fides trinitatis. Quattuor cornua altaris describuntur Ephes. 3. Vt possitis comprehendere cum omnibus factis

Virtus.
Crux.

Can. 2.

Virtus.
Crux.

Esa. 22.

Exo. 17.

Psal. 37.

Gen. 2.

Flumina

Crux.

A Cuius quæ sit longitudo, & latitudo, sublimitas, & profundum. Latitudo bonitatis, siue charitatis: Longitudo æternitatis, sublimitas maiestatis, profundum sapientiæ. O altitudo diuitiarum. Altitudinem cæli, & lati, &c. In his quattuor offendit peccator Deum: bonitatem, siue charitatem offendit, quia peccator bonum incommutabile, quod nobis daturus est, dimittit pro bono commutabili, æternitatem spernit, quando pro vna momentanea dilectione æterna gaudia dimittit, & penam æternam incurrit: Maiestatem offendit, quia ipsam non timet, nec honorat, nec reueretur. Offendit, quia nec ei adheret, nec ei credit, defendit à triplici malo, pœnæ, culpæ, tentationis. Figuratum est Exo. 12. Sumetis agnum immaculatum, &c. Per su perliminare significatur pars superior rationis, per vtrumque potestas intellectus, & affectus, qui debet intingi in sanguine Christi, & sic liberabitur anima à malo. Item animat ad bonum 1. Mach. 6. Elephanti ostendebant sanguinem vix, & mori. Sanguis vix expressus in torculari crucis est sanguis Christi. Delectat affectum in amore in Christi. Job 39. Pulli eius lambunt sanguinem. Per pullum aquilæ qui irreuerberatis oculis respicit solem, designatur anima contemplatiua irreuerberatis oculis respiciens passionem Christi non reuerberando oculos, i. non vagando per cogitationes, nec per turbas affectuum deordinatorum. Satiat, desiderium animarum perfectarum. Io. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus vere est potus. Firmat per perseuerantiam finalem Heb. Testamentum confirmatum in sanguine. Testificat quantum ad futuram beatitudinem. 1. Ioan. 7. Tres sunt qui testimonium dant in te. Spiritus, id est prauitas conscientiæ, aqua. scilicet cõpunctionis, sanguis, scilicet memoria dominicæ passionis. Redimit mortuos, quo ad solutionem reatus Apoc. 5. Dignus es Dñe, & 1. Pet. 1. Non corruptibilis auro redempti est, sed precioso sanguine. Educit eos a pœna carentiæ visionis Dei. Tu quoque in sanguine. Inducit in gloria. Hebræ. 9. Per proprium sanguinem introiuit, & Apocal. 19. Vestiti veste a'perfa sanguine. Bonos glorificat. Exo. 63. Quare rubrum est vestimentum tuum. Can. 5. Dilectus, candidus & rubicundus. Si sanguis Abel innocens clamat vindictam: quanto magis sanguis Christi, qui in quolibet mortali effunditur, quia in quolibet Christus crucifigitur: Crux Christi est virga ferulis fructificando. Numer. 17. Inuenit Moyses germinasse virgam, & turgentibus gemmis eruperant flores quæ folijs dilatati in amigdala desinmati sunt: quia per virtutem crucis anima concipit bonum propositum, floret opere meritorium, fructificat per perseuerantiam ad finale terminum gloriæ. Absque vlla cunctatione nisi rex virgam auream, &c. Hac virga tetigit Hester. i. matrem suam. Rex, Christus ad pedem crucis, quæ corrui colore mutato in pallorè, & lapsa super ancillam, id est super sororem suam reclinauit caput. Desiderabilis cõtemplando 1. Reg. 14. Extrèdit Ionatas summitatè virgæ, quã habebat in manu sua, & intinxit in fauam mellis, & conuertit ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. Delectabilis in portando, Psal. 22. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Esa. 50. A facie huius virgæ pauebat Assur virga percussus. Est autem crux nobis data in signum, quia est datum probationis argumentum, directionis documentum, exanimationis experimentum. Signum autem virtutis crucis fuit veli scissio, terræ motio, monumentorum apertio, petrarum collisio, mortuorum suscitatio. Et data est crux signum directionis errantibus, ad reuertendum, pugnantibus ad triumphandum, deuotis ad contemplandum. 1. Paralipomen. 18. Abytai filius Saruiz percussit Edom

Virtus.
Rom. 11.
Eccles. 1.

Sanguis.

Religio.

Eucharist.

Zacha. 9.

Virga.
Num. 27.

Hester 5.

Signum.

E in domo salinarum, & constituit in Edom præsidium, vt Idumæa seruiret Dauid, Abylai salutare patris interpretatur, & significat Christum, Saruia interpretatur incerta charitatis viam. Edom sanguineus nostri sanguinis sribundus. Idumæa terrena est natura humana de terra sumpta. Dauid manu fortis, vultu desiderabilis Deus pater Abylay, itaque filius Saruia, id est, Christus filius Mariæ percussit Edom in valle salinarum, id est, diabolum in passione miseriarum, vt Idumæa, id est, tota humana natura seruiret Dauid, i. Deo patri. Crux est illud lignum vitæ in medio paradisi. De qua dicitur in Ge. 9. Signa Thau super frontes virorum dolentium, &c. Nota hist. vsq; ad mediũ. 10. c. Sex viri sunt sex virtutes, fides, spes, tẽperãtia, prudentia, fortitudo, iustitia. A via portæ superioris, quæ respicit ab Aquilo veniunt, quia à Christo, qui est via hostiũ porta superior, respiciens Aquilone per corporis mortificationem colliguntur, & in ipso reperiuntur. Qui libet dictorum virorum habet vas interitus in manu: quia quilibet harum virtutum est contra vnã radicẽ peccatorũ mortaliũ. Vir in medio earũ est charitas, quæ non est præcise contra aliquod peccatũ, sed vniuersaliter contra concupiscẽtiã cuiuscũq; illiciti: vnde est in medio omniũ virtutum, quasi fundamentũ, & centrũ, sicut Sol in medio planetarũ, & eucharistia in medio sacrorũ, à qua oēs virtutes formã, & efficaciam hñt. Iuxta illud 1. Cor. 13. Si linguis hoĩum loquar, & angelorũ, &c. Atramentarium scriptoris vulnus lateris Saluatoris, seu memoria passionis, quæ dẽt esse principaliter in illo, qui Deũ diligit. Incaustũ sanguis Christi: sed ad renes dẽt portari, quia in corde debet ligiter teneri. hi oēs iuxta altare aeneũ volunt ingredi, quia prædictis debet conscientia, quæ est altare, vbi sacrificantur bona, continuẽ custodiri, & cũ sic prædictis anima custoditur, tunc gloria domini, id est, gratia Dei ad limẽ domus assumit. Dicitur autẽ prædicto viro, q̄ stat in medio, vt per ciuitatẽ Hierusalẽ transeat, & quos non inuenerit signatos prædicto incausto i. qui in charitate non sunt, vel, i. eos, qui veritatem dominicę passionis, & resurrectionis denegant, vel id est eos, qui crucẽ Christi non habent in fronte, i. in operibus, sed solum in verbis senes, iuuenes, cuiuscũq; sint conditionis interficiant. Sed à sanctuario iubet incipere, i. à corde, quod est sanctuariũ, & camera Christi. Et primo à viris, & senioribus, i. à peccatis quæ magis opprimunt, & quibus anima diutius fuit infecta, & hoc vsque ad paruulos, vt nihil non signatum, non conformatũ cruci Christi remaneat in corde. Super quẽ autẽ videritis Thau, non occidatis: quia qui in charitate inueniuntur in die iudicij prædictã sententiã non timebunt, vel super quẽ id est bonos conceptus Christo, & eius cruci conformes nõ interficiatis, sed potius ad opus deducatis. Sequitur in prin. 10. c. Dixit ad virum qui indutus erat lineis ingredi in medio rotarum, &c. Cherubin est diuina maiestas, sub quo sunt tria paria rotarum, scilicet creaturæ sensibilis, scripturæ intelligibilis, ecclesiæ militantis. Si itaq; amor medium istorum ingrediatur diligenter, scilicet inquirendo Dei potentiã in creaturarum productione, Dei sapiẽtiã in scripturarum editione, Dei bonitatem in ecclesiã, & sacrorum institutione, colliget, & videbit, q̄ Deũ super omnia diligere debet. Et tũc duæ manus, quibus capitur Deus implẽtur primitijs amoris. Apo. 16. Tertius angelus effudit phialã suam, &c. Tertius angelus est Christus, qui venit sub tertia lege, scilicet gratiæ, qui effudit phialã suam, i. fregit corpus suũ, & naturã assumptam vnguento virtutũ plenã per passionẽ acerbissimã ita q̄ factus est sanguis. Effudit autẽ super fontes, & flumina: quia sacramentum baptismi recipit efficaciam ex Christi

A si passione acerba de fonte baptismi purgantis. Zac. 13. In die illa erit fons, de flumine etiam baptismi. Apoc. ostẽdit mihi fluuiũ aquæ splendidũ, &c.

De diuitijs.

Vo temporalia propter Deum debent cõtẽmni. Surgens Paulus de terra apertis oculis nihil videbat. Quere sup. Item de diuite, qui sepultus est in inferno. Quere sup. Diuites assimilantur araneæ: videmus enim cum quanto labore araneæ de proprijs intestinis sanie egerunt, egestam in fila extenuant, fila in texturam subtilissimã disponunt tam modico vento, quod textum est impellitur, impulsa dissipatur, dissipata non reintegratur. Et sic auari, & amatores diuitiarum illud, quod cum sudore, & labore multo congregauerunt, vno flatu aut mortis, aut furri, aut alterius casus amittunt. Vel sic. Absalon aspirans ad regnum figurat ambrosiosum, qui in quercu suspenditur, dum ad altitudinem status temporalis indebite per desiderium eleuatur. Ioab, qui interpretatur inimicos transigitur, indignatio cordis, iactantia oris, ostentatio operis, 2. Reg. 18. Accidit vt Absalon occurrit serais Dauid sedens in mulo, cunq; egressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam adhæsit caput eius quercui: & illo suspensõ inter cœlum, & terram mulus cui infidebat, pertransijt. Tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon: In quo significatur peccator dimittens poenitentiam, per quam obtinuit veniam impugnans patrem Dauid dum recidit per culpam. Hic per capillos suspenditur, quando per temporalium abundantiam in superbiam eleuatur: suspenditur autẽ ad quercũ, quæ porcorum fert pastũ, & est arbor patula non culta, quando ex abundantia temporalium cadit in luxuriã, quæ patenter est vbiq; diffusa: in quibus operibus Dæmones, qui significantur per porcos immundos delectantur: sed illo pendente mulus pertransijt, quia peccatore in peccato perseverante caro ad mortem defluit: mulus enim ex equo, & asina generatur. Equus est seruẽs, asinus hebes: quia caro nostra hebes est ad bonum, seruens ad malum. Tres lanceas in corde eius infingere, est de tribus generibus peccati, ad quæ inducunt temporalia conscientiam vulneratam habere: Nã inducunt ad superbiam, ad immuditiam, ad malitiã, & oppressionẽ pauperum. Temporalia sunt illa turba, quæ impediẽbat Zacharum, ne posset videre Iesum. Quere supra fol. 32. b. Democles non vno longius prandio regni necessitate in tolerauit, quã cũ repẽte cæpisset vibrari mũtro districtus e lacunaribus qui videbatur in iugulum purpurati ruiturus, vt pote pondere minarum, & equine setæ filo ligatus, inde prosiliens illa refugit celeritate diuitias deliciaq; regales tyranni Dionysij, qua solẽt celeritate appeti, sicut dicit Isidorus Luc. 13. Mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis 18. erat inclinata, nec poterat sursum respicere. Anima per concupiscẽtiã terrenorum efficitur muliebris, inconstans, lasciuia, & mollis, infirmitatis spiritus est concupiscẽtia, quæ multo tempore detinet animam, & quotidie in sensibus crescit, nihil autem est, quod ita reddat animam brutalem, & impediãt à visione Dei, & contemplatione cœlestium, sicut terrena concupiscẽtia. Per terram, quæ fuit maledicta, cor terrena diligens figuratur: quia terra est in sima dignitate, & sæz elementorum significans terrena, quæ debent a viro spirituali, vt fœces haberi, & esse infimæ ætimationis. Terra est minima

Virtus.

Charitas.
Eucharistia.Charitas.
Iudicium.

Rota.

Act. 9.

Luc. 18.
Paupertas.Cupiditas.
Auaritia.

Temporalia.

Mors.
Caro.

Temporalia.

Cõcupiscẽtia.

Ambitio.

quantitate respectu aliorum elementorum, designas temporalia, que sunt E
 minima durationis. Terra est frigida qualitate, terrena significans. Matth.
 Religios⁹. 19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis,
 Amen dico vobis, &c. Item Matth. 10. Qui reliquerit domum, aut fratres,
 aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut agros propter me, &c. Sed non sic
 Gen. 19. dimisit Sodomam vxor Loth, quæ respexit retro. Non sic peruersi Iudæi,
 qui nauseantes super manna celesti desiderabant porros, cepas, & allia. De
 Index. diuitibus dicit Is. 1. Manus vestra sanguine pleuæ sunt: quia quilibet mor-
 Principes. feillus eorum est sanguis pauperum, qui in mensis diuitum comeditur. Er-
 Prælati. de ipsis dicitur in Jeremia. In alis eorum inuentus est sanguis animarum
 pauperum, & innocentium. Sicut allia tradit scientia, ex eisdem sumus, &
 Religio. Diuitiæ. nutrimur. Et quia religio fundata est ad imitationem pauperis Christi: i-
 deo postquam religio diuitias peperit, filia matrem propriam suffocauit:
 nam paupertas genuit religionem, religio diuitias: diuitiæ verò destruxerunt
 religionem, qua destructa non solum spiritualia, sed etiam dissipata sunt
 temporalia, & ita à paupertate voluntatis meritorie, iuste redacti sunt
 ad paupertatem necessitatis vituperosæ. Sicut ebrius contemnit omnia,
 sic ebrii spiritu Dei contemnunt temporalia: vnde Petrus: argentum, &
 aurum non est mihi, sed ad pedes Apostolorum agrorum precia pone-
 bantur significantes pedibus conculcanda, quam indigna erant manibus
 contrectari. Matth. 7. Descendit pluuia, flauerunt venti, venerunt flumi-
 na, & irruerunt in domum illam, & cecidit, fundata. n. erant super arenâ.
 Cor. n. habens intentionem ad sterilitatem temporalium, quæ sunt sterilia
 dispergibilia, vt arena, modo inquietatur ex pluuia carnalitaris, modo ex
 Religio. flumine cupiditatis, modo ex vento elationis. Et ideo cadit, quia non est
 fundata super petram veram paupertatem Christi. Sicut quasi insensibilis aqua
 fluminis cauat terram, sic possessio temporalium conscientiam terrenam. Riuius
 aqua fuit, cauat terram si potest torrens transire per agros sine læsione factorum,
 & tu te incorruptibilia ista sine vulnere mentis possidere posse confidit. G
 Inde est quod multis, qui vellunt in religione Deo seruire, diabolus procurat
 aliquod beneficium temporale, vt resiliat a proposito, & submergunt in flu-
 mine, & mari huius mundi. Sicut cani ne euadat submersione lapis ligatur
 ad collum. Mulier accepit duas alas, vt volaret in desertum. Sed serpens, qui per
 Apoc. 12. sequebatur mulierem, misit ex ore suo aquam tanquam flumen, vt eam trahi face-
 Exod. ret a flumine. Quanto magis corpora inclinantur, tanto vmbra sunt lon-
 Vmbra. giores, & quanto magis surgunt, & ascendant, tanto vmbrae sunt minores, &
 breuiiores: vnde poeta vesperum describens, dicebat: *Maiores cauant altis de
 Jerem. 6. montibus vmbra.* Vx nobis, quia declinavit dies, quia longiores factæ sunt
 vmbrae vesperi, plagues illos, qui quanto magis ad finem, & mortem accedunt,
 3. Reg. 19. tanto magis vmbra temporalium diligunt. Proiecit se Elias, & obdormuit in
 vmbra Iuniperi. Iuniperus est arbor aculeata, & temporalia ista designat, que
 sunt anxietate culpæ, & penæ, quasi aculeis plena, vnde dominus comparat diui-
 tias spinis, sub cuius vmbra obdormimus, cum ex amore temporalium nos ipsos
 negligimus, & quasi securi torpemus: temporalia. n. spinæ Iuniperi sunt, quæ
 dum trahunt ad delectationem quasi pungendo lacerant mentem. Radix Iu-
 niperum cibus eorum, quod exponit Greg. de auaritia, quæ est radix om-
 nium vitiorum. Sed hæc vmbra, sub quibus per delectationem obdormi-
 mus inclinatur, quando considerata temporalium vanitate & breuitate, à
 nobis contemnatur, vmbra. n. sequitur fugientem, & fugit sequentem. Similitu-
 dinem hæc corporis, & non est corpus, in à melancolicis timetur, cum tamen ma-
 gis

Agis sit similitudo, quam veritas. Sic est de diuitijs. Thob. i. Tho. fugiens
 nudus latuit. Nudus latet qui non solum superflua, sed etiam necessaria re-
 linquit. Sunt autem diuitiæ fugiendæ, quia habent ex parte materiæ vi-
 litatem ex parte finis infructuositatem, ex parte durationis breuitatem;
 non enim sunt aliud aurum, argentum, & similia, nisi quædam ter-
 ræ egestiones, & stercore: quod qui fugiunt, quasi liberati ab igne eu-
 adunt. Sicut Loth descendente igne in Pentapolim fugit in ciuita-
 tem paruum Segor. Genes. 9. Est ciuitas hic parua ad quam possum fu-
 gere, & saluabor in ea. Ignis enim concupiscentiæ terrene ferè totum
 mundum depopulauit. 1. ad Thimoth. 6. Qui volunt diuites fieri, inci-
 dunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & in desideria multa inu-
 tilia, & nociua, quæ mergunt hominem in interitum, & in perditionem.
 Tu autem homo Dei hæc fuge, scilicet tentationem, & laqueum non in-
 telligit se miser vinculis, scilicet aureis, & argenteis ligatum, & illaqueatum
 Catena. possideri magis, quam possidere diuitias, quæ mergunt hominem in interi-
 tum: quia aurum, & argentum natura grauius sunt, & eruuntur ab inferis: &
 ideo cum auaritiæ rubiginem sibi coniunxerint suam reperunt originem, &
 miscetos sui amatores ad inferna demergunt. Qui ergo naufragium fugis,
 cur plumbum amplecteris? Et ideo tu homo Dei hæc fuge. Secure dormit
 in lectulo, qui sua omnia collocavit in cælo. Esa. 14. Pascentur primo
 geniti pauperum, & pauperes fiducialiter agent, requiescent. Pauperes di-
 cuntur primogeniti, quia in hereditate æternæ beatitudinis primo à pa-
 tre suo remunerati: vnde paupertas spiritus prima est beatitudo. Matth.
 5. Beati pauperes spiritu, &c. Hi requiescent, ideo, quia destituuntur omni
 mundano gaudio. Gen. 8. Cum non inuenisset columba, vbi requiesceret
 pes eius, reuersa est ad Noe. Quia mens spiritualis non inueniens requiem
 C in fluxibilitate rerum temporalium reuertitur ad Christum, vt in ipso re-
 quiescat. Nam Noe interpretatur requies. Itè Luc. 12. Anima mea habes
 multa bona. Quære sup. fo. 8. Diuitiarum congregatio, & aggregatio putre
 factio inducit rotorem, & tollit quietem. Iere. 48. Fertilis fuit Moab ab ado-
 lescencia sua requieuit in facibus suis: præsumptuosorum vana est requies,
 Iuxuria. deluduntur enim somnis, & cogitationibus vanis. Duæ catenæ, quibus
 Act. 12. Petrus in carcere ligatur gerens typum peccatoris sunt, concupiscentia
 in acquirendo, & auaritia in custodiendo, & retinendo. Temporalia
 sunt mola asinaria, quæ colligata collis diuitum submergunt eos in pro-
 fundum iniquitatis, & tandem in profundum inferni. Exo. 15. Descende-
 runt in profundum quasi lapis. Vx ergo illis, qui hanc demersionem pu-
 tant gloriam, & quanto profundius in cæno vilissimo immerguntur, tan-
 to amplius gloriantur. Sap. 5. Diuites pro statu suæ damnationis sic dicunt:
 D Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia, quid contulit no-
 bis? transferunt hæc omnia tanquam vmbra, & præmittitur, via domini igno-
 rauimus. Ibidem ergo errauimus a via veritatis, & lumen iustitiæ non illu-
 xit nobis, vmbra cum nihil sit aliquid esse videt. Luna mutabilis temporalia de-
 signat: ideo sicut ex interpositione lune inter nos, & solera sol eclipsatur
 sic vbi amor temporalium interponit inter nos, & Deum, radius gratiæ eclipsatur,
 vt non illuminet hemispherium animæ nostræ. Eccles. 27. Stultus, vt lu-
 na mutatur: Quia secundum bona eius transitoria, quæ fluunt, & resfluunt
 varia: bona ergo transitoria tanto reddunt hominem saepe deteriore, quanto su-
 periorè: accedunt. n. quæ ad Deum per dignitatis gradum, & recedunt ab eo per
 vitæ demeritum sicut luna quanto magis soli coniungitur, tanto magis prop-
 pria

prius luce priuatur. Viri spirituales, & contemplatiui debent terrena dimittere, in cuius signum Elias ascensus in celum reliquit pallium suum. 4. Reg. 2. Apoc. 12. Cauda draconis traxit tertiam partem stellarum secum. Cauda draconis est cauda aurea, & argentea, quam facit draco, per quam trahit secum in terram morientium, & inferiorum viros, qui videntur spirituales, & tamen eis consentiunt, & tertiam partem, quia non bonos prælatos, nec bonos clericos, sed cupidos eis consentaneos. Sunt duo fontes in Græcia, quorum vnus memoriam, alter obliuionem auferit. Primus est abundantia diuitiarum, quæ tollit memoriam beneficiorum Dei, quam bibunt Ægyptij appetentes aquam turbidam, relinquentes fontem aquæ viuæ. Ierem. 2. Fontem dicit, quia semper fluunt ad nos Dei beneficia, sicut à fonte scaturiente. Alius fons auferens obliuionem est paupertas: hæc enim resuscitat hominem quasi mortuum, vt cogitet de Deo, & memoretur eius. Et in Campania dicuntur esse fontes, qui reddunt mulieres steriles. Hæc sunt aquæ ambitionis, quæ nesciunt fecunditatem boni operis. 3. Reg. 2. Conqueruntur filij Prophetarum specialiter de sterilitate aquarum. Et Luc. 16. Fili recordare, quia recepisti, &c. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Diues enim, qui hic habuerat consolationem falsam, & illicitam, ibi inuenit cruciatum verum, & debitum. Luc. 6. Væ vobis diuites, qui hic habetis consolationem vestram: perditio enim vero bono egreditur anima ad querendum consolationem in bonis exterioribus foris, & ea inducit ad se intra, vt fornicetur cum eis, & nõ cognoscit desolationem, quam habet in carentia boni sui intimi, quoniam secum habet consolationem alienam delectationem huius mundi ingredientium ad eam per sensus carnis ipsius, vel cum ipsa egreditur ad illas si clausæ fuerunt viæ sensuum non patebit ultra via transeundi ad inuicem, & tunc separabitur societas varietatis, & erit mundus foris exclusus, & anima intus clausa, & in tali dissidio solam se inueniet, & querere incipiet socium illum, qui intus est, & excludi nõ potest, & non poterit societatem illius habere in desolatione sua: quia non quæsiuit illum in consolatione sua. Diuitibus debetur æterna calamitas. Est autem illa in triplici cruciatu: cruciatur enim flamma contra ardorem concupiscentiæ diuitiarum. Luc. 16. Clamat diues crucior in hac flamma. Sitit in lingua contra venenum deliciarum. Apoc. 9. Dictum est locustis per quas dæmones in altum se leuantes designantur, vt non occiderent eos, sed vt cruciarent eos mensibus quinque, & tormenta eorum cruciatus scorpionum, cum percutit hominem mensibus quinque cruciatur propter defectus quinque sensuum: vel mensibus sex secundum aliam literam propter defectum sex operum charitatis, & cruciatus eorum cruciatus scorpionum, &c. Quia plerumque contingit, quod homines toxicati sitiunt: ideo merito guttam aquæ petebat, qui micam panis pauperi negauerat. Et nota, quod dicitur Luc. 5. Relictis omnibus secuti sunt Iesum. Ideo ait Aug. Bene ait Petre fecisti omnia relinquendo: sciebas enim quod nudum sequi non poteras oneratus: in cuius figura dicitur de Elisæo, qui relictis omnibus, scilicet exercitio agriculturæ sine affectu ad terrena, cucurrit statim post Eliam, & secutus est eum. Diuites pro temporalibus æterna dimittent, habent sensum pueri qui plus afficitur ad pomum, quam ad regnum. Iuxta illud Prouer. 8. Relinquitte infantiam, & ambulate per vias prudentiæ, id est affectum infantium, sed ista sunt modici valoris, cur videntur ita magna ratio est, quia nimis appropinquat oculo: visibile enim iuxta sensum positum minus videtur, & magis apparet oculus existens in cælo, & aspi-

A aspiciens in terram plus videret de ea, quam existens in terra, & diceret est punctalem. Sic oculus spiritualis fixus in Deo elongatus a terrenis melius videt ea, & ei minora videntur. Exemplum de B. Benedicto, qui in contemplatione vidit totum mundum in radio solis. Act. 9. Surrexit Paulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Secundo videntur magna, quia densiore corpore cooperta sunt: sicut apparet in rebus, quæ videntur in aqua: vn-

B videt. 2. de & modica littera sub cristallo videtur magna valde: & sol in oriente, & occidente maior, quam in medio cæli propter vapores ascendentes, & cooperientes, vt patet in Alfragano: semper in proposito significantia temporalia isti sapientes sæculi, dicentes, quod oportet ea habere propter ecclesias faciendas, propter statum suum manutenendum. Sunt etiam vilia pretio, quanto enim aliquid vilius, tanto inferius. Vnde cum aurum inter temporalia quod reputant homines sit preciosius apud eos, & inferius inueniatur quasi propinquum inferno, patet ipsum esse valde vile, & omnia temporalia esse uilissima, adeo ut appellentur ab Apostolo stercus terræ, quia sicut stercora sunt quedam egestiones in humanis uisceribus indigestæ, similiter in uenis, in mineralibus illa metalla. Sunt etiam inuicilia premio, in cuius figura Ioan. 4. Reliquit Idriam, &c. Quære supra. Et nota quod Mar. 19. dicitur, si uis perfectus esse, uade, & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: quia sicut diues nihil habet in cælo, sed totum in terra: ita pauper nihil habet in terra, sed totum in cælo. Vnde inter se diuidit illi uersiculû: Quid mihi est in cælo? dicit diues, & à te quid uolui super terram? dicit pauper. Et Apostolus: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Paupertas reddit hominem aptum ad sequendum Christum: quia ut dicit Aug. Viscus alarum spiritualium est amor rerum temporalium: est. n. paupertas magna, preciosa, utilis contra tres conditiones temporalium. Magnum quid est: quia tollit omnem sollicitudinem, & mentis turbationem: nam securè dormit in lectulo, & securus transit inter latrones, qui totum thesaurum suum collocauit in cælo. Vnde ait Saluator: Theaurizare uobis thesaurum in cælo, ubi fures nõ effodiunt, nec furantur. Est etiam preciosa, quia confert pulchritudine spirituales. Dicit Caleph. Fratres mei dissoluunt cor populi, & nihilominus ego secutus sum dñm meum. Iurauitq; Moyse terram, quam calcauerit pes tuus, erit possessio tua, quia secutus es dominum. Fratres mei iacula

C Paupertas Mat. 6. Iosue 14.

D terram, quam calcatur: quia in hac arte hæc est regula generalis, quanto perfectius es contemptor, tanto uerius es possessor. Vnde Mar. 10. dicitur de illis, qui relinquunt omnia propter Euangelium Christi, quia centies accipient etiam in hoc sæculo. Quod patet, quia pro vno patre quem dimittit pauper Christi Euangelicus, vel pro vno centum patres per mundum inueniunt, & de centum agris, quod non esse habet comedat: vnde in lib. de colationibus patrum Abraham in experimētis vestris probare potuistis, qui in singulis patribus, matribusq;, ac domibus derelictis, quam partem mundi fueritis ingressi, patres, matres, fratresq; innumeras, domosque, & agros, seruosque fidelissimos absque vlllo sollicitudinis labore conquiritis, qui vos vt proprios dominos sumunt, suscipiunt, amplectuntur, fouent, venerantur

officijs. Est etiam paupertas perutilis, quia in sequentibus dominum em-
nem refrenat libidinem, dat pacem, & quietem sicut temporalia dant brig-
gam, & litigia: quia quietissimè, & pacatissimè viuunt homines, vbi cessat
meum, & tuū, & ex tali pace sequitur castimonia, & factimonia in refræ-
natione moruū, & adeptione sanctarū affectionū, quæ sunt dispositio ad vi-
dendum Deū. Beati mudo corde, quoniā ipsi Deum videbunt. Mundi cor-
de sunt veri pauperes, vbi nulla est cōtentio rerum materialū impugnās,
aut hebetans mentis oculum. Nota q̄ 1. Reg. 11. Vbi Naas Amonites, per
quem diabolus figuratur, volebat Israelitis viris Iabes Galaad eruere oculos
dextros, & dimittere sinistros, & sic confederari eis. Oculus dexter est,
quo, videmus, & consideramus temporalium vanitatem, mortis propin-
quitatem, vitæ labilitatem, gloriæ foelicitatem, pœnæ æternitatem: ex qua
cōsideratione vitā nostrā corrigimus, peccata dimittimus, & merita aggre-
gamus. Oculus sinister est, quo sapientes mundi vident vanitates, volupta-
tes, diuitias, delicias, & quomodo per fas, & nefas possint in talib. abudare. F
Multi sunt Israelitæ, multi clerici, & religiosi, quibus diabolus eruit dextrū
oculū, & dimisit sinistrum apertum, vult. n. seruos Dei monoculos face-
re: sic, quod illi, qui sunt monoculi non possint Domino seruire in ministe-
rio tabernaculi, siue in officio sacerdotali. Leuit. 21. Si albuginē habemus in
oculos non accedat ad altare, aut forte quia scit, quod erutus oculus sini-
strum regi clipeo necessarium foret, & sic populus non posset pugnare.
Iud. 17. Fuit autem adolescens de Bethleem Iuda, qui egressus est de Bethleem pe-
regrinari voluit vbicunq̄ commodum sibi reperisset, figurans cupidita-
tatem quorundam, qui transeunt de curijs ad curias pro beneficijs obrinē-
dis, quorum cupiditas nunquam dicit, sufficit, & moriuntur siti. Adolescēs
reliēta syndone nudus profugit. Exire. n. debemus nudi, & fugere a cōsor-
tio Iudæorū hominū mundanorum. Et Psal. 76. Tentauerunt Deum in
cordibus suis, vt peterent escas, &c. Escas animabus suis petunt, & Deum
tentant, qui temporalia, & non spiritualia in oratione postulant, ipse enim
pater æternæ suæ magnificentia irrogatā iniuriā reputat ab eis, qui formā
orandi transgredientes, in qua nihil tēporale petitur, quā ipse dicauit, ali-
quid transitoriū, vel caducū in oratione postulant, & magis offensam, quā
propitiationē impetrant pp hoc Eccl. 18. Ante orationē præpara animam
tuā, & noli esse quasi homo, qui tentat Deū, propterea dicit, quia quicquid
ante orationis horā conceperit, necesse est, vt orantibus nobis per ingestio-
nē recordationis occurrat, vnde ante orationis tēpus præparare nos debe-
mus, ex præcedēti. n. statu, mens in suppletionē format, sicut dicit Cassia-
nus, & ideo primū sollicitudo rerū tēporaliū generaliter est abscindenda,
deinde nullius negocij, vel causæ, non solum cura, sed nec memoria admit-
tenda est, vt eo seruire, & ea puritate, qua debet, emitti possit oratio. Eze. H
3. Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, & introduxit me in
atriū domus domini interiorius, & ecce in ostio tēpli domini inter vestibulū,
& altare quasi viginti quinque viri dorsa habentes cōtra tēplū domini, & facies
eorum ad Orientē. Magna iniuria nō recordari iugiter beneficiorum
Dei, quod est quasi ab eo recedere, & ei vertere tergum, & facies ver-
tere ad solis ortum magis diligere, & venerari creaturam, quā creatorem,
& plus pro eius acquisitione laborare; & si quandoque contingat e-
ius recordari, loquimur ei in oratione, & gratiarum actione sine omni deu-
otione, & reuerentia, ac si loqueremur lapidi, & habemus corpus in tem-
plo, & cor i foro: quia ubi est thesaurus, & illud quod diligimus, ibi est cor
nostrum.

A nostrum. Et Leuitic. 11. Omne de volucibus, quod graditur super
quattuor pedes, abominabile erit nobis. Quid autem super quattuor pe-
des, licet habeat longiora retro cura, per quæ salit super terram comedere
debetis, vt est bruceus cum genere suo, & artacus, aut ophiomachus, aut
locusta singula iuxta genus suum. Volucres gradiuntur super terram,
quattuor pedibus, qui volare debent acriter, eleuando se in amorem diui-
nium. Quattuor affectionibus hodie sectantur terrenam concupiscen-
tiam: ambulant autem super quattuor pedes, sed habent longiora retro cru-
ra, per quæ super terram saliant, qui terrenis subnixi affluentibus diui-
tijs cor non apponunt, sed quæ retro sunt obliuiscetes ad interiora se ex-
tendunt. Et hoc comedere debemus, quia tales imitandi sunt vt bruceus.
Bruceus est modicæ quantitatis, & fusci coloris, illos significans, qui de Religios.
religione ad dignitates assumpti humilitatem pristinam seruant in digni-
tatis, & deformitatem habent in vestibus competentem. Ophioma-
chus ab Ostrijs, dicitur Ostrios Græcè, quod est serpens, & auis est, quæ
pugnat contra serpentes, sanctos significans, qui pugnant contra tentatio-
nes. Locusta equini capitis, & coloris decoris significat nobiles, qui pro cō-
suetudine gerunt morem in splendore habitus, sed dum foris eleuantur,
spretā gloria temporali humiliant se interiorius. Artacus dicitur ab a, quod
est sine, & theca, quod est repositorium fœtus locustæ est, vt dicunt sic di-
ctus, quia deponit repositorium in quo iacuerit inuolutus, & volare
incipit, & est idem, quod athalabus, anima est, quæ relicta originali con-
cupiscentia se leuat ad cœlestia. 1. Paral. 21. Eleuans Dauid oculos vidit an-
gelum Domini stantem inter cœlum, & terram, & euaginatam haben-
tem gladium, versumque contra Israel. Angelus Domini stans inter
cœlum, & terram est Christus in iudicio stans in medio iustorum, & re-
probatorum cœlestium, & terrenorum habens gladium euaginatam, id
est, sententiam ad diffiniendum versum contra Israel contra populum Iob. 3.
Christianum, quia qui non credit iam iudicatus est. Vnde cum ipsis Chri-
stianis disceptabit de operibus pietatis non cum alijs. Ad hunc gladium
vtiquam leuaremus oculos mentis; sicut legimus de Dionysio tyranno Exempla.
Siculo, cuius bona cum Democles Syracusano extolleret, vis, inquit
Dionysius, in hac mensa pariter bonis mei, & malis vti? volo, ait. Tunc
indutus est regio cultu, & propositis regijs ferculis subito cæpit gladius
dillictus elacunaribus vibrari, quæ videbatur in iugulum decidere pur-
purati. Iam iamque ruiturus filo ecce equino ligatus, vnde tandem
post mixtas fletibus preces tandem profiliēs illa refugit celeritate diuitias,
deliciasque regales, qua solent appeti. Eze. 11. Spiritus leuauit me, &
adduxit me in Caldæam ad transmigrationem. Caldæa quasi feritas, vel
D quasi dæmonium interpretatur, feritatem seueritatis iustitiæ significat,
qui erit in illo iudicio, & societatem cum dæmonibus perpetuam. Et
1. Machab. 2. Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum e-
xeat post me, & fugit ipse, & filij eius in montes, & reliquerunt quæ-
cunq̄que habebant in ciuitate. Isti sunt Apostoli, & Apostolici viri, qui
fugiunt de mundo per paupertatem voluntariam, ascendentes ad vitæ Religios.
eminentiam, contemplantes Christum pauperem. Hebr. 13. Exeamus
ad eum extra castra improprium eius portantes, non enim habemus hic
manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Sic Christus exiit de
mundo, in quo pauper vixit, pauper egressus est. Ioann. 19. Baitans sibi
crucē exijt in eum, qui dicitur Caluarię locus, quæ pilis tēporaliū decalua-
tus

Mundus. tus. Et bene dicitur, quod Matatias fugit in Montes, & reliquerunt, &c. **E**
 Quia cum mundus ardeat igne auaritiæ, non tantum exire, sed etiam nudi
 fugere debemus, Isa. 52. Exite de medio eius, recedite, pollutum nolite tan-
Can. 8. gere, ego recipiam vos, & ero vobis in patrem. De anima religiosa dicitur;
Desertum. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitijs affluens innixa super dile-
Religio. ctum suum? In deserto autem Dominus filios Israel rexit ne victualibus
 deficerent, protexit, ne coram ostibus caderent, direxit, ne in solitudinibus
 viam perderent, sic dominus relictis temporalibus nos regit per sufficien-
 tiam necessariorum, Isa. 51. Ponam desertum eius quasi delicias, & solitudi-
Mundus. nem eius, quasi ortum domini, gaudium, & lætitia inuenientur in ea, pro-
 tegit contra versutiam inimicorum, dirigit in semitam consiliorum. Gen. 24.
Mors. Vallis siluestris habebat multos puteos bituminis. Quia mundus, qui est
 vallis siluestris multos habet laqueos tenacis cupiditatis: vel quia caro no-
 stra multis abundat carnalibus desiderijs & tamen vallis est, quoniam eis **F**
 impleri non potest: non enim satiatur oculus visu, nec auris auditu. Sed si
 meatus corporalium volupatum obstruamus, si terram, id est mortis me-
 moriam in hac valle iaciamus, vallem omnem implebimus, hoc fit abijciē-
 do voluptatem, & recogitando suam mortalitatem, quando homo resolu-
 tur in terram, hæc enim duo implent omnem concupiscentiam. Quia vt
 dicit Hieron. in prologo Bibliæ. Facile contemnit omnia, quæ se semper co-
Aranca te- gitat moriturum. De diuitibus, qui confidunt in diuitijs dicitur: Job 7. Sicut
la. tela aranearum fiducia eius. Greg. Tela aranearum texitur studiosè, sed su-
 bito flari dissipatur: quia quicquid ea quæ multo tempore, multo labore ac-
 quirimus, morte subtracti in puncto dimittimus. Ose. 8. In aranearum te-
 lis erit virtus Samariæ. 4. Reg. 7. Fugerunt Syrij, animas suas tantum salua-
 re cupientes, & reliquerunt tentoria sua, & equos, & mulos, & asinos in **H**
 castris. Quia fugere debemus de igne auaritiæ, quo totus mundus succen-
 sus est, etiam nudi si possumus fugere debemus omnia temporalia relin-
 quendo in castris carnalium amicorum, & non solum temporalia, sed etiã
 vitia, & carnales affectiones. Per equos superbia: quia sunt animalia cerui-
 cosa, & superbium incessum habentia. per mulos, qui sunt animalia dolosa,
 & fictitia, hypochrysis malitia: per asinos luxuria, sunt enim fortes in poste-
 rioribus. Diabolus blanditur, vt decipiat: sic enim quia blandiendo osten-
 dit rerum temporalium pulchritudinem, vt attrahat, & decipiat per il-
 licitam delectationem: sic enim Loth recedens a patruo suo deceptus est:
Gen. 19. Cum leuauit oculos suos, & vidit regionem Iordanis pulcherrimam, ac si
 esset paradisi portio. Sed sicut auis, quæ volat super laqueos euadit eos, quæ
 vero tenet se in infimis capitur ab eis, sic anima eleuata ab his temporalibus
 tanquam a laqueis, & transiens in sinum creatoris, euadit auaritiæ tē-
 tationem: In te eripiar a tentatione & in Deo meo transgrediar murum. **H**
Psal. 17. Murus enim peccatorum dicitur: quia inter Deum, & hominem diuidit, &
 hominem defendit, & abscondit: diuidit ne mens currat ad Deum, defendit,
 vt excuset peccatum, abscondit quasi possit latere, & effugere Deum,
 hunc murum in Deo transgredimur, dum per abundantiam lacrymarum
 quasi per alluionem murus suffoditur, & cadit, vel per confessionis scru-
 tinium quasi suffodiendo, vel per timorem mortis, & iudicij quasi per i-
 ctum machinæ, sicut cum sacerdotes tibus clangerent, muri Ierico corru-
 runt, nisi forte sit murus sarracenicus, de quo nihil potest haberi, vel parũ.
 Et hoc est quando peccatum sic est induratum, vel cor in peccato, quod de
 peccato nõ erubescitur, nec pœna formidatur. Et tunc necessarius est ictus
 machinæ

A machinæ prædicationis, vt in muris Ierico, vel ignis combustio, feruentis-
 sima compunctio. Marc. 10. Proiecto vestimento suo cæcus exiliens ve-
 nit ad Iesum: quia qui vult inuenire gratiam, & sequi Iesum neces-
 se est, vt abiciat vestimenta temporalium, & carnis curam nimiam, quia
 ista excæcant oculum intellectus per ignorantiam, & affectus per con-
 cupiscentiam. Genes. 25. Mutate vestimenta vestra, surgite, & ascenda-
 mus in Berel, quod interpretatur domus domini, quod facimus abiecta
 cura carnis, & temporalibus dimissis, & vacamus spiritalibus contem-
 plationibus, & exercitijs, vt patet in religiosis. Sapientes huius mun-
 di sunt simpliciter stulti, quia maxima dimittunt pro modicis; modica enim
 sunt omnia temporalia respectu æternorum, quod patet si attendamus v-
 tilitatem precij, res enim omnes quanto sunt altiores loco, tanto sunt nobi-
 liores estimatione, & precio: quia nobilius est cœlum, quam ignis, & sic **Diuitiæ.**
 vsque ad terram descendendo. Et inter terrena mineralia maximè argen- **Cœlum.**
B tum, & aurum sunt situ, & loco infima: vnde in hoc videtur hominum de- **Ignis.**
 ceptio, qui hæc reputant nobiliora, quæ debent viliora reputari, quæ prop-
 ter eorum vilitatem Apostolus vocat stercorea. Et in Actibus Apost. po-
 nebantur ante pedes Apostolorum tanquam pedibus conculcanda, quasi
 pertractari manibus indigna. Ex illo autem modico proficit anima, vel
 illud contemnendo propter Deum, vel inde faciendo opera pietatis: Ecce
 20. Est qui multa redimat modico precio, & restituens ea in septuplum:
 quia valent & satisfaciunt contra septem genera peccatorum, & restitui-
 septenarium virtutum. Secundo si attendamus breuitatem spacij: quia mo-
 dica sunt quæ modico tempore perseverant, qualia sunt omnia tempora-
 lia: ideo tribulationes, quæ hic sustinentur a viris perfectis, de facili superā-
 tur, cū temporis breuitas consideratur. 1. Per. 1. Exultabit modicum nunc
C si debet contristari in vanis tentationibus, vt probatio fidei vestræ multo
 preciosior sit auro, quod per ignem probatur. Probatur enim homo per tri-
 bulationes, & tentationes, & approbatur quando correctus non murmu-
 rat, sicut illi, qui per impatientiam suam iram Dei conuertunt in furorem
 & virgam in baculum. Sed indigni sunt, vt in altari Dei ponantur, qui a
 malleo tribulationis franguntur. Exo. 20. Non edificabis altare ex lapidi-
 bus sectis. Aliquando enim pater filium infirmum ligat, vt eum incidi fa-
 ciat: sed cum rebellare, & euadere nititur, in nouaculam incidit, & enor-
 miter vulneratur. Modica etiam sunt, quæ continentur modico loco, &
 spacio: terra enim respectu cœli centrũ est, & quasi punctum: ideo quæ in
 terra sunt, modica sunt. Ideo Seneca in lib. de naturalibus questionibus ait:
 Angustum est illud, in quo nauigatis, in quo bellatis, in quo regnatis, sur-
 sum ingentia sunt spacia, in quorum possessionem animus admittitur. Et
D ita si secum minimũ ex corpore tulit, si sordidum omne dererit, & expedi-
 tis leuibus, ac contemptis modico emicuit. Cum verò superiora spectat a-
 nimus, aliter crescit, & velut vinculis liberatus, in originẽ redit, id est, ibid.
 vnde venit. Et infra. Quantum est spacium, quod ab vltimis littoribus Hi-
 spaniæ, vsque ad Indos iacet, paucissimarum dierum est spacium, si nauem
 suam, id est propter ferat ventus: at illa regio cœlestis per triginta annos ve-
 locissimo siderere viam præstat nusquam resistenti: sed æqualiter eunt. Il-
 lic deinde dicit, sed animus noster, quamdiu quæsiuit, illic incipit Deũ nos-
 se. Tertio sunt modica ex immensitate desiderij: Desiderium enim immen-
 sum charitate inflammatum omnem laborem vitæ humanæ reputat mo-
 dicum: si enim inesset alicui tanta virtus, ut portare posset omnia pondera
 rola

Charitas. rosa: diceremus illum modicum laborare, qui portaret unam ciuitatem **E**
Amor. super humeros suos, sed desiderium charitate inflammatum ita se habet.
 1. Cor. 14. Charitas omnia suffert, omnia sustinet. Ideo modicum laborat,
 immo nihil, iuxta illud: Qui amat non laborat. Nam amor reddit omnia fa-
 cilia, charitas enim ignis est, qui nunquam dicit, sufficit. Et ideo quodam-
 modo videtur esse infinite virtutis, cui omnis labor videtur esse modicus,
 & quasi nihil. Quarto sunt modica ex diurnitate supplicij, quia sicut op-
 posita iuxta se posita melius apparēt, ita si pensetur breuitas delectationis,
 & diurnitas æternæ punitionis totum, quod est temporale reputabitur
 quod modicum est in delectatione, & infinitum in punitione. Iob 7. Ecce nunc
 in puluere dormiam & si mane me quæsieris, non subsistam: puluis sine
 humore ariditas cupidi cordis est, sine pietatis affectione: Et quia iudicium
 extremum erit de operibus pietatis viri defixi in sæce cupiditatis sentien-
 tes se esse reos, vbi omnia luce clariora erunt, non audebunt ad quæstiones **F**
 sibi propositas caput leuare, ideo dicitur, si mane eos Deus quæsierit, non
 sufficere, sed magis eos tabescere: vnde in Psal. 75. Dormierunt somnū suū,
 & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis: sicut dormiens som-
 niat quando sitit, quod ad fontem pulcherrimum bibit, & esuriens com-
 dit, & cum excitatus fuerit vacua anima eius nihil inuenit, ita quæ nihil
 in cælo thesaurizauerit per manus pauperum, nihil inueniet post huius vi-
 tæ decursum. Iob. 27. Diues cum dormierit, nihil secum auferit, aperiet o-
 culos suos, & nihil inueniet: apprehendet enim quasi aqua inopina, nocte op-
 rimet eum tempestas. Bene dicit, cum dormierit, nihil secum auferit; res
 enim nostras seruando amittimus, & erogando seruamus diu cum eis vi-
 uere non possumus, quia vel eas relinquitur moriendo, vel illas perdimus
 viuendo. Ideo hic agere debemus, vt nobiscum transeant, & in æternas di-
 uitias commutentur, & bene dicit, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. **G**
 Quia vt dicit Greg. Oculos, quo: culpa claudit, pœna aperit: quia dormit
 diues, & oculos aperire cogitur, quando carne moritur, & ea quæ contem-
 psit videre, & prouidere, anima eius intuetur. Ideo nihil apicit, quia se va-
 cuū vider, nihil esse quicquid dilexerit, quasi somniauerit, propterea nihil
 diuites inuenerunt, quia quasi euigilantes post somnū nihil permanens ad
 illud iudicium secum ferunt. Vnde diues Epulo sero oculos aperuit, quan-
 do Lazarum requiescentem vidit, quem iacentem ante ianuam videre cō-
 tempserat. Dicitur de diuitijs fluxilibus. Itæ sunt aquæ contradictionis, in
 quibus iurgati sunt filij Israel in deserto, id est in mundo. Quia pacificè vi-
 uerent homines, si non essent hæc duo pronomina, meum, & tuum. Vnde
 cupiditas tollit societatem, & frangit charitatem: vnde dicitur in Gen. 13.
 quod facta est contentio inter pastores Abrahami & Loth, qui erāt fratres:
 erat enim substantia eorum magna, & nequibant habitare communiter. **H**
Christus. Secundi Reg. 10. Misit Dauid nuncios suos ad Amon regem qui fecit eis
 mediam barbam radi, & vestes vsque ad nates truncari, & sic confusos re-
 misit eos. Dauid manu fortis, vultu desiderabilis, Christus est, fortis, aduer-
 sariū superando in passione: ibi abscondita est fortitudo eius: vultu desi-
 derabilis, in glorificatione, Quia in ipsum desiderant angeli prospicere. A-
 mon interpretatur populus dolens, populus iniquus, populus inutilis, &
 de demonibus propriè potest dici. Serui missi à Dauid sunt clerici, & reli-
 giosi: barba autem, qua debetur homini in virili ætate, virtutem significat,
 & discretionem. Mediam ergo barbam Diabolus istis redit, Quia tota vir-
 tus, tota discretio, tota prouidentia eorum est in temporalibus congregan-
 dis

A dis, exigendis, multiplicandis, & de spiritualibus penitus non curatur, cu-
 ramen discretio prælari deberet esse barba integra, vt sciret temporalibus
 & spiritualibus prouidere, & magis ad ecclesiam spiritualiter dilalandam
 q̄ temporaliter impinguandā. Sic in 1. Reg. Naas Amonites, qui interpreta-
 tur serpens, i. diabolus viris Iabes Galaad, qui interpretatur calidi, i. auaris,
 & cupidus vult eruere oculum dextrum, vt non videant cælestia, & æter-
 na, & dimittere sinistram quo vident temporalia. Vestesque seruorum Da-
 uid in magnum opprobrium totius ecclesie truncatæ sunt vsque ad nates:
 quia conuersatio, quæ per vestes designatur, talis est, quod iam apparet to-
 ti mundo aliquorum turpitudine, & nates turpitudinis iam apparent dis-
 coopertæ. Apocalyp. 3. Tu dicis, quod diues sum, & locupletatus, & nul-
 lius egeo, & nescis, quia tu es miser propter hoc, quia tu acquiris, & nescis
 cui, cum labore: & miserabilis, quia possides cum timore; Pauper
 quia amittis cum dolore: Auaro enim tam deest, quod habet, quam quod
 non habet; cæcus quo ad cognitionem, quia magis reputant temporalia,
 quam æterna: nudus quo ad virtutum priuationem, contemnentibus tempo-
 ralia, apparet Dominus. Exemplum de Abraham cui dictum est: Egredere
 de terra tua, &c. Gen. 40. Videbam vitem, &c. Pincerna Pharaonis
 est peccator, qui tenetur in carcere conscientie. Visiones eius, & somnia
 sunt cogitationes multæ, quibus velut dormiens in morte surgens nihil in-
 ueniet. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt viri diuitia- **Psal. 75.**
 rum. Esa. 29. Sicut somniat, &c. Vitis est humana concupiscentia. **De hoc q̄**
 Tres propagines, tres concupiscentie, oculorum, carnis, superbie vitæ. **Cre. re infra.**
 scunt gemmæ, & botri erumpunt, acquisitio florum in hortis fragran-
 tibus, odor lucri temporalis: vnde odor lucri suauis est; maturescunt
 vitæ in procuracione diuitiarum, deliciarum, honorum, Tunc mani-
 bus, id est operationibus exprimit immunditiam culpæ in calice Pharao-
 nis, id est, diaboli. Contra illos, qui confidunt in diuitijs. 4. Reg. 18. dicitur
C Ezechie: Quæ est fiducia tua, &c. Et in 2. Reg. 18. Absalon per crines sus-
 pensus est in quercu, &c. Absalon qui insurgit in patrem, significat diui-
 tem superbum erigentem se contra Deum: Mulus in quo sedet signifi-
 cat corpus sterile: quia qui seminat in carne, de carne metet corruptio-
 nem. Crines in quibus Absalon gloriatur sunt diuitiæ. Quercus magna, **De Absa-**
 & condensa est manus Dei siue iudicialis sententia, quæ tot frondes ha- **lon.**
 bet, quot sententias pro, & contra profert: sub hac obumbrabunt iusti,
 suspenduntur iniusti. Mulus recedit, cum corpus moritur, & tunc re-
 manet Absalon suspensus ex sententia Dei. Venit Ioab, qui interpreta-
 tur inimicus significans Diabolum, & tribus lanceis, id est tribus pœ-
 nis, eum perfodit, prima est carentia visionis, secunda ignis, tertia **Pœna.**
 conscientie vermis, quæ sunt principales, quamuis sunt multæ aliæ. **Inferaus.**
D Concupiscentia, & auaritia significatur per illum serpentem, qui uoca- **Deuteron.**
 tur Dipsas, cuius uenenum tale est, quod quemcunque momorderit si-
 ti morietur. Quære sup. fol. 7. Iudic. 12. dicitur quod occupauerunt Gala-
 tide vada Iordanis, &c. Eufrates frugifer interpretatur, & significat diui-
 tes; Iordanis humilis descensus significat mortem: Galaad interpretatur
 aceruus testimonij: vnde Galatide congregatio sanctorum, ex quo-
 rum comparacione indicantur prædicatores diuites. Dicunt ergo in **Iudicium.**
 morte Sibboleth, quod interpretatur palea. Quia de paleis diui-
 tiarum est sermo suus: non habens gradum ædificationis. Sed in ipso
 Iordanis transitu in hora scilicet mortis iugulantur, qui nisi paleas expri-
 mere

Mere non valent. Mat. 3. Paleas comburet igni, non enim possunt dicere **E** Schibboleth, quod interpretatur spica: quia non portant secum spicam cum granis bonorum operum, de quibus possint reddere rationem coram Deo. Et ideo non dicunt Schibboleth seu spica. Quia in morte nihil loquuntur nihil portant, de quo possit eorum anima nutriri in paradiso: quia opera illorum sequuntur illos. Cor diuitis significatur per lapidem Alexandri. supra fol. 8. Duplex est paupertas, vna affectiua in patriarhis, & comparatur transitui Moysis, inter aquas, alia effectiua in Apostolis, & comparatur transitui Petri super aquas: quod pauperes Euangelici sequentes Christum nudum temporalibus expoliatum non debent verecundari: quia tales figurantur per primos parentes in statu innocentiae, de quibus dicitur: Erat vterque nudus, & non erubescabant. 4. Reg. 9. Iezabel depinxit oculos suos sibi: Iezabel interpretatur fluxus vanus, & sterquilini, & significat mundum, & diuitias, & honores huius sæculi, quæ nihil adiscunt, quam fluxus **F** vanitatis, & vilitatis, qui tunc sibi oculos suos pingit cum dolores, amaritudines, præssuras, angustias, quasi quibusdam sophistici coloribus, de stationibus, honoribus, pompis, quasi pingendo superponit. Auaritia, & cupiditas est ille ignis, qui cum Diabolo cadente descendit de cælo, & consumpsit oues Iob: quia iam religiosi, & clerici hoc igne sunt combusti. Iosue 6. Ierico erat clausa, & c. Nota histo. Ierico interpretatur defectus, & significat diuitias mundum & honores. Primo debet septem diebus circuire, quia septem sunt circa temporalia consideranda, & meditanda, prima dies est, quod cum labore acquiruntur, secundo quanto timore possident, tertio quanto dolore dimittuntur, quarto quomodo viles sunt in se, quinto quomodo deficiunt tempore maioris necessitatis secundum in morte. Sexto quantum damnum, & periculum afferunt, quia plurimos ad infernum deducunt, & multi etiam corpora propter diuitias amittunt. Et nisi in **H** fra istos sex dies cadant muri Ierico contemnatur, scilicet mundus & diuitiæ, addatur septima dies, quæ in scriptura significat quietem: die enim septima, id est cognoscendo quietem paradisi. Debet Ierico septies circuire, considerando septem dotes, tres ex parte animæ, quartior ex parte corporis: vel septem circuitus, id est vniuersitatem omnium bonorum, quæ in septenario designatur. Debent nihilominus illi, qui circuiuerunt septem tubis clāgere, in quo designatur quod debemus considerare æternitatem gehennæ, & gloriæ: quia enim septem diebus totum tempus comprehenditur, rectè per septenarium æternitas designatur. Et hoc multum facit muros Iericho cadere, id est, amorem mundi, & temporalium deponere, dum consideramus vitæ breuitatem, penæ, & gloriæ æternitatem. Quod diuitiæ impediunt spiritualem oculum non videat Deum: vnum dicitur in Luca, quod Zachæus non potuit videre Christum, quia statura pusillus erat, donec ascendit in arborem Sycomorum, sic homo diues non potest videre Christum: nec sequi eum, donec terram deserens Sycomorum ascendat: Et tunc sicut ficus fatua, id est stultus mundo factus, mundana condemnat, defraudata quadruplata restituat, residuum dimidium pauperibus det, dicens: Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. Ecce, dicit, propter dandi oportunitatem: dimidium, propter doni quantitatem: bonorum propter doni, & eleemosynæ præciositatem: meorum propter doni proprietatem: Do, propter liberalitatem: Pauperibus, propter necessitatem. Et propter hoc donum eleemosynæ, & contemptum temporalium, meruit Christum in suo hospitio recipere, & audire meruit dicentem: Hodie salus domui huic facta

cta

A cta est: Mundus est illa fornax Babilonis de qua dicitur in Daniel. que succensa est malleolis, id est ardore, & cupiditate diuitiarum. Malleoli enim, id est sarmenta faciunt ignem valde calidum, & penetratiuum, & subito deficiunt: Vnde iste est ignis alienus, quem Nadab, & Abiu sacerdotes posuerunt in thuribus, id est in cordibus suis. Et erupit flamma, & consumpsit eos. Leui. 21. Quia ignis cupiditatis maxime ardet in cordibus clericorum, & prælatorum: cuius flamma spiritualiter consumuntur. Cupidi sunt similes araneæ, quæ de suis visceribus telam texit, & vt possit texere se euiscerat. Tela cum difficultate textitur, sed cito, & subito rumpitur: sic temporalia cum difficultate acquiruntur, & cito, ac subito dimittuntur, quia diues Epulo nihil secum portauit. Hanc telam de visceribus texunt, qui cogitationes, affectiones, & studium suum in congregandis diuitijs ponunt. Quomodo temporalia debent dispensari. Mat. 25. Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, & c. Quere supra fol. 27. & 28. Genes. 3. Ambo erant nudi, & non erubescabant: quia pauperes Christi non debent verecundari.

De sensibus custodiendis.

Quod sensus sunt custodiendi ne aperiantur ad obiecta nocina, quia ea quæ in vigilia per sensus recipiuntur, in somno ab imaginatione reuoluuntur: & talibus formis vitur anima dormiendo, quales hausit euigilando; imaginatio autem maguam habet virtutem imprimendi, vt probat Auicem. in lib. de animalibus, exemplificans de gallina, quæ post galli victoriam ex imaginatione cristam, & calcaria habuit. Et hoc cõmuniter videmus, quando imaginata forma victoriæ facies rubescit imaginato forma victoriæ facies rubescit, imaginato vero tempore pallescit: Et hoc patet Gen. 30. In virgis partim decorticatis, quas Iacob posuit in canalibus ad quas aspicientes oues tempore conceptus, factus discoloris generabant ab illicito aspectu oculi sunt comescendi, quia vt dicit Aug. in principio regulæ: Impudicus oculus impudici cordis est nuncijs: Et Iacobus non licet intueri, quod non licet concupisci. Et Sapiens, propter speciem mulieris multi perierunt. Et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Et hoc oportet facere qui vult castitatem custodire: Sicut Ioseph, de quo Gen. 39. Iniecit domina oculos in Ioseph, sequitur dixit ei: dormi mecum, deinde apprehendit laciniam vestimenti eius. Videre insultus libidinis, petulans est, procax est, importuna est. Ergo petulantie oculorum opponatur pudicitia oculorum, procacitati verborum puritas cordis, impuritati tactus opponatur munditia cordis, respuit tactum adulteræ, rumpit fibriam vestimenti ne serperet contagium, & sic de libidine triumphatur, & palma reportatur. Alioquin telis, & iaculis oculorum vulnerabimur, etiam longe positi, asta sermonis vibrabimur, etiam si prope positi tangi nequeamus. Gladio cominus configimur si tagamur. Crines Samsonis sunt, sensus nostri, & vires animæ, quæ à Dalida raduntur, quando sensus inficiuntur. Quere supra. Propter metum Iudæorum Christum persequentium discipuli debent tenere clausas fores sensuum, & tunc intrat Christus ad eos dans eis pacem, & spiritum sanctum. Quere supra. Clausis vijs sensuum non patet ingressus inimicis ad impugnandum ciuitatem animæ. Quere supra. Holofernes ex aspectu, & consortio Iudith fuit ad luxuriam prouocatus, vnde dixit ad Vagao, Eunuchum: Vade, & suade hebreæ illi, vt sponte consentiat habitare

Mundus.

Ignis.

Aranca.

Claustra.
Custodia.
Sensus.
Societas.
Mulier.Cogitatio
Ecl. 9.
Virginitas.
Castitas.
Videre.
Oculus.

Tentatio.

Iudic. 12.
Luxuria.

Iudic. re mecum. Holofernes interpretatur infirmans, vitulum saginatum, con-
Mulieris. cupiscentiā carnis significat, quæ eneruat, & debile reddit corpus delicatū,
 & spiritum lasciuum. Vnde & Samson in sinu mulieris obdormuit, & ca-
Societas. pillis rasis virtutem perdidit, & excæcatus seruituti mole se subiecit. Sinus
 mulieris, blandimentum carnis: capillus capitis, radius contemplationis:
Voluptas. caput Samsonis principale mentis. Labor molaris circuitio delectationis
 in creaturis, vel parua assuefactio consuetudinis. De claustra sensuum,
 & claustri, potest exponi illud Esa. 41. Ponam desertum eius quasi deli-
Sensus. tias, & solitudinem eius quasi hortum domini. Tunc enim in anima sunt
 spirituales delitiæ, quando anima vacat soli Deo: secreta intentione intus,
Custodia. hoc est in se habita ipsa sola clausa, & quæta inclusa sicut Maria, quam
 Angelus Gabriel inuenit inclusam dum annunciauit Dei filium incar-
 nandum: sicut Apostoli clausi, & orantes in superiori cœnaculo. Spiritum
 sanctum receperunt. Non sicut Dina, quæ curiosa videre mulieres re-
Gen. 34. gionis illius, egressa domum, corrupta redijt ad domum. Vnde Iudith fecit
Iudith 8. c. in superioribus domus suæ secretum sibi cubiculum, in quo cum puell
 lis suis clausa morabatur, scilicet affectionibus sanctis, & sensibus clausis.
 Nec illa Sancta Susanna manens in domo clausa periculum castitatis, quā
 infantiam incurrit. Et solitudo sine clausura, noxia sæpe inuenitur. Vnde
 Susanna emissis puellis à se, quia bene clausa non fuit insidias passa est se-
Religios. niorum, qui obseruauerunt tempus quo possent eam inuenire solam. Da-
 niel. 13. Religiosi stantes in claustra claustri, & sensuum, & statutorum,
 comparantur horro concluso, ad quem non ingrediuntur bestię, nec ho-
 mines ad destruendum flores, vel fructus. Quæ re de hoc in tabula de con-
 templatione in autoritatibus ibi expositis de canonicis. Vnde de talibus ex-
 ponitur illud Numer. 24. quā pulchra tabernacula tua Iacob, ten-
 toria tua Israel, vt valles nemorose, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt taber-
Sancti. nacula, quæ fixit Dominus quasi cedri prope aquas. Viri enim sancti sunt
 in se sicut tabernacula ordinati in Deum per charitatem, & in proximum
 sicut tentoria extensi, & sicut valles per humilitatem: nemorose per virtu-
 tum frondes, viuacitatem, iocundæ per conscientie hilaritatem valles, quia
 parum de se sentiunt, sed nemorose propter spirituales iocunditatem,
 quam interius recipiunt. Et horti iuxta fluuios irrigui, quia fluunt in la-
Religio. chrymas ex dilatatione huius præsentis exilij: sunt tabernacula fixa à domi-
 no, propter constantiam in bono proposito. Honestas sensuum est flos
 quidam redolens, cuius odor repellit serpentes sensuales. Can. 2. Capi-
 te nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra flo-
 ruit. Vulpes paruulæ sunt motus bestiales, & sensuales, vel subtiles astutię
 diabolis, quas præuidet anima perfecta diligenter: quia demoliuntur vineas
 florentes animas perfectorum contaminantes. Sicut flos tener, & delica-
H tus dum manu tangitur, statim incipit marcescere, & foetere, sic virginita-
 tas, & mentis puritas dum tactus accedit illicitus, vel aspectus, vel auditus,
 statim inficitur, & corrumpitur, & coram Deo, & angelis incipit foetere:
 quia corrumpunt bonos mores colloquia parua. Lædetur quasi in primo
 flore vinea. Borrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum. Assimila-
 tum est regnum homini regi, qui voluit ponere rationem cum seruis
 suis, hoc est cum affectionibus, & sensibus meis, qui sunt sub voluptate
Cōsiderare cum quibus debemus distincte computare, hoc est nos in nostris cordibus
 post casum recolligere. In de est quod philosophi dicunt, quod de celo descē-
Cognitio. dit illud: Nō se respicere. Mens enim quæ necit in suis intimis stare, &
 ad

A ad se redire, non potest vtiliter leuari super se. Præsertim cū cognitio no-
 stri via sit in cognitionem Dei. Et in Dei imagine debemus cognoscere;
 quid debeamus de ipso sentire: quia debemus per contemplationem vi-
 dere, quo debemus per deuotionem tendere. Cuius Moyses minasset gre-
 gem ad interiora deserti apparuit ei dominus. Quia dum rex bestialium
 sensuum nostrorum in deserto claustri clauditur, & a tumultu sensibi-
 lium obiectorum separatur, mens incipit per contemplationem Deum vi-
 dere. Fecit Salomon candelabra aurea quinque ad dexteram, quinque ad si-
 nistrā, contra oraculū & quasi lilij flores, & lucernas desuper aureas. Hi
 sunt quinque sensus exteriores, & quinque vires interiores apprehensi-
 ue nacantes ad diuinæ intelligentiæ, percipiendum splendorem, quæ sunt
 lilia, per munditiam, & honestatem. Ista sunt lilia quæ Iudith secum assu-
 psit expugnatura principem Holofernem: quia honestas, & puritas sensuum
 multum facit ad Diabolum impugnandum. David respiciens per fenestrā
B videns mulierem lauantem se, incurrit homicidium, & adulterium. An-
 cilla ostiaria purgans triticum, dimisit ostium apertum, id est sensus, & in-
 trauerunt latrunculi & amputauerunt caput Isoseth. Sicut Madianitæ
 ornauerunt filias suas, vt populus Israel videns eas deciperetur, sic hostes
 nostri terum sensibilia, & concupiscibilia maxime præteritarum de-
 lectationum imagines oculis mentis obijciunt, vt mens in earum delecta-
 tione, & consensu turpiter prostituatur. Sed mira præsumptio eius, qui co-
 ram omni multitudine ad fornicandum ad Madianitas in troia: non mi-
 nus miserabilis præsumptio eius, qui Deo consecratus, & dedicatus sensus
 suos vanitatibus exponit, & inter desideria æternorum, & suspiria lachry-
 marum, fantasias præteritarum delectationum per concupiscentiam re-
 spicit, & eis consentit. Iudic. 16. Si rasum fuerit caput meum recedet à me
 fortitudo mea, & deficiam. Quia cum sensus, & vires, quæ dependent ab
C anima sicut crines per illicitos actus sciuntur: vel cum superior portio
 rationis, quæ est caput animæ spoliatur cogitationibus mundis, deficit gra-
 tia, per quam viger animæ robur colligitur ab anima suauitas dulcedinis in-
 fusæ. Iosue 5. Defecit manna, propter quod comederunt filij Israel de fru-
 gibus: quia anima cuius portio superior, vel ipsi sensus per amorem, con-
 sensum, & delectationem tangit temporalia, & sensibilia delectabilia, nun-
 quā delectatur circa spiritualia: & ideo mens illa, quæ degenerans conuer-
 titur inferius, semper quasi fræno esset reuocanda superius, & de custodia
 sensuum intelligitur illud Esa. 24. Clausa est domus nullo introeunte, quod
 fit cum anima conuertitur ad memoriam peccatorum præteritorum, &
 circumspecte se habet ad cautelam futurorum, ne quid ingrediatur per se-
 sus corporis, vnde inficiatur sensus mentis, in cuius figura Deut. 22. Cum
D edificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effun-
 datur sanguis innoxius in domo tua, & sis reus alio labente, & in præ-
 ceptis ruente. Quia cum edificatur domus nouæ conuersationis, facien-
 dus est murus debite cautelæ, & circumspectionis, ne anima iaculis sensibi-
 lium vulneretur, & moriatur per peccatum, & ut proximus non ruat ibi
 per scandalum. Mulier molesta erat adolescenti, & ille recubabat stu-
 prum, &c. Nota histo. vere notabile est quod præmittitur. Post multos
 dies iniecit domina oculos in Ioseph, & ait: Dormi mecum, quia post mul-
 tas uiretum glorificationes, concupiscentia postquam ad tempus siluit,
 veteris dominij recordata, rediuita consergit, sed Ioseph reliquit in ma-
 nu mulieris pallium, & egreditur foras, quando virilis animus non præ-
 bet

Exo. 3.

3. Reg. 7.
Vires.2. Reg. 4.
Num. 25.

Religio.

Gen. 39.

Societas.

K

bet

bet carnali concupiscentiæ consensum, sed fugit omnes opportunitates, & E
 occasiones illicitas. Illo qui custodit suos sensus ab illicitis, dicitur illud
 Cantic. 4. Quam pulchra es amica mea, quam pulchra propter honesta-
 tem exteriorum, & puritatem interiorum: oculi tui columbarum: vn-
 de cauendum est mulieribus, sicut tradunt Philosophi, ne turpes imagi-
 nes, vel visu, vel imaginatione hauriant dum concipiunt, quia fetus illis
 Imagina-
 tionca. imaginibus confirmatur, vt patuit in virgibus quas Iacob possit in car-
 nalibus: sic est de anima nostra in sua cogitatione, & sensibus. Genes. 27.
 Vocans Rebecca filium suum Iacob, dixit ad eum: Esau frater tuus nau-
 natur tibi vt occidat te: nunc ergo confurgens fuge ad Laban fratrem
 meum in Haram, habitabisque cum eo dies paucos, donec quiescat ira
 fratris tui. Mater ista est gratia diuina, quæ appetitum humanum ad se
 trahit, & contra carnalem affectum, qui semper est ex parte carnis eun-
 dem munit suadens, vt confurgens à carnis illecebris in infimis desideriis
 F secularia fugiat, & ad mentis candorem, & securitatem quæ in Laban in-
 telligitur: nam Laban candidus dicitur, Haram non irascens, vel erectus
 interpretatur. Et fortè in hoc intelligitur, quod fieri non posset electus,
 nisi carnalibus illecebris semper inueniatis iratus. Sicut parui sunt nu-
 triendi sub ferula: sic sensus nostri semper sunt disciplinandi: quia vt di-
 citur in Genes. 8. sensus humani prouisi sunt ad malum ab adolescentia sua.
 2. Reg. 21. Genuit Adriel ex ea quinque filios, quos omnes Dauid exposuit
 morti. Ex illo enim infami coniugio Diaboli, & carnalis concupiscen-
 tiæ, nascuntur infames filij quinque sensuum, seu infames filij quinque
 sensibus dediti, quia omnes exponuntur morti: quia ponuntur fornica-
 tores in prostibulis, ebriosi in tabernis, adulteri in alienis thoris, fene-
 ratores in nundinis, simoniaci in ecclesijs, periuri in iudicijs, latrones in
 Prciati. siluis, lusores in theatris, tortores in prætorijs, proditores in consilijs, ho-
 micidæ in iurgijs, venefici in cibarijs, piratæ in aquis, raptores in agris, &
 sic de peccatoribus alijs. Gabaonitæ confederati filijs Israel statim impu-
 gnantur a quinque regibus, id est, a quinque sensibus. Iosue 10. 1. Paralipo-
 men. 2. Per gyrum templi morabantur in custodijs suis, vt cum tempus
 fuisset mane aperirent fores: isti sunt, qui se circumeunt, & honestatem
 suorum sensuum custodiunt, qui bonas societates sequuntur, à Deo di-
 riguntur, & remunerantur. Thob. 1. Cum irent omnes ad vitulos au-
 reos, hic solus fugiebat consortia omnium, & pergebat Ierusalem ad tem-
 plum Domini; In vitulis vanitatis lasciuia, quæ nutritur in praua socie-
 tate. Propter quod dicitur de beato Ioanne Baptista. Antra deserti tene-
 ris sub annis, ciuium turmas fugiens, petisti, &c. Prouerb. 4. Nec tibi pla-
 ceat malorum via, fuge ab ea, nec transeas per eam. Ioseph, reliquit palliũ
 in manu mulieris. Iudic. 16. Cum dormiret Samson in sinu meretricis ra-
 sis crinibus perdidit virtutem corporis, excæcatus est oculis, fecerunt eum
 molere, in exaggerationem opprobrij: quia cum spiritus a carne supera-
 tur, eneruatur virtus corporis, hebetatur intellectus, efficitur homo bestia-
 lis, vilis, & infamis. Egrede de terra tua, & de cognatione tua, & de do-
 mo patris tui. Ad literam enim domestici hominis spirituales inimici ei-
 us sunt: sed debemus omni affectioni parentum renunciare, & cum san-
 ctis uiris conuersari: maximè quando illi uolunt nos a meliori proposito
 impedire, vnde Hieronymus. Multi monachorum dum parentibus misere-
 rentur animas perdidit. Et ideo Leuitic. 21. Prohibebantur sacerdo-
 tes ne interessent funeribus mortuorum, etiam parentum. Et saluator, iu-
 ueni

A ueni dicenti: Dimitte me prius sepelire patrem meum, respondit: Dimitte
 mortuos sepelire mortuos suos. Vnde Hieronymus licet paruulus ex col-
 lo pendeat nepos, licet sparso crine, & scissis vestibus vbera, quibus te nu-
 Mat. 2. trierit, ostendat mater, licet in limine iaceat pater per calcatum perge pa-
 trem clausis oculis ad vexillũ crucis euola. Solũ pietatis genus est in hac re
 Religio. esse crudelem. Gladium tenet hostis vt me perimat, & ego de matris la-
 chrymis cogitabo. Si credunt in Christum parentes mei, faueant mihi pro-
 prius nomine pugnatur: si non credunt, mortui sepeliant mortuos suos.
 Sicut egressus est Iacob ignorante Laban. Genes. 31. Qui persecutus La-
 ban ait: Cur ignorante me fugere voluisti, vt indicares mihi, vt prosequer-
 rer te cum gaudio, & canticis, & tympanis? In quo edocemur egredi, & re-
 linquere affectus carnalium parentum, vt non indicemus ei nostrum pro-
 positum. Qui multos de mundo egredi volentes persequuntur, & retra-
 hunt, & adulantis, & promittendo decipiunt. Bernardus. Mira abusio, do-
 B mus ardet, ignis instat à tergo, fugienti prohibetur egredi, euadenti stude-
 tur ingredi, & hoc ab his, qui in medio positi sunt, immo obstinatissima
 quadam dementia exire nolunt. Si ergo doleant amici carnales, quod de
 mundo egredieris, & ad religionem vadis, dicas illud Ioann. 14. Si diligeri-
 tis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem, & commendo eos gratiæ
 Dei: sicut Christus in cruce matrem Ioanni. Genes. 19. Surgite, & egredi-
 mini de loco isto, quia delebit dominus ciuitatem istam. Ideo enim Loth
 Mundus. egressus est de Sodomis, quia non est habendum consortium cum malis.
 Quia dicit Gregorius: difficile est esse Iob in terra Hus, Loth in Sodomis,
 angelum Pergami, vbi est Sathan, & non inquinari a picce, non acquiesce-
 re plurimorum sententiæ. Petrus enim Christum negauit cum mini-
 stris, sed pœnituit cum Apostolis, vnaquæque res conspecta liuorem du-
 cit ab una, & ouis Laban ab oue scabiosa, & dens putridus alios corrup-
 pit, & de penna aquilæ dicitur, quod progressu temporis pennam alterius
 C ausis sibi sociatam corrodit: sic digitus corruptus, vel aliud membrum ni-
 si præcindatur totum corpus corrumpit. Secundo Machabæorum
 sexto. Templum, luxuria, & conuersionibus erat plenum, & scor-
 rantium cum meretricibus, sacratisque ædibus mulieres se vitro ingere-
 bant: quia ex illis communicationibus, & consortijs mulierum turpes co-
 gitationes, & imaginationes menti se offerunt. Et licet velimus nolimus
 vitro se ingerant, quod enim hausimus vigilantes, patimur dormientes:
 sed licet secundum quod dicit Gregorius in Moralibus. Sancti uiri, & quæ
 Cogitatio. tantum agere possunt, ut exterius labantur in opere, tantum interius agere
 non possunt, ut non labantur in cogitatione. Et ideo Abraham offeren-
 do sacrificium non solum merebatur in sacrificij oblatione, per quod o-
 pus meritorium designatur: immo etiam multum merebatur, muscas abla-
 gendo, id est prauas cogitationes, & imaginationes pro posse vitando. Et
 Isidorus de summo bono: Cogitatio praua delectationem parit, dele-
 ctatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetu-
 do necessitatem. Et iste est lapis superpositus sepulchro Lazari foetidi,
 vt non possit euadere nisi speciali nutu Dei. Et sic peccator in pradi-
 ctis vinculis implicatus, quasi quadam vitiorum catena multiplici funi-
 culo contexta tenetur affectus: ita vt ab eo nullo modo euelli valeat, ni-
 si diuina gratia manum iacentis apprehendat: ideo summa cautela est ad-
 hibenda, vt præter inderentur occasiones, vnde oriuntur cogitationes.
 Et primo Esdræ octauo, Facite quod placitum est domino, & separamini à

Imagina-
tionca.

Prciati.

Societas.

Gen. 10.

Societas. populis terræ, & ab vxoribus alienis. Quod enim incommoda parit familiaritas mulierum pater: Denigrat famam, consumit substantiam, fœdat concupiscentiam, extinguit gratiam, perdit animam, ducit ad gehennam. Et tamen impletum est illud Esdræ quarto. Non possunt homines se parari à mulieribus, sed si congregauerunt aurum, & argentum, & viderint mulierem bonam, bono habitu, bona specie in eam intendunt. Tales faciunt iniuriam sponiæ, scilicet Ecclesiæ, quia tenent cum legitima concubinam, gentiles, & gentilium ritus sequentes, simul, & semel plures vxores habentes, scilicet Ecclesiam suam, & concubinam, de quibus dicitur 2. Esdræ nono. Non est separatus populus, & sacerdotes, & Leuitæ a populis terrarum, & abominationibus eorum. Manus autem principum, & magistratum fuit in transgressione ista. Christus ponit se cum illis, qui bonas societates quærunt & sequuntur, vnde stetit in medio discipulorum, & dedit eis pacem, & Spiritum sanctum: & iunxit se duobus discipulis euntibus in Emaus: & iterum Apostolis orantibus cum sanctis mulieribus in die Penthecostes misit Spiritum sanctum. Sicut fugimus leprosum, nec habitamus, nec comedimus cum eo, quia est infirmitas contagiosa: sic fugere debemus malos socios, nec cohabitare, nec conuersari, nec locui cum eis: quia facilius & periculosius inficitur anima, quam corpus: corrumpunt enim bonos mores colloquia praua, cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Aduerte sententiam Saluatoris: Si manus, pes, oculos, per quem designantur personæ multum iuuant, aut supportantes, aut dirigentes nos in temporalibus, scandalizant te, erue, & projice abs te: sic pater quando detestanda est mala societas in moribus, etiam si multum sit utilis vel necessaria in temporalibus.

Pfal.
Matt. 18.

Dan. 5. c. Cum Balthazar rex Babylonis fecisset grande conuiuium, & vino incauisset, præcepit, vt asportarentur vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat pater eius de templo domini, quod erat in Ierusalem, & præcepit, quod in illis vasis consecratis domino biberent optimates, & principes sui uxores, & concubine eorum. Cûq; sic biberent vinum in vasis domino consecratis, & laudarent Deos suos aureos, argenteos, ligneos, æreos, ferreos, eadem hora apparuit manus scribentis in pariete contra candelabrum: & cum rex manum scribentem videret, & cuius esset manus, aut quid scriberet ignoraret, tantus timor inuasit eum, quod facies eius immutata est, cogitationes cõturbabant eum, compages renum eius soluebatur, & genua eius ad inuicem collidebantur, & c. Balthazar rex typum gerit cuiuslibet hominis, maxime clerici, vel prælati, scientia, potentia, eloquentia, profapia, diuitijs, amicis, præbendis, superbiens, & mundanis delectationibus, quasi uino forti totus ebrius. Quid sunt vasa domino consecrata, in quibus non debent poni, nisi sancta, nisi sensus nostri, & conscientia in baptismo, in susceptione sacrorum ordinum, in voto religionis Domino consecrata, nullis mundanis, aut turpibus usibus apta? Tunc autem vinum indecenter in uasis istis bibimus, quando linguam nostram falsa, aut fœda locutione oculos, impudicis aspectibus, aures vanitatis, & sic de alijs sensibus, inficimus, & corda nostra fœdis cogitationibus maculamur. Candelabrum, præsens uita, & prosperitas mundana. Manus scribens in pariete, sententia Dei, de nostra infirmitate, & corporis morte. Sapientes, qui scripturam nesciunt legere, sapientes huius mundi, qui diuinam sententiam, & comminationem contra peccatores, nesciunt, nec volunt auertere. Daniel, scripturam legens est

A est prædicator verbi Dei, diuinam sententiam peccatoribus prædicens. Ait ergo Daniel, narratis malis peccatoris propter mala, quæ quotidie facis, in quibus malos prædecessores imitaris, te non corrigis, Deum contemnis, missa est manus, quæ scripsit hoc, quod exaratum est. Mane, Techel, Phares, quia dum candelabrum sanitatis corporalis, & prosperitatis temporalis præ oculis tenemus, comestationibus, & voluptatibus vacamus, superueniet infirmitas, & scribetur in corpore nostro, quod est vnus paries hominis, mane, id est numerauit Deus regnũ tuum tot annis vixisti male, non viues amplius. Techel, id est bona, & mala tua appensa sunt in statera diuinæ notitiæ, & iustitiæ, & inuenta sunt multa mala, & pauca bona. Phares, id est, diuisum est regnum tuum, quia separabitur anima à corpore, & si talis quis inuentus fuerit in morte, regnum suum corpus, & anima, inimicis demonibus dabitur, quia finaliter in corpore, & anima damnabitur.

B Si rex iste qui manum scribentis non cognoscebat, scripturam non intelligebat, nec legere sciebat, tantum timuit conscius sibi quod esset comminatio Dei, quod genua collidebantur, & compages corporis dissoluebantur, quantum deberemus nos timere, qui non cessamus Deum offendere, qui manum esse Dei comminantis cognoscimus, quam euadere nõ possumus, scripturam istam sententiæ mortis nõ in iuuenibus, senibus, diuitibus, pauperibus quotidie videmus, & manum scribere in pariete, infirmitates in misero corpore iam sentimus, & sententiam futuri iudicij per fidem credimus, & cognoscimus. Sed scriptum est: non est timor Dei ante oculos eorum, quamdiu crines Samsonis fuerunt integri, tamdiu victoriam de inimicis habuit, spiritus domini sibi assistit, quia quamdiu est honestas in sensibus, quæ dependent ab anima, vt crines a capite, tamdiu gratia sancti spiritus assistit. Leuiti. 10. Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos, & c. Quia ignem diuini amoris debet nutrire in altari nostri cordis sacerdos, id est ratio, non autem populus sensuum: quia illi ponunt in illo igne feces, quibus extinguitur iste ignis, & ignis diaboli accenditur. Vnde sensus nostri designantur per ministros regis Babyloniar, qui illam fornacem Babylonicam succendebant napta vanæ gloriæ, stupa superbiæ, picæ immunditiæ, malleolis auaritiæ. Sensus enim nostri corrupti, & ad malum ab adolescentia proni, talia fomenta ignem Diaboli nutrientia admittunt. De viro spirituali dicitur Apocalyp. 1. Caput, & capilli eius candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. In capite vigent omnes sensus: tunc ergo candor est in capite, quando omnes sensus clarent honestate. Capilli insensibiles, insonabiles, innumerabiles, cogitationum significant varietates, in quibus debet candor munditiæ, & honestatis esse: vnde quandit crines Samsonis, id est cogitationes nostræ mentis sunt integri, mundi, læti, vincuntur Philisthim, & fortitudo Spiritus Domini est nobiscum, quibus etiam præcisus Spiritus sanctus recedit à nobis. 1. Machab. 10. Ierusalem sit sancta cum finibus suis. Ierusalem anima sit sancta per vitæ veteris depositionem, virtutum aggregationem, cum finibus suis, id est per omnium sensuum honestatem, & conseruationem. Sensus nostri sunt in anima, sicut radices in arbore, quæ de omnibus sensibilibus debent attrahere aliquem humorem deuotionis, contemplantando in creaturis Dei potestatem, bonitatem, & liberalitatem. Apparet dominus vacatibus: & in vnum existentibus, & clausis ianuis vacantibus, quod fit quando anima omnes cogitationes, & affectiones disciplinarias cõgregat, & vacat sibi, hic est dies sabbatorum, id est requies. Ianuis clausis, id est exterioribus sensibus

Vita.

Iudicium Moir.

Iudicium.

Timor.

Iudic.

Cor.

Viris.

Iudic.

Arbor.

Homo.

sibus corporis, & interioribus, quæ sunt cogitationes, & desideria, quæ se tenent, ex parte virtutis rationalis ab omni illicito coactis. Prouer. 7. Mulier vaga, Iob 31. Pepigi fœdus cum oculis. Eccl. 28. Sepi aures. Hoc figuratum est 2. Reg. 4. Ostiaria domus, &c. Ostiaria purgans triticum est ratio, quæ debet purgare mentem, & sensus claudere, & ab omni illicito custodi re. Miphiboseth, qui interpretatur os verecundum quiescens in lecto, qui etiam est filius filij regis, est fidelis, vel religiosa anima quiescens in lecto bonæ conscientia, vel religionis sanctæ, quæ est filia filij regis, id est, Christi. Dies feruens, feruor tentationis facta est a mundo, carne, vel à Diabolo cum aliquid illicitum nostris sensibus præsentatur. Tunc ostiaria, id est ratio obdormit, cum cogitationes illicitas, vel aspectus, vel affarus, & sic de sensibilibus, non repellit, sed dissimulat, quasi dormiens, tunc intrant Rechab, & Baana, & percutiunt Miphiboseth, & amputant caput eius: Tunc enim perdit anima gratiam Dei subintrantibus inimicis, id est tentationibus Diaboli in illicitis aspectibus, & affatibus, & sic de alijs sensibus: ideo ostiaria, id est, ratio debet vigilare, id est sensus sollicitè custodire ne irruentibus, & improuiso inimicis moriatur, & decapitetur dilecta filia regis, id est anima. De societate mulierum fugienda, nota de Dalida, & Samson, de Iudith, & Holoferne. Et Deut. 8. In solitudine occurrit filijs Israel serpens statu adurens. Serpens statu adurens est regulus, qui statu sic inficit aera, vt aures volantes faciat ad terram cadere: iste est aspectus, & colloquium mulieris: vultus aspectu, & verbo cõtemplatiui, & religiosi viri sic inficiuntur, vt frequenter, & turpiter ad terram cadant: quia propter speciem mulieris multi corruerunt. Et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. De malitia mulieris de Herodiade, & filia sua, quæ fecit decapitari Ioannem Baptistam. Iud. 9. Egrediatur ignis de rampno, & deuoret cedros Libani. Rampnus est arbor spinosa, hoc est mulier, cuius verba, & aspectus pungunt mentem: cedrus alta Libani est Prælatas, vel religiusus in ecclesia Dei. Ignis de rampno exit, & cedros deuorat, quia ex earum consortio concupiscentia quasi ignis exardescit, & animam fedat. Eccl. 9. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia, quasi ignis exardescit: ideo Beatus Franciscus interdicens earum consortium dicebat. Possunt, aut edomitæ carnis suscitare igniculum, aut pudicæ mentis maculare nitorem, harum cogitationem euadere conuersantem cum eis nisi probatiuum virum tam difficile dixit: quàm iuxta scripturam in igne ambulare, & non comburere plantas. Can. 7. Comæ capitis eius, id est deuotæ animæ sicut elatæ palmarum comæ capitis, sunt sensus, & vires mentis: Elatæ secundum Papiam sunt folia, quæ sursum eleuantur, rami productiores, & excellentes inter aurei coloris crispantes, & semper ad excelsa tendentes, nunquam virorem amittunt. Elatæ ergo palmarum sunt sensus, & vires animæ semper ad superna tendentes, aureo colore charitatis coruscantes, nunquam virore gratiæ, & honestatis carentes. Prouer. 4. Omni custodia serua cor tuum, vt scilicet rationalis rectè discernat in dubijs, irascibilis defendat a noxijs, concupiscibile arceatur a noxijs. Dicit omni custodia, id est, custodia omnium sensuum, custodi cor tuum, per quos quidem sensus cor, & tota anima quasi per portas impugnatur. Videmus enim quod ad portas obsidetur castrum, congregantur hostes, confortantur victualia, eriguntur machinæ, & tunc perfecta est obsidio: ita ad portas sensuum obsidetur anima, congregantur hostes, id est Demones, comportantur aggeres temporalium, eriguntur machinæ nociuorum, &

A allicentium sensibilem. Vnde dicitur in libro Reg. Circundata est ciuitas a fundibularijs. Diabolus enim erigit machinam superbiæ, & fundibulatur honores, inuidiam, iram. Sunt autem tres partes intellectus, voluntas sensus. Prima obsidetur a Diabolo, secunda a mundo, tertia à carne. Vel prima visus est, secunda tactus, seu manus, tertia gustus. Prima obsidetur à diabolo per superbiam: secunda à mundo per auaritiã, tertia à carne per luxuriam, & crapulam. Et ita dicitur in libro Regum, quod Naas Amonites obfedit quandam ciuitatem filiorum Israel, viros, scilicet Iabes Galaad, & multum arctauit eos, & tunc dixerunt illi sibi, habe nos fœderatos, & seruiemus tibi, quibus Naas Amonites respondit; in hoc feriam pactum vobiscum, & eruam cuiilibet vestrum oculum dextrum. Naas interpretatur serpens, Iabes significat Diabolum, qui obsidet animã, cui vult eruere oculum dextrum vt ad cœlestia non respiciat Deum, & celum non videat, peccare non timeat, mortem non auertat, infernum non paueat, & tunc non restat nisi vt in desperationem cadat. Sic itaq; diabolus erigit machinam superbiæ, mundus erigit machinam auaritiæ, & fundibulatur aurum, argentum, possessiones, præbendas. Vnde veniunt rapinæ, fraudes, lites, contentiones; vnde fiunt bella inter principes, & reges. Et licet mundus sic obsideat castrum animæ, fortissimè tamen percutit tactu manuum, id est munerum, quæ dissipant consilia, & euertunt iura. Item adest caro, quæ erigit machinã luxuriæ, quæ obsidet portam oris, id est portam stercorariam. Et ista obsidio est periculosissima, quia caro est potentior, & custos infidelior. Quia lingua seruit in duobus operibus nature, scilicet licet gustu, & loquela, & vtroque modo impugnatur anima. Et ideo contra linguam posuit Deus murum dentium, & antemurale labiorum contra loquacitatem: vel dicendum quod murus est continentia, antemurale abstinentia. Continentia est contra luxuriam, abstinentia contra gulam. Et si perit antemurale abstinentiæ, necesse est, quod pereat murus continentiæ. Gen. 34. Dina filia Iacob corrupta est, quia curiosè exiuit videre mulieres regionis illius 1. Reg. 25. Surrexit Abygail, & ascendit asinum, & quinque puellæ secum, &c. Abygail interpretatur patris mei exultatio, & significat animam per peccatum perditam, & nunc per confessionem Deo acquisitam: quia gaudium est angelis Dei, super uno peccatore poenitentiam agente. Asinus est animal durum, ineptum, quod nisi flagelletur nihil boni facit, cui datur cibus vilis, lectus durus. Vnde significat corpus nostrum. Tunc itaque Abygail ascendit asinum, cum ratio per abstinentiam, & mortificationem conterit corpus suum. Ascendunt etiam quinque puellæ cum Abygail. Puellæ enim, quæ in inuentute inueniuntur fatuæ significant quinque sensus: fatuus enim est visus in videndo, & sic de alijs sensibus, quia proni sunt ad malum ab adolescentia sua. Isti itaque debent esse puellares propter innocentiam, & munditiam: & debent cum Abygail sequi seruos Dauid, id est, vestigia sanctorum patrum. Et sic oratione deuota occurrere iræ Dauid, & ipsum placare, sicut fecit Abygail, & mortuo Nabal, Dauid accipit eam in vxorem: quia Christus post mortem in sponsam accipit ralem animam.

De doctrina custodiendi sensus interiores.

M Alæ cogitationes sunt tela, quibus demones nos vulnerant, & sagittant, de quibus dicitur Ephes. 7. In omnibus sumentes scutum.

fidei, in quo positus omnia tela nequissimi ignea extinguere. Tela ignium E
tur ut magis vulnerent & insultus diaboli in igne concupiscentiæ vigent .
Dicuntur autem demones incentores, non affectionum, vel voluptatum,
sed cogitationum, & hoc per sensibilia exteriora, per phantasmata interiora,
transmutando similitudines relictas in parte imaginaria, sicut videtur
Aug. tangere, 18. de ciuit. Dei. c. 8. Deus, n. sicut lumen solis, quod emicat
cum lumine distributionem caloris in debito susceptibili. Angeli boni sunt
sicut lumina quarundam stellarum, quæ possunt illuminare, & non inflā-
mare, possunt tamen ad susceptionem gratiæ, vel charitatis disponere. Dæ-
mones sunt sicut lumen in carbone, ubi sic est lux incorporata, quod non
immutat medium, sed emittit fumū terribilē, vnde denigratur, sed nō ca-
lescit aeris perspicuum, quia cum lucem habeat naturale, quæ penitus
non est in eis extincta, emittunt suggestiones: vnde obnubilatur lumen in-
telligentiæ, & suscitantur malæ cogitationes, iuxta illud Ioan. 4. alius eius
prunas ardere facit, non tamen emittunt incendium caloris, vnde succen-
dantur affectiones, nam si hoc possent peccaremus quando ipsi vellent. Ad
mysteriorum enodatione plus proficimus deuotione, quàm inuestigatione: vnde Dan. 2. ingressus reuelat regi mysteria, cogitationes enim, & affe-
ctiones, voluntates, & intentiones nostras profundè rimari, & pro eis in
oratione compungi, hoc est Daniele in intus morari, vel ingredi, sed inter-
iora, & exteriora nostra secundum humanum iudicium pensare, hoc est
Danielem exterius esse. Sed tam ista quàm illa secundum iudiciū diuinum
æstimare, hoc est Daniele in intus esse. Et nota, quod quarta dies, qua
sol creatus est illuminatio prudentiæ, illo enim die posuit Deus in firma-
mento luminaria cæli, solem, lunam, stellas. Per solem circumspectio in
agendis: est enim radiosus, & inferius, & superius emittens radios sicut
probat Marcianus: per lunam quæ minus lucida est circumspectio in ca-
uendis: per stellas, quæ videntur imminere vtriusque circumspectionis cir-
cumstantiæ, sed tamen lucent de nocte, quæ maximè sunt necessariæ in ad-
uersitate. De hac die sol in potestatem diei, lunam, & stellas in potestatem
noctis. Aliquando enim viatores nocte surgentes deuiant noctem,
diem æstimant ideo qui vult esse prudens, debet inter diem, & noctem
distinguere: aliquando enim, ut dicit Gregorius creditur esse gratia,
quod est ira, vanæ enim cogitationes mentem dissipant, & dissipatam
excitant. Iob. 17. Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor
meum, noctem verterunt in diem. Istæ sunt cogitationes, quarum aliæ
sunt onerosæ, ut quibus volumus resistere, sed non valeamus, nam ruunt
in oculos mentis muscæ Egypti: per strepūt ranæ in penetralibus cordis
cogitamus inania, dum in oratione deberemus cor eleuare ad diuina: ideo
Abraham dum sacrificium, seu holocaustum domino offerebat muscas a-
bigebat, quia dum volumus deuotè orare, & diuinum officium dicere: om-
nes prauas, & vanas cogitationes debemus fugare. Spiritualis homo mor-
sum canis non timet, latratum sustinet. Aliæ verò cogitationes sunt affe-
ctuosæ, quando circa carnem, & eius curam afficimur, vel ad propin-
quos inquietamur. Aliæ sunt obscenæ, ut quando carnali cogitatione
translatæ pungimur. Aliæ vanæ quando nec delectamur, nec afficimur,
ut si canem currentem, vel auem volantem imaginemur. Aliæ curio-
sæ, ut quando obmissis quæ ad nos pertinent, ea, quæ aliorum sunt, scruta-
mur, vel quando circa ciniphes Egypti, videlicet circa curiosa, & inuti-
lia studium vel disputationes occupamus. Aliæ sunt suspiciosæ, quan-
do

Studens.

Prudentia

Dies.

Prudentia.

Musca.

Oratio.

Officium

diuinum.

Cogitatio

A do sine certitudinis argumento male de proximo suspicamur. Iud. 14. Cir-
cuncidit Achior carnem præputij sui, & appositus est ad populum suum
Israel. Achior interpretatur lumen fratris mei, qui designat prudentiam, Prudentia.
quæ illuminat proximos. Hæc circuncidi carnem præputij dum malas co-
gitationes ex corruptione carnis in nobis succrescentes præscindit, quia
prudentia est quasi hortolana purgans terram conscientiæ, quæ ex innata
corruptione spinas malarum cogitationum, & tribulos prauarum affectio-
num in nobis purgat: vnde aquila pullos, directè solem in rota nō possunt
respicere, de nido abijcit. sic de conscientia debemus abijcere omnes cogita-
tiones, & affectiones, quæ directè non tendunt in Deum. Agrum tuum,
vel carnem præputij circuncidere est iram animi cohibere: vnde circunci-
sio fiebat in organo generationis, quod est in spiritali generatione lin-
gua, ut habeantur verba circuncisa, & moderata, quæ sunt mansuetudi-
nis, & prudentiæ signa: vnde in persona iracundorum vocat se Moyse, Loqui.
Exo. 6. Labijs incircuncisis. Circuncisus labijs est, qui scit loqui tempo- Secreta.
re, & modo oportuno: Sicut sculpsor scit facere imagines in omni ma- Lingua.
teria, siue aurea, siue ænea. Si enim leones domamus, adeo ut dicat secreta: Ira.
leonibus magister manum inserat osculatur tignum tuus custos. Elephan-
tem minimus Ethiops iubet subsidere in genua, & ambulare per funem,
multo magis verecundus est, quod nostram iracundiam non domamus, sed
quod intus est, verbis explicamus.

Doctrina.

C Or, fons, & origo est cogitationum: ideo cor mundanum est ab om- Vide de
ni mala cogitatione, quia sicut liquor corruptus inficit vas, sic ma- corde, de
la cogitatio inficit cor. Camera autem Dei est cor, vnde Gregorius. conscientia
Tergat sordes prauis operis, qui Deo præparat domum mentis. Sunt de cogita-
autem aliqua corda ita pingua, & crassa interius carnalitate, & volu- tione, de
ptate, quod vix purgantur: Sicut ancilla negligens, ollas cupreas pur- cōtemplatione, de
gat, & excurat exterius, & pinguedo, & turpitudine remanet interius. deuotione
Ambrosius: Intus in corde honesta, foris in conuersatione speciosa se-
ctantes. Cogitationes carnales sunt farina Aegypti, quæ impedit man- Cogitatio
na diuinæ consolationis: & germen, & radicem cogitationum, quæ sunt
sicut radix iuniperi, quæ dulcis est, fructus tamen aculeatus. Oritur sol
& occidit, ad locum suum reuertitur. Lumen solis est diuina gratia, vel
prudentia. Sol in hemispherio animæ oritur, dum cogitamus, quod vi-
ta nostra corrigatur, sol occidit dum bonum, quod cogitamus facere,
in nobis deficit, aut tepescit: & tunc facit anima abortum, & est pe-
riculum mortis, quia melius esset non concipere, quam abortire. Ad
locum suum reuertitur girando per meridiem, quando post considera-
tionem diuinorum beneficiorum, & æternorum gaudiorum, quibus
anima diuino amore inflammatur, reuertitur ad considerandum sui
ortus vililitatem, & sui status debilitatem, ad Aquilonem flectitur, quan-
do in humilitatem se custodit per considerationem Dei timoris, & di-
uini iudicij: habens præ oculis semper illum ventum turbidum a-
quilonarem, pœnam, scilicet infernalem. Daniel. secundo. Tu rex
videbas, & ecce statua vna grandis, &c. Huius statuæ caput erat ex au-
ro purissimo, pectus & brachia de argento, venter & femora ex ære, ti-
biæ ferreæ, pars pedum fictilis. Videbas ista, donec abscisus est de mon-

Prudentia.

Loqui.

Secreta.

Lingua.

Ira.

Vide de

corde, de

conscientia

de cogita-

tionem, de

cōtemplatione, de

deuotione

Cogitatio

Eccles. i.

Cōsidera.

Considera te lapis sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos: tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, aurum, **Homo.** argentum, si homo consideraret se esse illam statuam, videret in auro, quod **Peccata.** alia metalla excellit pretij dignitate superbiã, quæ ceteros sui æstimatione **Status.** despicit in argento, quod suauem habet sonum, iactantiam, quæ laudantibus se blandam, & iocundam exhibet: in ære durabili pertinaciam mali **Princeps.** propositi in ferro, quod alia metalla domat, sœuitiam, quæ alios præmic: **Pælatu.** in testa, quæ faciliter frangitur impatientiam. Aureum ergo caput fabricat qui sibi sanctitatem arrogat, vel qui ex diuitijs, genere, scientia, suberbit peccatus, & brachia argentea, qui se iactat, & dilatat, & laudari desiderat de opere exteriori, vel de sapientia interiori: Quasi ventrem, & famora habet ænea, quæ pertinax est in eis, quæ debet respicere propter vilitatem, aut erubescere propter inhonestatem, vt sunt peccata circa gulam, & luxuriã. Tibias habet ferreas, qui contra superiorem se erigit per audaciam, & inferiores premit per sœuitiam. Pedibus verò testis vitur, qui terrenis incumbens occasione ipsorum per impatientiam frangitur, & quia in his ferreis & obduratis mentibus Deus aliquando melius operatur in trina inspiratione, tam per comminationem, quàm per flagellorum percussione, ideo videtur lapis abscissus de monte sine manibus, timor, scilicet Dei inspiratione apparens, & tamen non feriens extrinsecus per flagella, & in ictu lapidis deicitur statua, & opus destruitur monstruosum, quod erat à **Mors.** Diabolo fabricatum. Quia sicut initium peccati superbia, ita omnis sapientie initium Domini timor, & in pedibus ferreis, & fictilibus statua percutitur, & comminuitur, quia mens superba inspirata diuino timore, & ex consideratione suæ infirmitatis, humiliatur, & in sui paruitatem redigitur. **Superbia.** Vel statua ista, quæ caput habet optimum, & aureum, & deinde vsq; ad pedes continuè incipit deteriorari, & lapide percussa conuertitur in fauillã, **Religiosus.** est religiosus, qui in statu nouiciatus incipit bene agere, & caput aureum habere: postmodum effectus indeuotus, incipit de vitio in vitium, vel de maiori bono ad minus bonum tepescere, & remittit, & pedes, id est finem habet fictiles, & viles, & ictu morti percussus per damnationem exterminatur. **Considera** Nostra consideratio circa quattuor versatur. Primum est, quanta est nostra malitia, & culpa: Nec. 1. Flebat omnis populus, cum audiret verba legis. **Côsciëntia.** Cum enim ad libros nostrarum consciëntiarum reuertimur, & nos tot modis Deum offendisse consideramus, dicimur nimis durum habere cor si lacrymæ non erumpunt. Sic considerauerat Magdalena dum ad pedes domini fleuit. Secundum est, quod iusta, & dura sit diuina sententia, vt patet in expulsionem angelorum de celo, hominis de paradiso, in submersione in diluuium, in combustionem Sodomorum, & sic de alijs diuinis iudicijs præteritis, præsentibus, & futuris. Tertium quàm necessaria, & utilis est penitentia, & confessio. not. Luc. 15. De filio prodigo a patre recepto. Deuter. 32. Gens absque cõsilio est, & sine prudentia, vtinam saperet, & c. Quartum quàm fœnera erit vltima sententia, & quàm dura æterna pœna. Ecce venit dominus exercituum, & quis stabit ad videndum eum, & c. Exod. 3. Cum minasset Moyses gregem ad interiora deserti, & c. Venit ad montem Dei Oreb, & apparuit ei Dominus, quia quando vir iustus cogitationes suas regit, & ordinat, & instat ad intimum suæ consciëntiæ, tunc constituto in consideratione mentis suæ apparet ei dominus, & cum eo iocundatur, & multas reuelationes recipit à domino. Ezech. 20. Eduxi eos in desertum, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostende eis; in tumultu

A tu enim phantasmatum & negotiorum non loquitur Deus animæ, sed quasi in angulo & secreto, Oiea 2. Ducam eam in solitudinem, & ibi loquitur ad cor eius. Vnde illa mens, quæ in intimo suo stare consuevit, diuinas reuelationes percipit, & cogitationes sunt illa turba, quæ impediabat Zachæum, vt non posset videre Iesum: quere sup. Et nota q̄ Thobias in figura peccatoris iacens in lecto voluptatis calidis stercoreibus hirundinum, i. malis, & sedis cogitationibus, vtroque oculo excæcatur, vt nec oculo dextro videat Deum, nec gaudia beatorum, nec sinistro seipsum, nec supplicia damnatorum.

Diuisio.

Quam periculosa sit diuisio, & discordia inter fratres. Gen. 49. Simeon, & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea, in uoluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax indignatio, quia grauis. Hic loquitur bonus frater contra illos, qui tractant discordias, & diuisiones: quia tales ex indignatione, & pertinacia facientes occulta consilia, rumpunt murum unitatis, per scissuram diuisionis, & incurrunt paternam maledictionem. Charitatem fraternam impugnantes, & discordias nutriendas sunt peiores, quam crucifixores Christi. Vnde Ber. Videmus in domesticis nostris illam domini cam tunicam inconfutibilem desuper contextam per totum diuidi, quæ diuisa non est etiam per illos, qui crucifixerunt Christum, & non est, qui cõsiliu apponat. Iam domine satis est obsecro, soluatur inimicitiarum medius paries, & per stultitiam discidij discamus saltem, quid est bonum pacis. Non dico pro nobis, qui iterum coniuncti sumus, & vtinam tanto ardentius coniuncti, quanto diffusius antea segregati sumus. Vnde si quis arboris ramum in aliam partem inde torqueat, & inflectat, cõtinuè redit in hoc quod prius fuit, & ostendit quod uolenter declinatus fuerat, sed non redit uolenter Iesus clamans voce magna emisit spiritum, & velum templi scissum est in duas partes. Quia quando corda per discordiam scinduntur, Iesus expirat, Iesus reuocatur. Vnde Ioã. 8. Tulerunt Iudæi lapides, vt iacerent in Iesum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Lapidem, qui sunt acruus sine cemento, corda sunt sine charitatis vinculo, quæ timet Iesus, & tunc exiuit de templo cordis, & illius congregationis, sic Iudaizabant qui ædificia eorum, & templi nitebantur destruere. Isti faciunt de templo domini templum Naneæ, quod interpretatur pascua eorum. 2. Mach. 1. Vniuersus exercitus cecidit in templo Naneæ consilio deceptus sacerdotum Naneæ: quia semper discordia pascitur in detractio. Qui discors, & diuisus est a fratre suo, discors, & diuisus est à Deo, vt qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Et Salust. historicus. Sicut concordia parua res crescunt, sic discordia magnæ dilabuntur. Ionæ 1. c. Propter me orta est hæc tempestas, mitte me in mare. Quod si propter aliquod scandalu discordia oritur, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & de mergatur in profundum maris, secundum sententiam Saluatoris. Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos, fratres enim sumus, si ad dexteram ieris, sinistram tenebo. Quia propter bonu pacis debet homo dimittere de iure suo. Item Psalm. 16. Effusa est contentio super principes, & errare fecit eos in inuio, & non in via. Effunditur contentio super principes, quia magistri in suis opinionibus, & sententijs sunt discor-

Cõcordia.
Diuisio.
Religio.Salustius.
Sicut concordia parua res crescunt, sic discordia magnæ dilabuntur.
Pax.

Matt. 27.

Gen. 13.

Doctor.
discor-

discordes: errant in via, quia offendunt in veritate manifesta: errant in inuio, E. quia discordias, & discensiones suscitant, & tunc vtraque mala sunt, quae faciunt, vel nesciunt, vel dubitant. Leuit. 13. Quicumque maculatus fuerit lepra separatur ad arbitrium sacerdotis, &c. Rixosi, id est, discordes sunt leprosi, & contagiosi alios inficientes: ideo sunt ab omnibus propter iurgium vitandi, & arbitrio praelati sunt de castris de toto collegio expellendi: quia ut dicit Bern. Melius est ut parcat vnus, quam vnitas. Prouc. 22. Eijce derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntque causa, & concubine: haec est lepra Mariae, qua rixata est contra Moysen, & eiecta est a castris. Num. 12. Mariae apparuit cadens supra quasi nix. Et sequitur quomodo eiecta est. Si cut enim porci leprosi habentes granum sub ligna ab alijs eijciuntur, ne per eos inficiantur, sic rixosi, & discordes, & contentiosi eijciendi sunt a societate aliorum, ne per eos alij inflammentur, & inter se diuidantur. Nu. 5. Praecepto filijs Israel, ut projiciant de castris omnem leprosum, ne contaminent ea, cum habitauerint vobiscum. Est etiam lepra inuidia, & ambitio. F. Quia, ut patet in praedicta lege de leproso. Leuitic. 13. Leprosus primo eijciebatur de castris, secundo habebat vestimenta dissuta. Haec est lepra inuidiae, & ambitionis, quae procurat dissensionem, & schisma, quia inuidi & ambitiosi nituntur illam tunicam inconsutilem desuper contextam per totum rumpere, cum tamen Christi crucifixo res noluerunt eam scindere. Haec est lepra Simonis, qui inuidebat fraternam gratiam, egeret ferens, quod Deus faciebat Magdalena. Sed Dominus ad eum ait: aquam pedibus meis non dedisti, osculum mihi non dedisti, oleo caput meum unxisti. Quia inuidi non habent lachrymas contritionis in corde, nec osculum pacis in ore, nec oleum pietatis, aut deuotionis in opere: ideo observa diligenter, ne incurras plagam lepra: plaga est solutio continuitatis, quia inuidia est dissipatio vnitatis. Detestatur eum dominus qui seminat inter fratres discordias, isti sunt agricolae Diaboli. qui extirpantes bona semina super seminant mala, &c. zizania. Vnde iste est ille inimicus hominum, qui in agro domini superseminauit zizania: quia inuidi, & ambiciosi bona proximorum si possunt extirpant, si non possunt debilitant. Et si aliqua sunt eorum mala, illa disseminant, & si sunt modica augmentant. Sic enim Iud. 7. cum seminasset Israel Madian, & Amalech, cuncta vastabant. Madian interpretatur contradictio, siue iniquitas, siue iudicans, Amalech populus lambens, hi sunt inuidi, ambiciosi, discordes, & rixosi, qui corrupti intra per iniquitatem iudicant alios per temeritatem, & contradicunt si audiunt de eis aliam quam laudem. Qui quando derahunt, aliorum immunditias lingua detractoria, quasi canes lambunt. Sic etiam Iudith 2. Olofernes in diebus messis succendit sara. Quia ex inardescente rancore animi exterminant opera matura, & sancta. Et bene dicitur agricolae diaboli tales, qui corrupti sunt in affectu per inuidiam, in intellectu per ignorantiam, in effectu per tristitiam, ideo malum semen temper gerunt, quale in se praeferrunt, cum dominus seminet semen scientiae in intellectu, gratiae in affectu, spiritualis letitiae in effectu. Phil. 4. Pax Dei, quae exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra. Pax Dei est, quae vnit omnes fideles Ecclesiae in sensu vno, sicut anima omnia membra corporis in corpore vno. Aufer membrum a corpore, non viuunt: aufer pacem, ab anima, spiritus vitae recedit, ideo qui seminant discordias, & se, & alios diuidunt per contentiones, hi sunt spiritus sancti spirituales impugnatores, qui segregant semetipso animales spiritum non habentes, tunc autem haec pax perdurat, cum singula quaeque locum re-

A retinent fortita recenter. Item 1. Esdrae 3. Filij Juda, quasi vir vnus instabant super eos, qui faciebant opera in templo. Multitudinis enim creditum erat cor vnum: vnitatem conformitatis ad dominum, integritatis ad se, charitatis ad proximum. De illis, qui sunt discordes Osee 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Ad concordiam, & pacem seruandam nos inducit, quod videmus in corpore naturali. Nam si membra vnus corporis se mutuo impugnant, aut se mutuo non fouerent, statim periret illud corpus, ideo ait Apostolus. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo: hoc est vnitatem religionis in qua fratres debent esse vniti funiculo triplici, qui difficile rumpitur, videlicet vnitatem professionis, quia idem obtulerunt, idem promiserunt, idem receperunt, idem sacrificium, idem votum, idem stipendium. Actor. 4. Multitudinis creditum erat cor vnum. Cor vnum ad offerendum, anima vna ad promittendum: & erant illis omnia communia ad conuiuendum vnitatem conuersationis. Idem habitus, idem modus, idem status, idem actus. Deus qui inhabitare facis vnus moris in domo. Ex hac vnitatem, paritate, & equalitate conseruatur, & surgit spiritualis iocunditas: Ecce quam bonum, & quod iocundum habitare fratres in vnum. Vnitatem dilectionis inducit mutua suffragia, mutua obsequia, mutua gaudia. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocari estis in vna spe vocationis vestrae. Hanc vnitatem hodie tollit binarius infamis dissentionis, ex quo resultat dualitas desolationis, quia omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Non est enim Deus dissentionis, sed pacis. Scribens enim Apostolus Corinthijs dissentientibus, & discordantibus adiuuicem ait. Non sit schisma in corpore, sed in idipsum per se inuicem sollicita sunt membra, &c. Gen. 25. Collidebatur paruuli in utero Rebeccae. Rebecca patientia interpretatur, per quam religio designatur. Si sic, ait, futurum erat, quid necesse fuit concipere? Sic in religionis vtero & claustro, & in omni collegio per discordiam se collidentes. Nunquid melius fuisset eos nunquam concepisse, aut forsitan abortum fecisse? Aut etiam sic pestiferum conceptum euouisse? Vtinam ait Apostolus, abscondatur qui vos conturbat. Gal. 5. Qui n. conturbat vos, iudicium portabit, quicumque est ille. Vocati ergo in vno corpore grati estote. Col. 3. Compatimini, congaudete, vnitatem seruare, quia vnus accipit brauium. Luc. 22. Facta est contentio, quis eorum esset maior. Vos autem non sic, sed qui maior est inter vos, sit sicut minister. Quare de concordia, & discordia, in tabula de pace, de charitate, de detractio, de inuidia, de ambitione, in odio. Cant. 1. Filij matris meae pugnaverunt contra me, &c. detractores, & seminantes discordias intingunt tunicam, id est famam innocentis Ioseph, in sanguine.

De curiositate.

ET nota, quod velle scire curiosa displicet Deo. Vnde ait Apostolus: Non plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem. Hoc apparuit in primis parentibus, quos per curiositatem sciendi decepit Diabolus. Eritis, ait, sicut Dij, scientes bonum, & malum, ex quo tantam non solum ipsi, sed etiam tota posteritas: magnam incurrit ignorantiam, impotentiam, malitiam. Vnde sic facti sumus ignorantes quod vix aliquam etiam de

Vnitas. Religio. Pax. 1. Cor. 12. Vcitas. Vnitas. Psal. Psal. 132. Epha. 4. Luc. 11. 1. Cor. 4. 1. Cor. 12. Luc. 12. Cant. 2. Detractio. Gen. 2.

E de sensibilibus cognoscimus veritatem: vnde merito veram, & vtilem sciē-
tiam amittit, qui curiosa inquit. Exo. 19. Bestia si tetigerit montem lapida-
bitur. Bestia est homo simplex, & etiam quilibet nostrum dum sumus cali-
gine huius miseræ excæcati, bestia possumus dici. Mons, diuinitas, & arca
na diuinitatis, quæ si aliquis curiose inuestigare voluerit, morietur, quia, ut
ait Sapiens: Perscrutator maiestatis opprimetur à gloria. Et alibi, altiora te,
ne quæsieris. Vnde Oza, quia voluit tangere arcam Domini, quod non li-
cebat nisi sacerdotibus, percussus fuit a Domino, quod est contra laicos,
& simplices, qui volunt de diuinis disputare. Et Luc. 10. Dicitur est: Mar-
tha sollicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum est necessarium, illud
scilicet, quod scire pertinet ad salutem. Periculosum est audire mimos, &
ducere choreas. De filia Herodiadis Matth. 14. Saltatrix ista est lasciuia car-
nis. Eccles. 9. Cum saltatrice ne in eas, &c. Herodes est Diabolus, cui placet
saltatrix, quia valde delectatur in choreis, & vanis verbis, tunc amputatur
caput Ioannis, quia ea libenter audiens amittit gratiam. Nam Ioannes in
terpretatur in quo est gratia. Contra illos, qui magis uolunt audire curio-
sa, vana, secularia, quam ædificatoria, philosophica, quam Euangelica, figu-
ratū est 4. Reg. 18. Vbi dicitur, quod Rapsates missus à rege Assyriorū, &c.
Sequitur: Precamur vt loquaris nobis Syriacè, siquidem intelligimus hæc
linguam, &c. Per Rapsatem intelligitur prædicator, qui à rege mittitur ad
impugnandas munitiones peccatorum, sed curiosi clerici, & seculares,
precantur prædicationes, vt loquantur eis Syriace, id est eleuata, & alta
lingua, & difficilia, ne simplices intelligant. Sed vrinam respondeant eis
prædicationes. Nunquid ad vos me misit, &c. Per steruus, & vrinam pecca-
ta designantur. Ioel 2. Computruerunt iumenta in stercore suo.

De defectu correctionis.

Sicut vitis siluestris per culturam efficitur domestica, & domestica per
defectū culturæ efficitur siluestris, & infructuosa: sic religio per defectū
correctionis efficitur siluestris, & secularis, ac infructuosa. Sicut sagitta in
manu potentis ita filij excussorū. Sagitta in manu potētis vulnerat, dū præ-
latus corripiēdo increpat. Ista est sagitta salutis, vt dicitur in Esa. 49. Posuit me si-
cut sagittā electā. Parcere enim vitis nō est dilectio, sed adulatio, & destru-
ctio, qui enim parcat virgæ odit filium suum. Quem autem diligit Deus ca-
stigit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Non corripere delin-
quentem, non tam amicitiam, quam amentiam sapit, non corripere quem
amamus. Meliora enim sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscu-
la odientis. In correctione semper dicitur concurrere iustitia, & misericor-
dia, vt vnum per aliud temperetur secundum parabolam Saluatoris: Homo
quidam descēdebat ab Ierusalem, &c. Homo iste est subditus, deordinatus
a Iatronibus, mundo, carne, diabolo, qui nituntur furari dona gratiæ mul-
tis defectibus vulneratus, Ierusalem, id est visio pacis, obseruantia regula-
ris. Ierico interpretatur defectus, vbi frequenter descendimus, quia quoti-
die multos defectus committimus: vnde tunc descendimus ab Ierusalem
in Iericho cum transgredimur statua regularia, vel in alijs deficiamus. Sa-
maritanus, qui interpretatur custos, typum gerit prælati: alligatio vulne-
rum, correctio, & castigatio defectuum, quæ aliquando fit per ligaturam,
aliquando per cathaphlasinationem, & sic de alijs remedijs secundum cō-
ditionem vulnerati, & vulneris, & secundum peritiam Samaritani: vinum
pœnitent-

A pœnitentia imposita. Oleum consolatio prius ponitur vinum: quia corro-
dit & pungit, & purgat ne vulnus putrefiat. Secundo oleum, vt dolorem
temperet, & vulneratus vini punctiōnem sustineat. Si poneretur vinum si-
ne oleo, nunquam sanaretur, sed corroderetur: Si oleum sine vino putre-
sceret vulnus: sic austeritas correctionis non debet apponi sine blandi-
mento consolationis: Ideo dicit Gregorius, sic amor non enollens, rigor
non exasperans, zelus non moderatè seruiens, pietas non plus, quam expe-
dit parcens; Aliqui apponunt oleum sine vino, vt Hely qui blande allocu-
tus est filios, sed non legitur quod vinum corrodentis punitionis apposue-
rit, propterea sacerdotali officio merito priuatus fuit, debet ergo addi pœni-
tentiā. 4. Reg. 2. Sal qui conseruat à putredine & vermibus, quo Elizæus
sanauit aquas, id est fluxibilitatem, & pronitatem ad defectus, maxime in
iuuenibus, qui ad talia defluunt correctionem significat. De quibusdam
prælati dicitur Can. 1. Filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt
me custodem in vineis, vineam meam nō custodiui. Isti sunt similes Stru-
tioni, qui negligit fouere oua sua. Durus est autem ad filios suos quasi nō
sint sui. Iob 39. Non similes Christo, qui congregat filios Ierusalem,
quasi gallina pullos suos sub alas. Marr. 23. Tātus enim est affectus gallinæ
ad pullos, quod nutriendo pullos suos adeo infirmatur, vt plumis hispida,
voce rauca, alis demissa etiam si pulli non videantur, mater agnoscatur.
Prælati in corrigendo neminem debet formidare: quia secundum illud
2. Reg. Custodi virum istum qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima
eius. Plus autem debet timere amittere animā, quam incurrere cuiuscūq;
offensam. Exemplum habemus in Ioan. Bapr. Mar. 14. Dicebat Ioan. Non
licet tibi habere vxorem fratris tui: Non enim metuebat Ioannes Herodē,
sed Herodes metuebat Ioannē: sciebat. n. ipsum esse verū, & iustum, & san-
ctum, vnde securè arguebat ipsum, quia tu tpe est doctori, & correctori cū
culpa redarguit ipsum, quia vt dicit Isidorus. Necesse est vt manus munda
esse studeat, quæ aliorum diluere culpas curat, ne dicatur sibi, medice cu-
ra te ipsum. Vnde ait Saluator, hypocrita, eijce primo trabem de oculo tuo,
& tunc videbis eijcere festucā de oculo fratris tui. Nō sic hodie prælati, q
arguunt, & corrigunt ex potestate, & autoritate, & non ex vitæ sanctita-
te, propter quod correctio eorū contemnitur, aut malitiæ imputatur, Ber.
Tales eligendi sunt, qui post aurum non eant, sed Christum sequantur,
qui quæritum legationum non æstimant, non requirāt aurum, sed fructū,
qui regibus Ioannem se exhibeant, Moysen, Moysen, fornicantibus Phi-
nees, Eliam idolatris, Elisæum auaris, Petrum mentientibus. Paulum blas-
phemantibus, negociantibus Christum. Qui vulgus non spernant, sed do-
ceant, diuites non palpent, sed terreant, pauperes non grauent, sed foueāt,
minas principum non paueant, sed contemnant. Os iusti meditabitur sa-
pientiam, & lingua eius loquetur iudiciū. Lex Dei in corde ipsius in exe-
quendo, & non supplantabuntur gressus eius timore, amore, odio, prece,
vel precio deuando. Prælati tenens locū Christi, debet dicere subdito in
ueritate, uel morib. illud, quod scribitur Luc. 7. c. Adolescēs tibi dico surge:
quia sub metaphora adolescentis mortui, & suscitati loquitur Deus sub-
dito delinquenti. Primo replicans ei suam transgressionem adolescens.
Proni enim, & assueti sunt ad malum. Proni sunt sensus hominis ad ma-
lum ab adolescentia sua: secundo improperat assuefactionem tibi: quia es
ad talia assuetus pluries correptus, nec adhuc correctus: tertio excitat, at-
tentionem dico: quarto incitat ad bonam actionem, surge. Primum pertinet
ad

Luc. 6.
Prælati.
Electio.
Correctio.

Psalms.

Can. 8.

ad reatum culpæ, secundum ad periculum consuetudinis prauæ, tertium ad statum gratiæ, quartum ad fructum penitentiarum. Notatur ergo pronitas ad transgressionem, ex quo debet esse sollicitudo ad correctionem, cum dicitur adolescens. Isti enim indigent correctione, ut patet de filiis Heli. Et ideo prælatus inferior debet dicere superiori, quando habet in domo sua aliquem deordinatum. Domine puer meus iacet in domo paralicus, & male torquetur, & ille debet respondere. Amen dico tibi, ego veniam, & curabo cum. Venire enim debet, ut certitudinaliter videat, si vera sunt de quibus subditus accusatur. Sicut dicit Greg. q. ad exemplum prælatorum, ait Dominus in Gen. 18. Clamor Sodomorum venit ad me, descendam, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint. Non enim debet prælatus procedere ad correctionem, vel punitionem nisi post diligentem, & certam inquisitionem, quia iustitiam correctionis, præcedere debet iudicium examinationis, iuxta illud Eccl. 11. Cum interrogaueris, corripe iuste. Deut. 24. Non abominaberis Idumeum, quia frater tuus est. Idumæum abominatur, qui peccatori non compatitur, nec cum corripit, sanguineus enim interpretatur. Quod impletur in malis prælatis, qui non cōpatiuntur peccatoribus, & tentatis. Non sic B. Franciscus, cui cum frater diceret: Ora pro me pater: Credo quod de meis tentationibus liberabor, si pro me dignatus fueris orare. Cui Sanctus respondit: Quo magis tentaris, magis à me dilectum te noueris: nullus de seruum Dei reputari debet, quousq; per tentationes, & tribulationes transierit. Nam tentatio annulus est, quo desponat Dominus animam serui sui. vix enim obijciuntur certamina fortia nisi fuerit virtus perfecta. Gala. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Præoccupatus, id est imprudenter lapsus homo quasi ex infirmitate, non ex malitia in aliquo, non in multis. q. non ex consuetudine: delicto hoc est derelicto non commisso. Vos qui spirituales estis, id est esse debetis, ad quos spectat iudicare, corripere, corrigere, 1. Cor. 2. Spirituales homo omnia iudicat. Manus enim quæ lutum tenent, sordes tergere non valent, ut dicit glo. super illud 2. Reg. 6. Non ædificabis mihi: quia vit sanguinum es, instruite, non palpate, non exultate, in spiritu lenitatis, dulciter, non acriter, cum misericordia, non cum superbia, non cum pertinacia. Psal. 89. Superuenit mansuetudo & corripemur. Considerans teipsum, quia tu es fragilis. q. d. ex te ipso cognosce quæ sunt proximi tui, ne & tu tenteris, id est cadas in simile. In persona Dauid dicitur prælato: Fratres tuos uisitabis, & cum quibus ordinati fuerint, disce: ad hoc enim tenetur prælatus sub pena illa. 1. Reg. 17. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius: Sed aliqui subditi sunt sicut equus vitiosus, & scabiosus, qui nunquam vellet videre strigliam. Debet autem prælatus in uisitatione, & correctione ducere secum duos socios, iustitiam, & misericordiam, sicut Samaritanus vinum, & oleum, ut cum iustitia puniat peccantes, cum misericordia recipiat penitentes. Et durius puniendi sunt principales, & prælati si peccant, quam subditi, quia periculosius est eorum peccatum, quam subditorum, sicut patet in Lucifero, respectu aliorum demonum, cui dicitur Esdræ 14. Ad infernum detraheris in profundum lacus. Sed multi sunt prælati, qui magis sunt solliciti de asinibus, quam de animabus, similes patri Saulis, qui dixit: Consurgens quere asinas, non animas. Sed prælatus debet esse sicut Mardocheus, de quo dicitur in figura boni prælati, Hest. 5. Deambulabat quotidie ante vestibulum domus

A domus, siue porticus claustralem denotantis ambitum, siue circuitum. Virgines electe continentis personæ, Hester, quæ intra assumpta significat animam, quam sibi Christus desponsauit. Est ergo sensus auctoritatis istius, quod prælatus debet sollicitè custodire Dei sponsam tanquam curæ suæ commissam. Ascendit in cor Moyse, ut uisitaret fratres suos, & ibi patet quot periculis se exponit pro eorum liberatione. Prælatus uisitans, & corrigens debet habere duos comites, veritatem, & pietatem, ita quod veritas inquirat, & puniat delinquentes, pietas absoluat, & leniat penitentes. Exemplo Romanorum, quibus quando dicebatur, quod aliquod regnum rebellauerat, non credebant, sed statim mittebant nuncios ad inquirendum veritatem: quia valde periculosum est in prælato cito credere, unde formam inquirendi veritatem de accusatis tradit nobis dominus. Genes. 18. Descendam, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non est ita ut sciam, & sic debet descendere personaliter, uide-
B re certitudinaliter, & scire utiliter, postea punire exemplariter, mote boni hortolani, qui plantam aridam, & infructuosam proicit de horto secundum exemplum Saluatoris. Omnem palmitem non ferentem fructum rotlet eum, & omnem, qui facit fructum purgabit eum, ut fructum plus afferat. Prælatus significatur per illum angelum Dan. 3. Qui ueniens ad tres pueros fecit medium fornacis quasi ventum roris stantem, sic debet facere prælatus, dum uenit ad conuentum. Gen. 27. Vade, & uide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora, id est, prælatos, & subditos. Qui tanta differentia ut dicit Grego. debet esse inter prælatos, & subditos, sicut inter homines & bestias, & de utriusque superior debet curam habere. Prælatus aliquando inuenit pigros & ociosos, qui similes sunt stauris, vel imaginibus pictis, quæ ornantur, & adorantur, & sunt magnæ famæ, cum tamen in eis non sit sensus cognitionis, quia non student, nec gustus deuotionis, quia non erant, nec motus operationis, nisi forte murmurationis, similes muscæ quæ nihil facit, sed omnia fedat, & inficit. Unde prælatus debet sibi dicere illud Esa. 22. Dic ad eum quis tu hic? aut quasi quis hic? quia excidisti tibi sepulchrum? Quasi dicat tu es in isto conuentu. q. quis. i. magnus homo, & magnæ famæ, & tamen nihil boni facis. Tales sunt in monasterijs sicut cistra in numeris. Excidisti tibi hic sepulchrum: quia approprias tibi conuentum. Isti sunt in conuentu sicut burdo in alucrio, mel suggens nullum florem colligens. Quando prælatus inuenit aliquem, qui deliquit, & veniam humiliter petit, correctionem promittit, debet ei cum misericordia penitentiam iniungere exemplo summi pastoris. 3. Reg. 20. Nonne uidisti Achab humiliatum coram me? Non inducam malum hoc in diebus eius. Exemplum in filio prodigo. Luc. 15. Quem pater amplexatus est dans ei stolam primam, &c. In Dauid, qui dixit, peccavi, & statim meruit audire: transfudit dominus peccatum tuum: de Magdalena. Si quis uero culpam suam humiliter non recognouerit, debet acriter puniri: quia ut dicit Greg. Oculos, quos culpa claudit, pena aperit, sicut antiqua infirmitas non curatur nisi per fortem, & amarum potionem. Exemplo summi pastoris. Deut. 25. Sin autem cum, qui peccauit dignum uiderint plagis prosternerent, & coram se facient uerberari. Heli sacerdos uir bonus fuit, & tamen quia filios non correxit, sacerdotio priuatus fuit. De prælato, qui subditos non corrigit, nec monasteria sibi tradita reg. lat. de Prou. 24. Per agrum hois pigri transiui, & p vineam uiri stultum, id est, prælati. Et ecce totum repleuerant uiticæ: operuerat superficiem

Exod. 7.

uisitatio.

Prælatus.

Otiosus.

Humilitas
Misericordia.Ager.
Religio.
Correctio.

eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat vrticæ pruritus voluptatis. **E** Spinæ fluctus cupiditatis, ruina macerię amfractus voluntatis. Hęc autem tria triplicem sepem religionis diruunt, tripliciter murum suffodiunt propter defectum correctionis, quia noti triplex vinculum rumpunt. Vrit urtica castitatem, pungit spina paupertatem, tuit maceria dum perit obedientia. Vnde secundum consiliū Sapientis. Prouerb. 14. Diligenter exerce agrum tuum, cuius cultura consistit in tribus, rigatur, aratur, purgatur, rigatur per contritionem. Iudic. 1. Dedit Caleph Axe filię suę agrum, in quo erat irriguum inferius & irriguum superius: inferius pro commissis, superius pro promissis: inferius propter suspiria peccatorum, superius propter desideria premiorum. Purgatur per frequentem confessionem, aratur per correctionem, & satisfactionem, & tunc affert fructu centuplum. Iacob. vlt. Ecce agricola, &c. Ierem. 41. Habemus thesaurum in agro, frumenti, ordeï, olei, & mellis. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus. corripe ipsum intra te, & ipsum solum. Si te non audierit, dic ecclesie. Matth. 18. Pater meus iacet in domo paralyticus. Ociosus in nullo bono opere occupatus: tunc debet dicere Prælatus: Amen dico tibi, ego veniam & curabo eum: quia secundum qualitatem morbi, & patientię debet adhibere remedium munditię: Luc. 7. Adolescens tibi dico surge, & resedit qui erat mortuus: ita debet dicere prælatus subito deordinato, qui secundum ueritatem spiritualiter mortuus est secundum illud Apocalyp. 3. Nomen habes, quo uiuas, & mortuus es. Contra illos, qui non corrigunt, exemplum de Elia, primi Reg. secundo. Exemplum de filio consulis Romanı, qui cum propter crimina sua duceretur ad suspendium, petijt quod oscularetur patrem suum, cuius labia morsu abscindit, quia non corripit eum: mali enim filij sunt similes pullis perdicis, quia mox ut nati sunt, incipiunt currere post matrem, quæ est concupiscentia, ex qua Diabolus generat talem prolem sibi similem. secundi Reg. tertio. Iudas Machabæus similis leoni, &c. Ad rugitum leonis omnes bestię figunt gradum: bestię sunt bestialiter uiuentes. Debet itaque prælatus sic esse rigidus erga tales, quod ad rugitum suum se non moneant. Eccles. Noli fieri in dex nisi uirtute irrumperere ualeas iniquitatem. Exo. 25. Præcepit dominus fieri emunctoria ad parandas lucernas, per quę correctio designatur, sine qua lumen honestatis extinguitur: Quia mali odiunt eos, qui se corrigunt: Exemplum de Ioanne Baptista, & de Herodiade; Vnde Sapiens, argue sapientem, & diliget te: argue stultum, & oderit te, ad modum frenetici, qui non permittit se incidi, ut curetur, nisi forte ligetur. Vir sapiens sustinet in cisionem propter curationem.

De conuersatione.

H

Conuersatio.
Vita.

VIR perfectus, & eius conuersatio sub figura arboris designatur. Matth. 7. Arbor bona fructus bonos facit. Dan. 4. Vidit arborem prius bonam, & fructiferam, postea succifam: Ecce, inquit, arbor in medio terræ, altitudo eius nimia, magna arbor, & fortis proceritas eius contingens cælum, aspectus illius erat ad terminos vniuersę terrę, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea; subter eam habitabant animalia, & bestię; in ramis eius conuersabantur volucres cæli, ex ea uescebat omnino caro. Succidite arborem, &

præ-

A præcindite ramos eius. Magna arbor, & fructifera est vir sanctus, quia ad multa, & magna se extendit per dilectionem, & ad alta se erigit per conuersionem. Et in medio terræ suæ, hoc est in intimis cordis sui fixus stat per humilitatis considerationem. Magna arbor ad bona agenda; fortis ad mala aduersa toleranda: proceras ad sublimia contemplanda, cuius proceritas cælum tangit, quia in Christum, ut ad exemplar, & librum informationis semper oculos contemplationis figit. Magnus ergo in actionibus, fortis in tentationibus, sublimis in contemplationibus, fructifer in sanctis operationibus. Aspectus eius usque ad terminos vniuersę terræ: quia ubique debet diffundere exempla & radios sanctæ uitæ, & famæ. Folia eius pulcherrima, & fructus nimius, esca vniuersorum in ea. In folijs uerba, in fructu opera, & exempla, in esca doctrina. Subter eam habitant animalia, & bestiæ, &c. Animalia sunt uoluptuosi, bestiæ iracundi; quia animalia ventri deseruiunt; bestię dentibus, & unguibus seruiunt; isti habitant subter arborem istam: quia uerba increpationis; hi, & similes à viro iusto quasi in terra prementur per disciplinam. In ramis autem volucres cæli conuersantur, quia uiri spirituales in eorum exemplis, & operibus eos imitando conuersantur, sicut aues in ramis arboris floridæ delectantur. Pro conuersatione nota de Abraam: Egredere de terra tua, & de domo patris tui, &c. Item de Iudith in superioribus domus suæ, & clausa cum puellis morabatur semper ieiunans, cilicium portans, &c. De Thobia quomodo orabat, mortuus sepeliebat, &c. De Iob. Erat simplex rectus, timens Deum, & recedens a malo. Ex ea uescebat omnino caro, quia exemplis suarum uirtutum omnes edificantur, eius consolationibus omnes fouentur, eius beneficijs omnes creantur, eius consilijs roborantur, eius documentis omnes informantur. Succidite arborem; Videmus in magnitudine huius arboris, modum fortitudinis, in eius altitudine, profunditatem subtilitatis, in aspectus dilatatione, magnitudinem auctoritatis: in pulchritudine foliorum, faciendam sermonis: in nimietate fructuum, multitudinem bonæ actionis; in esca vniuersorum doctrinam edificationis; in subiectione bestiarum, rigorem seueritatis, in habitatione uolucrum, imitationem sanctitatis. Succidite arborem, &c. Quia uidemus in multis attenuari, vel potius destrui religionem. Erant enim primitiui religiosi sicut uix in deserto, sicut fons egrediens de paradiso irrigans arida, quæ erant in mundo, sicut ager cui benedixit Dominus abundans fructu aromatico: sed modo uinea conuersa est in amaritudinem, fons voluptatis in maris mortui amaritudinem: ager aromaticus, & terra fructifera in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea, postquam enim olere ceperunt ollas carniū, & allia Aegyptij, & templum usque ad fenestras terra temporalium repleti, qui gemere solebant ut columbæ, & in foraminibus petræ, in uulneribus Christi per contemplationem nidificare, ceperunt ut corui crocitare, & pro temporalibus litigare, & cadaueribus intendere, frumentum uersum est in paleam, uinū in acetum, oleum in amuream. Postquam enim religio diuitias peperit, filia matrem propriam suffocauit. Nam paupertas genuit religionem, religio diuitias, diuitiæ uero destruxerunt religionem, & ecclesiam: quia destructa non solum spiritualia, sed etiam destructa sunt temporalia. Ita quod paupertas uoluntatis iustæ, redacta est ad paupertatem necessitatis. Vnde speramus germinem radicis eius in terra, limite. Quia sicut ex seminatis incipit arbor succrescere, sic ex quo humiliantur, ita

Conuersatio.

Iud. 8.

Prælatus;
Exempla.
Sancti.
Religiosus.
Virtus.
Perfectio.
Arbor.

Religio.

Diuitias.

statuta religionis seruiant, relicta sunt quædam grana, ex quibus religio suscitatur. Spiritualiter arbor in medio paradisi religiosus bonus in statu suo regulari. Arbores siluestres fiunt domesticæ per transplantationem: quia in seculari conuersatione fuit agrestis, & sine fructu boni operis, domesticatur, & fructificat in religione. Dicitur autem arbor bona, quando omnes partes sunt bonæ, puta quando radix abundat humore, folia virore, flores odore, fructus sapore. Radix abundat humore, quando affectio est plena deuotione. Hæc est arbor plantata secus decursus aquarum. Non enim est arbor infructuosa, vt quercus, & vlmus, quæ non faciunt fructum utilem usui humano, sed porcorum; scilicet Diabolo. Folium abundat virore, quando locutio est plena veritate, & ædificatione: quia tunc sunt folia viridia, & delectabilia, quando loquimur de diuini. Flos abundat odore, quando conuersatio redolet, & diffunditur in aliorum opinione. Fructus abundat sapore, quando opera sunt plena dilectione. Ezech. vii. Posui, &c. Adamas est coloris cinerei, in quo nota, quod conuersatio exterior debet penitentiam, & mortificationem prætere, attrahit ferrum, in quo notatur, quod penitentes, & verbo, & uita debent peccatores allicere ad penitentiam: nauas dirigit in quo notatur, quod penitentes, & per hoc mare magnum transeuntes, debet dirigere, & gubernare. Ezech. i. Spiritus uitæ erat in perfectis, qui per rotas designantur: Nam in rota omnes partes circumferentiæ æqualiter distant à centro. Similiter perfectio conuersationis probatur per æqualitatem morum, quando ita est, quod æqualiter se habent ad medium uirtutis: sunt enim homines volentes centrum iustitiæ quasi circumferentiam circumdare, sed ad sphericam perfectionem non perueniunt, quia inæqualiter ad medium accedunt, vel recedunt, vt à iustitia nimis recedentes, remissionem incurrunt, vel ad iustitiam nimis accedentes in crudelitatem incidunt, vt cõtingat circa medium temperantiæ, recedentes nimis in carnalitate incidere, vel nimis accedentes in indiscretionem, quando homo subtrahit unde sustentatur natura ad seruiendum Deo. Similiter circa medium disciplinæ recedentes nimis dissolutionem incurrunt, nimis accedentes simulationem, siue simulationem. Sic ergo morum conuersationis perfectæ figura est spherica, & rotunda, & per omnia æqualiter circumdata circa medium uirtutis.

De corde.

Cor. Cõscientia. **D**E corde duro Numer. 20. Bis percussit lapidem virga, & aquæ largissimæ egressæ sunt de petra, &c. percutit nos Deus corporaliter infirmitate, & rerum, ac amicorum amissione. Percutit nos spiritualiter timore gehennæ, spirituali immissione, & prædicatione: & tamen multorum corda lapide duriora sunt, quia millesies, immo quotidie sic percussa aquas doloris, & lachrymarum non emittunt. Exemplum de Pharaone, cuius cor legitur induratum. Quia multis plagis percussus nolebat mandatis Dei obedire, ideo finaliter perijt, quia scriptum est: Cor durum male habebit in nouissimo. Cor nostrum est altare, in quo sacrificamus: altare de terra propter humilitatem, altare de lapidibus, quos ferrum non tetigit, quia iaculis tentationum fractum non fuit. Hoc est altare de quo Levitic. 10. Ignis in altari meo semper ardebit, quem

A quem nutriet Sacerdos, &c. Item cor nostrum est thuribulum, in quo ponit angelus carbones diuinæ dilectionis, & incensum deuotæ affectionis; & ascendit ad Deum, fumus sanctæ orationis. Secundum illud Apo. 8. Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuribulum, &c. Nadab, & Abihamali sacerdotes posuerunt ignem alienum in suis thuribulis, & consumpti sunt. Corda nostra sunt illæ lampades, quas illæ decem virgines descriptur habere, cum quibus occurrunt Christo, quia debent quasi vitrum esse mundæ, & perspicuæ per castitatem, integræ, non fractæ per caritatem, oleo plenæ, per deuotionem, accensæ per ædificationem: & tales intrant ad nuptias, aliæ non. Corda nostra sunt illæ hidriæ, in quibus dominus inuataquam contritionis in vinum consolationis spiritualis, quæ debent esse lapidæ, firmæ contra ictum tentationis, Cor nostrum figuratur per arcam testamenti, in qua debet esse virga diuini timoris, tabulæ fidelis cognitionis, vna aurea cum manna, id est Christus in quo est diuinitas in humanitate, per amplexum compassionis. Cor nostrum est ille puteus, in quo ponitur sanctus Ioseph, id est, Christus uerus Saluator, & Ruben quilibet nostrum ibi non inuenit Ioseph, dicitur vestimenta scindere, per apertam confessionem, cum fletu per contritionem: quia amicit Ioseph, puer non comparet, & ego, quo ibo? Cum enim iste puer sit via, veritas, & vita, quo ibis sine via, nisi in præcipitium, sine veritate, nisi in errorem, & dubium, sine vita, nisi in mortem, & supplicium. Cor est paradisi voluptatis, in quo debet esse lignum uitæ, id est, Christus. Est fons, unde debet fluere aqua ad irrigandum totam conscientiam. Cor nostrum triplici litera scriptum est, Camera omnipotentis Regis, in qua Deus libenter hospitatur, quarto Regum 4. Faciamus ei, scilicet Elisæo cænaculum paruum, & ponamus in eo candelabrum, &c. Quere de hoc in tota tabula de conscientia in sequenti columna.

De conscientia præparatione.

Sicut illa Sunamitis 4. Reg. 4. Volens in suo hospicio recipere Elisæum, qui interpretatur Deus meus Saluator: faciamus ei cænaculum paruum per profundam humilitatem, sic fecit virgo Maria: Respexit humilitatem ancillæ suæ. Ponamus in eo lectulum per conscientie puritatem, vt sic descendat dilectus in hortum suum mundum, & floridum. Tergat ait, Bernardus sordes præui operis, qui Deo præparat domum mentis, & mensam ferculis bonorum operum plenam, & sellam defectus nostros confessionem iudicialiter inquirendo, & malefacta puniendo: quia si nos ipsos iudicemus: non vique iudicemur. Et candelabrum altæ contemplationis, & claræ ædificationis. Tunc intrat Elisæus cameram sic paratam, & concipit anima prolem boni propositi, & parit fructum operis meritorij. Et nota quod conscientia bona figuratur per hortum Assiteri, in quo Christus parat conuiuium, & cum Angelis suis. Hester. 1. Septem ait diebus, id est, toto tempore huius vitæ, iussit conuiuium præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu constitum erat, & pendebant ex omni parte tentoria aerei coloris carbañni, & iacintini sustentata funibus bissinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis sulcebantur. Hortus quidem nemorosus, in quo delectatur, & pascitur Christus inter lilia

castitatis, donec aspiet dies æternitatis, & inclinentur vmbra nostræ mortalitatis est pura conscientia, & religio sancta, cunctis arboribus constituta, cunctis virtutibus manu regis Christi ornata. Pendent aut per circuitum huius horti tectoria aerei coloris, per temporalium abdicationem. Carbasini coloris per castitatis decorem, & carnis mortificationem: Iacintini coloris per obedientiæ subiectionem. Quibus tribus tentorijs circa conscientiam, & religionem extensis, hortus conscientiæ, & religionis protegitur, ne flores virtutum virentes æstu mundi carnis, & dæmonis adurantur.

Nov. de Bisso. Bissus autem genus est lini candidissimi, & significat in spe varia gaudia paradisi. Propter quæ tria prædicta tentoria sensualitati gratia, & ponderosa, scilicet castitatis, obedientiæ, & paupertatis, patienter sustentatur, isti funes bissini eburneis circulis inseruntur, quia viribus animæ perfectionis exercitia inseruntur. Funes autem atque tectoria columnis marmoreis sustentantur, in quibus ratione rectitudinis, intentio recta, ratione longitudinis, finalis perseverantia designatur: quibus tanquam columnis innititur tota fabrica spiritualis. Exo. 25. Quattuor circulos aureos præparabis, quos pones per quattuor arcæ angulos. Quattuor virtutes Cardinales quattuor sunt circuli: quattuor rotæ circuli propter defectu- nem rotæ, quia his vehitur anima ad portum gloriæ. Circuli aurei ad differentiam virtutum consuetudinalium, quæ in quantum tales non ex gratia, sed ex frequenti bene agere generantur. His autem circulis quattuor in affectione animæ. q. quattuor angulis arcæ insertis arcæ conscientiæ vehitur: In hac arca est vna, scilicet voluntas aurea sine corruptione, plena Manna deuotionis, & cœlestis consolationis, virga rectæ intentionis, florida exercitatio sanctæ operationis, & decore ædificationis, atque tabulæ lapideæ testamenti firmæ contra impulsum, vel ictum tentationis scriptæ litteris diuinæ inspirationis, & fidelis cognitionis. Conscientia bona, & cor deuotum figuratur in Iride: & in terra diluuium purgata. Pœnitent me fecisse hominem. Sequitur quomodo submersa est omnis creatura viuens in diluuium. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis, &c. In qua hist. aduertenda est causa diuinæ offensionis, forma correctionis, modus reconciliationis, titulus reconciliationis. Causa autem diuinæ offensionis, legitur fœditas immunditiæ, & corruptionis. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, corrupta est terra coram domino, & repleta est iniquitate. Quia vt dicitur Osee 4. Maledictum, & mendacium, furtum, homicidium, & adulterium inundauerunt super terram, & sanguis sanguinem tetigit: propterea infirmabitur terra, & omnis qui habitat in ea. Cum etiam fuit peruersitas conscientiæ & cogitationis, videns dominus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis humani intenta esset ad malum. Quia ergo homines corrupti erant carne, maligni opere, peruersi cogitatione, obliqui intentione: ideo offensus Deus dedit mortis sententiam contra omnes. Pœnitent me fecisse hominẽ, hoc est ad modum illius, qui pœnitent de re, quam fecit, illos puniam, delebo hominem, quem creauit a facie terræ: ecce causa punitionis, attendite formam correctionis, quod consistit in arcæ fabricatione, aquarum inundatione, animantium submersione. Arca est conscientia, quæ fabricatur de lignis leuigatis, & complanatis, id est, ex articulis fidei, clarissimæ, & certissimæ veritatis, absque timore falsitatis. Linitur autem bitumine charitatis, intrinsecus per Dei dilectionem, extrinsecus per Christi dilectionem, & sustentationem. Vel arca est sancta ecclesia: aquarum autem inundantia ex

A duplici parte legitur processisse ab inferiori & superiori. Vnde dicitur, corrupti sunt omnes fontes abyssi, magnæ, & cataractæ celi apertæ sunt, id est viæ pluuiarum apertæ sunt. Sic in anima sunt duæ partes, vna, qua æterna gaudia contemplatur, alia, qua æterna supplicia meditatur. Dum ergo peccator considerat, quæ turpiter, quæ frequenter, quæ irreuerenter Deum offedit, & quod propter hoc æterna gaudia amisit, ex parte superiori, i. ex cœlesti gaudij amissione, ex parte inferiori ex æterni supplicij obligatione, debet descendere super terram corruptam, diluuium lacrymarum. Ex cœlesti aquarum lacrymarum ex vtraque parte concurrerunt, operiunt aquæ diluuij vniuersam terram, quia oportet compunctionem, & contritionem cordis inuidare de omnibus peccatis insuper vniuersam terram conscientiæ: quia si de vno peccato doleremus, & non de alio, nulla esset terræ conscientie purgatio. In c. Fratres nostros, de pœnitentia dist. 5. Ex tali ergo lacrymarum diluuium, & non alio modo purgatio a cunctis forditatibus inordinatis fit. Psalm. 31. Veruntamen in diluuium aquarum multarum ad eum non appropinquabunt. Non enim potest quis à Deo elongatus per culpam, ad ipsum appropinquare per gratiam, nisi in diluuium aquarum multarum, per dolorem, & contritionem omnium culparum. Ideo in diluuium leguntur submersa omnia animantia: Consumpta est, ait, omnis caro, quæ mouetur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium, vniuersique homines, & cuncta in quibus spiritus vitæ est in terra mortua sunt: sic in diluuium lacrymarum & perfectæ confessionis, & contritionis deleri debet omnis caro, omnis carnalis affectus, vltus, motus: siue sit auis volans per fastum & superbiam, siue sit bestia terram arans, & respiciens per avaritiam, siue sit vermix in luto reptans per immunditiam, siue sint homines præcepta Dei transgredientes per malitiam, hæc omnia debent submergi in diluuium contritionis, & confessionis. Sic perierunt Aegyptij, per quæ peccata designantur quæ fideles persequuntur in mari rubro, per quæ amara contritio, & confessio designatur. Quadraginta autem diebus, & noctibus durauit inundantia aquarum diluuij, quia singulariter tempore quadragesimali debet quilibet commissa scelera, omnia bona, amissa gaudia, adminata supplicia deplorare, & ad memoriam reuocare. Iam patet causa punitionis, & consumptionis, & forma correctionis: Aduertamus modum reconciliationis: Post diluuij inundationem legimus, fenestram arcæ apertionem, corui emissionem, sed non reuersionem, columbæ duplicem emissionem, rami oliuæ deportationem, ad insinuandum Dei reconciliationem. Quia dum aquæ diluuij lacrymarum super terram metris nostræ inundauerunt per contritionem: debemus fenestram oris aperire ad confessionem: Sūt autem aliqui coruium emittentes, qui est auis ingrata, quia & nigredinem corruptæ voluntatis ad peccandum in corde retinent, sicut in multis, qui statim post Pascha ad vomitum reuertuntur, & vocem rancam, & odiosam emittunt, quia vel timore, vel verecundia veritatem peccatorum & circumstantiarum aggrauantiũ non exprimunt, vel crocitant sicut coruus dicentes, bene confitebor, bene pœnitebo adhuc quibus dicit Isidorus: O vox cornina, semper dicit cras, cras, & nefcis, si eris cras, quia hæc animaduersione percussit peccator: vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei. Nullus vestrum habens vulnus in capite, aut de innocens spinam in pede, tardat tribus diebus ad medicum ire, aut remedium quaerere, quanto minus tardare debet qui multis mortalibus faucibus est in mente? talis coruus sic emissus nihil portat Noe: Quia talis confessio nec

Consideratio.

Peccata.

Pœnitentia.

Confessio. Coruus.

Sicut dicit B. August. dum sermone 3. in libro 10. in sermonibus.

delet culpam, nec placat diuinam offensam, nec impetrat gratiam: quia cor eius cadaueri in fide eo quod peccator in suis scibus remanet. Colūba autem, cuius albedo designat conscientie puritatem, que felle caret, quia nulla voluntas peccandi dicitur in conscientia remanere. Cuius cantus est quasi gemitus doloris designat contritionis interne, ac per hoc typum gerit confessionis pure, & integre, portat ramum oliue, virentis gratie, que ad modum olei oliuarum: est vulnere curatiuum ciborum, i. operum conditiuum, luminis nutritiuum, i. vere fidei, & cognitionis, & Dei reconciliatiuum. Sicut ille ramus fuit Noe signum, quod culpa remissa erat, diluuium cessauerat: ita Dei placata ira. Post hæc datur signum diuine acceptationis, & forma sancte conuersationis: quia arcus quattuor coloribus insignitus incipit in nubibus apparere. Arcus iste generatur ex radio solis subintrante nubem à terra eleuatam, concauam, aquosam. Ita dicit Beda in libr. de naturis rerum. Arcus, ait in aere, quadricolor ex sole aduerso nubibusque formatur, qui ex cælo igneum, ex aere iacinthinum, ex aqua ceruleum, ex terra gramineum colorem trahit. Dum enim in conscientia vera pœnitentia purgata, à terra eleuata per temporalium abdicationem, & omnis carnalitatise secationem, concaua per sui humiliationem, torida per deuotionem subintrat radius diuine gratie, continuo incipit veri pœnitentis conuersatio, colore quadruplici refulgere, quia rubet charitate, candet castitate, pallet austeritate, viret pietate, & sensuum honestate. Et talis actus conuersationis est verissimum signum diuine reconciliationis & vere confessionis. Voca operarios, & redde illis mercedem, &c. Vineam cuiuslibet, in qua deberemus quotidie operari, est nostra conscientia. Hæc vinea est putanda per peccatorum confessionem, & omnium nociuarum resecationem, liganda per bonorum operum exercitationem, & præceptorum obseruationem, fodienda per timoris incussionem, mortis iudicij, & supplicij considerationem, timore enim diuini iudicij, & æterni supplicij, quasi fodiendo, & cauando radices conscientie inquirimus sarculo considerationis, & confessionis, vt sicut fodiendo discooperitur radix vitis, ut soli ostendatur, ne putrescens in vermibus corrodatur, & vitis moriatur: sic radix conscientie discooperitur, & Deo in confessione ostenditur, ne putrescens in suis sordibus peccatorum vermibus corrodatur, & vitis anime moriatur: quia dum cultores vinee conscientie negligunt, dum non foditur per timoris incussionem, dum non putatur per correctionem, dum non ligatur per præceptorum obseruationem, & uirtutum exercitationem, rumpitur sepes conscientie, diruitur mæceria gratie, & succrescunt vepres prauarum affectionum, & spine peruersarum operationum. Ergo si uis denarium glorie in sine dici uitæ accipere, operare diligenter in uinea conscientie, ille fatue uirgines que ueniente sponso non habuerunt oleum in lampadibus, designant multos fatuos: Lampas enim est conscientia, que debet esse ad modum vitri perspicua per munditiam, & puritatem, oleo plena per deuotionem, accensa per boni exempli edificacionem, qui tales conscientias habebunt, ueniente Christo ad iudicium, intrabunt cum eo ad nuptias, alij excludentur. Conscientia est illa cisterna in qua ponitur sanctus Ioseph, & nisi quis eum in sua cisterna inueniat, debet uestimenta scindere per nudam confessionem, cum fletu per contritionem, & dolens dicere: Paer, qui est in via sine deuio, ueritas sine dubio, uia sine termino, non comparet, & ego quo ibo? Genes. quarto. Respe-

Oleum.

Conscientia.
Virtus.Matt. 20.
Vinea.
Conscientia.

Matt. 20.

Gen. 37.

Axit dominus ad Abel, & ad munera eius: Quia non acceptat Deus opus, vel seruitium, nisi prius acceptet conscientiam, & animum, ad seruitium. Scire. Opus. autem & ad opus meritorium, vt sit Deo acceptum, requiritur affectio pura, discretio plena, intentio recta, continuatio perfecta. Ista tanguntur in illo versiculo, In sanctitate, propter primum, in iustitia, propter secundum, coram ipso, propter tertium, omnibus diebus nostris, propter quartum. Conscientia nostra est liber quidam, in quo scripta sunt insignia imaginis diuine, consilia legis nature, testimonia conscientie, facta omnia. Ex scriptura huius libri quilibet in iudicio saluabitur, vel condemnabitur. Apoc. 20. Iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris, secundum opera eorum. Iste liber a quibusdam scriptoribus scribitur enormiter peccati præparatione, clauditur damnabiliter peccati impœnitentia, & obstinatione, aperitur uiliter integra, & vera confessione, aperietur finaliter in die iudicij his, qui nunc claudunt eum peccati sui publica, & confusibili manifestatione. Vt enim dicit Aug. 20. de ciuit. Dei. cap. 24. Vi diuina fiet in iudicio, vt unicuique opera sua bona, & mala ad memoriam reuocentur, & omnia omnibus reuelentur, nihil opertum, quod tunc non reueletur, & occultum, quod non sciatur. In isto libro sunt scriptæ lamentationes, pœnitentie; carmen, actiones gratiarum, vel timoris gehennæ. Conscientia assimilatur Iridi, ubi in nube aquosa, id est in conscientia humore deuotionis plena, quattuor colores uirtutum generantur: Quattuor colores, quattuor uirtutes cardinales, fortitudinem, prudentiam, iustitiam, temperantiam; fortitudinem in aduersis, temperantiam in utendis, prudentiam in eligendis, iustitiam in dispensandis. Vel quattuor colores designant quattuor affectiones moderatas, uirtutes proportionatas, actiones modificatas, assentiones, & contemplationes ordinatas. Conscientia est ciuitas, in qua est rex, uoluntas consiliarius ratio, populus quinque sensus.

Liber.

Ezech.
Liber.
Iris.Affectiones.
Actuum
ciuitas.

De consuetudine.

Consuetudo peccandi est periculossima, quia consuetudo est altera natura, ideo uix potest uinci nisi per gratiam Dei specialem. Est enim ille magnus lapis superpositus Lazaro sepulto, & fetido, qui typum gerit antiquitate anime in peccato: sic Samson deceptus à Dalila, carnali scilicet concupiscentia, uirtutum erinibus spoliatus à Philistæis, à demonibus captus per astutiam. Dalilæ, ligatur delectatione; incarceratur operatione, molam trahit assuefactione, clausum ait in carcere molere fecerunt: quia mola frequenter uoluitur super eundem locum, & hæc est consuetudo, 3. Reg. vltimæ. Sedechias uinctus cathenis, ductus est in Babylonem. Sedechias est quilibet peccator deprehensus à Diabolo, qui est rex Babiloniæ. In Reblata: quod interpretatur multum commissum: & significat peccatum consuetudinis. In quo cum Diabolus comprehendit peccatorem, excecat eum, vt non cogitet de æterna gloria, quam amittit, & pœnam æternam, quam incurrit. Ligat eum duabus cathenis, una est cupiditas acquirendi. Alia tenacitas, & auaritia retinendi: una est pronitas ad malum, alia difficultas ad bonum. Iste sunt ille cathene, quibus ligatus erat Petrus in carcere, qui gerit typum peccati consuetudinis, & non possunt solui nisi Angelus Christus de spirituali gratia carcere illum illuminet, latus percutiat, & uincula rumpat, ut dicat peccator cum

Consuetudo.
Obduratio
Obstinatio.

Pfal. 115. **Pfal. 68.** **Pfal. 37.** **E**
 cum propheta: Dirupisti domine vincula mea. Sic ligatum ducit eum in Ba-
 bylonem, id est, confusionem ubi calicem presentis ignominia ei propi-
 auit, machinando quomodo de peccato in peccatum ruat, & in apertum pec-
 catum cadat, donec publicè confundatur. Propter periculum consuetudi-
 nis in persona peccatoris clamat Propheta: Non me demergat tempe-
 stas aquæ, neque absorbeat me profundum, ne urgeat super me puteus os
 suum, infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Putraverunt, &
 corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ, Miser factus sum, &
 & curuatus sum, &c.

De Concupiscentia.

Voluptas. **Carnalitas.** **Delitiæ.** **Cant. 2.** **G**
Coronemus nos rosis antequam marcescant, ne prætereant nos flos tẽ
 poris, nullum sit pratium, quod non prætereant luxuria nostra, &c. in fi-
 ne dicturi sunt: Ergo errauimus a via veritatis, & lumen iustitiæ non illu-
 xit nobis. Isti designantur per illos porcos, in quos intrauerunt dæmones,
 & magno impetu suffocati sunt in mari, isti figurantur per illum filium
 prodigum, qui abiens in regionem longinquam deuorauit substantiã suã,
 & cupiebat saturari de siliquis, quas porci manducabant. Quia carnales se
 ditatibus carnalibus pascuntur, & spiritualia eis desipiunt, vnde figuran-
 tur per illos peruersos Iudæos, qui desiderabant carnes, & cibos Aegyptio-
 rum, & nauseabant super manna cibo cœlesti. Et dum carnes desideraret,
 & adhuc essent in ore ipsorum, ira Dei ascendit super eos, sepultiq; sunt
 in sepulchris concupiscentiæ, & non intrauerunt terram promissionis.
Gen. 49. Ruben primogenitus, &c. Concubina patris est concupiscentia
 carnalis, quam sibi copulauit Adam primus pater. Ascendit ergo ad cubile
 patris, qui ad delicias, & carnalitates modo illicito manum extendit. Ru-
 ben interpretatur videns consilium. **Gen. 4.** Per Cain, qui interpretatur, la-
 mentum, figurantur carnales, qui interficiunt Abel, id est, munditiam, cuius
 sacrificium acceptat Deus. Cui dictum est: **Genes. 4.** Maledictus eris super
 terram, vagus eris ad sequendas concupiscentias, profugus à patria, & fa-
 milia. **Dei Signum positum in Cain** fuit tetræ capitis, in quo intelligen-
 tur instabilitas voluntatis, quæ est maximè in carnalibus hominibus. **Gen.**
40. Videbam vitem, &c. Pincerna Pharaonis est peccator, qui tenetur in
 carcere diaboli, visiones eius, & somnia sunt cogitationes multæ, a qui-
 bus velut dormiens in nocte surgens, nihil inuenit. Dormierunt somnum
 suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum. Vitis est humana concupiscen-
 tiã. Tres propagines huius vitis concupiscentia carnis, concupiscentia ocu-
 lorum, superbiã vitæ. Crescunt gemmæ, id est botri erumpunt in acqui-
 sitione. Flores in botro fragrant, odor lucris tẽporalis, vnde odor lucris sua
 uis est, maturefcunt vites in procuracione diuitiarum, deliciarum, hono-
 rum: tunc manibus, id est operibus exprimit immunditiam culpæ in calice
 Pharaonis, id est, diaboli. **A pocal. 17.** Væ meretrici, quæ sedet super aquas
 multas. Meretrix, id est, humana concupiscentia, quæ sedet & quietem in-
 uenit in fluxu diuitiarum, & deliciarum. **Eccles. 9.** Cũ aliena muliere, &c.
Mulier aliena est carnalis concupiscentia, quæ emollit, & effeminat spiri-
 tum: Aliena ab vniuersitate bonorum, & consortio angelorum, & san-
 ctorum virorum, quia non est à Deo, nec a natura, sed ab eius culpa; cum
 ipsa non est sedendum, nec accumbendum super cubitum, hoc est, non est
 consentiendum voluntati carnali: sicut enim manus radicatur in cubito,
 ita

A ita opus in voluntate. De accubitu in opere, dicitur **Jud. 12.** Bibe nunc, &
 accumbe. Verba sunt Holofernis, id est diaboli ad animam dicentis: Bibe de-
 sideria, id est cogitationes carnales, satia voluntatem, & accumbe in opere,
 in iocunditate, id est in delectatione peccati, De accubitu in consuetudine, **Esa.**
26. Ciuitas munita, anima adiuta Dei gratia, & angelica custodia, desolatur
 in delectatione illicita, relinquitur in consensu, dimittitur in opere;
 q. desertum in pa. in. q. indomitus quasi lasciuia consuetudo. consu. n. e. id-
 est, intentiones omnium voluntatum, & corporum. De accubitu in obsti-
 natione. **Sopho. 2.** Ponam speciosam, &c. Ponitur speciosa in solitudine cũ
 anima separatur à sancta Trinitate per consensum malum, in inuium per
 opus quasi desertum a Deo, & angelica custodia per consuetudinem ac-
 cū. in me. eius, &c. id est irracionales motus & cogitationes: in obduracione
 in peccato: bestia bonorum deuastatio: onocrotolus, qui varios habet colo-
 res hipocrisis: hiericus, qui insipidus est, & coadiuuat se ad defendendum;
B. peccati defensio. Coruus, qui semper clamat cras, pœnitentiæ, & confessio-
 nis proerastinatio: pluuia sensus exteriores in superli. ratio. Ille est accu-
 bitus peccatoris. **Jud. 9.** Mulier illisit in caput Abimelech proiciens frag-
 men molæ. Per Abimelech designantur prædicatores, qui obsident tur-
 rim, & castellum. **Matth. 21.** Ite in castellum, quod contra vos est. Istud **Predicator**
 castellum est mundana conuersatio, seu prosperitas, siue congeries pecca-
 torum, quam destruere intendunt ictu sanctæ prædicationis, mulier est
 concupiscentia, mola est volubilitas mundanæ prosperitatis, diuitiarum
 voluptatum, & honorum, & similium. Fragmen molæ est aliqua munda-
 uitiarum, voluptatum, & honorum, & similium. Fragmẽ molæ, est aliqua
 na prosperitas specialis, quam proijcit mulier super caput, cum prædica-
 tor, vel quilibet faciens aliquod bonum, non habet intentionem in Deum,
C sed in laude hominum, et si consentiat tentationi excerebrabitur. Concupi-
 scentia carnalis designatur per illa calida stercorea, quibus **Tobias** excecã-
 tu fuit **Tob. 2.** quere sup. 10. 12. **Denter. 8.** Ductor taurus sui in solitudine,
 ubi erat serpens statu adrens, scorpio, & dipsas. Per ista tria notatur tenta-
 tio mundi, carnis, & dæmonis. In figura concupiscentiæ carnalis ponitur
 serpens statu adrens, qui ad literam est regulus, qui inficit aera statu, vt
 etiam aues uolantes interficiat. Sicut dicitur in **Esa.** De radice colubri egre-
 dietur regulus, & semen eius absorbens uolucrum. Et bene ipsa concupi-
 scentia, & carnales motus dicuntur serpentes, quia serpunt in carne, fla-
 tus serpentis est cogitatio carnalis, eius aduittio est libidinosa delectatio, ad
 quam sequitur mors consensus. In figura concupiscentiæ mundi ponitur
 scorpio, qui facie blanditur, sed cauda pungit aduersitatis. **Proue. 5.** Fauus
 distillans labia meretricis, id est concupiscentiæ mundi, sed nouissima e-
 ius, &c. In figura superbiæ ponitur dipsas, qui est genus serpentis, ex cuius
 morfu inflammatur homo, vt etiam sitiendo moriatur, vnde & **Dipsaides**
 sunt serpentes, de quibus **Num. 21.** In populum mittam ignitos serpẽtes,
 tale est venenum superbiæ, & ambitionis, quod ita accendit animum amo-
 re temporalium dignitatum, & honorum ac diuitiarum, vt talia sitiendo,
 pereat. Remedium contra hoc est consideratio improprij **Crucifixi.** **Heb.**
12. Recogitate eũ. Ideo dñ **Nu. 20.** Fac serpentẽ a neũ. i. **Christus dñ serpens,**
 sũ similitudinem, quia videbatur habere carnem peccatricẽ, sicut nos: sed
 non erat æneus, tum quia venenum peccati in se non habuit, sicut nec ser-
 pens æneus non habet venenũ tum ratione fortitudinis in passione. **Qui**
 hunc vera fide aspiciunt, sanantur à moribus prædicatorum serpentum.

De Consiliarijs.

DE consiliarijs accipe illud. Prouideat dominus spirituum vniuersæ carnis hominem, qui sit super hanc multitudinem, &c. Quære in tabula de prælati. De consiliarijs quales sunt vocandi, in tabula de advocatis 27. b. Vocandi sunt ad consilium viri fideles Deum timentes, munera non citantes, sed recusantes affectiones non sequentes, constantes amore veritatis hominem non timentes, probati, literati, maturi, & antiqui. Nemo enim elegit iuuenes duces, quia non constat eos esse prudentes. Iud. 20. Adestis omnes filii Israel decernite quid agere debeatis. Exemplum de Daniele, qui requisitus a Balthazar de illa visione. Mane. Techel. Phares. Cum enim offerret munera, dixit. Munera tua alteri da, &c. Et nota illud: Non bene bonum consilium hac vice Achitofel. Quære de hoc in tabula de sapientia, & de prudentia.

De Comparatione.

ET nota quod omnis comparatio est mala & periculosa, & origo inuidia. 1. Reg. 18. Dixerunt mulieres. Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Sequitur non rectis oculis, &c. Et nota quod mala sequuta sunt ex illa inuidia. Quære de hoc in tabula de inuidia.

De Confessione.

Vera confessio mentem renouat exemplum de sœnice, quære supra. Item exemplum de ancipitre: qui comedendo uenenoſa, ut mures, & expandendo alas ad austrum, mutat pennas, & renouatur: sic anima peccatrix flagellis, & pœnis corpus affligendo, & ad calorem misericordia Christi, quem nobis ostendit in cruce duas alas intellectus per considerationem, affectus per dilectionem, & deuotionem extendendo mutat, & deponit antiquas plumas peccatorum, & malarum consuetudinum, & induit pennas virtutum, quibus uolat ad cœlum. Exemplum de aquila, de qua dicitur, quod quando rostrum eius sic induratur, & pennæ, ut non possit uenari, quærît fontem viuum, & scaturientem, quo inuento uolat in altum quantum potest, donec corpus eius sit multum calefactum, & pori aperti, & sic descendendo immergit se in fonte, & inde exiens uadit inter vepres vermiculos comedendo, donec plumæ antiquæ ceciderint, & nouæ creuerint, & sic fit ad volandum, & venandum apta. Sic mens peccatoris sentiens se peccatis oneratam, debet volare versus cœlum per considerationem considerando æterna gaudia, quæ amisit offensam, & iram Dei, quam incurrit, æterna supplicia, quæ incurrit, mortem, cuius certitudinem facit. Sed modum, tempus, locum, horâ nescit. Et sic calefactus omnino amore debet venire ad confessionem, quæ est fons viuus contingens aquas diuinæ gratiæ, ubi immersus, & quasi baptizatus in aqua lachrymarum, deponit omnia peccata & prauas consuetudines, & tunc debet nutri vermiculis operibus, scilicet pœnitentiæ pietatis, & inter vepres asperitatum, & satisfactionum habitando donec crescant in eo pennæ virtutum, quibus indutus possit in palam exire per edificationem, & libere uolare per contemplationem. Confessio est illa probatica piscina, de qua habetur Ioan. 5. quæ habet quinque porticus, in qua curatur omnis infirmus, quæ

Considera.

Fons.

Virtus.

re

Are sup. Est flumen Iordanis, in quo Naaman leprosus, i. quicumque peccator lotus septies. i. perfectè confitens oia peccata sua, mundatur à lepra, & caro eius per innocentiam recuperatam restituitur, vt caro pueri. Quære sup. Sol. i. Christus distinguit in anima nostra quattuor temporalia spiritua liter, æstatè, hyemem, ver, autumnum in confessione. Confessio est illud diluuiû, quo purgatur conscientia nostra, sicut per diluuium purgatus fuit mundus. Et quod coruus, quæ Noe misit, significat fictâ confessionem. Columba, quæ portat ramum oliuæ significat veram confessionem. Peccator designatur per Ruben, qui cum non inuenit verum Ioseph in cisterna conscientia, debet scindere vestimenta cum fletu. Peccatori vere pœnitenti dicit illud Esa. 60. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuû. Et ibidem de lachrymis contritionis illud Apoc. 3. Collitio inunge oculos tuos, vt videas. Quære sup. Conuersa Maria vidit Iesum, dicitur de anima vere contrita & pœnitente. quære sup. Impletæ sunt hydriz aqua, & nutu Dei in vinum conuersæ, hoc fit in contritione, & confessione, quære sup. Peccator vere pœnitens dicit illud Psal. 17. In Deo meo transgrediar murum, quære sup. de vere pœnitente dicit illud Mat. 17. Exiuit demoniû à puero lunatico, quære sup. Nabuchodonosor expulsus à regno habitauit septem annis cum feris, qui in fine dierum leuauit oculos ad cœlum, & sensus, & figura fuerunt sibi reddita: & restitutus fuit ad honorem regni, gerit typû peccatoris verè contriti, qui oculos ad cœlum leuat Dei misericordiâ implorando, & restituit eum Deus ad regnum gloriæ in spe gratiam infundendo. Absalon, qui remansit suspensus per crines in quercu, & mulus, cui insidebat recessit, designat fructum pœnitentem. Quære supra. Item de vero contrito, & pœnitente dicitur illud Iud. Dedit Pater Axe irriguum superius, & inferius. Aia peccatrix sic est oppressa est pondere peccati, in fixa

Cin limo profundi, quod nullo modo surgere potest, nisi Deus per gratiam porrigat manum suam; vnde Mar. 5. Tenens Iesus manum puellæ ait, Taba bita quod est interpretatum puella, tibi dico, surge: sic loquitur Deus animæ peccatrici. Luc. 15. Surgam ait, & ibo ad patrem meum. & dicam ei; Pater peccati in cœlum, & corâ te. Iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis, & surrexit, & venit ad patrem suum. Et sequitur quomodo pater cum gaudio recepit eum, & restituit stolam, annulum, & calciamenta. Hic aduerte, quod pater iste Deus est, qui duos filios habet capaces solum cœlestis hæreditatis, angelum, scilicet, & hominem. Homo autem dicitur adolescentior, quia ultimo formatus fuit, quânis autem angelus peccauerit, non ponitur in exemplû, quia non gerit veri pœnitentis typû, eo quod nunquâ pœnitet, sed quia homo restitutus est, ideo ponitur nobis in exemplum veri pœnitentis. Pater iste Christus est, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, cui dicimus: Pater noster qui es in cœlis. psal. 102. Quomodo enim miseretur pater filiorum, miserus est dominus timentibus se. Poterat autem pius pater secundû iustitiâ obicere peccatori bonorum dilapidationem, fornicationem, necessitatis compassionem, & suâ abiectionem, sed dominus loco istorum ostendit piam consolationem, sicut mater fletu filio pro offensa filij. Aliquando flet ante patrem cum eo: vnde Aug. Cõpatit dñs quasi plus cruciet dñm cõpassio miserij, quâ miserû passio sui. He. 3. 1. Cõturbata sunt viscera mea super eû, miserâs miserebor ei, ait dñs. Filius iste adolescens, & fatuus est peccator stolidus, & immûdus, qui est filius per naturæ creationem: portio substantiæ sunt bona naturæ, gratiæ, & for

DRegio longinqua est mortalis culpa, iuxta

So.

Lachrymæ

Dan. 4.

Lachrymæ

Christus. Misericordia.

xia

Illud Esa. 9. *Habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Hæc lux oritur in contritione, sic dicitur regio longinqua, quia per istam distat peccator à Deo distantia infinita. Dona prædicta à Deo nobis data consumimus viuendo luxuriose, dū bona naturæ illicitis actibus applicamus. Intellectum ad prauas cogitationes, voluntatem ad praua desideria, sensus ad illicita obiecta. Bona fortunæ, puta diuitias, & res temporales male expendimus, & pauperibus non distribuimus. Dona gratiæ ut sunt uirtutes nobis collatæ amittimus: sicut ille malus seruus, qui talentum gratiæ sibi datum ad lucrum abscondit in sudario, & fodit in terra. Porcos talis homo pascit qui quotidie diabolo seruit: nam per porcos immundos diabolum intelligimus. In se reuertitur, dum tactus Dei digito, corde contrito, & tremulo considerat peccati sceleritatem, iudicis seueritatem, mortis incertitudinem, & propinquitatem, supplicij acerbiter, & eternitatem, euadendi impassibilitatē, sic ad se reuersus fuit Nabuchodonosor expulsus à regno, quando leuauit oculos ad cælum, & sensus ac figura sua restituta fuerunt ei. Sic ad se reuersus fuit Petrus, qui ibi gerit typum peccatoris, quando angelus percussit latus eius, & lumen refulsit in carcere, & ceciderunt catenæ de manibus eius. Ad patrem vadit, dum ad confessionem tendit, & cum cordis dolore, & lachrymarum effusione dicit. Pater peccaui in cælū, & coram te. Iam non sum dignus uocari filius tuus. Pater autem pius misericordia motus, quia misericors est, & miserator dominus in tantum, & super suscitatione Lazari, id est, super compassione peccatoris fiet. Osculatur enim eum, & amplexatur, culpam condonando, & sibi reconciliando. Stola prima eum induit, perditam gratiam, quam in baptismo prius receperat restaurando. Est enim Dei gratia stola vestis qua anima decoratur, est annulus, quo à Christo anima desponsatur, est calciamentum, quia per eam duplex pes animæ, intellectus scilicet, & affectus uirtutibus calcitur. Vel stola prima est gratia, anulus fides formata, calciamenta uirtutes. Quæ omnia prius pater cum gaudio reddit filio prodigo peccatori plangenti, cōfitenti, & quia lachrymis reuertenti. Sed aliqui plangunt, & confitentur, sed sicte: quia uere nō exeunt sicut uxor Loth, quæ gerit typū animæ peccatricis, quæ cum mysterio angelorum, id est, prædicatorum, sacerdotum, & confessorum educta fuit de ciuitate pessima Sodomorum, id est, de statu peccati contra angelorum mandatum, contra monitionem prædicatorum, & confessorum retro respexit: In quo innuitur affectio quam adhuc habebat ad delicias Sodomorum; sic multi quamuis de peccato confiteantur, & inde excæcant monitione prædicatorum, & confessorum cito post Pascha retro respiciunt ad peccati uomitum reuertentes, Et hoc est signum quod perfecte non exiuerant, nec uoluntatem peccandi perfecte dimiserant, sicut illi pessimi Iudæi, qui de Aegypto, id est de statu peccati in manu forti exiuerant: & tamen carnes dum essent in deserto, id est, in statu pænæ, & cibaria Aegyptiorum appetiuerunt, id est reuerti ad delectationes peccati, quorum confessio derisio debet dici. Eccles. 34. Qui baptizantur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius? certe nihil. Iō tales cum uxorē Loth in statuam salis conuertuntur, per quod os boni sterilitas designatur. Loth autem, qui retro non respexit confitens qui ad peccatum reuertitur non intendit, saluatur, & liberatur a periculis Sodomorum. Ionæ tertio. Surrexit rex Ninine de solio suo, & abiicit uelimentum suū a se, & natus est sacer, quos est uelimentum glabrum, pauperissimū, asperum. Quia uere peccans debet se nudare, & pœnitentiam agere, sicut*

Misericordia.
Pater.

Virtutes.

A sicut peccauit in honoribus, diuitijs, & delicijs. Sed non surgunt ad explorandam conscientiam, qui per obliuionem sui iacent cum Petro in carcere cæcitas: non surgunt ad implorandam misericordiam, qui quodammodo cum Iob dormiunt in puluere uanitatē, & cupiditatē: non surgunt ad contemnendam temporalem opulentiam, qui cum illa muliere euangelica curuantur ad terram oppressi pondere cupiditatē: non surgunt ad agendam pœnitentiam, qui cum paralytico iacent in grabato uoluptatis. De primo Act. 12. Angelus domini assistit: Ceciderunt catenæ de manibus eius. Excitat enim dominus peccatores per immisiones infirmitatum, necessitatum, & tribulationum, ut surgant uelociter, sed ipsi excæcati aliquando cum tanta procrastinatione faciunt, quod bonum propositum exequi nō possunt, quod ipsi perdunt. Can. 5. Surrexi, ut aperirem dilecto meo. At ille declinauerat, atque transierat. De secundo Gen. 35. Surge Iacob, & accede Bethel, & habita ibi. Iacob interpretatur supplantator. Bethel domus Dei, q. d. Si tu perdidisti pueritiam, & adolescentiam, non perdas saltem iuuentutem, aut senectutem. Immo si Diabolus decepit te a parte priori, supplantata eum a parte posteriori: Domus autem Dei specialiter est illa religio, que solum Deum habet prouisorem. Matth. 9. Air Iesus paralytico: Surge, tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam. Sic enim mortificare debemus corpus nostrum, ut non impediatur spiritus ab exercitio spiritualium siue à contemplatione cœlestium: Et hoc est ire in propriam domum. Num. 31. Omne quod potest transire per flammam, igne purgabitur: quicquid autē ignē nō poterit sustinere, aqua expiationis sanctificabitur. Sicut enim duo sunt elementa purgatiua maioris mundi aqua diluuij, & ignis iudicij: sic duo sunt purgatiua minoris mundi, scilicet aqua baptismatis, & ignis pœnitentialis. Psalm. 65. Transiuimus per ignem, & aquam, &c. 2. Reg. 15. Rex Dauid egressus de Ierusalam ascendeat per cliuum oliuarum, flens aperto capite, & nudis pedibus incedens. Dauid eiectus à regno est peccator per diuinam sententiā exclusus de paradiso, & adiudicatus æterno supplicio, quamuis in hac uita executio sententiæ suspendatur. Cliuum oliuarum ascendere est ad altitudinē diuinę pietatis, & misericordiæ recurrere, quæ in oliua designatur. In nuditate pedum, nota nudam, & integrā peccatorum confessionem. In aperto capite, confusionem, & diuini iudicij timorem, in fletu contritionem, in ascensu satisfactionem, in oliua remissionem, & gratiæ infusionem, & sic finaliter ad regnum reducitur. Sicut Dauid fuit reductus. Et prædicta omnia requiruntur ad peccatoris iustificationem. Lachrymæ peccatoris sunt ille fons, de quo dicitur in Gen. 2. Fōs ascendebat de terra, id est de conscientia contrita irrigans uniuersam superficiem terrę, ut germinet terra sic irrigata herbam uirētem bonorum operum, & flores afferat honestatis, fluatque sic irrigata lacte actionis, & melle contemplationis. Eccl. 1. Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur: giat per meridiem, & flectitur ad aquilonem. Sic pater quod secundum motum per quattuor quadras cęli distinguit quattuor tempora anni: sic Christus diffundens radium suę gratiæ super hemispherio nostrę conscientię causat quattuor tempora spiritualiter, quære sup. fol. 26. Mat. 21. Ire in castellum, quod contra uos est: & statim inuenietis asinam, & pullum cum ea. Castellum quod contra uos est, mundus est, & caro uestra est, ubi inuenitur asina carnalis cōcupiscentia, & pullus asinæ, asinæ igno rantia, quę soluuntur Christi auctoritate per gratiam confessionis. Et tūc adducuntur ad Iesum cum mortificata carne peccator absolutus appropinquat

Sol.

pinquat ad gloriam, Iesus enim saluator interpretatur. Exo. 20. Quis est ho-
Cōscientia. mo qui ædificauit domum nouam, vadat & remittatur in domum suā, ne
 forte moriatur in bello. Domus noua est conscientia a peccatis in confes-
 sione purgata, & ab omni verustate innouata per gratiam: ædificatur per
 bona opera. Vadit, & reuertitur in domum suam per iugem conscientie
 explorationem, vitando omnis peccati oportunitatem, & occasionem, vt
 ædificetur per virtutum acquisitionem, ne forte moriatur in bello conti-
 nuo, mundi, carnis, & demonis, per imprudentiam, & incircūspicionē.
Prudentia. Peccatorib. dicitur illud Mat. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simpli-
 ces sicut columbæ. Inde sumitur in nobis triplex prudentia, prima discre-
 tionis in contritione, secunda renouationis in confessione, tertia multipli-
 cationis bonorum operum in satisfactione. De primo patet, sicut enim gal-
 lus tenebras a luce futura discernit, & in tenebris prolixioribus, siue den-
 sioribus, fortiores voces emittit, & luce propinquate dulciores, sed peccator
 in contritione tenebras culpæ propriæ discernit a luce diuinæ gratiæ, &
 ex consideratione peccati sui validius gemit. Ex consideratione autē diuinæ
 gratiæ dulcius respirat ad veniam. De secūdo Iob. 12. In antiquis est sapien-
 tia, & in multo tempore prudentia, per quam renouatur in confessione,
 sicut aquila, & accipiter. De tertio Prou. 15. Vir prudēs diriget gressus suos.
 Iudas quia desperauit propter defectum pœnitentiæ, non meruit veniā in-
 uenire. Mat. 27. Act. 1. Suspensus crepuit medius. Sic Cain damnabiliter
 desperauit dicens: Maior est iniquitas mea quā vt veniam merear. Sic de-
 fecit Adam. Adam ait dominus, vbi es? Glo. Vox est inuitantis ad pœniten-
 tiam. Ipse autem se excusauit: Mulier ait, quam dedisti mihi sociam dedit
 mihi de fructu, & comedi. Cum tamen secundum sapientē, Iustus in prin-
 cipio accusator sit sui. Similiter Eva defecit, quia non se, sed serpentem ac-
 cusauit. Serpens, ait, decepit me. Illi, qui ad peccatum reuertuntur, figurā
 tur per Absalon, qui per crines remansit suspensus in quercu: Dauid enim
 remisit ei iram suam. 2. Reg. 14. Rex nocauit puerum Absalon placatus
 feci verbum tuum, sed ille postmodum non perseverauit, sed impugnauit
 patrem. 18. c. Accidit, ut Absalon occurreret seruis Dauid sedens in mulo.
 Cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnā
 adhæsit caput eius quercui, & illo suspensus inter cælum, & terram, mulus
 cui insidebat pertransiit. Tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas
 in corde Absalon. In quo figuratur peccator dimittens penitentiam, per
 quam obtinuerat veniam impugnans patrem dum reciduat per culpam.
Diuitiæ.
Luxuria Hic per capillos suspenditur, quando per temporalium bonorum, volupta-
 tum, vanitatum superabundantiam in superbiam eleuatur. Suspēditur au-
 tem ad quercum, quæ porcorum fert pastum, & est arbor patula, quando
 ex abundantia temporalium cadit in luxuriam, in qua porci, id est dæmo-
 nes delectantur, vel isto cibo pascuntur porci, id est, hoīes immundi. Iob
 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Et est quercus patula, quia iā
 vbique, & per omnes status diffusa, sed illo pendente in hac quercu mu-
 lus pertransit, quia peccatore in peccato suo perseverante, caro ad mortē
 vadit, & continuē defluit: mulus enim ex equo, & asina generatur: Equus
 est feruidus, asinus hebes, quia caro nostra feruens est ad malum, hebes ad
 bonum. Tres lanceas in corde eius figere est de tribus generibus peccati cō-
 scientiā læsam habere superbia, luxuria, auaritia: vel tres lanceæ pœnæ æter-
Pœna. nę, & cordialiter in corde eius figuntur, scilicet carentia visionis, vermīs corro-
 sionis, ignis combustionis. Exod. 2. Filia Pharaonis descendebat, ut lauaretur

in flumine, &c. Filia Pharaonis lauatur in flumine, quando anima pec-
 catrix contrita baptizatur in lachrymarum multitudine. Psal. 6. Lauabo p-
 singulas noctes lectum meū, lachrymis meis stratum meum rigabo. Puellæ
 gradiuntur per crepidinem aluei, quia potentiæ naturales considerant du-
 bium statum huius seculi, nescit enim homo vtrum dignus sit amore, vel
 odio: vel crepido à crepon, quod dubium dicitur: locus proprie in cuius la-
 tere est saxum, vel terra cauata, vbi timetur de casu. Alueus autem, mun-
 di fluxus, & cursus, vna autem mittitur puellarum, quæ cernit vagientē
 puerum, & confitetur hunc de infantibus Hebræorum esse: quia ratio di-
 scernens humilitatem, & patientiam sanctorum, ac tribulationem eorum
 compatitur, & confitetur, quoniā sic transitur ad regnum cælorū. 1. Reg.
 7. Intonuit dominus fragore magno in die illa, & exterruit Philistæos, &
 cæsi sunt à filiis Israel. Philistæi potione cadentes interpretatur, & signifi-
 cat peccatores inebriatos peccandi consuetudine, quos dominus excitat a
 lecto factoris, in quo diutius iacuerunt, cum reducit eis ad memoriam il-
 lud tonitruum diuinæ sententiæ. Ite maledicti in ignem æternum, & illu-
 cescit eis dies, cum agnoscent in se copiam mali, inopiam boni timent se-
 parationem ab electis, damnationem cum reprobis. Et 1. Reg. 7. Filij Israel
 conuenerunt in Masphat, hauserruntque aquam, & effuderunt in conspe-
 ctu domini, & ieiunauerunt in die illa, & dixerunt: Peccauimus tibi domi-
 ne. Masphat interpretatur contemplatio peccati: tunc est dies penitentiæ
 in anima, cum in ea est peccatorum cōsideratio, lachrymarum saltem cor-
 dis effusio in conspectu Dei est carnis afflictio, est oris confessio. Exod. 15.
 Submersi sunt in mari rubro, abissi operuerunt eos, descenderunt in pro-
 fundum quasi lapis. Isti sunt qui obdurati in peccato, & nolentes, penite-
 re, neque peccata confiteri, cadunt in abyssum desperationis, & finaliter
 in abyssum damnationis. Leuit. 1. Si fuerit holocaustum de animalibus inte-
 stina, & pedes lauabuntur aqua: quia & exteriora, scilicet manifesta luxu-
 ria, & interiora, id est occulta. Quæ quāto occultius, tanto audacius per-
 petrantur, sicut in confessione purganda, hoc est pedes, & intestina laua-
 re, peccata occulta & manifesta lachrymis, & confessione lauare: vnde si-
 cut in eodē serpente sumitur venenū, & theriaca, quæ est medicina veneni,
 sic de carne fit medicina carnalitatē. i. pœnitentiæ carnis afflictio. Iob 29
 Lauabam pedes meos butyro. i. sicut in pinguedine carnē meā nutriui, ita
 affligēdo carnē ab ea pinguedinē remouī, vt sicut verba pœnitentis. Peccato-
 ri ait dominus illud Io. 13. Si nō lauero te, nō habebis partem meū, nisi la-
 chrymis cōtritionis, q̄ a dono gratiæ meę procedūt lotus nō fueris, nō ha-
 bis hereditatē in regno Christi, & Dei. Et peccator debet dicere: nō solū pe-
 des, sed & caput, & manus. i. nō solū laua me à peccatis cogitationū, sed et
 à peccatis sensuū, & operationū. Cū lauerit carnē suā aqua, i. mūdauit pec-
 cata, & occubuerit soli. i. cessauerit peccati ardor, tūc de sanctificatis poterit
 vesci sanctificat⁹. i. poterit corpus Xpi recipere digne cōfessus: vñ lauare de-
 bemus caput à puluere vanitatis p̄ humiliationē verā, 4. Reg. 5. Naamā q̄
 interpretat⁹ decorus, q̄ se reputat excellere alios, lauit se septies ī Iordane,
 i. in profunda humilitate se perfecte purgauit: vñ Iordanis interpretatur
 humilis descensus, & restituta est caro eius, vt pueri parua: quia humi-
 lis, vt puer obediens dēre esse. Sed hoc est dolorosum, quia lauamus pedes,
 cū imus ad lectū, manus cū vadimus ad comedendum, caput cū occurrit
 festū præcipuū, nos autem e contrario facimus: quia cum imus ad lectum
 pedes inquinamus luxuria. 2. Pet. 2. Sus lota in volutabro luti, quia vol-

Can. 9.

Rom. 13.
Dicit.

nitur in ceno luxurię, sicut porcus. Quando porcus est nimis pinguis minuitur sub lingua, ita in quadagesima quando ex tempore præcedenti redundat crassitudo, & pinguedo peccati, fit minutio sub lingua per confessionem. Ergo infigatur læceola per amaritudinem cordis, & reijciatur malus sanguis: quia mali humores non sunt aliud quam peruersi mores. Reijciantur per os in sacramento confessionis, & postquã anima purgata fuerit per vomitum confessionis salutaris, dicat: Laui pedes meos quomodo inquinabo illos. Camisia lota in lutũ posita fit immundior. Ex putatione arborũ, cantu auĩũ, vulturũ, vel fructificatione ficũũ, & floritione vinearum, cognoscimus nouum tempus: quia ex cõfessione peccatorum, gemitu contritorum, erogatione elemosynarũ, ne maledicatur ficus arida, quę non ministrat fructũ Iesu esurienti, & odore siue effusione bonorũ exē plorũ, cognoscitur cor per gratiam innouatũ. Status peccati & pñię sunt, sicut nox, & dies, vnde ait Apost. Nox præcessit, dies autē appropinquauit. Hęc autē dies pœnitentię, in mane est pluuiosa propter lachrymas contritionis. Ligna. n. viridia in igne fumant, & aquã euaporant, sic peccator vere contritus gemit, & plorat. 1. Reg. 7. Filij Israel conuenerunt in Masphat hauseruntq; aquã, & effuderunt in conspectu domini, & ieiunauerunt in die illa. Masphat interpretatur contēplatio peccati: ex contēplatione enim peccati sui haurit aquam cordis, effundit seipsum, ostendendo per vocem confessionis, & ieiunat per satisfactionem, & mortificationē carnis. Circa tertiam, hęc dies est lucida cũ incipit bene, & distincte cognoscere peccata, sicut post collirium fit illuminatio oculorũ. Prouer. 4. Iustorũ semita quã si lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectã diē. Hester 10. Fons paruus, s. lachrymarũ creuit in fluuiũ, vnde, & in lucē solēq. cõuersus est, quia cognoscit perfecte omnĩ peccatorũ circumstantias, & quomodo sunt uitandę. Circa septimã hęc dies est feruida per desiderium cœlestis patrię. 2. Macha. 1. Agamus diem ignis, qui datus est nobis de cœlo. Est. n. hęc dies in vespere rorida, quando enim deseruit in anima totus ardor peccati, & concupiscentię carnalis, tunc tota se sentit in rore deuotionis. Esa. 18. Sicut nubes roris in die messis, id est ros in die estiuã. Dies æstiuã longa est, & nox breuis. Prolixior enim debet esse delectatio in pœnitentia quã fuerit culpa. Quia prolixius sedet domina ad mensam quã ancilla, & citius fit vulnus, quã curetur: Facilius enim est destruere, quã construere. Et febris modico tempore durans, curatur per multam dietam. Iosue 20. Dicitur de die, quo triumphauit de inimicis suis, non fuit ante, nec post tã longa dies. Licet multi faciant de hac die estiuã, diem hymalem, quando nox longa est, & dies breuis quã diu fuerunt in culpa, & parum nolunt esse in pœnitentia. Longam volunt mensam, & curtam missam. Sic itaque sol iustitię diffundens radium gratię super hemispherium nostrę conscientię, causat diē. Et etiã causat quattuor tempora anni, hyemem, ver, æstatem, autumnum, supra fol. 27. Christus per confessionē, quã inuenitur, quod figuratum est Ioan. 6. Vbi dicitur q̄ venerũt discipuli in Capharnaũ querentes eum. Capharnaũ interpretatur villa consolationis, quia nullus ad confessionem adeo desperatus accedit, qui non recedat consolatus post puritatem confessionis. Ad integritatem confessionis requiritur satisfactio, quę fit quadrupliciter, primo, vt fiat restitutio ablati, secundo vt sit executio iniuncti, tertio sit mortificatio corporis proprii, quarto ut sit oratio cum affectione feruenti. Hęc quattuor pertinent ad satisfactionem. Et hoc figuratum est Luc. 13. de Zachęo. Querebat uidere Iesum, & non

po-

A poterat præ turba, quia turba impediēbat eum, cui abstulerat sua, & non restituerat, non enim dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, immo **De re. in. in 6.** quamdiu res propter quam est peccatum retinetur, & non restituitur, si reddi potest, non agitur pœnitentia, sed fingitur. Et est in c. si res, 1. q. 6. Vt dicitur in 4. sen. dist. 15. in fine. vnde & Zachæus ascendit in arborem, proponens in corde suo condignam satisfactionem, & vidit Iesum, quem in domum suam introduxit. Et si quid aliquem defraudasset, quadruplũ reddidit, docens vsurarios, & raptores, vt in quadruplũ Deo satisfaciunt, primo, vt capitale reddant, secundo, vt ea, quę ex capitalis obueniunt, in arbitrio ecclesię ponant, tertio, vt etiã carnem illã, quam ex alieno nutriunt, per pœnitentiam affligant, quarto, vt quę de eis non obueniunt eis, & alijs obuenisse potuerant, et apud Deum satisfaciunt, & semper doleant. Luc. 13. Quidam habebat arborem fici plantatam in vinea sua, & venit querēs fructum in illa, & non inuenit; Sequitur: Dimitte illam vsque dum fodiat circa illam & mittam stercora, & siquidem fecerit fructum, relinquens finem in futurum succides eam. Fodit radicem suę conscientię, & mittit stercora, qui interius rediens ad inquirendum angulos conscientię reuertitur, & quasi fetorem, & stercora erubescit peccata. Mediocriter autem hoc faciendum, quia si nimis stercorizetur, fructus impeditur, si mediocriter, fit vtiliter, quia non semper peccatum est reuoluendum, sed de misericordia Dei confitendum, & altius caput leuandum, non sicut porcus, qui semper habet in luto grunnum, sed velut anis leuans se in altum, non ex superbia, sed ex confidentia. Humilitas enim omnium virtutum est maxima, si cũ se esse virtutem nesciat. Ipsa enim est omnium virtutum radix, & seminarium, fomes, & incentiuum, cumulus, & fastigium, custodia, & disciplina: ab ipsa, n. incipiunt, per ipsam proficiuntur, in ipsa consummatur, per ipsam conseruantur, & cũ oĩbus ipsa tribuat, vt virtutes sint, si aliqua earũ, i. aliquis vsus earum defuerit, vel minus perfecta fuerit, ipsa alterius defectu proficiens, dispendium de se compensat, quando putatur vtiliter per utilem cõfessionem. Sicut enim quadragesimali tempore præcincuntur ad vitibus, & arboribus inuilia sarmenta, sic illo tempore debemus per confessionem purgare nostra peccata, & à viribus aĩę quasi a vitibus præcindere omnia nociua. Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentē fructũ, tollet eũ, & eũ quę fert fructum purgabit eum, vt fructũ plus afferat. Peccatũ desperationis, & impœnitentię figuratur per puerũ mortuũ. 4. Reg. 4. Non erat in puero vox, neq; sensus, neq; suscitari potuit per baculum Elisæi, donec Elisæus incubuit super eum, & posuit os suum, super os eius, & oculos suos super oculos eius, & calefacta est caro pueri, & puer oscitauit septies. Non erat vox neque sensus, quia in desperato, & in impœnitente non est gratiarum actio, aut oris confessio, nec sensus doloris, aut contritionis, nec suscitatur ad baculum Elisæi: quia non conuertitur ex timore diuini iudicij, & flagelli donec verus Elisæus, quę se coaprauit homini in utero uirginali ponat os super os eius, hoc est satisfaciendo in passione, gustando acetum cõtra peccatum ore perpetratum, vel ponit os super os eius, quando eũ recipit ad osculũ reconciliationis, vt fecit pius pater filio prodigo reuertenti. Et oculos super oculos eius per respectiõem miserarionis, sic Christus respexit Petrum post negationem, & fleuit amare. Vel **Mat. 26.** certe os ponit super os inspirando ei actum confessionis. Oculos super oculos, eliciens lachrymas compunctiõis: Manus super manus per opera satisfactionis, & sic se incuruat, vt eum erigat, & calefit caro pueri per

M 2 feruorem

feruorem dilectionis. Et puer oscitat septies, quando cōpungitur ex timore creatoris offensi, ex praestito beneficio domini, ex inferēdo supplicio: si militer quando compungitur ex pudore, quia offendit patrem suū, redemptorē, & benefactorē: similiter, qñ cōfiteatur humiliter, simpliciter, veraciter, fideliter. Ex hac ergo compunctionē precedente ex timore duplici, & pudore duplici, confessione triplici implentur septem oscitationes, quasi septem oris apertiones. Vel septies oscitat, quando ad cōfitemdum septē peccata mortalia os suū aperit. De illis quæ non sentiunt per gratiarū actionē. Dan. 7. Deos aureos, argēteos, & æreos, qui nō vident, nec audiūt, neque sentiunt laudasti, porro Deum tuum, qui habet statū tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti. Ideo enim inclinato capite emisit spiritū, vt doceret te assurgere in eum per gratiarum actionem. Leu. 25. Si attenuatus fuerit frater tuus, vendideritq; possessionem suam, & voluerit propinquus eius, pōt redimere idē, quod ille vendiderat, & cōputabit fructus ex eo tempore quo vendidit, & sic recipiet possessionem suā. Propterea iste Christus est, qui factus est pro nobis prope, per carnis assumptionē, & in sacramento Eucharistiæ; Vobiscū sum vsq; ad consummationē sæculi: Per quē nobis restituūtur opera mortificata per peccatū, & cōputantur in sortem sanctificationis: v.g. aīa quæ dā nūc est in gratia, succedit mortalis culpa, tunc mortificant oīa bona opera prius facta, postea agit penitentiam, sumit digne Eucharistiā, tollitur culpa, viuificantur bona prius acta, q̄ per peccatum fuerant mortificata, sicut inducta sanitate restituitur perditum per consonum alimentum: Vnde dominus puellæ suscitæ iussit dari ad manducandum. Nullum est peccatum adeo radicatum, q̄ in confessione statim, & perfecte nō purget, & lauet, quia cōfessio habet efficaciam à virtute sanguinis Christi, cuius est virtus, & efficacia infinita. Si. n. sanguis calidus pueri innocentis mūdāt carnē leprosa, vt patuit de illa piscina, quā pontifices Capitolij præceperunt impleri, vt Cōstātinus à lepra inuendatur, quāto magis sanguis Christi innocentissimi mūdāt leprā aīæ: Gen. 49. Lauabit in sanguine vultū pallium suū. Et Apoc. 22. De vere penitentib. dī. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione. i. ex magna corporis afflictione, & lauerunt stolas suas per veram confessionē, & dealbauerunt eas per satisfactionem, & meritorum accumulationem in sanguine agni, i. Christi, per huius sanguinis efficacē operationem. Ideo sunt ante thronum Dei, & c. Peccatori dicitur illud Treno. 2. Consurge in nocte in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini, vt cor totum sit aquosum sit lachrymabilem compunctionem, totum effusum per fidelē confessionē, non sicut oleū, quod post sui effusionem relinquit in vase pinguedinē, sicut fit in illis, qui cōfitentur peccatorum partem, & celant aliā partē: non sicut mel, quod relinquit in vase dulcedinē, sicut sunt illi, qui post peccatorū confessionē, retinent eius delectationē. Quorū figurā gerit vxor Lot, quæ egressa de Sodomis cōuersa est retrorsum, recordata vt dicit glo. de delitijs Sodomorum, non sicut vinū, quod relinquit in vase odorem suū postquā est effusum, quia postquā sunt confessi, audiunt libenter recitari ea, quæ pertinent ad odorem peccati, nō sicut lac, quod relinquit candorē, & subcolorem, quod fit in eis, qui post confessionē retinent gestus peccati, & modi dissoluti. Sed sicut aqua, quæ tota effunditur vt nihil remaneat de dulcedine, de odore, de colore. Et bene dicit in principio vigiliarum, in quo habemus exemplum de pauore, qui post primū somnū euigilat, & clamat: quia vt dicitur pulchritudinem

Math. vi.

Cor.

Effundere

A nem suam se æstimat amisisse, sic homo gratiam, propter cōmissam culpā. De vero penitēte dicitur Prou. 17. Iustus prius accusator est sui, venit amicus eius, & inuestigabit eum. Accusamus nos prius, cū in veritate, & non in hypocrisi vulnera nostra interiora detegimus, & sicut dicimus, ita sentimus. Venit autem amicus, & inuestigat, quando sacerdos in confessione inquirat, vt sciat, & absoluat. Hæc est accusatio manifesta, & vera: quia manifesta dicitur. Prou. 24. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectā diem: quia sicut crepusculo matutino per aurorā venit ad meridiem, ita ad modicam infusionem lucis gratiæ procedit penitens, & consistens vsque ad plenam peccati manifestationem, & vitæ virtuosæ clarā irradiationem. Leu. 3. Qui maculatus fuerit lepra, separatus ad arbitrium habebit velliamenta disuta, caput nudū, os veste cōtectū, contaminatum, ac sordidū se clamabit omni tempore, quo leprosus est, & mundus, solus habitabit extra castra. Peccator est quasi lepra maculatus, quia intus in mente corruptus & separandus est ad arbitrium sacerdotis, vt ad Christum redeat reconfiliatus per beneficium absolutionis. Habeat velliamenta disuta, vt fiat eius conscientia confessori manifesta. Caput nudetur, & voluntas, propositū, radix, & origo peccati sacerdoti aperiatur, habeat veste cōtectum, vt praua verba de eius ore non exeant, quæ corrumpunt alios quasi anhelitus leprosi. Corrupti bonos mores colloquia praua. Clamet se contaminatū, & sordidū confitendo se prauū, & vilē peccatore. Solus habitat extra castra, vt se reputet exclusū à celesti patria pp sua peccata. Iste clamor est multum efficax in auribus Dei, nec vnquam patitur repulsam, sed sic clamando impetrat culpæ remissionē, gratiæ infusionē, regni restitutionē, penæ relaxationem, diuine offensæ, & iræ placationē. Num. 20. Domine Deus audi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurū tuū, fontē aquæ viuæ. Psal. ad te clamauerunt, & salui facti sunt, in te sperauerunt, & non sunt confusi. Et est efficax iste clamor, quia curat egredinē, & præstat fortitudinē. Propter primum Mat. 15. Mulier Cananea aīa. Mulier Tyri egressa clamabat: Domine filia mea male à demonio te atur. Mulier Cananea anima per satisfactionem mutata de concupiscentia carnis per ieiunij afflictionē: de concupiscentia vite per humilem orationē, & de concupiscentia oculorū per elemosinarum largitionē: hæc egreditur de sinibus Tyri. i. angustia, & impetrat sanitatem suæ filie, i. propriæ conscientia per clamorē confessionis veræ. De 2. Luc. 18. Qui præbant, & sequebantur increpabant eum vt taceret, ipse verò multo magis clamabat miserere mei filij David: cæcus illuminatus est, & sequebatur eū magnificans Deum Qui præbant, & c. Quia delectatio peccatorum præteritorum, & futurorum turbantes conscientiam illius, qui vult confiteri impeditum ne peccator per confessionem clamet ad Dominum, similiter volentem satisfacere dolor impedit ex parte ante, ne restituat, vel amor temporalium ex parte post, timor necessariorum, vel spes prolixæ vitæ: sed inter hoc constitutus, penitus ad Dominū clamet, & clamando illuminabitur interius ad peccati cognitionem, & fortitudinem recipiet, vt Christū sequatur per bonorū operum exercitationē. Peccator contritus dicit illud verbū Esa. 38. Sicut pullus hirūdinis sic clamabo, & meditabor vt colūba. Verba sunt regis infirmi: pullus hirūdinis, quando sustinet incommoditatē incessanter clamat ad matrē: Colūba est pro cantu dat gemitum. Efficax est talis clamor peccatoris quando eius confessio est integra, & perfecta. Ps. 118. Clamaui in toto corde meo, exaudi me Dñe, nō in ore tm̄, sed in cor-

Clamor.

Anima.

Amor.

Satisfactio de integro, non diuiso, & hoc est toto, id est, cum emendationis proposito: unde sequitur: Iustificationes tuas requiram, hoc est, exercebo me in bonis operibus, quæ iustificat. Exaudit etiam Dominus clamorem satisfactionis, si fuerit recta, & Deo accepta, vt de tuo, non de alieno opera pietatis, & eleemosynas facias, quasi non de alieno corio, sed de tuo scindens largas corrigias. Num. 31. Aurum, & argentum, & æs, & omne quod potest transire per flammam igne purgabitur: quicquid autem ignem sustinere non poterit aqua expiationis sanctificabitur. Sicut enim mundus maior purgatus est in principio iudicio aquæ, & in fine purgabitur iudicio ignis conflagrationis, ita anima peccatrix, quæ potest sustinere ignem vehementis penitentia, & acerbatis, purgatur sicut aurum in flamma. Quod vero igne sustinere non potest tantam scilicet acerbiteriam penitentia propter corporis debilitatem purgatur aqua lachrymarum, & pietate eleemosynarum: sicut olim purificabatur vas ligneum. Ad perfectam penitentiam requiritur contritio, confessio, satisfactio. De 1. ibi, dolores vt parturientis, in spiritu vehementi conteres naues Tharsis, quod interpretatur exploratio gaudij. Naues Tharsis sunt peccatores in pelago huius mundi gaudia explorantes, qui ex vehementia spiritus, scilicet conteruntur ad modum parturientis, quæ doloris vehementiam explicare non potest, hoc per lachrymas iudicatur. Sicut enim ventus calidus aufer gelu dissoluit, sic spiritus sanctus cor humanum quodam obstinationis gelicidio strictum in lachrymas contritionis fluere facit. Flauit spiritus eius, & fluent aquæ. Veri penitentes figurantur per quattuor animalia quadrigam uitæ actiua trahentes. De quibus dicitur Ezech. 1. Vbi erat impetus spiritus illic gradiebantur, neque reuertebantur cum ambularent. Quidam enim ad impetum sancti spiritus conuertuntur, & per satisfactionem incipiunt quadrigam domini trahere: sed postmodum nec lingua resoluti, aut tentatione victi, cum parum profecerint in peccatum pristinum relabuntur, & apostatant: sicut uxor Loth, quæ exierat de Sodomis, sed postea respexit post se: Nemo enim mittens manum ad aratum, & respiciens retro, aptus est regno Dei, Osee 6. Viuificabis nos post duos dies, & in die tertia suscitabis nos, & viuemus in conspectu eius, & sciemus, sequemurque eum. Tres illi dies sunt, cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio. Post quæ peccatrix anima uiuificatur, suscitatur, & Deum sequitur, quia opera per peccatum mortificata, uiuificantur. Et anima quodam torpore expergefacta uiriliter operatur. Peccatores stantes in uoluptatibus sunt sicut aues captæ in gabijs, quæ licet ibi cantent, & gariant, tamen cum aduertunt se inclusas, & captas conantur exire, & capita deponunt per foramina caueæ, sic peccatores, licet quædoque lasciuiant, tamen si aduerterent, quod sunt à Diabolo capti, deberent conari, vt exirent, recordantes seruitutis suæ, & periculi damnationis eterne. In carcere culpe qui designatur per carcerem Petri, sunt quattuor quaterniones militum, scilicet quattuor inordinatæ affectiones, spes, timor, gaudium, dolor: carnalia scilicet desideria, quæ militant aduersus animam 1. Pet. 2. Quæ degenerat in quattuor vitia, quæ sunt imprudentia, iniustitia, intemperantia, desidia. Et sunt milites custodientes uinctos regis ne exeant: exeunt tamen per gratiam Dei: unde resurrexit Iesus militibus custodientibus sepulchrum, adduntur etiam duæ cathenæ concupiscentia tripliciter contexta ex appetitu diuitiarum, deliciarum, excellentiarum, siue honorum, & secunda cathena ignorantia similiter contexta: quia ignorat peccator quid liceat, quid deceat, quid expediat. Sap. 17. Vna cathena tenebrarum

A oēs erant colligati: ecce de ignorantia. Sequitur, deficientes præ timore, ecce de concupiscentia, nihil enim timeremus, nisi inordinate amaremus. Cathena peccatorum: vna cathena peccatorum commissionis, secunda peccatorum omissionis. item vna cathena concupiscentia deliciarum, & carnalitatibus, & voluptatis: alia cathena concupiscentia diuitiarum, & vanitatis. Sed dum angelus domini percutit, liberatur, quære infra. Vel angelus domini assistit, quædo Deus contritionis, & confessionis gratia immittit, & hoc semper facit dum modo aperiat sibi cordis ostium: Ego sol semper immittit suum radium, nisi claudatur fenestra. Apoc. 2. Sic sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi ianua, intrabo ad eum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Vnde iste est primus effectus gratiæ infusio. Secundus est ad peccatorum recordationem mentis illuminatio: Vnde lumen refulsit in habitaculo carceris, hoc est magni consilij angelus, qui gratiam infundit, & lumen immittit. Esa. 42. Ait Deus pater ad Christum. Dedi te in luce gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conuisione uictum de domo carceris sedentem in tenebris. Tertius ordine naturæ, quamuis sint simul tempore cordis contritio: Vnde sequitur. Percussioque latere Petri excitauit eum dicens. Tunc enim Petrus in latere percutitur, cum corde, quod est quasi in latere conteritur. Prou. 3. Dñs erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris. Quartus est uelox & prompta satisfactio, vñ sequitur. Surge uelociter contra illos, qui procrastinant satisfacere: surgit enim homo à luto, cum ceciderit, à somno cum dormierit, à ludo cum perdidit, à mensa cum comederit. Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. In peccato anima sedatur, vacat ab omni bono opere, perdit, quod facit: quia nihil sibi ad meritum computatur. Sequitur status, & exercitium peccatoris iustificati, & confessi; Calciauit enim Petrus calciamenta sua, præcinxit se uestimentis suis, transiit est prima & secunda custodia, aperta est porta ferrea, quæ consequenter se habent in littera, cum dicitur; Dixit autem angelus ad eum. Calciauit ergo Petrus imitando exempla mortificationis antiquorum Patrum. Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis, tam per creationem, quam per redemptionem, quam per curam, & educationem est filia Christi, cuius pulchri sunt gressus, irreprehensibiles actus, & profectus, dum calciamenta habet in pedibus, hoc est ad imitationem sanctorum patrum mortificatos affectus. Fiunt enim calciamenta de pellibus animalium mortuorum, uestibus præcingitur per castitatis affectum, & circumdat sibi uestimentum resumptionis bonum intermissum, & uult lauare, & ungi, & induit uestimentis cultorum hominum, & consuetudo peccatorum, vel oportunitas peccandi. Hæc sunt quæ custodiunt hominem in peccato, & ita fit Babylon habitatio demoniorum, & custodia omnis spiritus immundi. Nisi transcantur istæ custodiæ, & ponantur alix custodiæ, scilicet angelorum: quia angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus uis tuis. Aperitur porta ferrea, quæ sic nominatur cum dimittitur consuetudo peccandi periculosa, quæ minus est fortis ad aperiendum, & frangendum: quia consuetudo est altera natura. Vel porta ferrea aperitur, quæ ducit ad ciuitatem, cum perfecta penitentia agitur, quæ ducit ad vitam. Ipsa est porta ferrea, per quam ad vitam ingredimur si adulti sumus. Ferrea quia afflictiua, domando carnem iugiter, humiliando, & oportet esse frigidam sine calore libidinis. Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli. Veniens autem Petrus in ciuitatem, Genes. 28.

Exo. 25. reconciliatus, scilicet Sanctæ matri Ecclesiæ, gratias agit, & recepta beneficia recognoscit. Præcepit dominus fieri lucernis emunctoria ad purgandas lucernas, ne extinguerent: & eodē mō cōfessio, & correctio est necessaria animæ ad purgandas culpas. Sicut. n. qui nimis emungit, elicit sanguinem, vel extinguit ignem; ita quidā sic enormiter in confessione se purgāt, quod peccata incurrunt, & charitatem extinguunt, dū alios accusant, quos expresse nominant, sicut Adam accusauit uxorem, & vxor serpentem: post emunctorium confessionis ponitur ibidem oleum contritionis. Præcipe filijs Israel, vt afferant oleum de oliuis purissimum ad concinnandas lucernas iugiter, extra velū testimonij. Oleum habet humiditatē, & vinctuolitatē, quæ est pabulum ignis; quia vera contritio habet lachrymas, quas timor elicit, & dulcedinem, quam spes immittit, in quibus vera humilitas se nutrit, nec se nimis eleuans per præsumptionem, nec se nimis deprimens per desperationem. Stetit Abia super montem Semeron, & ait. **2. Par. 13.** Est apud nos candelabrum aureum, & lucerna, ut accendatur semper ad vesperam. Semeron vepres doloris interpretatur: cum ergo peccatorum spinæ pungunt peccatorem, vt eliciant lachrymarum sanguinem per contritionem, tunc statur super montem Semeron, & lucerna super candelabrum habens humorem debitum luminis nutritiuum. Et hoc maxime fit in nocte quando homo reuertens ad conscientiam de nocte compungitur pro his, quæ male gesta sunt in die vel in trāfacta uoluptate. Et nota **4. Reg. 2.** Averte mihi vas nouum, & mittite in illud sal. Vas nouum est anima contrita, & confessa vetusta pelle ad modum serpentis antiqui trāseuntis per stricium foramen per ueram contritionem deposita, in hoc vase ponitur à Christo sal gratiæ condituum operum præseruantium a corruptione, & putredine malarum actionum, & cogitationum, & sic sanantur aquæ carnalium, & fluxibilia uoluptatum, & terra conscientiæ prius sterilis quoad fructus bonorum operum efficitur fertilis ad multos **Zac. 13.** manipulos meritorum. Erit fons parens domui Dauid in abluitionem panorum, menstruatæ, iste est fons confessionis, & diuinæ gratiæ, qui patet omnibus si truentibus sicut dicit ibi glossa, ita quod omnes qui non lauantur sunt inexcusabiles apud Deū: quia est in abluitionem pannorū ratione minorū peccatorū, & menstruatæ ratione maiorum, quod exprimit ibi gl. Hæc est ablutio de qua Esa. 3. Si abluerit dominus sordes filiarū Syon, quātū ad peccata actualia, & sanguinem Ierusalem lauerit quantū ad peccata originalia in spiritu iudicij, & spiritu arde ris. i. in furore carnis. Hæc est lotio illa de qua Dauid loquitur dicens: Lauabis ir e, & super niuē dealbabor. De ista etiā dicit dominus. Iob 13. Beato Petro getenti typem cuiuslibet peccatoris. Si non laueris, non habebis partem mecum: Si non laueris te à maculis peccatorum, non habebis partem mecum in regno cælorum: hac lotione pius ac benignus magister Iudam proditorē lauare cupiebat, quādo lauabat ei pedes exterius, insinuās ei necessariā et affectiuā lotionē interius. Vnde quāquam sciret quod statim volebat eū vendere, signa tñ perfectæ humilitatis non cessabat ei ostendere, vt sic saltē eū ad penitentiam reuocaret, & nobis exemplum perfectæ humilitatis daret. Ad hanc lotionem inuitamur. Laentur pedes vestri, & requiescite sub arbore crucis dominicæ. Ex serie textus Euangelici patet q̄ in abluitione pedū discipulorū, in qua designatur ablutio nostrarū affectionū, & peccatorum tria fuerunt, aquæ in pedum effusio, pedum ablutio, eorum extersio: ita in lotioe interiori à peccatis tria currunt, infusio gratiæ emendantis, ablutio

A maculæ defedentis, extersio sequelæ à bono opere retardantis, & ad malū inclinantis, vt infusio gratiæ emundantis respondeat dilectioni gratuita, ablutio, maculæ defedantis dilectioni magnificæ, extersio sequelæ à bono retardantis, & ad malum inclinantis dilectioni perpetuæ. Amaritudo contritionis est illud fel piscis Thob. 11. Quolinti oculi cæci peccatoris visum recuperant, & collirium quod clarificat oculos, sunt lachrymæ de peccatis. De confessione, & conuersione peccatoris multum dolent demones: quia in modica hora amittunt, quod multis annis lucrati sunt, & eouerso multum gaudent sancti angeli. Gaudium est angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente. Exemplum de oue perdita, & inuenta, de dragma perdita, & inuenta. Vel dic quod aquæ sunt subditi, quia aquæ **Luc. 15.** multæ populi multi, aquarum corruptio mala consuetudo. Elizabeth prælarus, vas nouum nouicius, vel quilibet religiosus, qui mutauit antiquum modum viuendi in mundo in nouum hominem, in hoc vase debet poni sal sapientiæ condientis, sal disciplinæ corrigentis, & a putredine vitiorum præseruantis, & tunc sanantur aquæ, ita quod nō est in eis sterilitas, sed bonorum operum fertilitas. Quāuis Samaritanus, qui interpretat cufos proprie, & principaliter sit Christus, nihilominus est prælatus, & confessor. Homo descendens ab Ierusalē in Iericho est peccator, qui descendit, ruit, & cadit à statu gratiæ, p̄ quā est ciuis, & hæres supernæ Ierusalem in Iericho mutabilitatis, & vanitatis, & finaliter in infernum. Quia de peccatoribus dī, descenderunt in profundū quasi lapis, prædictus autem Samaritanus misericordia, & zelo salutis proximi motus ad hominē lapsum appropriat, dū eius peccata in confessione audire, & curare desiderat. Inuenit aut̄ istū hominē spoliatū, & vulneratū per latrones. s. demones sensus malos socios, spoliatū gratia, & vulneratū concupiscētia: spoliatū gratuitis, vulneratum in naturalibus, quia hæc duo mala incurrit homo per peccatū. Sed concupiscētia vulnerat specialiter aīam: quia sicut in vulnere caro diuiditur in carne, sic concupiscētia diuidit appetitum rationis a sensualitate. Motus Samaritani misericordia Dei, vel affectio confessoris ad salutē peccatoris alligatio vulnerū reprehensio correctio peccatorum, vel refrenatio sensuum carnaliū, & concupiscētiarū. Infusio vini, mordax reprehensio, & cōminatio peccati. Infusio olei, alleuiatio, & pmissio spei, & misericordiæ Dei ponitur in iumentū, quia incipit iuari meritis Christi, & meritis ac orationibus sanctorū, & fieri particeps meriti eorū, in stabulum ducitur: quia in conscientiæ suæ secreto fetorē peccati cōtēplat, & detestatur. Dantur duo denarij stabulario, quia ratio illuminatiua ad verū, & voluntas inflamata ad bonū dantur libero arbit. Et sic vnguentū efficitur, vñ plenē vulneratus curatur, de quo vnguento ait quidā super illo. **Sicut vnguentū in capite: vnguentum ait hoc necesse est non stare, sed fluere, & decretere vsque ad miterū hominē, qui vulneratur à latronibus, iacet in via, plurima indiget medicina. Fluit ergo vnguentum de viuo fonte angelicæ regionis, & iringat latitudinem terræ tuæ. O Emanuel a summo cælo egressio eius, & occurfus eius vsque ad vallem Iericho vbi occurrens vulneratis, & languidis curationem infirmitatum adhibuit, & omnem languorem amouit. Granum synapis paralisim in lingua curat, lachrymas prouocat, scabiē mandat, & caput purgat. Isti sunt quattuor fructus veri penitentis. In ore confessio quā paralitici sunt in lingua, ut nolunt confiteri, secundus est lachryma in corde compunctio, tertius fructus circūpectio in sui obseruatione, & a venalibus, qui decorem imaginis Dei sicut quædam**

quædam scabies cutem deturpat, quartus fructus est feruens operatio in boni multiplicatione: Dicitur est Naaman lauare septies in Iordane, &c. Naaman leprosus est peccator maxime in peccato antiquatus. Fluius Iordanis est fluius sacramentalis confessionis, in quo est decursus continuus lachrymarum: interpretatur enim Iordanis riuus iudicij: quia in confessione proprie peccator seipsum iudicat. Si enim nos ipsos iudicemus, non vtiq; iudicemur. Septies debemus nos lauare, quia de 7. peccatis mortalibus, & eorum circumstantijs debemus confiteri: vel 7. vicibus de omnibus peccatis perfecte debemus confiteri: sicque mundatur caro nostra, id est tota carnalitas nostra, & efficitur vt caro pueri. Quia sacramentum confessionis perfectam restituit mundiciem. Mat. 9. Dicitur animæ contrite, & de peccato dolenti Confide filia remittuntur tibi peccata tua, hoc verbum dicitur homini paralitico: quia paralisis spiritualis, scilicet peccatū aufert sensum cognitionis, & motum operationis, eo quod homo in peccato nec cognoscit seipsum, nec Deum, nec facit opus aliquod Deo gratum. Die tertia, quando grauissimus vulnere dolor erat arreptis duo filij Iacob Symeon, & Leui gladijs ingressi sunt urbem confidenter, interfecitq; omnes masculis Emor, & Sichen pariter necauerunt tollentes Dynam forem suam de domo, Sichen: Prima dies, prima illuminatio in contritione, secunda in confessione, tertia in satisfactione. Vbi maximus dolor vulnere est maxima, scilicet tristitia per separationem rerum delectabilium: vulnus enim continuitatem soluit, carnis significans diuisionem, quæ est in contrarietate appetituum, scilicet rationis, & sensualitatis. Et tunc Symeon auditio, & Leui, quod interpretatur auditus motus obedientie cum addimento gratiæ ingrediuntur urbem conscientie, & liberant rationem constupratam vsque ad verticem. Interfectis masculis Emor, & Sichen pariter necant. Emor asinus, Sichen labor, vel humerus masculi carnalium motuum virtus, quæ tria maximè delentur in satisfactione, liuor inuidie, stoliditas auaritiæ, stimulus carnalis concupiscentiæ. Contra quæ homo satisfaciens maximè debet insistere. Leu. 5. Dicitur de turture, quæ offerebatur pro peccato. Offerens pro peccato retorquetur caput eius ad pennulas, ita ut collo adhareat, & non penitus obrumpatur, & asperget de sanguine eius parietem altaris. Quicquid reliquum fuerit faciet distillari ad fundamentum eius. Quia pro peccato est, alterum vero adolebit in holocaustum. Orabitque pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. Turtur animal gemendum est anima contrita, caput intentio, pennulæ virtutes, per quas uolatur in cælum. Caput ergo turturis, quod pro peccato offertur ad pennulas retorquetur, quando mens contrita recta intentio ne, & appetit uirtutum informatur, & collum penitus non obrumpitur, quia sicut mens à uoluptate carnis se separat, vt curam suæ necessitatis agat, & aspergitur de sanguine eius paries altaris. Vbi notandum, quod non tantum potest sanguis de aue fluere quantum de pecude: vnde sanguis pecudum dicitur fundi, auium uero aspergi, uel distillari: quia unusquisque quâto magis se intelligitur excessisse, tâto cum maiori humilitate debet diuina præcepta implere. Paries autè altaris sanguine aspergitur: vel aspergere est quoslibet iustos profusus lachrymis ad misericordiã prouocare, ut pro nobis intercedat ad dominum exorare. Distillatur sanguis ad fundamentum, quia non speramus nisi à Christo habere remedium peccatorum, fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus, alter turtur quod adolebit in holocaustum: quia

A non solum quod male uiximus, sed etiam quod uirtutibus, & bonis operibus steriles sumus ad gemendum. Vocauit dominus Adam, & dixit ei, ubi es? qui dixit uocem tuam audiri in paradiso, & timui eo, quod nudus es, & abscondi me. Vocat dominus Adam cum rationem cuiusq; post peccatum dominus interius conueniens prouocat ad penitentiam, timet autem peccator apparere uultui diuinæ præsentie. Et sic primo uocat dominus peccatorem, vt timeat de offensa. Secundo uocat eum, vt se exerceat in emendo. Letare Zabulon in exitu tuo, & Isachar in tabernaculis tuis populos ad montes sibi, & immolabunt victimas iustitiæ, inundationes maris quasi lac suggest, lætatur anima peccatrix post exitum de peccato: Habitat in abditis conscientie, colligit omnes motus rationis in vertice mentis, & ibi celebrato consilio exhibet iustitiã de peccatore, & de peccato. Et quia ratio in solutione emendæ siue in mortificatione carnis habet suã delectationem: ideo quasi lac suggest maris, i. amaritudinis penitentiæ inundationem.

B Tertio uocat Deus peccatorem, vt speret de uenia. Leuauit uocem suam Agar, & fleuit, exaudiuit autem Dominus uocem pueri, uocauitq; angelus Domini Agar de cælo dicens: Quid agis Agar? Noli timere, &c. Fiet anima peccatrix peccati conscia, sed exaudiuit dominus uocem pueri spiritus, scilicet interioris clamantis in conscientia, consolationem recipit angelicam cum infunditur ei spes de uenia. De hac triplici uocatione peccatoris Dominus Deus Hebræorum uocauit nos ibimus uiam trium dierum in solitudinem. Quia hæc triplex illuminatio pertinet intrinsecus ad solitariam mentem de peccato compunctam, vel triplex uia, per quam debemus ire in deserto penitentia, cordis contritio lachrymosa, oris confessio gratiosa, operis satisfactio uirtuosa, seu corporis afflictio fructuosa. Solue calciamenta de pedibus tuis, locus in quo stas sanctus est. Calciamentum soluit, qui carnalibus concupiscentijs abrenunciatis, à se peccata per confessionem expellit. Vel certe calciamentum soluitur, quando confitens à peccatis absoluitur. Vt enim ait Richard. in libro de exterminatione mali, omnia in confessione lauantur, conscientia mundatur, amaritudo tollitur, mare fugatur, tranquillitas redit, spes requiescit, animus hilarescit, morbus curatur, sanitas restituitur, hostis fugatur, securitas præstat, infernus spoliatur, cælum referatur. Matth. 9. Filia mea modo defuncta est, impone manum tuam super eam, & uiuet. Filia mea est anima, quæ moritur per culpam, super quam Iesus imponit manum tangendo eam per passionis suæ, aut mortis, aut extremi iudicij memoriam, & tunc uiuit per gratiam. Ex tunc talis filia nutritur dulcedine diuinorum beneficiorum, nutrita custoditur per amaritudinẽ, & recordationem diuinorum iudiciorum, custodia, & nutrita nuptijs traditur in rectitudine consiliorum, nuptijs Christi tradita, prolem concipit operum, & meritum. Luc. 7. Cum appropinquaret Iesus ad portam ciuitatis, suscitauit mortuum tangendo loculum. Estimo quod porta ciuitatis est consideratio extremi iudicij: nam porta finis est ciuitatis, & aperta, uel ingred mur ciuitatem, uel egredimur à ciuitate. Et in extremo iudicio uel ingressus fiet finalis in ciuitatem celestem, uel egressus: locus, in quo iacet mortuus tangitur cum conscientia peccatrix timore iudicij stimuletur, & pungitur. Quem enim non conueniat illud apost. 2. Cor. 5. Oportet nos manifestari ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum? Solet interdum corporale fastidium per aliquod acre adulum releuari, quid autem tam acerbum, tam pungituum quàm terribilis illa expecta-

Gen. 9.

Vocare. Deut. 33.

Genes. 21.

Exod. 9. Vocare.

Exod. 3.

Filia. Anima.

Iudicium. peccatio iudicij? Cum audimus nos ad generale consilium conuocatos, vbi latere erit impossibile, apparere difficile, vbi nullus deerit, vbi omnia omnibus manifesta erunt: non defendit vnus alium, vbi plus valebunt munda corda, quam astuta verba, aut plena mansuetudo, vbi nulla erit personarum acceptio, non suffragabitur vlla tergiversatio, vbi nulla erit dissimulatio, vbi ex tunc non dabitur locus, vel tempus penitendi, vbi reddetur stricta ratio de prolatis sermonibus, de patris operibus, de concessis temporibus, de collatis muneribus, vbi dicent mali montibus cadite super nos, & collibus operite nos, à facie iræ agni, vbi multo magis discutiet, quem gradum in ecclesia quisque tenuerit, qualiter, qua intentione, quibus meritis, quibus suffragijs ad illum gradum intrauerit, qualiter in eo vixerit, qualiter alij presuerit, qualia exempla dederit, vt recipiat prout gessit. &c. Vnde clamat Malach. 3. Quis stabit ad videndum eum? Ipse veniet confians, colans, mundans, purgans. O quantum infelices, qui nunc ducunt in bonis dies suos, & in puncto mortis ad inferna descendunt, pro modica delectatione igne ardente, verme corrodente, in perpetuum cum demonibus cruciandi. Hæc omnia si non pensantur, cum leguntur, cum non creduntur, cum non timentur: vnusquisque recipiet prout gessit, vbi nihil cognatio vel gratia humana, vel diuinitatis auxilium prestabunt. Vel loculus, in quo iacet mortuus à Christo tangitur, & mortuus suscitatur, quando per aliquam inspirationem mortis eius incertitudo, & necessitas, ac propinquitas ad memoriam renouatur, quia facile contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum. Peccatoribus dicitur illud; State super vias vestras, & uidete, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulare in ea. Exo. 31. Statue tibi speculas pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam. Statuenda est specula, vt peccator videat in conscientia peccata sua ad confitendum, ponat sibi amaritudines ad cõterendum, dirigat cor suum in viam rectam ad recte viuendum. De hac via Mat. 20. Cæcus sedebat secus viam mendicans, vt lumen reciperet. Cæcus peccator lumine mentis suæ, scilicet gratia priuatus non habens Dei, nec sui cognitionem. In quorum persona dicit Thob. 3. Quale gaudium mihi est, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video, clamans per orationem exteriorem, & contritionem interiorem, lumen desiderans recipere per gratiæ infusionem, non attendens turbam, hoc est tumultum cognitionum, imaginationum, fantasmatum, nec fatigationem tentationum mundanorum, humanorum, diabolorum. Luc. 2. Post triduum inuenerunt eum in templo: quia post contritionem, confessionem, & satisfactionem inuenitur Christus in templo conscientiæ, si tamen cum Maria, id est cum dolore. Dolères ait, quærebamus te, sicut Ruben cum fletu quæsiuit Ioseph, & finaliter inuenit eum in Ægypto, tempore oportuno quærantur. Can. 2. Tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra. Ficus protulit grossos suos. Vineæ florentes dederunt odorem suum. Tempus putationis, tempus confessionis, vt confiteatur se deliquisse corde, ore, opere, vox turturis, planctus doloris, vel gemitus penitens cum dicit mea culpa, peccus percutiundo, non inculpat eum, qui suggestit, aut qui opem dedit ut Adam, & Eva, nec occasionem, nec tempus, nec arietatem, seu fragilitatem: sed seipsum solum nec allegans egestatem, aut necessitatem, vel infirmitatem: sed suam peruersam uoluntatem, & perfecte exprimens actus, & circumstantias. Quid, quando, qualiter, vbi, quoties, quo tempore, cum quibus, qua intentione, qua uoluntate, quo contemptu peccauerit. Sequitur: Ficus protulit

A lit grossos suos. Grossi sunt primæ ficus rariores, & defiores, quas vberior sequitur fructus, sicut in anima penitente sunt spirituales consolationes, quas sequitur æterna salus: & tunc vinea florens dat odorem: quia affectiones spirituales exuberant in feruorem: vineæ. n. sunt aia. Flos opus, odor opinio, vel flamma, vel feruor apparet, sicut odor exhalans, fructus martyrum, quasi sanguis vultus, & multum rubens. Vnde operarius vineæ, confessor dicitur. De quo Eccli. 37. Cui operario annali tracta de consumptione anni. Dicitur operarius annalis confessor, quia quolibet anno tenetur quilibet peccata sua semel in anno confiteri. Matth. 15. Mulier Cananæa à finibus Tyri egressa clamabat, dicens: Miserere mei fili Dauid. Tria notantur circa animam peccatricem: Primum est, vt mutetur in conuersione per penitentiam: quia Cananæa commutatio interpretatur, sicut quod egrediarur de pristinâ conuersione, dimittendo peccatum, & peccati circumstantiam: vnde Tyrus interpretatur angustia: Tertio, vt præstolerur cum contritione Dei misericordiam. Vnde clamat miserere mei. Primo ergo anima peccatrix debet mutari in conuersione, vt a iugo peccati, i. diaboli transeat ad seruitium Christi, à statu damnationis, ad statum saluationis. In 3. Reg. 22. Rex Israel mutauit habitum, & ingressus est bellum. Mutatur habitus quoniam vsum vitiorum conuertimus in habitum virtutum, & vsum bonorum operum. Et hæc mutatio dexteræ excelsi. Sicut. n. cernimus hausto veneno serpente, mutari sicut accipiter, & aues in mutatione ad esum toxicatarum carniū, vt murium, & huiusmodi, renouantur: sicut aquila in fonte frigido balneata mutatur, & renouatur, sic peccatores ad austeritatem dietæ mutantur. Zac. 3. Ecce abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs. Sed quedam sunt consuetudines ita inueteratæ, quæ vix possunt mutari, sicut aues ignobiles: vbi magna apponenda est industria. Hier. 13. Si potest Æthiops mutare pellem suam: & Pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis mala. De secunda mutatione Esa. 40. Qui sperant in domino, mutant fortitudinem, assumunt pennas vt aquilæ. Cur erit non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Qui enim sunt in gratia, sperant in domino, mutant fortitudinem, dum per bona opera proficiunt de virtute in virtutem, vt sicut fortes fuerunt ad peccandum, ita sint fortes ad penitentiam: assumunt pennas ut aquilæ, vt depositis plumis, hoc est consuetudinibus malis, renouentur, vt aquilæ iuuenescunt. Current ad opera penitentiam alacres quasi non laborantes. Renouabitur vt aquilæ inuentus tua. Dicitur quod aquila in altum extollitur, ita quod plumæ eius per ardorem Solis exuruntur, & sic renouatur. Sic penitentes per sustentiam tribulationum non deficientes, in melius mutantur. De tertia mutatione Thob. 2. Filij sanctorum sumus, &c. Luc. 11. Cum eiecisset demonium, locutus est mutus. Egresso spiritu sancto ab homine per peccatum, diabolus ingreditur hominem per dominium, & possessionem, sicut in domum sibi aptam: sicut dicitur de Melora. i. Taxo, qui dentibus & vnguibus in rupe domum sibi facit, & est mundissimum animal, ita quod fetorem sustinere non potest, vulpes autem dolosa volens sibi auferre domum, sedat, & coinquinat sibi domum, siue fossam, & ita taxus dimittit eam, quam vulpes inhabitat: sic Deus animam diabolo relinquit, pro qua Christus manibus, & pedibus in cruce tantum laborauit, ex quo illa per fetorem peccati, & suggestionem diaboli maculam, & fetorem recipit: & tunc diabolus dominatur in corde per superbiam, in lingua per mendacia, detractiones, & iracundiam, in manibus per auaritiam, in reliquo corpore per immunditiam. Eijcitur autem demon in confessione, sicut eijcitur latro de domo alicuius

Vinea.

Mutatio.

Psal. 102.
Aquila.

Diabolus.

ius quando iudici denunciatur. Eijcitur etiam in contritione. Thob. 6. Cor E
dis enim particulam si super carbones posueris, fumus eius eijcit omne ge
nus dæmoniorum: quia fumus contritionis de corde procedens, & igne di
uini amoris inflammatū eijcit potestatem dæmonum, sicut homo exit do
mum, quando ostenditur ei facies turbulenta. Et sic eiecta sunt de Magda
lena septem dæmonia. Maria, amarum mare, cor contritum, & amarum,
quod ad instar maris eijcit a se omnem immūdam. Eijcitur tertio per san
ctificationem. Hoc genus dæmoniorum non eijcitur nisi in oratione, &
ieiunio, vt contra elationem mentis satisfaciatur oratio, contra voluptatem
carnis ieiunium, sic enim eijcitur Bufo de vinea ad odorem floris. Da
niel. 5. Depositus est rex de solio regni, & à filijs hominum eiectus est, id
est diabolus de corde humano; per illos qui sunt hodie, id est in satisf
factione viriles. Eijcitur quarto per prædicationem. Matth. vltimo. In
nomine meo dæmonia eijcient. Glo. i. à Monitionibus bonis. Sic enim lu
pi eijciuntur de siluis latratu canum, & fugientes dimittunt prædam: sic
ad vocem prædicatorum fugiunt dæmones, & dimittūt animam, & timēt
ex tunc incitare ad peccatum. Diabolus reddit hominem mutum, ne cla
mēt per confessionem. Facit enim sicut latro, qui intrans domum ad furā
dum extinguit ignem, ne lumen inueniatur: sic diabolus extinguit lumen
gratiæ, & cognitionis in domo conscientiæ, ne eius tentatio ante periculū
peccati videatur. Et sic dum ipse latro non perpenditur, facit quod peccator
non clamet per confessionem. Sicut lupus non rapit agnum per pedē
sed per collum, vt non clamet. Sic diabolus non tenet peccatorem per pe
dem, sed dimittit eum ire ad S. Iacobum, nec per manum, quia dimittit eū
facere ecclesiam, sciens quod ista non profunt ei ad vitam eternā: sed tenet
eum per gulam, ne aperiat os ad confessionem. Et hoc fit quadrupliciter.
Primo suadendo errorem, vt in hæreticis, qui non credunt, vel in scisma
cis, qui clauas ecclesiæ contemnant. Secundo inducendo timorem, quia ali
qui timent, quod cōfessio reuelaretur, quod timere nō debet, quia quod
sub clauē ponitur, occultatur, imō non timere debent si non dicant, quia
in die iudicij reuelabitur toti mundo. Tertio inducendo pudorem, quia ve
recundatur si confessores inueniant eos minus bonos, quam apparebant,
aut inueniant eos peccatores, quos credebant iustos: & isti sunt hypocritæ
de quibus: Erubescant impij, & deducantur in infernum, mura fiant labia
dolosa. Dicit deducantur: quia verecundia peccati est quoddam frænū,
quod diabolus ponit in os peccatoris, vt ducat eum ad arbitrium suum.
Timere autem de peccatis verecundiam, est timere ægyptios mortuos in
mari rubro, id est in amaritudine contritionis submersos, non est creden
dus aliquis immundus esse, qui bene se lauerit, nec infirmus qui bene de
infirmitate conualuerit. Quarto propter spem viuendi, dicūt autem apud H
se, tu adhuc viues, & bene poteris confiteri: cum tamen scriptum sit. Ne
scit homo finem suum, sed sicut auis capitur laqueo, &c. Nocuit enim dif
ferre paratis, quia quæ hora non putatis filius hominis veniet. Aug. in ser
de innocentibus serm. 3. Hac animaduersione percutitur peccator, vt mor
iens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei. Sed tunc loquitur
mutus eiecto dæmonio, quando peccator loquitur in confessione integrā
liter sine culpæ diminutione: quia peccatum, & circumstantias peccatorū
aggrauantes debemus confiteri, hoc est tempus, locum, naturam, personā,
ætatem, scientiam, gradum, sexum, ordinem, ingratitude. Si facit vel
libenter, vel præueniens appetitum, si frequenter, aut si aperte, cum scan
da-

Matth. 16.

Matth. 9.

Psal. 30.

Circumstā
tia.

A dabo, vel malo exēplo. Quis, quid, vel quibus auxilijs, cur, quomodo, qua
do. 3. Reg. 10. Regina Sabba venit ad Regē Salomonē, & loquuta est vni
uersa, quæ habebat in corde suo. Sabba capta peccatrix anima; Salomon sa
pientissimus confessor peritus, contra illos, qui quærunt Sacerdotes indi
cretos, & simplices. Baruch. 6. Qui audierint mutum non posse loqui, o
stendat illum ad Bel. postulantes ab eo loqui. Bel enim ad litteram, statua e
rat. Oportet etiam confessorem esse talem qui sciat discernere inter leprā,
& lepram, & varijs infirmitatibus variam adhibere medicinam, ne si cæ
cus cæcum ducat, ambo in foueam cadant. Nam si sacerdos sit idiota, confi
tens vadat ad superiorem, vel ad alium, qui auctoritatem habeat confessio
nes audiendi: aliud est enim fauore, vel odio, proprium sacerdotem contē
nere, & aliud cæcum, quia cæcus vitare. Vnde mirum est quomodo au
diunt confessiones, qui nesciunt absoluere, nec instruere penitentes de fi
de, & de articulis, si errant, de septem vitijs, septem virtutibus, septem sa
cramentis, de decem mādatis, de septem operibus misericordie, de his, quæ
committimus per quinque sensus. Mirum etiam est: quia si aliquis patia
tur aliquam grauem infirmitatem, quærat meliorem, & famosiorem me
dicum, & de remotissimis partibus venit humiliter ad quærendum eum: Medicus.
nunc autem pro sanitate animæ, vix est aliquis qui peritum medicum ve
lit quærere, quia multum diligitur carnem fœtidam, & parum animam
preciosam Christi sanguine redemptam. Illis igitur, qui non integraliter
loquuntur in cōfessione dicitur Neemia 13. Quod filij Iudæorum ex me
dia parte loquebantur Azorice, & nesciebant loqui Iudaice. Hi sunt, qui
confessionem diuidunt, dum aliquid retinent, & aliqua dicunt: quando e
t loquimur intelligibiliter sine palliatione. Esa. 32. Lingua balborum velo
citer loquebatur, & plane. Balbi sunt, qui quasi balbutiendo dicunt, ita
intelligi non possunt: hi loquuntur velociter, quando non differunt confes
sionem: quia cito surgendum est, cum aliquis ceciderit in lutum, vel fo
ueam: quia filij Israel exiuerunt de Aegypto festinanter, planè loquuntur,
quando distinctè, nudè, & apertè confitentur. Mat. 7. Solutum est vinculū
linguæ eius, & loquebatur rectè. Vitium linguæ timor, pudor, & similia,
quæ confessionem impediunt, vt præsumptio diuinæ misericordie, & de
speratio iustitiæ, vel misericordie, vt in Cain, vel spes prolixitatis vitæ. Sed
præsumptioni esset restrictio diuinæ seueritatis opponenda, cuius potentia
inuisibilis, sapientia infallibilis, iustitia inflexibilis. Qui angelis peccantibus
non pepercit, qui primos parentes cum tota posteritate pro vna inobediē
tia, pro vno gūsto cibi vitii condemnauit, qui Pentapolim igne, & sulphu
re consumpsit, qui totum mundum diluuiō submersit, qui pro vno mor
tali in illo quis moriatur æternaliter condemnabit. Ista si ad memoriam
reuocentur, frangunt præsumptionem, desperationi autem opponenda
D esset diuina miseratio, quæ maior est omni peccato. Quod pro peccatori
bus carnem sumpsit, mori in cruce voluit, mala infinita sustinuit. Nullus
autem sapiens de facili vult perdere, quod carè emit. Exemplum de filio
prodigo ad patrem reuertente, oue, dragma perditæ, de Petro, Magdalena,
Dauid, Achab, de Ezechia. Quando etiam loquitur humiliter sine peccati
defensione, vel excusatione. Job 10. Loquar in amaritudine animæ meæ.
Sicut enim primi parentes habuerunt perizomata excusationis, sic quidā
modo se excusant per conditionem ætatis, vel infirmitatis, vel nobilitatis,
vel prauæ societatis, vel consuetudinis. Qui ergo vult sanari non excuset
peccata sua, non defendat, non attenuet, sed humiliter omnia confite

Prælati.
Scientia.
Matth. 15.Prælati.
Recorder.

Medicus.

Loqui.

Luc. 15.
Matth. 12.
Luc. 15.
Matth. 26
Lucæ 7.
2. Reg. 1.
Esa.

Edicens in corde suo. Gen. 18. Loquar ad dominum meum, cum sim pulvis, & cinis, quando loquitur sagaciter sine alterius accusatione, nisi pro quanto ex persona annexa peccatum aggravatur, & quamvis status personæ, ut aggravat debeat dici, tamen si fieri potest non debeat nominare, Psalm. 48. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Gen. 18. Afferam patillulum aquæ, ut laudentur pedes vestri, & requiescite sub arbore, ponamq; bucellam panis ut confortetur cor vestrum, postea transibitis. Afferitur patillulum aquæ, cum primo peccatori infunditur gratia contritionis: Lauantur pedes in sacramento confessionis, requiescit sub arbore in meditatione crucis, & dominicæ passionis: Ponitur bucella panis, & confortatur cor ex prælibatione mentis diuinæ dulcedinis in percceptione sacramenti Eucharistiæ, & spe resurrectionis. Postea transitur, quando per viam penitentiae sine difficultate, & obstaculo itur. Et quia ad feruens penitentiae desiderium quinque requiruntur, quibus penitens in via sanatur, qui possunt dici quinque panes hordeacei, de quibus Ioan. 7. **F** Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos. Primus est splendor cognitionis, secundus timor punitionis, tertius dolor contritionis, quartus pudor confessionis, quintus labor satisfactionis. Qui dicuntur hordeacei, quia ad modum hordei habent exterius asperitatem, & interius suauitatem. Psalm. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte. Lachryma enim exteriori amaritudine pungit, interiori vero dulcedine vngit. Ezech. 12. Fili hominis panem tuum in conturbatione comede, sed aquam tuam in festinatione, & merore bibe. Iste est panis hordeaceus, de quo Iud. 7. Vi debatur mihi panis, ex hordeo uolui, & in castra Madian descendere. Hordeum palea tenax est, arista pungentis, humilis culmi, farina medicinalis. Hordeum habet paleam tenacem, aristam pungentem, hastam breuē, farinam medicinalem. Propter quæ Christus sub sacramento panis, & vini per panem hordeaceum designatur, in quo fuit tenacitas dilectionis, auferitas mortificationis, breuitas humillationis, medicina nostre curationis, quia qui constitetur, debet adherere Deo per dilectionem, sustinere per ceteras in carne per penitentiae iniunctæ satisfactionem, paruum se reputare & humilem per sui abiectionem, & sic consequitur medicinam contra præteritorum transgressionem. Fit autem panis iste ex subtili farina: quia debet homo confiteri omnia peccata sua, & subtiles circumstantias, nec secum deferat aliquid de farina Aegyptiaca. Molitur autem granum, unde fit iste panis inter spem, & timorem, quasi inter duas molas inferiorem, & superiorem. Ex commistione autem farinæ cum aqua mediante igne decoquitur iste panis, quia ex confessione peccatorum cum gratia, & rubore verecundiæ, confessio vera perficitur. Iste panis voluitur, quando homo in melius perficitur. Iste panis castra Madian frangit, quia contradictiones iniquas, quas molitur diabolus ne confiteatur homo, confessio vincit. Madian enim interpretatur iniquitas, vel contradictio, hoc autem fit quando confessio est integra, discreta, distincta, frequens, destinata. Labor etiam satisfactionis est panis hordeaceus. Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuerteris in terram, de qua sumptus es: quamdiu enim vivimus satisfacere possumus, & ideo vocatur satisfactio, non ministratio. Vnde Leui. 24. Duodecim panes supponebantur super mensam coram domino. Quia duodecim operibus misericordie sex corporalibus, et sex spirituales debet insillere omnis satisfactio, Vnde ibidem dicitur: Accipietis similes panes, & quæruis duodecim panes ex ea, qui singuli habebunt duas decimas.

Quo-

A Quorum senes altrinsecus super mensam purissimam coram domino stantes, & pones super eos thus lucidissimum, ut sit panis in monumentum oblationis domini. Simila puritas, & sublimitas cogitationum: est enim farina dura, & subtilis, quæ conspersa aqua igne adhibito, solidatur in panem, quia mens pura cogitationes suas glutino charitatis uniens, & meditationis igne decoquens, roboratur ad satisfactionem, meditatio enim coquimus, quicquid subtile cogitamus: secundum illud sapientis Senecæ ad Lucilium epistol. secunda. Cum multa legeris, tunc excerpere, quod illa die coquas. Item alimenta, quæ acceperimus: quamdiu in sua qualitate perdurant, & solida innatant stomacho, oneri sunt. Cum autem ex eo, quod erant immutata sunt, tunc demum in vires, & sanguinem transeunt. Idem in his, quibus aluntur postremus: ut quæcunque hausimus non patiamur integra esse, ne aliena sint, coquamus illam. Alioquin in memoriam ibunt, non in ingenium. Ergo retractando, & ruminando quod fecimus, quasi ex similia panem coquimus. Non enim est similia ad cibum apta, donec conspersa coquatur, cocta verò panis efficitur, unde homo pascitur, & nutritur. Mens enim pura meditatione excitata, & charitate vnita satisfactionis panem manducat, ex qua similia formantur duodecim panes, propter duodecim opera misericordie, qui singuli panes habent duodecim decimas propter duo charitatis mandata Dei, scilicet & proximi: in vno tamen sunt, vnum mandatum, & vna dilectio: licet Deus, & proximus duo sunt obiecta. In vtroque amborum si fuerint recte implera, implentur decem mandata. Coram domino statuuntur, & per hoc diuinis aspectibus digni efficiuntur. Et ponitur super eos thus lucidissimum propter purissimum orationis affectum. In quo confunduntur, qui labijs Deum honorant, & corde ad ipsum non appropinquant, aerem verbis implent, & corde mortui remanent, si Psallunt non intelligunt, quod dicunt, cum tamen scribatur Ecclesiast. 17. Cibavit illum pane vite, & intellectus. Sicut enim de vite amputantur palmites infructuosi, ut uberius crescant fructuosi, quia paucorum fecunditas plus valet, quam multitudinis sterilitas, sic secundum Apostolum utilius esset pauca cum ædificatione proferre, quam multa sine fructu mentis: immo cum Dei contemptu breui tempore transferre: unde Apostolus. Volo quinque verba in ecclesia sentiri meo loqui, ut eos instruam: quam decem millia verborum in lingua. Linguam uocat linguam peregrinam, quæ si audiatur non intelligitur: vnde de Aug. in Psalm. 18. Psallentes ait intelligere debemus, quæ proferimus, ut humano more, non quasi auium voce cantemus. Nam meruli, & psittaci, & corui, picæ, & huiusmodi volucres sæpe ab homine docentur sonare, quæ nesciunt, scienter autem cantare naturæ hominis diuina voluntate concessum est. Vnde Psalm. Psallam, & intelligam. Vnde quidam multa dicunt, & quod dicunt non attendunt, quasi non sit melius homini, qui unum panem habet in manibus, & illo vescitur, quam asino, qui centum portat, & nullo vescitur. Sequitur. Ut sit panis in monumentum oblationis domini. Oblatio domini passio est, super quæ omnis nostra satisfactio fundatur. Et ita oblationis domini satisfaciendo reminiscitur. Tunc autem est ibi satisfactio perfecta, cum quattuor ista concurrant, quæ in passione dñi fuerunt, scilicet corporis afflictio, oratio, elemosyna, & ablatorum relictio. Exo. 14. Submersi sunt in mari rubronabyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis. Rubrum mare est amaritudo verecundiæ: abyssi operculum

Panis.
Opera.
Misericordia.

Officium diuinum.

1. Corin. 13.

Psalm. 100.

Obstinatio lum est confessionis impedimentum, quia aliqui semper operiunt peccatū E
Desperatio suum donec cadant in desperationis profundum, sicut lapis cadit ad cen-
Cōsuetudo trum. Iste est lapis, qui suppositus fuit Lazaro mortuo, de quo dominus :
Ioan. 11. Tollite lapidem. Et dicitur quod prodijt, qui fuerat ligatus manus, & pedes
 in stitis, & facies eius sudario. Peccatum enim ita ligat, & velat faciē cogni-
 tionis, vt peccator non possit cogitare de Deo, nec de seipso, nec de pericu-
 lo peccati. Ligat etiam pedes affectionis, vt non possit Deum diligere: ma-
 nus operationis, vt non possit in bonum proficere: immo pedes affectio-
 num per malum amorem, vt peccatum non detestetur, faciem per malum
 pudorem, vt non confiteatur: manus per torporem, vt nullam satisfactio-
 nē operetur. Et tunc lapis desperationis, & obstinationis superponitur, &
 non potest amoueri nisi iussu Christi, hoc est gratia spirituali. **Leu. 1.** dicitur
 Quod fiebat holocaustum de ouibus, detrahebaturq; pellis, conscindeban-
 turq; mēbra, apponebantur strues, s. congeries lignorū, & subijciatur ignis. **F**
Religiosus Pellis detractio est pristina conuersationis depositio, & immutatio.
 Sic serpens in angusto foramine transiens, mutat veterem pellem, & resu-
 mit nouā. Ligna congregantur cum peccata singula considerantur, & scin-
 duntur membra, cum subtiliter attenduntur, & ponderantur singula pec-
 cata, & cuiuslibet peccati circumstantia. Ignis succenditur cum meditatio-
 ne bonitatis diuinæ totum cor amore succenditur. Et sic fit holocaustum
 Deo acceptum, quod interpretatur totum ignitum. Quia de illo sacrificio
 nihil, nisi solus cinis remanebat, quia perfecte penitens mortificatum in
 carne, & mortuum mundo se reputat. Quidā ad peccati vomitum reuertē-
 tes sunt similes illis pessimis Iudæis, qui mente in Aegyptum ingrediebā-
 tur. **Num. 14.** Cum veniebant eis ad memoriam cucumeres, pepones, por-
 ri, cepæ, & allia, scilicet mundi delectabilia, & carnalia desideria, quæ re-
 liquerunt. Sed melius est ad viam veritatis non agnoscere, quam post agni-
 tam rotorsum auerti: quia nemo mittens manum ad aratrum, & respi-
 cians retro, aptus est regno Dei. Exemplum de vxore Loth. **Ex. 16.** In no-
 mine meo dæmonia eijscent, linguis loquentur nouis, serpentes tollent,
 & si mortiferum quid biberint non eis nocebit, super agros manus impo-
 nent: & bene habebunt. Eijsciuntur dæmonia à corde, id est peccata per cō-
 tritionem, linguis loquimur nouis per confessionem, serpentes tolluntur,
 cum resistendo euadimus tentationes, & carnis, mundi, dæmonis suggestio-
 ni resistimus. Et si quid mortiferum bibimus non nocet, quum latente in-
 trinsecus aliqua carnis concupiscentia nos eam incipimus sentire, sed no-
 lumus cōsentire, exemplo Saluatoris, qui cum gustasset noluit bibere. Nul-
 la enim damnatio est in sensu peccati sine consensu liberi arbitrij. **3. Reg.**
19. Dormit Elias sub umbra iuniperi, cui exhibuit Angelus panē, & aquā,
 & iterū obdormiuit. Nota totā hist. Quod Elias fugiebat à facie Iesabel, q̄ **H**
 interpretatur fluxus sanguinis: quia omnis verē penitens fugit occasiōē
 criminis. Venit in Bersabe vbi puteus erat. Iudas confessio interpreta-
 tur, quia per affectum compunctionis currit ad remedium confessionis,
 dimittit ibi puerum suum, & vadit in desertum viam vnus diei, quia per
 puritatem pristinam insipientiam relinquit, & concupiscentiam carnis de-
 serit. Iuniperus est asperitas penitentia, arbor plena aculeis. Ibi obumbra-
 tur, quia per penitentiam protegatur, per quam etiam peccata teguntur: ibi
 se projicit, quia per humilitatem se abijcit. Et obdormit, dum a molesta tē-
 tatione quiescit. Panis subcinericius, quē affert angelus est meditatio mor-
 tis, vas aquæ, oculi pleni lachrymis: comedit & bibit, dum secundum Pro-
 phetam

2. Pet. 2.
 Luc. 9.
 Religiosus
 Apostasia.
 Genes. 9.

Mundus.
 Fugere.
 Religio.

Penitentia.

A phetam cibatur pane lachrymarum. Et potus datur ei in lachrymis, & mē **Lachrymæ**
 lura non in ebrietate. Iterum dormit, & comedit, quia huiusmodi vices al-
 ternare non cessat exercitijs penitentia, & remedijs confidentia, donec in
 eiusdem cibi fortitudine veniat ad montem Dei Oreb per misericordiam
 quadragesimalis abstinentia. Oreb interpretatur foramen colubri, hoc est
 illud foramen vbi penitens deponit veteris serpentis pellem, & ingrediens
 ibi induit nouitatem. Christus dormiuit in sepulchro conditus aromati-
 bus, & inuolutus mundis lintheaminibus, sic penitens in corde suo humilia-
 tur, lachrymas profert, quibus lintheamina cordis sui mundantur ex dolo-
 re culpæ, & spei dulcedine quasi myrrha, & aloë conditur. **Magdalena, quæ** **Luc. 7.**
 gerit typum vere penitentis, lachrymis pedes Christi lauabat, quia sem-
 per debet homo dolere de commissis, vnguento virtutum vnguebat, & bo-
 norum operum, iugiter quærebat, ardentem amabat. Gratia est vnguetum,
 quo sanantur vulnera mentis, & sumitur de apotheca aperta lateris Chri-
 sti vulnerati. Emitur autem denario confessionis, qui debet esse sonorus,
 & grauis. Grauis. i. legitimi ponderis, & sonorus. i. clarè exprimens pecca-
 ra, & peccati circumstantias, non enim debet esse leuis, vel puerilis, sed cum
 suspirio, & gemitibus, & grauitate verborum, contra quod peccabat con-
 fessio Pharisæi, quæ proueniebat ex leuitate elationis, sicut aliqui, qui in
 confessione iactant se de bonis, quæ faciunt **Luc. 18.** Ieiuno bis in sabbato,
 &c. Debet esse sonora, vt aperte reueletur conscientia, non in ore di-
 midio, non balbutiendo, talis fuit confessio publicani, qui non audebat
 oculos leuare ad cælum, sed percutiebat pectus dicens. Deus propitius
 esto mihi peccatori: ista fuit sonora in auribus Dei, quia descendit iusti-
 ficatus. Et est notabile, quod emens, & vendens consentire debent, ta-
 men dominium vnus rei non transfertur, nisi prius soluto precio, vel a-
 liis satisfacto: quia licet sacerdos iudicans, & conuersus penitens consen-
 tiant, tamen tunc soluitur precium confessionis, vel denarius quando pec-
 cator confitetur ore. Alius potest satisfaceri, quando in extrema necessitate
 non habet spacium confitendi, tunc n. soluitur denarius, quo emitur vngue-
 ntum gratia sola contritione. Confessio non est differenda, quia si ali-
 quis esset in domo, & timeret, quod caderet statim exiret, sic nescimus ho-
 rram, nec modum, quo moriemur. Nullus vulneratus lathaliter in cor-
 pore differet ad medicum ire: Minus debet tardare vulneratus lathaliter
 in mente. Nullus, qui cecidisset in turpi lutum tardaret surgere: minus
 debet tardare qui cecidit in peccatum. Nullus remaneret in loco, vbi con-
 tinuè amitteret, & damnum suum faceret: In statu peccati nullum o-
 pus prodest ad vitam æternam. Nullus remaneret in loco, in quo inimi-
 ci capitales possent ei dominari. In statu peccati dominantur dæmones
 peccatori, propter quod dicit Sapiens. **Viuus, & sanus confiteberis: No-** **Eccl. 17.**
cuit enim differre paratis. Idè dictum est illis fatuis virginibus, per quas **Matth. 5.**
 designantur, qui confessionem procrastinant, eo quod bona hora lampades
 conscientia non parauerant: Amen dico vobis nescio vos, vnde ab æ-
 ternis nuptijs sunt exclusæ. **Idorus: O vox coruina, semper dicis cras,**
cras, & nescis si eris cras. Et nota in Matthæ. Totum hominem Christus **Mat. 12.**
saluum fecit in sabbato, quia confessio per quam Christus sanat hominem
totum hoīem, totam animam ab omni infirmitate peccati plenè sanat, &
simul, & subito, in quo medicina spiritualis: qualis est confessio, excedit
omnem medicinam corporalem, quia medicina, quæ sanat vnā infirmi-
tatem non sanat aliā. Aug. Quod sanat oculum, nō sanat calcaneum. Chri-

Aus sanauit mutū, & surdū. Nā peccatū facit hominem mutū, ne velit con-
fiteri, & surdū, ne verba Dei velit audire, & ab utroque sanatur in confes-
sione. Post triduum contritionis, confessionis, satisfactionis inuenitur Ie-
sus in templo conscientia ab his, qui dolorose, & amorose cum Maria que-
runt eū. Quantumcunque sumus maximis sceleribus inuoluti, securē, &
confidenter ad Christum possumus accedere, & misericordiā inueniem⁹,
quia maior est sua mīa, q̄ nostra miseria, cōtra quod dixit desperatus Cain,
Maior est iniquitas mea, quā vt veniā merear. Hinc Iudas, qui Christū vē-
didit, laqueo se suspendit tanquā desperatus, cum Christū pro crucifixo-
ribus orauerit. Vnde Bern. An ad Iesum accedere trepidas. Frater tuus, &
caro tua est. Sic fratres Ioseph quāuis peccatores, & ipsum malitiose ven-
didissent, tñ confidentes de eius fraternitate, & attinentia ad eum cum con-
fidentia accedebant, & loquebantur, & misericordiā inuenierunt, bona pro-
malis ab ipso receperunt. Hinc ait Salomon amico, & si euaginauerit gla-
dium ne timeas: est enim regressus ad amicum. Amicus iste fidelis, cui nul-
la est comparatio, vt ait Sapiens, est Christus, quem quoties vendimus, cru-
cifigimus, contra quem gladium extrahimus, quandoquēque mortaliter
peccamus. Sed siue vendideris per auaritiā, siue crucifixeris per super-
biam, siue gladium cōtra ipsum euaginaueris per immunditiā, ne timeas
reueri ad istum amicum, petendo cum filio prodigo mīam, quia ianuam
apertam inuenies in latere eius, per quam semper potest intrare ac viscera
amoris sui cordis, & misericordiā Saluatoris. Aliqui in confessione pro-
mittunt emendationem, & satisfactionem, & quod ad peccatum nō reuer-
tentur: cum tamen statim contrarium faciunt: quib. potest dici illud Gen.
Vox quidem vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. Ideo priuatur pri-
mogenitura gloriā cum Esau. Ioan. 20. Maria stabat ad monumentum so-
ris plorans, quod dum fieret conuersa est retrorsum, & uidit Iesum stan-
tem. Maria interpretatur mare amarum, gerens figuram contriti peccato-
ris, dolentis, Iesum quærentis. Maria autem dolore amara, cum ad-
huc tenebræ essent Iesum quærebat, quia in anima de peccatis cōtrita sunt
tenebræ tristitiæ ex peccati recordatione, & tamen simul est ibi mane, &
lux lætitiæ ex spe miserationis diuinæ, qui ergo cum Maria contrita, & do-
lore peccatorum amara flendo, plāgendo peccata sua Iesum vult quære-
re, statim meretur Iesum stantē videre. Recte autem dicitur, quod talis con-
tritus videt Iesum stantem, quia stat Iesus, vt talem pœnitentem prote-
gat ab icibus aduersariorum, mundi, carnis, dæmonis, vt eum abluat à
sordibus peccatorum, vt eum dirigat in semitis mandatorum, vt eum attra-
hat ad consortium supernorum. Sic vidit Stephanus Iesum stantem à dex-
tris virtutis Dei. Aliqui in peccato sic sunt indurati, quod sunt magis in-
sensibiles, quā lapides, cū tamen virtute sanguinis Christi dicatur: petræ
scissæ sunt, monumenta aperta sunt, velū tēpli scissum est à sūmo vsq; deor-
sum, multa corpora sanctorum surrexerunt, sol obscuratus est, terra tre-
muit, & tamen corda aliquorum duriora saxi, nec frāguntur per dolorē,
nec emoliuntur per contritionem. Gerit typum peccatoris per peccatum
excæcati, postea per confessionem illuminati, iacens in lecto voluptatis, se-
ditatis, & otiositatis, calidis hirundinum stercoribus, fœtidis carnis, & au-
aritiæ cogitationibus, mentem inflammantibus, vtroque oculo excæca-
tur, vt iam ne oculo dextro videat, aut cogitet gaudia beatorum, nec sini-
stro videat, aut cogitet supplicia damnatorum, nec dextro videat Deū, nec
sinistro seipsum. Sic Samson à Philistiim excæcatur, sic Sedechias a rege
Baby-

A Babylonis ductus in Reblata: nā Samson seductus à Dalila virtutum cri-
nibus spoliatus à Philistiis, a dæmonibus captus, ligatur delectando, ex-
cæcatur consentiendo, incarceratione operando, molam trahit assuefacien-
do, sed curatur, & illuminatur Thobias excæcatus, si oculi eius felle pi-
scis, amaritudine contritionis, & pœnitentiæ liniuntur, tali enim collitio-
liniti, mentis oculi illuminantur, vt videant sordem conscientia, supplē-
cium gehennæ, obicem gratiæ, dispēdium naturæ, & odium omnis creaturæ. Quia offenso creatore offenditur omnis creaturæ.
Sanatur etiam Thobias fumo cordis istius piscis positi super prunas,
id est, fumo orationis deuote procedente ex ignita, & feruenti affectione,
& dilectione. Quia fumus aromaticus ascendit de manu Angeli in con-
spectu Dei. Et talis fumus extricat, & fugat omne genus dæmonio-
rum, quia hoc genus dæmoniorum non eijcitur, nisi in oratione, & ic-
iunio. Contritio reconciliat omnem peccatorem. Plaxit, & fleuit
Magda. Petrus, & Christus respexit eum: plaxit, & fleuit, dilexit Magdalena, Misericor-
& audiuit. Remittuntur ei peccata multa, sic filius prodigus, sic Da-
uid, sic Publicanus, sic Ezechias, sic Achab, sic rex Ninive dolore, &
fletu inuenerunt veniam de peccatis: sic Nabuchodonosor eiectus à re-
gno, & septem annis cum feris habitans, septem scilicet peccatis morta-
libus bestialiter viuens, oculos ad cælum leuans, veniam cum dolore po-
stulans, figuram, & sensum recuperavit, & ad honorem regni resti-
tutus est. Matth. 18. Nota quod Dominus dimisit seruo penitenti ven-
niam decem millia talenta, & ille noluit dimittere seruo centum den-
narios, ideo iussus est in carcerem mitti, donec redderet nouissimum
quadrantem. Quia nunquam Deus dimittit offensam alicui, nisi ille di-
mittat eis, qui contra ipsum peccauerunt. Iuxta id, quod in oratione
dominica dicimus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus
debitis nostris. Exemplum de sancto Ioseph, qui non solum con-
Gen. 37. vt donauit, sed etiam educavit fratres, qui eum vendiderant, & morti tradi-
derant. Exemplum de Christo, qui pro crucifixionibus orauit. Matth. 7. A-
dolefcens tibi dico surge, quia peccatum facit hominem lasciuum, inso-
lentem, irreuerentem, & non potest surgere, nisi iussu Dei, cum sit omni-
no mortuus carnis sensu veræ cognitionis, & motu bonæ operationis.
Et postquam surrexerit debet ingredi ciuitatem conscientia cum Paulo il-
luminato. Et ibi dum considerat statum suum, dicitur sibi interna inspira-
tione, quid oportet eum facere, quia omnem peccatum occasionem fu-
gere, & vitare. Sicut quando aliquis curatus de magna infirmitate, di-
cunt ei medici, quod caueat ab omnibus contrarijs, quia aliquādo pericu-
losus est reciduum, quā infirmitas principalis. Sic curati, & eradicati de
infirmitate mortalis peccati per amarā portionē contritionis, & per in-
iunitionem confessionis, & per sudorem, & laborem satisfactionis debēt
ab omnibus contrarijs, quæ sunt occasiones, & opportunitates peccati ca-
uere. Cuius contrarium multi faciunt, quia statim post pascha recidi-
unt. Et cum Paulo conuerso debent tribus diebus abstinerē ab illis scilicet
cibus immundis, quæ caro ministrat, auaritiæ, quæ mundus, superbiæ,
quæ ministrat Diabolus. Dixit Elizeus Naaman leproso: Lauare septies in
Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque man laberis. Elizeus
Christus, qui præcipit ut peccata confiteamur, extra de pœnitentijs, &
remissionibus. Omnis veriusque sexus cum ad annos discretionis peruē-
nerit, omnia peccata sua semel in anno confiteatur. Elizeus interpreta-
tur

uir Saluator, & de Christo ait Apostolus: Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum. Naaman interpretatur pulcherrimus, & significat genus humanum. Quis enim pulchrior illo, qui factus est ad imaginem Dei, potens non mori, non subijci, non decipi? Ille erat diues ex multorum naturalium donorum collatione, sed factus est leprosus ex originali infectione, & actuali transgressione: quia lepra procedit ex pessimo calore, & transfunditur à parentibus in prolem, sicut originale. Vel etiã culpa mortalis lepra est pessima, quæ totam animam inficit. Ait ergo Elizzus, id est, Christus. Vade per passus meritorem, lauare septies, & c. Iordanis interpretatur riuus iudicij: nam ex timore diuini iudicij oritur in nobis Iordanis, id est fluuius lachrymarum. In hoc fluuiio debet Naaman, id est, quilibet peccator lauari, & immergi non solum superficialiter intingi, quia magna debet esse inundantia lachrymarum, magna confitatio omnium virium immundarum, quia illæ sordes peccati tenaciter adhærent, & frequens inunctio. Et non solum semel sed septies, quia pro quolibet peccato mortali debemus flere, & omni tempore: Et lauandi sunt cum Petro non solum pedes, id est, animæ affectiones, sed & caput, id est, omnes sensus, & opera, & verba, & sic caro prius leprosa, id est, anima, quæ tota erat carnalis, & infecta restituitur, sicut caro pueri, id est, sicut anima innocentis. Apocal. 3. Ecce ego sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum, & cenabo cum illo, & ille mecum. Vult enim Christus expellere diabolum de hospitio, quod ipse sibi edificauit per creationem, quod sanctificauit in baptismo per gratiæ infusionem, quod reedificauit ne corruat per suã passionem, & pulsat nunc prædicatione, nunc infirmitate, nunc inspiratione, vt aperiamus ostium oris ad confessionem, & tunc ipse intrat hospitium cordis per gratiæ restitutionem, & cenat nobiscum per nostrorum operum acceptionem, & nos secum per suorum donorum receptionem, & infusionem, sed de multis dicitur: furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Aspis secundum Isid. vnam aurem in terra figit, & imprimit, alteram obturat cauda ne vocem incantatoris audiat, qui eum de cauerna eiiciat: sicut sunt quidã, qui in peccatis, & sordibus volentes remanere, prædicatori volenti ipsum de fouea peccati eijcere, vnam aurẽ claudunt terrena, & carnali affectione, & dilectione: aliam cauda longitudinis, & diurnitatis vite, dicentes, adhuc diu viues, & poteris confiteri, non attendentes, quod ait August. in serm. de Innocen. Hac animaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei. Dicit Glo. Quod accipiter in fenestru te quando sentit se pennarum pondere prægrauari, expandit alas suas contra solis radios flante austro, & sic repente austro, & calore resolute aperiantur pori, quibus apertis excutit alas, & sic veteres pennæ cadunt, & nouæ succrescunt. Et sic nouitas pennarum ipsum efficit ad uolandum apertorem. Ceruus etiam cum sit animal cornutum, hoc inter animalia habet proprium, quod annis singulis in vere mutat, & innouat cornu suum: & tunc quia hyems est de die quærit sibi latibula, quousque crescentibus cornibus iterato noua sibi adueniat armatura. Serpens etiam, vt pellem nimis duram, & rigidam temperet, ac mollicet in aqua se balnear, ac humectat, & sic angustissimã rimã parietis alicuius, seu cauernam quærens, veteri pelle penitus se denudat, & soli se opponens, desiccatur, & in carnis superficie nouam cutem reparat sumptis viribus, videt clarius quam ante depositio-

E

Scelus humanum. Homo.

Originalc.

F

G

Prædicator

H

A nem faceret. Dicit autem Plinius, Auicenna, & Arist. quod torus serpens deponit senem pellem, primo vsque ad oculos, deinde vsque ad collum, & sic paulatim se totaliter expoliat, infra diem aquila etiam innouatur, quare supra fol. 59. Sic peccator ab omnibus istis animalibus irrationalibus instruitur, vt renouetur deponendo veterem conuersationem, & accipiẽdo nouam per Christi immutationem. Luc. 18. Iesu fili David miserere mei. Verba sunt peccatoris cæci dolentis, & contriti lumen spiritualis gratiæ a domino postulantis: & primo inuocata omnipotentia deitatis Iesu. Mat. 1. Vocabis nomẽ eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Secundo allegat attinentiam humanitatis, Fili David 1. Paral. 11. Os tuum, & caro tua sumus, d. David. Tertio postulat influentiam pietatis, miserere mei. Quomodo miseretur pater filiorum miserus est dominus timentibus se. Expediit in hac vita animam purgare per confessionem. Quia in alia vita non purgabitur, & non purgatum nõ intrabit in templum Dei. Hoc figuratum est 3. Reg. 6. Vbi dicitur quod malleus, & securis nõ sunt audita in ædificatione templi. Prius enim quadrabantur, & dolabantur in Libano, & postea collocabantur in templo, sic lapides viui necessario in hac vita quadrantur, & polliuntur per pœnitentiam, vel saltem in purgatorio antequam superædificentur in cœlo. Apocal. vlt. Foris canes, & venefici, & c. Quia nihil inquinatum intrat ad illam. Deut. Abite in solitudine, reuertimini, ait a peccatis, Et abite in solitudine penitentia, scilicet per viam maris rubri, id est, amaritudinis, & doloris, scilicet per viam trium dierum, contritionis, confessionis, & satisfactionis. primi Reg. 14. Ascendit Ionatas, qui interpretatur columba, id est, verus pœnitens, qui a se abiicit fel peccati, reptans propter ieiunij macerationem, pedibus propter peregrinationem, & orationis affectionem, & manibus propter eleemosynarum largitionem. Esa. 55. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserabitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Ergo si peccati enormitas, si temporis diurnitas astringit, si recidui pluralitas confundit, & affligit. Reuertere septẽ vicibus, ait puero Elias, immo septuagesies septies. Matt. 18. Septenarius vniuersalis matris. Reuertere igitur septies, id est, ab omni scelere in omni tempore cum certo fædere, vt tandem septima vice de mari nubecula ascendat, id est, contritio doloris, quæ maculas sordis extergat. Vnde August. In collationibus contra hereticos: Quæcun que necessitas peccatorem ad pœnitentiam cogit, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec vite enormitas, nec ore extremas, si pura fuerit uoluntatis mutatio excludit à uenia: sed amplissimos sinus suos, mater charitas filios suos prodigos recipit reuertentes, & uelit nolit nouam hereticus semper uere pœnitentes, recipit Christus. Exod. 17. & Num. 20.

D Percutiens uirga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimè. Petra durissima cor in peccato induratum, quod dum bis a domino percutitur, scilicet duplici timore, scilicet damni ex gloriæ amissione, & supplicij ex æterna pœnæ inflictione, egrediuntur aquæ largissimè, quibus emundantur omnes culpe. Sic tempore diluuij, quo mundata est terra, inundauerunt aquæ à superiori, quia cataractæ celi a pertæ sunt: & ab inferiori, quia rupti sunt fontes abyssi magnæ. Propter istum duplicem timorem, Axi, id est animæ pœnitenti dedit pater, id est, Christus irriguum superius, & inferius. Percussit petram, & fluxerunt aquæ, & c. De perito confessore potest dici illud. Obstetricante manu eius educus est coluber tortuosus, quod figura

Psal. 102.

3. Reg. 17.

Cor. Iachrymæ

Psal. 77. Iob 20.

Surgere.

Religio.

Dicere.

in fuit in conuersione Pauli, in qua mors obsterationis fuit lux ex tenebris
 tionis, vox cōminationis, manus correctionis, virtus instructionis. Et ista
 concurrunt in correctione cuiuslibet peccatoris. Iud. 10. Surrexit Iudith
 de loco, in quo iacuerat prostrata coram domino, & abstulit à se cilicium,
 & exiit se vestimento viduitatis suæ, & lauit corpus suum, & vixit se
 mirtho optimo, & discriminauit crines capitis sui, & imposuit mitram su-
 per caput suum, & induit se vestimento iocunditatis suæ. Iudith, quæ in-
 terpretatur confitens, est anima penitens, quæ tunc surgit, cum peccatū
 detestando dimittit, cilicium, & vestimenta exiit, cum secundum Glo. lu-
 ctū penitentiae spei consolatione perfundit: Corpus suū lauat, dū carnis o-
 pera lachrymis curat: vngit se mirtho optimo per carnis mortificationem:
 Discriminat crines capitis sui, dū cogitationes mentis examinat per discul-
 sionem: capiti suo imponit mitram dum vitiorum obtinet victoriam: In-
 duit se vestimentis iocunditatis, dum se exercet in operibus charitatis. In-
 duit se sandalia, obseruantia præceptorum. Assumit dextraliola, spem seili-
 cet futurorum bonorum. Assumit etiam lilia castitatis & munditiæ: In nau-
 res deuotionis, & obedientiæ: annulos fidei perfectæ, & ornauit se oībus
 ornamentis omnium bonorum spiritualium inter signijs. Cui etiam domi-
 nus, &c. Ioan. 3. Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Caphar-
 nauū, &c. Nota historiam considerando, regulus iste quid sit, quis eius fi-
 lius infirmus, vbi infirmatur, qua hora sanatur. Rex dicitur superior por-
 tio rationis, cui totum regimen animæ est cōmissum. Dicitur autē regu-
 lus propter diminutam potentiam, sapientiam, & bonitatem per peccatū.
 Huiusmodi reguli filius est inferior portio rationis, quæ est eiusdem natu-
 ræ, & ab ipsa, vt à patre filius docenda, & informanda. Ille filius febre infir-
 matur, quando ratio sequitur concupiscentiam, quæ est febris calida inflā-
 mans, & deordinans totam animam ad malum. Eccl. 23. Anima calida qua
 si ignis ardens, non extinguetur, donec aliquid glutiat. Infirmatur autem
 in Capharnaum; Capharnaum interpretatur ager pinguedinis: quia
 ex temporalium abundantia surgit febrilis, & ignita concupiscentia. Sa-
 natur autem hora diei septima: dies iste est progressus cuiusdam illumina-
 tionis in peccatore vsque ad plenam, in qua curatur: & hæc est hora septi-
 ma secundum Greg huius diei hora prima est, conscientie amaritudo, Ier.
 2. Scito, & vide, quia malum, & amarum est reliquisse dominum Deum
 tuū. Secūda est vilitatis peccati consideratio, Iere. 3. Leua oculos tuos in
 directum, & vide vbi nunc prostrata sis. Tertia est supplicij, Eccl. 3. Timor
 domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non iustificabit. Quar-
 ta, dolor de commisso, Iere. 6. Planctum vnigeniti fac tibi planctum ama-
 rum. Quinta bona exercitatio, Glo. interlinealis: Quicquid boni facere po-
 test hortatur, vt faciat, vt Deus cor illius ad penitentiam mutet. Sexta,
 expressa confessio, Pro. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur, qui au-
 tem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Septi-
 ma, gratiæ infusio, in qua curatur infirmus a febre. Eccl. 3. Sicut in sere-
 no glacies soluentur peccata tua, id est, sicut glacies dissoluitur a claritate
 solis, sic peccata à claritate gratiæ. Ierem. 3. Conuertimini filij, reuertetes,
 & sanabo auersiones vestras. In huiusmodi curationis signum, hac septi-
 ma hora Christus totum hominem saluum fecit in sabbato, quæ est septi-
 ma dies. Sicut dies, & eius horæ non causantur nisi ex illuminatione so-
 lis, sic prædictæ illuminationes super terram mentis peccatoris, non possunt
 esse nisi a solo Deo. Ioan. 5. Est autem Hierosolymis probatica piscina, ha-
 bens

Abens quinq; porticus, &c. Ista piscina est de aquis pluuiialibus, &c. Sic
 est de penitentia, quæ de se non habet aquas gratis, sed de cælo. Iob. 38. Gratia.
 Quis est pluuiæ pater, q. d. nullus nisi ego. Hæc dicitur probatica, quæ cer-
 tum est quod hæc lauatur omnis immunditia. Iere. 4. Laua à malitia cor-
 tuum Ierusalem, vt salua fias, hoc est in Ierusalem, non alibi, quia extra ec-
 clesiam non est locus penitentiae. Iob. 28. Auro locus est, in quo constatur.
 Religio.
 Habet quinq; porticus, quæ sunt quinq; considerationes per quas
 peccator ascendit ad penitentiam, prima est consideratio propriæ deformi-
 tatis, secunda est consideratio damni peccati, tertia est consideratio seueri-
 tatis iudicij Dei, quarta est opportunitas temporis, & loci. Quia post hæc
 vitam, nec locus, nec tempus erit penitentiae. Iob 24. Dedit ei dominus lo-
 cum penitentiae, & ipse abiit in eo superbia. Quinta est incertudo diei
 extremi. Nescit homo finem suum, sed sicut capitur auis laqueo, &c. A-
 Eccles.
Bqua, lachrymæ contritionis. Angelus mouens has aquas Christus. Descen-
 sus in piscinam cordis humiliatio. Hic sanantur omnes infirmitates. Quod
 autem non curatur uno tempore nisi vnus, significat quod non sanatur,
 nisi qui est de numero, & collegio electorum, & de vnitae corporis mysti-
 ci: contra illos, qui ad peccati vomitum reuertuntur. Ioann. 5. Ecce sanus
 factus es iam noli peccare ne deterius tibi contingat: quia recidiuum ma-
 ioris est periculi, quam principalis infirmitas, quia inuenit naturam debi-
 liorem, & propter peccatum ingratiudinis peiora prioribus inferuntur.
 Ingratitudo.
 Gen. 41. Eductum de carcere Ioseph totonderunt, & veste mutata obtu-
 lerunt regi Ioseph in carcere positus typum gerit peccatoris, sicut & Pe-
 trus incarceratus. Liberatur autem Ioseph per cōfessionem, & ut post pe-
 nitentiam sit aptus ad seruiendum Christo, debet vestis antiquæ conuer-
 sationis mutari. Crines significant sensus, & animæ vires, quæ debent tō-
 di per præcisionem omnis actus illiciti. Visus spiritualis per peccatum
 Cæcus.
 excæcatur illuminatur post triduum contritionis, confessionis, & satisfac-
 tionis, vt patuit in Paulo. Item illuminatur felle amaritudinis, doloris,
 Illuminatio
 & contritionis in Thobia. Et luto superposito dominicæ incarnationis,
 seu considerationis mortis. Lutum fecit Iesus, & liniuit oculos. Lutum
 caro Christi, vel lutum consideratio mortis: hoc luto oculi liniuntur, cū
 Christi incarnatio, vel nostra mors, & incineratio attente considerantur,
 & tunc oculi aperiuntur, vt nos ipsos cognoscamus. Item illuminantur
 tactu, Matth. 9. Tetigit oculos. Iste est tactus gratiæ. Item verbo.
 Luc. 18. Respice. Numer. 22. Asina Balaam videns gladium euaginat-
 um, locuta est. Gladius est diuinæ iustitiæ seueritas, quæ tunc latet, dum
 Dei iustitia, inferni pœna, mors propria, & incerta hora consideratur,
 asina peccator. Tunc autem videt gladium euaginatū, dum prædicta
 D considerat, ex quibus perterrita incipit loqui per confessionem. Irratio-
 nabilior ergo est asino, qui prædicta non considerat, aut si considerat,
 hunc gladium non timeret, & non incipit loqui per confessionem. Lu-
 cæ 12. Ait diues, anima mea habes multa bona congregata in annos
 plurimos, &c. Stulte hac nocte rapient animam tuam, quæ autem
 congregasti cuius erunt. Hoc est contra illos, qui de longitudine vitæ
 confidunt, & confessionem procrastinant. Multiplex est exitus a pec-
 cato, primus à peccato, secundus à circumstantia peccati. Primus figu-
 ratur in translatione Abraham de Hur Caldæorum. Genes. 12. Egredere.
 Secundus in translatione Loth de finibus Sodomorum, cui di-
 citur. Ne steteris in omni circa regionem. Quia non solum rece-
 dendum

Circumstantia. dendum est à peccatis, sed etiam ab eorum circumstantiis. Exitus sensus est duplex, vnus ex quo transfertur anima ad audiendum ecclesiæ militantis mysteria, alius quo transfertur ad secreta ecclesiæ triumphantis videnda. Prima translatio figuratur in translatione Pauli. 2. Corin. 12. Raptus est. Secunda in translatione Ioannis Apostoli Apocalyp. 4. Ascende huc. Et nota quod nec ex timore, nec ex verecūdia, nec ex peccati magnitudine debet homo dimittere dicere veritatem in confessione. Interrogatur Cain vbi est frater tuus, respondit: Nunquid custos, &c. Quasi diceret. Nescio vbi est. Tales non merentur misericordiam, sed maledictionē Cain, sed Dauid dixit de peccato, quod commiserat contra Vriam, peccavi, & statim audiuit. Trāstulit dominus peccatum tuum. Leo fetum sopitum suo rugitu post tres dies excitat, sic Christus peccatorem post contritionem, confessionem, satisfactionem ad vitam gratiæ reuocat. Acto. 12. Petrus quidem seruabatur in carcere, &c. Herodes interpretatur glorians in pellibus significat Diabolum. Esa. 10. Immitit dominus, &c. Iacob supplātor, corpus. Prouer. 19. Similitudines hominis. Ioannes, in quo est gratia, spiritus, Iacobus frater Io. corpus, & anima. Petrus interpretatur agnoscens, significat quemlibet Christianum, qui agnoscit Deum per fidē. Herodes occidit Iacobum, quando corpus per suggestionem Diaboli in primo peccato fuit morti addictum. Gladius est suggestio. Gladium euaginauerunt peccatores. Hoc gladio occidit diabolus primos parentes. Hoc placet Iudæis, id est angelis apostaticis. Misit in carcerem, carcer est tenebrosus, fetidus, horridus, sic conscientia ex consensu peccati patitur tenebras, quibus meretur carentiam visionis Dei, fetorem habet, & corruptionem, vnde generatur vermis conscientiæ corrosiuus. Horrorem habet, quia meruit ignem gehēnæ. Quattuor quaterniones sunt quattuor affectiones quadriformes: quaternio enim dicitur, qui præest quattuor. Hest. 4. Affectiones. Gaudiū voluntatis, dolor separationis, spes longanimitatis, timor penalitatis. Quorum quælibet præest quattuor, scilicet pueris, adolescentibus, viris, senibus. Duo milites sunt fortuna prospera, & aduersa, inter quas dormit Petrus, habens prosperitatem à dextris, aduersitatē à sinistris. Somno vero similis est cogitatio peccantium. Dormierunt somnum suum. Duæ cathenæ pronitas ad malum, difficultas ad bonum. De Sedechia, quia ligatus his cathenis ductus fuit in Babylonem. In liberatione Petri penitentia figurat quantum ad contritionem, confessionem, satisfactionem. Quantum ad primū dicitur astitit angelus, i. gratia Dei. Angelus descendens in piscinam, memoria peccatorum, aqua lachrymæ. Mouet angelus aquam, cū gratia mouet ad flendum pro peccatis. Descendere in piscinam est humiliari ad penitentiam, & tunc liberatur a quacūque infirmitate detineatur. Sequitur: Lumen refulsit in habitaculo, habitaculum carceris est conscientia peccato excæcata, vt patet in Samšone. Fulgor luminis, illuminatio gratiæ ad vitam præteritam emendandam. Habitantibus in regione vmbriæ mortis lux orta est eis. Latus affectus. Iob. 15. Operuit &c. Facies est cogitatio, latus affectus, crassitudo, & aruina est delectatio in peccato, percussio lateris, dolor affectus propter propositum emendandi. Excitauit eum dicens: Dormit homo: cum est in voluntate peccandi, excitatio propositum emendandi. 3. Reg. 19. Dormiuit Elias. Transeuntes autem, &c. Prima custodia est vinculum consuetudinis, secūda impetus tentationis, porta ferrea nimia spes virtutis, quæ omnia duce gratia præeunte confessione integra, duce Christo transeuntur, & sic liberatur peccator à carcere diaboli. Calida sterco-

A ra excæcauerunt iacentem in lecto, &c. sumens de felle piscis, &c. 11. Tob. Qui fatigatus ex sepultura reclinavit se iuxta parietem in lecto: significat illos, qui post bona opera proijciunt se in ocium, & voluptatem, & volitant hirundines, id est malæ cogitationes, quarum immunditia excæcatur oculus dexter, cognitio cœlestium, sinister cogitatio penarum, stercoreizat nos hirūdo, quando immunda cogitatione delectamur, quando consentit: tūc amittit oculos, quos gratia fecit, dextrum ad bona, quæ amisit, sinistrum ad mala, quæ meruit. Fel piscis, amaritudo compunctionis de peccatis, linitio oculorum ex felle est reuolutio doloris, & amaritudinis ex peccati consideratione, cuius virtute egreditur albugo de oculis, per quem consideratur inconsideratio, & obliuio Dei, & sui; qua amota, visus recipitur, quia gratia cœlestis infunditur, qua gloria, quam amisit, & pena, quam incurrit, videntur. Leuit. 11. Omne gressibile, quod mūdum, &c. Fissio pedis dolorem significat affectionis. Iob. 2. Scindite corda uestra: ruminatio confessionem. Qui ergo de peccatis dolet, & uera confessione commissa ruminat, ille mundus est. Camelus ergo, qui vngulam non findit, sed ruminat, significat illos, qui culpam confitentur, sed de culpa perfecte non dolent, sed magnitudine peccati, vel turpitudine, vel verecūdia, uel aliqua alia causa non confitentur: & ideo remanent immundi. Numer. 13. Misit Moy. exploratores, &c. In quo ostenditur modus, & peritia audiendi confessiones. Pertinet enim ad cōfessores explorare, & inquirere de terra, de populo quæ habitator est eius. Terra est conscientia peccatori, populus innumerabilis cogitationum, affectionum, & desideriorum multitudo. De populo primo duo sunt requirēda, an sit fortis, an infirmus: vtrum pauci, vel plures, quia primo debet confessor inquirere, an confessus habeat fortes affectiones, & inflexibiles ad bonum, vel econtrario infirmas, flexibiles, & superabiles. Secundo debet inquirere an sint pauci, vel plures, id est, an pluribus vitijs occupatus, vel paucis, vel plures occasiones peccandi, vel paucas habuerit. De terra vero, id est, de conscientia debet inquirere, an sit bona, an mala: & hoc triplici consideratione, an humus sit pinguis, an sterilis, nemorosa, an sine arboribus, an vrbes muratæ, an absq; muris. Tangitur hic triplex distinctio conscientiarum, siue animarum, est quædā obstinata, & hæc dicitur habere vrbes muratas, scilicet excusationem, & defensionem peccati, alia est sterilis absque omni bono proposito, vel bona operatione: est etiam terra sine arboribus, id est, propositum, non tamen sterilis, quia a pra ad producendum herbas, id est, opera imperfecta, sed nō arbores, in quibus sit perfectio bonorum operum, an sit humus pinguis, an sterilis, id est, an concipiat propositum bonæ operationis, an non. Et dato quod sit pinguis, id est, habeat bonum propositum, an sit nemorosa, an sine arboribus, id est, an sit propositum perfectionis, an non. Item de hoc idem Mar. 21. Inuenietis asinam alligatam, &c. asina, quæ est stolidia, est conscientia peccatoris reatu peccatorum astricta, pullus eius intentio, siue affectus, sed per discipulos soluitur, cum per sacerdotes absoluitur, & ad Christum adducitur. Et sedet dominus super eam per gratiam, & domini obedit mandatis. Mar. 7. Expuens tetigit linguam eius. Expuitio est vilitatis peccati ostēsis. Et spuendo linguam tangere, est ostēsis peccato peccatorē ad confessionem mouere. Vinculum vero linguæ soluere, est verecūdiæ, & pudoris obstaculum, quod multorum linguam ligat, ne constentur, amouere, quod rotum sit per gratiam Christi. Et istud figuratum fuit de cæco: Lutum, ait, fecit Iesus ex spūto, & linit oculum meum, & iui, & laui, &

Cogitatio.

Num. 13.

Circūstantia.

Cæcus.

& modo video. Sputum, & saliuà à capite descendit, sic gratia in nobis à Christo capite. De plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia. **Ioan. 1.** Lurum facere est uilitatem peccati ostendere, oculorum linitio, uilitatis peccati ostensio. Iui, per fugam peccati, & detestationem: laui, per lachrymarum effusionem, & confessionem: modo video per gratia infusionem. **Thob. 6.** venit ad fluuium Tigris, &c. Nota hist. Angelus gratia. **Thob. anima,** fluminis Tigris iudicium, quod interpretatur uelox, quia subito uenit dum non speratur. Qua hora nò putatis filius hominis ueniet. Ad hunc fluuium uenit **Thobias,** dum anima ob considerationem districti iudicij uult abire re pedes, id est, affectus. Sed uenit piscis, qui uult deuorare, id est, Dæmon, uel conscientia de peccato, qui per desperationem uult eum deuorare, sed per consensum angeli debemus apprehendere hunc piscem, & gladio cōpunctionis exēterare, & accipere cor, fel. & iccur. In corde cogitatio, in fel le peccati amaritudo, in iccore Dei dilectio. Fumus est deuota oratio: quia ascendit fumus aromatum de manu angeli. Debet enim peccator considerare æternam pœnam, quam meruit, & æternam gloriam, quam amisit, & sic accipit fel. Cordis particula, id est, una cogitatio, si super carbones pœnæ æternæ ponatur, & alia particula, id est, alia cogitatio ad spem uitæ æternæ referatur, extricant omne genus dæmoniorum, id est, curant omne genus peccatorum. Fel autem ualet ad tingendum oculos: quia oculos, quos culpa claudit, & delectatio peccati, consideratio amaritudinis pœnæ æternæ, amissionis gloriæ, offensæ diuinæ, aperit. Confessio debet esse propria. **Eccl. 4.** Non confundaris confiteri peccata tua. Hoc defecit Adam, cū dominus uoluit ab eo extorquere confessionem, dicens: Adam ubi es? **Gl.** Vox est inuitantis ad pœnitentiam. Ipse confessus est peccatum uxoris, nò suum. Domine mulier decepit me. Item debet esse accusans, non excusans: Dixi, confitebor aduersum me. **Prouer. 18.** Iustus in principio accusator est sui. Contra hoc fecit **Eua,** retorquens culpam in serpentem: Serpens, ait, decepit me. Item uera. **Psal.** Confitebor in uij prius ueritatem tuam. Hoc defecit in **Cain:** nā uolens dñs ab eo extorquere confessionem, ait, ubi est **Abel** frater tuus? Dixit nescio. Item pura, deposita mala uoluntate, & omni uoluntate peccandi. **Num. 5.** Versum mulier. Contra hoc fecit **Pharao:** Nam bene accusauit se Dominus. **Exod. 9.** Vere peccauit, dominus iustus, &c. Sed uoluntatem habebat, ut cessante plaga non dimitteret populum, sicut postea patuit. Talis est confessio usurariorum in morte, id est, submerguntur cum **Pharaone.** Item uoluntaria. Ex uoluntate mea confitebor. Non talis fuit confessio **Achor,** cui dixit **Iosue:** Fili da gloriam Deo, & non est confessus peccatum suum, donec per sortes fuit deprehensus. Item iusta, non aliqua praua intentione, Confitebor Domino secundum iustitiam eius. Hoc defecit in **Saule,** qui confessus est peccatum, ut saltem honoraretur coram populo, **3. Reg. 15.** Peccauit, sed honora me. Item humilis. **Dan. 9.** Posui faciem, &c. Talis fuit confessio **Publicani.** Stans a longe, &c. non talis confessio **Pharisæi** ibidem. Nō sum sicut ceteri homines. Item **Dauid** dixit, peccauit, &c. Item sperans, & confidens. **Psal. 42.** Spera in domino, quoniam adhuc confitebor illi. Non talis confessio **Iudæ:** dixit enim peccauit tradens sanguinem iustum, sed quia desperauit, ueniam non inuenit. Item debet esse integra: Confitebor tibi domine in toto corde meo. Non talis confessio **Anania,** & **Saphira,** quæ fraudauerunt de precio agri. Dic mihi quantum uendidisti, &c. Item tempestiua: A modo ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die, in diem. Non talis confessio **dam-**

na-

Anatorum, sed tarda, & infructuosa. **Sap. 5.** Errauimus a uia ueritatis, dicentes intra se, penitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. **2. Regum 15.** Porro **Dauid** ascendebat per cliuam oliuarum, id est, misericordiarum; Penitentia, uel religio, in qua ascendens scandere debet pedibus proficiendo, non descendendo, stendo pro peccatis, aperto capite, in quo confusio, & uerecundia significatur, ut nudis pedibus, id est, affectionibus ab omni carnalitate, & cura sæculi denudatis incedat per uiam satisfactionis, sed & omnis populus, qui est cum eo, id est omnes sensus, & omnes uires debent ascendere per inordinationem, ut si primo leuis fuerit audiendo, uel uidendo, & sic alijs, modo totum religetur, plorans per dolorem commissorum, & mortificationem, aperto capite per uerecundiam, & matura omnium sensuum conuersatione, & sic debet facere peccator uere penitens, & omnis religiosus. **Ierem. 41.** Uenerunt octoginta uiri rasi barba, &c. debet pœnitens esse rasi barba per contritionem, superflua refecantem, scissis uellibus per confessionem, occulta denudantem, scalentes per ieiunij satisfactionem, carnem macerantem, munera habentes in manibus, id est, eleemosynam, & orationem deuotam. **3. Reg. 19.** Non in commotione, non in spiritu, in igne, sed sibilu auræ tenuis ibid ominus. Quia si peccator oret in spiritu, si doceat, uel prædicet in commotione, si eleemosynam det in igne, non est ibi dominus. **Gen. 40.** Tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur **Pharao,** &c. **Ioseph** prudens confessor; pincerna uere confitens, pistor false confitens. Pincerna positus in carcere propter peccatum post tres dies contritionis, confessionis, & satisfactionis, quæ fiunt per illuminationem gratia, de carcere extrahitur, & in statum pristinum gratia restituitur, pistor uero damnatur. Et nota, quantum est periculum reuerti ad peccatum. **Matth. 12.** Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, &c. Immundus spiritus exit ab homine per confessionem. **Matthæ. 12.** Cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, ambulat per loca inaquosa, quia tentat deuotos, in quibus non inueniet requiem: quia tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Reuertitur in domum unde exiit, dum ille reuertitur ad peccatum, & inuenit domum scopatam, & sibi aptam propter falsam, & fictam pœnitentiam: adducit septem alios spiritus nequiores se, quia precipitat hominem ad septem mortalia peccata, in quibus forte prius non fuerat, & sic fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus, quia propter peccatum ingratitude permittit Deus, quod homo cadat in maiora peccata, & diabolus maiorem accipit in homine potestatem.

D

De Confessione Trinitatis personarum.

ET nota, quod Trinitas personarum fuit, & est in varijs rebus figurata, primo in sole, in quo sunt tria, lux, splendor, & calor, & unus est sol qui lucet, splendet, calet. Splendor a luce, non lux a splendore, sic filius à patre, **Hebræor. 1.** Cum sit splendor gloriæ. **Abachuc:** Splendor eius, ut lux erit. A luce, & radio prouenit calor, sic Spiritus S. ab utroque. **Secundo** de fonte, in quo sunt tria, fons, riuulus, stagnum. Fons à nullo, riuulus à fonte, stagnum ab utroque, & una est aqua. Riuulus induitur stagno, uel plumbo in canali, & non fons, nec stagnum. Sic filius indurus est carne humana, non pater, nec Spiritus Sanctus, sed cooperante patre, & Spiritu

Humilitas

1. Pet. 5.

Abac. 3.

ritu

ritu sancto, quia indiuisa sunt opera Trinitatis. Et nota exemplum Damasceni. Tertio in arbore, in qua sunt tria, radix, truncus, ramus. Radix à solo, truncus à radice, ramus ab utroque; sic filius à patre, spiritus sanctus ab utroque. Et sicut sunt multi rami, ita multa dona spiritus sancti. Truncus manente in radice potest indui, ita quod non radix, neque ramus, sic filius indutus est carne humana, ita quod non pater, nec Spiritus sanctus. Et nota exemplum de digito, in quo sunt tria, scilicet os, caro, & pellis, & non est digitus, similiter de igne, in quo est substantia, claritas, & calor. Similiter de anima, in qua sunt tria, memoria, intelligentia, voluntas, & una est mens, siue aia, similiter de pomo, vel flore, in quo sunt color, odor, sapor. Similiter de vno panno, in quo sunt tres plicæ, & vnus pannus. Gen. 18. Abraham in seruore diei, quando scilicet est plena lux diei, vidit credendo tres viros, tres personas, & vnum Deum adorauit. Gen. 40. Videbam vitem, in qua erant tres propagines, &c. Ioseph prædicator, & doctor, quia habet mysteria declarare, pincerna quilibet fidelis, vitis diuina essentia: tres propagines, tres personæ.

De delictis, & voluptatibus carnalibus.

Delictiosi, & voluptuosi figurantur per Cain. Quia sicut ille capitis, sic illi semper patiuntur tremorem mentis, & voluntatis. Nam concupiscentia est infinita, & in nullo quiescit. Vnde egressus Cain à facie domini habitauit in terra profugus ad Orientalem plagam Eden; quod sonat de litia, quia delictiosi, & voluptuosi perdunt consolationem diuinæ maiestatis, & fugiunt ad consolationem voluptatis. Et notabile est quod dicitur, in littera quia dominus posuit signum in Cain, quod ad litteram exponitur de tremore capitis. Ex nimia enim resolutione in voluptates nascuntur paralisis, febris, & aliæ infirmitates, sicut patet de voluptuosis, qui raro sunt sani. Job 30. Ad dexteram Orientis calamitates meæ illico surrexerunt. Ad Orientem cupiditatis habitant, qui recipiunt beneficia, & dimittunt ecclesiasticas, & ecclesiasticas beneficia. Ezech. 8. Isti sunt homines habentes faciem ad orientem, & dorsa versa ad altare. Ad orientem vanitatis, habitant superbi, & curiosi, qui magis querunt superstitiosa, quam fructuosa, philosophica, quam theologica, quibus dicit Esa. 55. Quare appenditis argumentum vestrum in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Contra quod Matth. 2. De illis, qui dimittunt philosophica, & querunt theologica. Magis ab Oriente venerunt dicentes, & querentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Ibi enim inuenitur Iesus in sapientia theologie; quia inuentus est in templo in medio doctorum theologorum, non in vanitate mathematica, vel philosophiæ. Job 23. Si ad Orientem iero, non apparet, Iud. 12. Holofernes fecit cœnam magnam seruis suis, & dixit ad Vago eunuchum: Vade, & suade hebræo illi, vt sponte consentiat habitare mecum. Holofernes interpretatur infirmans, vitulum saginatum, significans concupiscentiam carnis, quæ eneruat, & debile reddit corpus delicatum, & spiritum laiciuum. Vnde & Samson in sinu Dalilæ obdormiuit, & capillis rasis virtutem amisit, & cœtus seruituti molæ se subiecit. Sinus mulieris, blandimētum carnis: capillus capitis, radius contemplationis, caput Samsonis principale mentis: labor moralis circuitio delectationis, & consuetudinis. Nota de diuite Epulone, qui indutus erat purpura, & epulabatur quotidie splendide. Quare supra fol. 6. a. Voluptuosis dicitur. Maledicta terra in opere tuo

Vide de concupiscentia, de gula, & de luxuria. Genes. 4.

Doctores studentes.

Theologia Sapientia.

Iud. 16. Virtutes. Consuetudo

Genes. 3.

A tuo spinas, & tribulos germinabit tibi. Terra maledicta est caro vilis, & immunda, in qua non est tutum seminare: quia qui seminat in carne, de carne metet corruptionem: fructus eius malus, quia spinas malarum cogitationum, & tribulos multarum anxietatum profert his, qui eam colunt. Luc. 17. Dicitur de carnalibus, & voluptuosis. Vxores ducebant, & dabatur nuptui vsque ad diem, quo intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. 3. Reg. 21. De vinea Naboth fecit Achab hortum oleorum, & tamen facere debuit econuerso: quia extirpada sunt germina carnalitatatis, & fragilitatis carnis, vt plantentur opera, & affectiones spiritus. Dicitur de Tyro, quæ habitabat in corde maris: Ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum. Tyrus interpretatur angustia, anima enim, quæ a se exit propter consolationes exteriores, & carnales in magna angustia est, licet non aduertat. Sicut enim per potum aquæ frigidæ, atque vini internarum febrium ardorem credunt se posse euadere, & febrem extinguere, tamen in de amplius incitatur calor febrilis, & post modicum reuelationem sequitur maior angustia: ita post breue solatium, dum homo reuertitur ad consuetudinem, tanto grauioribus incitantur stimuli, quanto magis fuerit inueterata consuetudo licentiæ. Et additur: Longe ad peregrinandum: quia sicut effrænes ex impetu cursus magis incitantur ad currendum, sic quanto diutius recessimus a conscientijs nostris, tanto longe progredimur, & minus sumus habiles ad reuertendum. Voluptuosis, & carnalibus dicitur. Incensum abominatio est mihi cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Quilibet enim morsellus est sanguis pauperum, qui comeditur in mensa diuitum, & voluptuosorum. Venit locusta, & brucus, & comedit omnem fructum terræ eorum, Locusta salit, brucus totus est in ventre, & significat carnales, & lasciuos, qui non faciunt fructus solidos, sed glandes, quæ sunt cibus porcorum, hoc est Demonum, qui intrauerunt in porcos, per quos voluptuosi, & carnales figurantur. Carnales, & voluptuosi non sentiunt aculeos diuinæ comminationis, & inspirationis: vnde sunt sicut cōsopiti: quia vacant dulcedini carnis quasi delectationi somni breuis, qui dormiunt cum Iona in sentina nauis, cum Samson in gremio Dalilæ, cum Isboseth in meridie, & moriuntur percussim, in sanguine: immo cum Beemoth in locis humentibus. Isti non sentiunt passionem Christi per considerationem, quia carnalis anima consopita in carnis dulcedine, non sentit passionem Christi in deuotione, licet eam arguant prædicatores, licet trahant ad bonum conscientiam, arguentes remorsiones, sed semper recedit in pristinas ebrietates, quasi insensibilis facta: quia vino fornicationis inebriata. Dederunt filie Loth patri vinum bibere, nec qui de tunc sensit quando concubuit cum eis. De voluptuosis dicitur. Vino pretioso, & vnguento impleamus nos, non prætereant nos flos temporis, coronemus nos rosas antequam marcescant, nullum pratium sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Vino, ecce gula. Nullum pratium, &c. ecce luxuria, quia propinqua sunt venter, & genitalia. Et quia in utroque breuitas voluptatis interponitur præteriens, & rosa marcescens. Momentaneum enim est quod delectat, sed æternum est, quod cruciat. Dixit ergo vino pretioso: est enim videre in conuiujs aliquorum tot, & tanta vinorum genera, vt si dolia afferrent, tabernarios putes. Cum enim ex diuersis ferculis resoluti fuerint fumi ardentes, palpitat anima in illo corpore, & nisi vino frigidando perfuderis, viscera, & intestina torrentur, sicut stupentes aqua perfundimus frigida, vt ad sensum redeant sicut dicit Seneca de naturalibus que

2. Cor. 9. Cogitatio. Cur.

Esa. 23.

Esa. 1. Oratio.

Psal. 14.

Matth. 8.

Dormire. Ion. 2. 1. 2. Reg. 2. Iob 40.

Gen. 19.

Sap. 12.

Exemplū. **Gen. 19.** **Gula.** **Luxuria.** **Societas.** **Gula.** **Mors.** **Thob. 2.**

stionibus: vino, & vnguentis, quæ coniunctio, nescio, nisi cōfusio, eo quod omnia prædamur, & totam prædam maris, terræ, & aeris in stomachi voragine congerimus. Impleat, ait, & si varietas ferculorum sensibus ipsis tollat fastidium, miser tamen stomachus, dum cunctipotens quodammodo esse cogitur, oneratur. Non nos prætereat flos temporis, breue est enim omne, quod transit. Esa. 28. Væ coronæ superbiis, ebrijs Effraim, flori decidenti gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguiſſimæ errantes à vino. Vinum enim, & acuta cibaria auferunt lumen oculorum, & corporalium, & spiritualium. Et si errare faciunt. Sicut enim dicit Trogius Pompeius: Dionysius tyrannus Siciliæ, dum edacitati, & gulæ deditus erat, oculorum lumen amisit. Lege Portumanum, & dicit. Cibi edacitas non cibos, sed oculos vorat: lege Leonicenum, & dies, athletas, quorum ars in sagina est, & animæ quasi luto sanguine, & adipibus inuoluuntur, nec diu posse vivere, nec aliquid spirituale posse cogitare. Fugere debemus carnis delicias sicut Ioseph. Iniecit domina oculos in Ioseph, & ait. Domi mi mecum, qui relicto pallio fugit, & egressus est foras. Hæc domina iniecit oculos in Ioseph quasi à longe quando decipimur à voluptate carnali per aspectum, colloquitur nobiscum, quasi iam accedens propius quando consentimus per affectum, sed apprehendens nos detinet quando procedimus ad effectum, sed fugiendo deliberamur. Hæc autem scilicet carnalitas, & voluptas fugienda est, quia & corpus subijcit in firmitati, animam brutalitati, & spiritum anxietati. Matthæ. octauo. Grex porcorum impetu magno mortuus est in aquis, pastores autem fugerunt. Porci suffocantur in aquis, quando commutata Dei similitudine in similitudinem pecoris, carnales volutantur in delicijs. Vnde Pitagoras, cuiusdam dicenti se libentius conuersari cum mulieribus, quàm cum Philosophis, ait. & sues libentius in cæno, quàm in aqua limpida volutantur. Voluptuosi sunt similes filijs Hely, de quibus dicitur: Porro filij Hely filij Belial, qui nesciebant officium sacerdotum ad populum, magis curantes de cibis lautè preparandis, quàm de adipibus secundum consuetudinem adolendis. Dan. 3. Sacerdotes ingressi nocte secundum consuetudinem suam, & vxores, & filij eorum comedebant omnia, & bibebant. Requies voluptuosorum est breuis, & periculosa. Vnde Luc. 12. Anima mea multa habes bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, & bibe: sequitur: stulte, hac nocte reptent animam tuam à te. Duæ cathenæ, quibus Petrus est ligatus in carcere, sunt concupiscentia tripliciter contexta ex appetitu diuitiarum, deliciarum, excellentiarum. Alia est ignorantia similiter contexta cum ignoret peccator quid liceat, quid deceat, quid expediat. Sap. 17. Vna cathena tenebrarum omnes erant compediti. Voluptuosus, & diuitibus dicitur Sap. 5. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis: transferunt hæc omnia velut vmbra, & præmittitur, viam domini ignorauimus. Vmbra cum nihil sit videtur aliquid esse, sic temporales diuitiæ. Act. 9. Surrexit Paulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Voluptuosus si sunt similes papilionibus, qui multum delectantur in lumine, & ad lumen candellæ seipsos comburant. Sic istius delectationibus carnalibus cremantur. Reliquit Thobias prandium suum, vt sepeliret mortuum. Bene. n. relinquendum est prandium carnalis delectationis: quia non possumus vacare puritati spiritus, & delectari onibus carnis, nec vacat mysterio, qui iacens resolutus in lecto, per quod quies voluptuosorum designatur, excatus est stercorebus hirundinum, quia voluptuosus occurrunt fædæ cogitatio-

A **B** **C** **D**

rationes excæcantes, & inflammantes. Luc. 11. Vxorem duxi. Iste non potuit venire ad nuptias ligatus vinculo carnalitatibus. Isti sunt, qui procurant carnem, & magis curat de ancilla, quàm de domina, scilicet de anima. Job. 21. Dulcis fuit glareis Cocyu, & post se omnem hominem traher, & ante se innumerabiles. Cocytus est fluuius infernalis: glareæ sunt lapilli, quos trahit iste fluuius, & significat illos, quibus non sunt dulcia promissa cælestia, sed carnalia desideria, & tentamenta diabolica, quos diabolus se cum trahit sicut fluuius lapillos, post se autè trahit omnem hominem, &c. hoc est eos qui tentationi eius consentiunt. In Græcia sunt duo fontes, quorum vnus memoriã, alter obliuionem auferit. Primus est abundantia diuitiarum, & deliciarum, qui tollit memoriã diuinorum beneficiorum, cuius aqua bibunt Aegyptij appetentes aquam turbidam, relinquentes fontem aquæ viuæ. Jer. 2. Fontes dicit. Quia semper fluunt ad nos Dei beneficia, & magis ardet ignis auaritiæ. Sap. 19. Ignis in aqua magis valebat super suam virtutem ex aqua extinguentis naturæ obliuiscēbatur. Alius vero fons auferens obliuionem est paupertas ista, quæ resuscitat hominem quasi mortuum, vt cogitet de Deo, & memoretur eius. Est etiam quidam fons in Chio insula, de cuius aqua bibentes efficiuntur hebetes. Hæc est aqua voluptatis, & deliciarum carnalium, de qua bibentes sunt hebetes ad intelligentiam diuinorum, & præsentium periculorum. Istæ sunt aquæ profundæ, quæ non permittunt eos, qui vacant delicijs, & voluptatibus pericula latentia, & feces, quæ latent in profundo videre. Prouerb. 23. Aqua profunda est meretrix, id est voluptas carnalis. Apoc. 17. Ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, id est voluptates fluxibiles, & transibiles. Sunt etiam istæ aquæ non solum profundæ, sed etiam tenebosæ. Tenebrosa aqua in nubibus aeris, id est, in voluptatibus temporalibus, & transitorijs ad modum nubis. Eccl. 2. Dixi in corde meo ludam, & affluam delicijs, & fruam bonis. Sequitur. Vidi quoque, quod hæc est vanitas. Et bene vanitas, quia vanum est quod non præbet plenitudinem contenti, falcimentum inuitenti, fructum laboranti. Sic delitiæ non replent spiritualiter, nec sustentant etiam corporaliter: immo mortem accelerant euidenter, non fructificant æternaliter, nisi pœnaliter. Pœna enim eterna est fructus talium bonorum. Voluptuosus ergo sunt qui dicunt. Venite, fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, non prætereant nos flos temperis. Isti colligunt damnationem æternam. Exemplum de diuite Epulone, qui induebatur purpura, & bisso, & epulabatur quotidie splendide, & sepultus est in inferno. Herodes rex in natali suo fecit cœnam magnam principibus, & tribunis, & primis Galilææ, & de crudeli interfectione Ioannis Baptistæ in conuiuio vidit sententiam contra se. Mane, Techel, Phares, & mortuus est. Holofernes, fecit cœnam magnam seruis suis, &c. quare infra fol. 70. Iosue quinto. Defecit Manna propter quod comederunt filij Israel de frugibus, quia anima, cuius portio superior per amorem, & consensum tangit ista temporalia, & voluptates, nunquam delectatur circa spiritualia: cum enim gustat fructus terræ, & carnalitatibus, deficit ei Manna supernæ dulcedinis, & consolationis: & ideo mensilla, quæ degenerans conuertitur inferius semper esset reuocanda superius: quia vt dicit Gregorius. Gustato spiritu desipit omnis caro. Eccl. 2. Dixi in corde meo, vadam, & affluam delicijs, & fruam bonis, & vidi quod hoc quoque effectus vanitas

vanitas, risum reputavi errorem, & cum gaudio dixi: quid frustra deciperis? affluam, a t. delictis, & fruor bonis. Quod est amplexari Arram pro pretio, & munusculum pro infinito bono, gaudiola pro immenso gaudio, vram bram pro lumine, phatasma pro re. Vidi, quod in his esset vanitas: propter enim tenuissimam delectationem quæ aspersa est in terrenis, quam lingimus, credimus esse solidam delectationem in eis, sed si fortiter morderemus, & palatū infigeremus, & non tantum lingeremus, vt in Psal. 71. Dicitur inimici eius terram lingent, veram amaritudinem inueniremus: propter quod dicit alia translatio: Risum reputavi amentiam, & iocunditati dixi, quid hic facis? Sicut enim amentia est, vt infra dicā, risum asini reputa re risum hominis, sic delicias corporis reputare delicias hominis, vel amentia. Et hoc est quod delectatio corporis carcer est animæ, & talis risus est sicut fatui, qui est in carcere, vel in vinculis. August. Risu malorum est risus freneticorum. Isti sunt, de quibus dicitur: Tenent tympanum, & cytharam, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, quia extrema gaudij luctus occupat. Vocans Rebecca filium suum Iacob dixit ad eum: Esau frater tuus minatur tibi, vt occidat te. Nunc ergo confurgens fuge ad Laban fratrem meum in Aram, habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat ira fratris tui. Hæc est gratia diuina, quæ appetitum humanum ad se trahit, & contra carnalem affectum, qui semper est ex parte carnis, eundem munit, suadens, vt cōfugēs à carnis illecebris sæcularia desideria fugiat, & ad mentis candorem tendat. Laban enim candidus dicitur, Aram autem irascens, vel exercitus intelligitur. Forte innuitur, quod fieri non posset electus, nisi carnalibus illecebris inueniatis iratus. In Iosue legitur quod deficiebant aquæ inferiores, & intumescabant superiores. Mirum spectaculum aquas inferiores, & intumescere, & deficere, & superiores in similitudinem montis intumescere, & immobiles stare. Sed cum aquæ quælibet dulces in mare descendunt, dulcedinem amittunt. Tunc aquæ inferiores decurrunt in mare, & deficiūt quando temporales delectationes terminantur in pœnitentiæ luctum. Qui enim de temporalium delectatione gessunt, dulcem aquam in amarum vertunt, & tunc superiores ad similitudinem montis intumescunt, quando deficientibus voluptatibus terrenis, vel delectationibus voluntatis affectiones in eminentiam charitatis surgunt. Genes. 24. Vallis siluestris habebat multos puteos bituminis. Quare supra fol. 70. Anima quæ subijcitur concupiscentijs dicitur infidelis, quia proditiosè nos subijcit inimicis nostris. Eccles. 18. Post concupiscentias tuas non eas. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius faciet te in gaudium inimicis tuis. Istæ sunt nuptiæ inter Samsonem, & Dalidam, quæ eum tradidit in manus Philistinorum. Dalida situla, vel pauper-cula, semper enim inhiat concupiscentiæ ad carnis voluptatem nesciens saturitatem habens breuem, & pauperem voluptatem. Est autem talis concupiscentia sterilis, nullum faciens fructum boni operis. Iob 24. Pauit sterilem, & quæ non parit. Et hoc significatum est in nuptijs David, & Micol, quæ non peperit David filios, de qua dicitur quod non est ei natus filius vsque ad diem mortis suæ. Non enim habet prolem nisi fetidam, & corruptam: quia qui seminat in carne de carne metet corruptionem: Cum sicut legitur 2. Reg. 21. Genuit Adiel ex ea. v. filios, quos omnes David exposuit morti, &c. Quere supra fol. 78. Iob 1. Residuum cruce comedit locusta, & residuum locustæ comedit brucus, & residuum bruci comedit rubigo: expergiscimini ebrij, & scete, & vultate omnes qui bibitis

Iob 21.

Gen. 27.

Jud. 16.

2. Reg. 6.

2. Cor. 9.

- A** vinum in dulcedine, quoniam perijt ab ore vestro. In cruce, quæ toto corpore reperit, luxuria intelligitur, in locusta, quæ breues dat saltus, vana gloria, in bruceo, qui est totus in ventre, gula, in rubigine consumente iracundia. Hæc vitia sibi succedunt in mente: quia si quis libidinis victor fuerit, statim per adeptionem castitatis vult laudari, & incipit vanè gloriari. Si hanc euaserit, incipit liberius à gula impeti, quam etiam si vicerit per abstinentiæ austeritatem, statim iracundior efficitur, & animæ tranquillitas perturbatur. Et hæc vitia de carnis concupiscentia nascuntur, ideo sequitur: Expergiscimini ebrij, &c. Cuius delectationis breuitas subditur: Quoniam perijt ab ore vestro. Subdito enim læticia vertitur in tridum, vita in mortem, dulcedo in amaritudinem, promittit diurnitatem, & soluitur in breuitatem, & sicut anguilla, quanto magis stringitur, tanto magis labitur, sic voluptas, & carnalis concupiscentia, quanto tenacius stringitur tanto velocius amittitur; Secundi Reg. 13. Cum remulentus fuerit Amon vino, interficite eum. Quia dum sunt in præsentia læticia, multi subtrahuntur à vita. Exemplum Balthasar, cui dictum est: Mane, Techel, Phares, Deut. 32. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile, Bernardus. Diabolus ingredientibus proponit mel sophisticum, progre dientibus fel, & acetum, & egredientibus execrabile venenum aspidum, si tire absinthium huius mundi, sequi naufragium vitæ præsentis, labentis patenti naufragium. Nota ergo quod dicit venenum aspidum: est enim quoddam genus aspidis, quod somno necat, sicut paruit in Cleopatra, quæ aspides marmillis apposuit, & sic quasi somno morte soluta est. Sic delectatio carnis perimit animam, dum aufert ei gratiam, & sanitarum. Vnde Prouerb. 13. Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius, ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber. Iste morsus est pœnæ æternæ, ad quam obligamur pro temporali delectatione. Prouerb. 23. Cui vix, cui rixæ, cui fouea, nonne his, qui morantur in vino, & student calicibus epotandis? Et bene dixit mordebit, vt coluber, minutatim tactus flexibus sinuosis coluber serpit, & ori dormientis insidiatur, & per os apertū tanquā in cauernā in vetrē intrare nititur, sed cum odore lactis equini calidi extrahitur: sic diabolus per quosdam circuitus occultos animam decipit donec quasi illapsus totam possederit, & tunc pœna æterna affligit. Ideo remedium est vt in tentationis exordio statim repellatur eius tētatio, & tūc tota foris remanet si cum baculo crucis Christi, & memoria passionis caput serpentis conteratur. Gen. 3. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius: insidiatur calcaneo, quia nouit extrema ferire dum facit sanctos de completa victoria superbire. Lac autem equinum calidum, quod ipsum extrahit, est fetuens imitatio sanctorum, qui fuerunt equi validi, & feruidi, hoc est mortificatio carnis, & dulcedo lactis est pietas mentis. Et sa. 66. Egredientur, & videbunt cadauera illorum virorum, qui præuaricati sunt in me: Cadauera sunt peccatores fetidas añas habentes, quasi sepultas in corporibus suis: licet ad tempus florere videantur, & delicate pascantur, tamen in morte tanquam vilia cadauera relinquuntur. Sicut accipiter, & nifus, qui ponuntur in pericis, & super pugnum portantur, & carnis pascuntur, & in more in sterquilinum proijciuntur. Sed gallina, quæ pastum suum cum labore querit, ut sustentetur, & sæpè figuratur tandem ad mensam Domini cum honore portatur. Exemplum de Lazaro, & diuite Epulone. Iudic. 16. Fecit Dalida Samsonem dor-

Dan. 5.

Tentatio.

Diabolus.

Mulier.
8. Reg. 3.

gare super genua sua, ubi raris septem crinibus eius, hoc est, septem tricaturis crinium, ut dicunt, recessit ab eo fortitudo eius. Nihil enim adeo mentem eneruat, sicut cum aliquis ad carnalem concupiscentiam affectum mentis inclinat. Hæc est meretrix illa, quæ dormiendo filium suum suffocavit: quia voluptas carnis spiritum decipit, & vitam gratiæ tollit. Amos 6. Dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Ad literam illa dicunt ad exaggerationem voluptatis, quæ est in clericis, qui gratiam Christi in luxuria transferunt, & patrimonium crucifixi voluptuosè expendunt, & maxime in diebus festiuis delitijs intendunt. Comedunt de grege agnum, &c. Hoc est, quod ita habent delicatum palatum, quod in magno grege vix invenitur agnus, vel hædus qui eis placeat ad comedendum, & ut protrahatur magis eorum prandium in musicis instrumentis cātare faciunt. Et hoc est quod sequitur: Qui canitis ad vocem Psalm. tertij. Ideo sequitur: Migrabunt in capite transmigrationis, ut sicut ipsi fuerunt caput in culpa, ita erunt priores, & maiores in pœna. Ezechie. 1. A sanctuario meo incipietis, &c.

De lingua.

Psal. 38.

Quia lingua nimis prona est ad loquendum, ideo posuit Deus murum, & antemurale eius custodiam: Dixi custodiã vias meas, ut non delinquam in lingua mea, posui ori meo custodiam. Quære sup. fol. 51. Exo. 6. Labijs incircuncisis. Quære sup. fol. 52. Leuit. 13. Quicumq; cumlatus fuerit lepra, &c. Quære sup. fol. 53. Ibidem in Prou. & in lib. Iud. Ad honestam, & perfectam conversationem multum facit sobrietas linguæ. Conversatio enim perfecta debet esse quadrata, ut sit solida, nec de facili cadat ad modum corporis quadrati, quia quattuor debet esse in perfecta, & honesta conversatione, disciplina in habitu, in gestu, in locutione, in comestione, & coaptatione vestimentorum. In genere, ut non sint vestimēta nimis preciosa: in qualitate, ne sint nimis nitida, vel indecenter fuscata: in conformitate sint irreligiosè composita, vel curiosè, sed humilitatem prætendentia, sapiētia non nimis magna, vel dependentia, vel fluxa, vel nimis stricta; in coaptatione quantum ad modum portandi, ut patet in eis, qui rugant vestimenta, dilatant, findunt, caudas assumunt, terras verrunt, &c. Gestus autem, modus, & figuratio membrorum corporis, qui sex modis reprehenditur: si est mollis per lasciviam, si dissolutus per negligentiam, si tardus per pigritiam, si citatus per inconstantiam, si procax per superbiam, si turbidus per iracundiam. In locutione autem quinque observanda sunt, quid loquendum, cui, quando, quantum, ubi, quomodo. Quid, ut nunquam dicantur otiosa, hoc est, nociva, aut inhonesta, aut inutilia. Inutilia sunt, quæ nec loquentibus, nec audientibus profunt: inhonesta, quæ non conveniunt dignitati loquentis, vel cui loquimur, vel de quo loquimur. Nociva sunt quæ audientes ad prauitatem inducunt. Loquatur autem unusquisque secundum quod decet personam suam, & secundum ætatem: quia senes debent loqui de discretione; bene consulendi iuniores de instantia benefaciendi, vel secundum scientiam: quia sapien-

Conversatio.

Vestimenta.

Religiosus.

H.

Ates debent loqui de mysterijs scripturarum, simplices de exemplis bonorum operum, vel secundum officium: quia qui tractant exteriora negotia, loquuntur de solertia acquirendi, qui verò interiora de disciplina viuendi, vel secundum conditionem, quia prælati loquuntur de præuisione rerum, subiecti de obedientia præceptorum. Et sic loquatur unusquisque secundum qualitatem suæ personæ, quæ variatur dictis modis. Attendat etiam in locutione, cui loquitur, quia cum stulto, & fatuo non multum loquaris, maxime quando desperatur de correctione eorum quibus loquimur, & timemus de fragilitate nostra, ne scandalizemur: sapientes enim velle docere, superbia est, & obstinatos velle corrigere, infania est. Quando ergo cum alio loqueris considera si propter te, aut propter alium loqueris: si propter te, id est, utilitatem tuam, videas utrum ille talis sit, de cuius colloquio utilitas provenire possit: si propter alium, caueas ne talis sit, qui tua excitatione non egeat, vel se corrigi non permittat. Unde nunquam est loquendum nisi, vel ad nostram utilitatem, vel aliorum. Hoc est ut à sapientibus discamus, vel indoctos docibiles erudire curemus. Attende etiam ubi loquendum: quia quædam sunt loca, in quibus perpetuum silentium est seruandum, ut in oratorio, ubi secundum Aug. nihil agendum est nisi illud, ad quod est factum. Quædam vero sunt loca, in quibus pro disciplina, & instructione morum est loquendum, quædam in quibus de seripituris est conferendum, quædam in quibus de prouisione exteriori. Sed nulla sunt loca, in quibus de superfluis, & vanis sit loquendum. In locis autem sacris, & diuinis non sunt faciendæ confabulationes, nec in locis, ubi de disciplina agendum est, vitilandæ quæstiones, vel confabulationes, vel contentiones, nec in locis, ubi agendum est de intelligentia scripturarum, sunt tractanda exteriora negotia, nec quæ debemus dicere pluribus dicenda sunt in occulto, nec quæ paucis reuelanda sunt, dicenda sunt in manifestis. Attende etiam quando loquendum, quia tempus loquendi, & tempus tacendi habet enim omne verbum suum tempus, siue quando tacere debeat, & quando proferri. Et tempus tacendi debet præcedere, ut prius per silentiū addiscamus, quid debeamus postmodum dicere. Tacendum est autem aliquando, ne interrompamus sermonem eius, qui primo locutus est, & sic eum & auditores offendamus. Aliquando vero est tacendum, quia præsentibus non sunt, ad quos loqui debeamus, hoc est vel propter reuerentiam personæ, vel propter indignitatem eiusdem. Aliquando etiam tacendum est propter uitandam præcipationem loquendi quia in multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur uerba sua, prudentissimus est. Aliquando propter reuerentiam personæ. Eccl. 11. In medio seniorum ne adjicias loqui, adolescens loquere in tua casa uix, &c. Aliquando quia non sufficienter deliberamus quid loquendum. Eccl. 5. Si est tibi intellectus sponde proximo tuo, sin autem sit manus tua super os tuum ne capiaris in uerbo indisciplinato. Qui hæc impedimenta cauerit, sciet quando debeat loqui. Tum consideret, quod aliud est tempus, quando ei, qui uoluerit loqui, conceditur, aliud quando ei, qui uoluerit loqui, pro culpa reputatur. Sapiens autem æquè cauet, ne tempore, quo loquendum est per negligentiam simulat, uel in multiloquium cadat. Attende et quomodo loquens, hoc est quo gestu, quo sono, qua significatione: gestus sit modestus, & humilis: modestus, ut nec inordinate, nec impudicè, nec turbulenter interloquendum membra moueas, nec oculorum nutibus, uel indecenti conformatione, uel transmutatione nutus prolationem

Locutio.

Lingua.

Ecclesi. 3.

Silentium.

Prou. 10.

sermonis imminuas: Humilis, vt apud auditores gratiam inuenias. Sit etiã sonus demissus, & suavis, demissus ne strepitu, & immoderata clamoritate auditores terreat, aut prouocet, vel offendat: suavis ne asperitate onerat animum auditoris. Sicut exasperat aures. Sit significatio vera, & dulcis, hoc est sententia sermonis vera, non falsitas verbis phaleratis composita. Sit etiam dulcis, quia sæpe veritas auditoris amara efficitur, si sine ratione, vel dulcedine hoc est importunè, vel impiè contra auditorem sermo proferatur. In mensa etiam disciplina seruetur in duobus in habitu, & in cibo: in habitu tripliciter, tacendo, videndo, se continendo: quia ibi maximè hoc est inter epulas seruandum est silentium, vbi lingua inflammata per crapulam, inflammatur ad loquendum, & lubricatur per totum. Videndo, quia non debet tibi habere oculos vagos, vt circumspeciamus in cibos alienos, sed in ea, quæ nobis opponuntur: pudicè demissos, sese continendo, vel nihil in gestu aliquo appareat inhonestum, vel lasciuum: sicut econuerso quidam intemperantiam animi sui ostendunt indecenti agitatione membrorum, caput excutiunt, oculos circunducunt, brachia exeunt, manus extendunt, vel in altum, vel ad scisos implendos, vel ad socios depradandos, vel ad panem inutiliter comminuendum, linguam sub nullo fræno, sub nullo modo custodiunt. In cibo etiam obserua disciplinam, vt videas, quid sumas, quantum, & quò modo. Quia non nimis preciosa, vel delicata propter luxuriã, nec nimis laudatè, & accuratè preparata propter superstitionem, hoc est ne immoderatas delicias quæras, nec ciborũ nouitates, nec superfluous præparatiõnes. Attende etiam quantum, hoc est quod nihil sumas cõtra honestatem, vel supra necessitatem. Attende etiam quomodo sumere debeas, quàm mundè, quàm temperatè. Mundè non in mensalibus carnem scindendo, vel super iniiciendo, non bibendo digitos calicibus immergèdo, nec vnctas manus ad vestes tergendo, non salsamentum super pectus fundendo, non nudis articulis vice coclearis piscando, sed temperatè, & comedèdo tractim, non nimis festinando, non nuda manu nasum mundando. Lingua bene regitur, cum profert sermonem correctionis, contra seipsum, eruditionis quoad proximum, orationis quo ad Deum. Exo. 23. Mendaciũ fugies, infontem, & iustum non occides. Ex mendacio siquidem procedit detractio, quæ bona aliena mutat, vel minuit. Aliena mala nõ fingit, si nulla sunt, vel magnificat, extollit & publicat si quæ sunt: & vt eis credatur fidelius, eorum, quos latenti odio persequuntur, laudes prædicant, & amicitiam simulant, sed in fine, & calce sermonis subiiciunt vitium, sed modicum, quod præcedentibus aduersatur, & vbiq; qui illustrioribus clarescunt meritis, acrius toxicato detractiois dente roduntur: ideo dicitur, mendacium fugies, & infontem, & iustum non occides: quia spiritum gratiæ, à quò est vita gratiæ, quam extinguit in primo persequuntur.

Detractio. Detractores sunt, qui intingunt tunicam innocentis Ioseph in sanguine. Sanguinem enim fundit, & carnes crudas cum sanguine contra legem comedit, qui famam denigrat, aut tollit. Ipsi sunt fera pessima, quæ deuorat innocentem Ioseph. Non est publicanda infamia alicuius. Luc. 17. Dixit senior frater de fratre adolescente: Filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit, occidisti, &c. Edebant, bibebant, vxores ducebant, vsque in diem, quo introuit Noe in arcam, & venit diluuium & perdidit omnes. Bene dicit edebant, & bib. &c. quia gula ponit mensam, malitia, & nequitia panem fermentatum exclusis azimis sinceritatis, & veritatis. Ebrietas propinat vinum clamans, inebriemus nos vino, videte quam

quàm blandè ingreditur vinum, quod flauescit in vitro, sed tacet quod sequitur, in nouissimo mordebit ut coluber. Crudelitas per homicidia. Carnes concidit in frustra furor igne persecutionis in stomacho indignationis quasi in olla decoquit, fluctus funebre spectaculum præbens inde apponit, & carnem appositam, detractio minutatim incidit, aliquando circa faeces, aliquando circa renes, circa alias piscium, & pecudum partes, dum detractio alium asserit gulosum, alium luxuriosum, alium garrulum, alium vagum, & ita de alijs. Apponitur salsamentum ex pipere, & alio, uirentibus herbis, & aceto. In pipere designatur calor iracundiæ, in aceto rancor tristitiæ, in alio feruor contumeliæ, in herbis uirentibus liuor inuidiæ. Quibus additur sal fatuitatis, quia sal sapientiæ euauit inter illos conuiuas. Et ideo venit diluuium, & tulit omnes. Leuit. 7. Anima, quæ ederit sanguinè peribit. Sanguinem edimus, & fundimus, quando famam alicuius detrahèdo, denigramus. Tũc tunica Ioseph intingitur in sanguine per iniquos fratres suos. Deut. 32. Ne indueris uestimento, quod ex lana, linoque contextum in præsentia. Lina grossior significat opus uisibile, & illa, quæ fiunt, uel dicuntur in præsentia. Lina quod est subtilis significat odium occultum, nestem ergo ex lana, linoque contextam contra legem Dei induunt, qui in præsentia signa amoris alicui ostendunt, & in absentia ei detrahunt. De quibus Psal. 27. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis secundum opera eorum, &c. Dan. 7. Ecce alia bestia similis vrsi in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & dentibus eius, & sic dicebant ei. Surge comede carnes plurimas. Inuidia quæ est mater detractiois dicitur secunda bestia, quia cũ prima aduersio adeo fiat p̄ superbiã, quæ designatur in prima bestia, scilicet in leena, Dan. 7. Superbus dũ nimis propriam diligit excellentiam, cadit in inuidiam. Vrsus autem est animal turpe habitans in abditis, quia inuidus, dum propriam fœditatem erubescit, latere quærit. Vel dum lucem gratiæ, quæ est in alio diligit, uel dũ peccatum suum quibusdam friuolis rationibus cooperit. Vnde inuidia est luci fuga, & tenebrosa, ac latebrosa malitia. Et sicut vrsus est animal inquitũ, ita quod ad stipitem ligatus nunquam desinit, uel in circuitu pergere, uel pedibus fixis caput suum modo in unam partem, modo in aliam iactare: ita inuidia uix permittit in aliquo momento cor requiescere. Dicitur autè hæc bestia stare in parte, quando alia opera, quæ sunt de genere bonorum, non desinit facere: quia ad apertam malitiam adhuc non effrænatur, sed restringitur, uel timore, uel pudore. Et in ore eius dentium tres ordines. In dentibus designantur inuidi morsus, rodunt enim alienam uitam: quia manifesta mala multiplicius exaggerant dubia, hoc est de quibus apertè nõ uidetur, utrum sunt bona, uel mala, illa in partem deteriore interpretantur. Aperta autem bona, quia ea negare non possunt, quæ manifesta sunt obfuscant, & dimittunt. Primum est oblocutionis, secundum derogationis, tertium detractiois. Oblocutio enim est male opinionis disseminatio, Derogatio bonæ opinionis euacuatio. Detractio opinionis diminutio, & attentatio. Et isti sunt tres ordines dentium in ore male loquentium oblocutio, derogatio, detractio. Et sequitur: Surge comede carnes plurimas. Qui in alienam uitã libetè rodunt, qui derogationibus studiose deseruiunt, quæ proximorum infirmitatem delectabiliter carpunt, quid aliud, quam carnes comedunt. Appropriant super me nocentes, ut edant carnes meas. In de est, quod vrsus, uel plantas suas lambèdo fugit, uel carnes alias deuorat, & comedit. Sunt quidam, quorum guttur est sicut sepulchrum patens,

Hypocrita
Adulator.
Detractor.

Inuidia.

Dentes.

Psal. 26.

Lingua. & apertum; quod foetet dum aperitur, sicut est os detractorum, quod est sicut os leproforum, qui fetore suo circumstantes inficiunt. Leuit. 13. Qui maculatus fuerit lepra, habebit os veste contactum & immundū se, ac sordidum clamabit. Os. n. Deo est dedicatum cum ex eo procedūt orationes, tāquā nostræ procurationes. Os. n. nostrū aduocatus noster est apud Deū. Quod si detractionibus, oblocutionibus, mēdacijs. Deus non placatur, nec audit, sed offenditur, & auertit aures. Esa. 1. Auertit oculos meos a uobis. Num. 12. Dicitur quod Maria facta est leprosa, & septem diebus eiecta extra castra donec curata fuit, quia murmurauerat contra Moysen: vnde ait, Apost. Neque murmuraueritis, sicut quidam murmurauerunt, & a serpētibz perierunt. No. historiam de illis, qui perierunt a serpentibus. Et nota de honesta locutione: dicitur de Samuele quod de omnibus verbis, & c. Nota hist. Et Iudic. 12. de illo, qui dicebat Sebboloth. Gen. 6. Dicitur, quod Ismael moratus est in solitudine, factusque est vir sagittarius. Isti sunt, qui peruersas habent linguas, quibus ante, & retro sagittāt. Hier. 9. Sagitta vulnerans, & c. Parauerunt Sagittas suas in pharetra. Hęc est de qua dicitur: Manus eius contra omnes. Tales sunt filij illegitimi; filij ancillę, 4. Reg. 2. Cū ascēdisset Elias per viā, pueri clamabāt dicentes. Ascēde, calue, & c. Elias interpretatur Dei mei Saluator, & significat quēlibet bonū virū, cū dicunt murmuratores: ascēde, calue. i. nō habēs virtutē. Duo vrsi, qui deuorāt istos murmuratores, dolor de felicitate aliena, & dolor de paruitate propria, Prou. 14. cap. Putredo ossiū. Gen. 3. cap. Colūba portabat ramū in ore virentibus folijs. Colūba penitēs est, & religiosa aīa, si vult ad Christū venire, debet portare in ore ramū, i. exēplū aedificationis. Folia virētia sunt verba aedificationis, veracia, honesta, pudica, sobria, humilia, vtilia. Sed quidam non sunt columbz, sed ciconiæ, quæ non portant in ore ramum, sed ranā, vt sunt detractores, murmuratores, mendaces. Apoc. 16. Vidi de ore bestię exire tres spiritus in modū ranarū: quia semper crocitant mentiēdo, & murmurādo, aut detrahēdo. Deut. 5. Occurret tibi in solitudine serpens statū adurēs, hoc est detractor, & bilinguis, qui rixas semināt, vnita separat, charitatē impugnat, ac per hoc in Spiritū sanctū peccat, q̄ Deus detestatur, & excomunicat: septimū, ait detestāt anima eius, eū. s. qui semināt inter fratres discordias. Hęc est infirmitas contagiosa, lepra, quia Maria murmurās, & detrahens Moysi seruo Dei, est percussa, & è societate aliarū extra castra eiecta. Vnde quia leprosus per anhelitū inficit, mundatus est in Leuitico, quod leprosus habeat os veste contactū, quia talibus continuū debet imponi silentiū. Sūma. n. cura fuit legislatori, immo ipsi dño, de ista infirmitate curanda, discernenda, vitāda, vt patet Leuit. 13. & Num. 5. vbi p̄cipitur, q̄ omnes leprosi extra castra ne alios inficiant, expellantur. Est ita hęc infirmitas, quia cōtagiosa discernēda, discernēda si perdant, vel accuset, curāda si discernat, & cognoscat. Vitanda si non curat. Est discernēda per sacerdotis iudiciū, curanda per correctionis remediū, vitanda si non curetur per societatis diuortium: quia venenum aspidū sub labijs eorū. Sic curata fuit Maria leprosa eiecta septem diebus è castris.

Lingua. Dicitur etiam Deut. 8. quod obuiat in solitudine scorpio facie blandiēs, cauda pungēs. Hic est vir duplex animo, duplex verbo, duplex facto, inconstās in oibus vijs. Vendens oleū, clā propinans venenū. Hoc genus serpentis tāto periculosius, quanto familiaris, & minus cauerur. Istę sunt locustę de fumo putei infernalis exeuntes, vt dī in Apoc. 9. de fumo putei exierunt locustę, & data est illis potestas sicut habent scorpiones, & cruciatus eorum

A eorū sicut cruciatus scorpionis, cū percutit hominē; duobus discipulis loquentibus non ociosa, non detractoria, sed de his quæ circa Iesum acciderant, Christus apparuit, & aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Quod optimē figuratū fuit in Elia, & Elisæo, qui cū simul pergerent, & simul sermonizarentur, currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumq; , & ascendit Elias per turbinem in cælum. In collatione de Iesu, statim cor deuotionem, & dilectionem accenditur, & intellectus, & affectus, duobus equis igneis, duobus amoris radijs ad percipiendum, & gustandum secreta cęlestia eleuatur.

De Deuotione.

A Xa petijt irriguum superius, & inferius à patre, quia dolor cōmissorum, & incolatus præsentis miserie, & spes cęlestium gaudiorum, excitant in nobis deuotionē, dilectionē, & lachrymarū effusionē. Hinc est, quæ diluuij fluebant a superiori, quia catharactę cęli apertę sunt, & ab inferiori: quia rupti sunt fontes abyssi magnę. Homo deuotus describitur quasi stella matutina in medio nebule, & quasi luna plena in diebus suis luget, & quasi sol refulgens: sic ille effulsit in tēplo Dei, tēplum Dei est ecclesia, vel religio, in qua Deus habitat per gratiam. Stella matutina venus est, incuius circulo s̄m Marcianū omne genus delectationis est. Luna plena dominiū habet humoris, vnde pp lucis eius plenitudinē augentur flumina, sol refulgens dominiū habet caloris: mēs. n. pura, & deuota, in qua Deus habitat per gratiā, experitur in se omne genus spiritualis delectationis, lachrymas deuotionis, ardorē affectionis, & dilectionis: tñ quia timor, & spes in tali aīa alternant vices, nescit. n. per demonstrationē suę salutis, certitudinem: quā tamen sentit per prægustationē: ideo dicitur stella matutina in medio nebule. Quæ nebula duo continet, obscuritatē. i. reliquias tēporis præteriti, serenitatē, i. primicias, & iudiciū futuri. Hest. 10. Fōs paruus p sui humiliationē creuit in fluuiū per deuotionē, & in lucē per conuersationē, & aedificationē, & in solem conuersus est per glorificationem. Exo. 16. Cū incaluisset sol, liquefiebat manna, quia ex consideratione eternitatis resoluitur aīa in gaudium, & rorē deuotionis. Vnde spōsa totā se dicebat adustā ex ardore huius solis, seu decoloratā. Nigra sum, sed formosa filię Ierusalē, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis: Nolite considerare, quia fusca sum, quia decolorauit me sol. Nigra foris per corporis mortificationem, sed formosa intus per conscientię puritatem, quia nigredo exterior, scilicet labor, & austeritas infamiz, & siti, & tribulationibus candorem cōscientię operatur interius. Nigra sicut tabernacula cedar, quod interpretatur tenebrę, quia peregrinamur a domino, qui est vera lux, & in tenebris habitamus quamdiu sumus in hoc mortali corpore, formosa sicut pelles, Salomonis, quia conformis angelicis spiritibus, qui extenduntur per latitudinem charitatis. Nolite me considerare, & c. Nolite exprobrare nigredinem, quam feruor directionis fecit, non pudor conuersationis incussit.

Indeuotis dicitur. Montes Gelboe nec ros, nec pluuia veniat super vos, ubi abiectus est clipeus, forium Gelboe, decursus interpretatur significans desidię, vel pusillanimes, ac indeuotos, qui non recipiunt rorem gratiæ, nec pluiam doctrinæ, nec sunt agri primiciarum, quia non afferunt Domino fructus delectabiles, eo enim quod careant humore deuotionis, fructus eorum marcescunt, & vermiculantur, & ad terram

ram cadunt. Gen. 27. Det tibi Deus de rore celi, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini, & olei seruiant tibi populi. Quattuor tangit, in quibus est vniuersalis resectio, frumenti quantum ad resectionem, quæ est in soliditate sacræ scripturæ, vel lectionis eius. Vini in dulcedine deuotionis, olei in suauitate orationis. Seruiant tibi populi quantum ad regimen sensuum. Quos vir deuotus domat, gubernat, & regit.

Vel seruiant tibi populi quantum ad regimen prælationis. Tria prima pertinent ad contemplatiuam. Vltimum ad actiuam fit tibi persona Ecclesiastica, persona exercitata in sacra lectione deuota oratione, & gubernans verbo, & exemplo populum subditum; & tunc habebit benedictionem huius roris.

Sed pro dolor impeditur ros quadrupliciter secundum philosophum. Primo ex nimia frigiditate, quædo tanta est frigiditas, quod tota materia roris comprimitur, quod fit in personis ecclesiasticis, & religiosis ex frigiditate diuini amoris: ideo est in ecclesia, & religione paucitas roris deuotionis. Impeditur etiam ros per nimiam caliditatem: vnde in summitate montium, vbi concurrunt radij solis, resoluitur roris materia: sic in quibusdam personis ecclesiasticis, & religiosis concurrentibus carnalibus concupiscentijs, & voluntatibus mundanis affectionibus.

a. Reg. 1. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniat super vos. Vbi abiectus est clipeus fortium, id est, virorum sanctorum, clericorum, & religiosorum antiquorum, qui fortes erant ad resistendum talibus, & tanquam clipei verbo, & exemplo debent alios protegere: sed facti sunt montes Gelboe, quod interpretatur volutio, vel fluxus pluuia: quia quidam eorum in luto libidinis uoluntantur, & per libidines dissoluntur fluxu etiam rerum temporalium domus conscientia eorum subuertitur. Mat. 7. Descendit pluuia, & irruit in domum, & cecidit. Tertio impeditur ros ex paucitate humiditatis, quod fit quia deficiunt in personis ecclesiasticis & religiosis lachrymæ, & signa pœnitentie, & humiditas deuotionis. 3. Reg. 17. Tribus annis, nec ros, nec pluuia fuit in Israel. Quia non habent lachrymas, nec pro dilatione patriæ, quæ in eleuatione sui conuertitur in ariditatem, & exinanitur: quia pauci clerici, & religiosi curant de soliditate sacræ lectionis, sed de vanitate, & fragilitate iuris ciuilibus, aut scientiæ medicinalis, nec exercent se in dulcedine deuotionis, sed in quadam transitoria, & apparenti iustitia, quæ est hypocrisis, & simulationis non in oratione pro populo, sed in irritatione eius per lites, & iurgia, non in ædificatione, sed potius in populi corruptione.

Lachrymæ. Ingressum benedictæ domini cur foris stas. Ita dicunt deuoti volentes sentire dulcedinem Christi: Ingressum autem si aperiamus ei iannam cordis dilatam per charitatem, & cenabit nobiscum, vt in nostra conuersatione, & deuotione ipsi bene placeat, & cenabimus cum illo, vt nos dulcedine suæ dilectionis reficiat. Deuoti per oleum designantur: vnde de deuotis animabus hoc dicitur: Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis. Habet enim oleum naturam illuminatiuam, vnde est pabulum ignibus, & lampadibus penetratiuum, unde medetur vulneribus, & doloribus, ideo saporem dat oleribus, & comestibilibus resectiuam, ideo præstat condimentum comestibilibus, ideo superfertur alijs liquoribus. In primo designatur deuotio ex claritate, & puritate conscientia, in secundo deuotio in

Gen. 24. sustinentia præsentis miseria, in tertio deuotio ex perfectione, in quarto deuotio ex prægustatione cœlestis patriæ. De primo, Exo. 25. Hoc est oleum, quod præcipitur afferri à filijs Israel ad luminaria coccinada. Puritas enim

Matth. 25. Oleum.

Deuotio. Exod. 23.

conscien-

A conscientia nutrit diuinas reuelationes in nobis. De secundo patet: sicut enim oleum medetur doloribus, sic deuotio ex passionis Christi consideratione remedium est in cunctis tribulationibus. De tertio patet, hic enim exuberat anima rapta supra se Deu. 33. Benedictus Aser tingat pedem in oleo, & c. Aser interpretatur beatus beatitudine huius vitæ, seu viæ: benedictus in filijs, id est inter filios actiuos, præsentis vitæ, benedictione cœlesti fit placeas fratribus, id est angelis, qui similiter contemplantur: tingat in oleo deuotionis pedem affectus. Et quia hæc deuotio habetur in transitu, ideo dicit tingat. De quarto Iob. Petra fundebat mihi riuos olei. Petra, id est Christus riuos olei fundit: quia solus Deus dona gratia infundit. Vel sic consimili modo humor diuinæ gratia, & deuotionis illustrat intelligentiam respectu credendarum, affert medelam respectu omnium delictorum. Eleuat animam per desiderium supernorum, condit, sanctificat, & gratificat conscientiam respectu meritorum, quia respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Nullum enim opus nostrum quantumcunque sit de genere bonorum est Deo gratia, sapidum, aut meritorium, nisi sit humore deuotionis, & gratia conditum. Petra fundebat mihi riuos olei, vt supra Psal. 26. Impinguasti in oleo caput meum.

Item 2. Paral. 7. Descendit ignis, & deuorauit holocaustum. Quære supra fol. 13. Item angelus domini ascendit in flamma ignis. Quære 10. Num. 11. Cum rore descendebat manna. Castra ista sunt deuota corda. Quære supra fol. 13.

Anima deuota semper reficitur dulcedine recordationis passionis Christi Exo. 19. Bestia si tetigerit montem lapidabitur. Verè bestia, quid enim refert inter bestiam, & hominem, nisi quod cognitio hominis reflectitur super se, quod non facit cognitio bruti.

Can. 1. Si ignoras te o pulcherrima mulierum egredere, & abi post vestigia gregum, quia anima quæ per meditationem ad se non reuertitur, in quadam bestialitate transformatur.

Introducta anima in illo regio cellario pigmentis pleno, ubi inebriatur, non dissoluitur in cachinnos vel latitiam carnis. Sed in maturitate spiritus delectatur. En figura huius, filios Israel introducendos in terram promissionis, cum adhuc essent in deserto. Cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos, vt suggeret mel de petra.

Anima in igne deuotionis mundata sinceris oculis cœlestia contemplantur. Apoc. 3. Collirio inunge oculos tuos vt videas. En cuius figura ostensa est in monte Christi transfiguratio, Moyse, & Elias pariter cum eo loquentes, sed eleuans oculos, neminem vidit nisi solum Iesum, quia anima in excessu mentis, & alienatione sensuum super se eleuata, sic in Christum est transformata, vt nihil cogitet nisi Christum, nihil videat nisi Iesum, nihil sapiat nisi Iesum. Sicut dicebat Paulus, qui raptus ad tertium cœlum viderat, & audiuerat Iesum. Nihil ait iudicavi me inter vos scire, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Sicut si aliquis vehementi attentione respiciat diu colorem rubeum, vel alique alium, si postea conuertat oculos ad alium colorem, omnia videbuntur sibi colorata illo colore, quamdiu attentione vehementer aspexerit. Ita qui mentem habent fixam in Christo, affuerunt cogitare de ipso, omnes amores, omnes sapores, quod in rebus inueniunt in saporem, & amorem Christi conuertunt. Vtinam sic eleuaremur, & cum Apostolis in montem Christi ascenderemus, & illuminaremur.

Ierem. 10. Dat multitudinem aquarum in cœlo, eleuauit nebulas ab extre-

mis

Dat. 31.

Iob 29.

Religio.

Psal. 30.

Matt. 27.

1. Cor. 21.

Lachrymæ mis terræ. Fulgura in pluuiam facit, & producit ventum de thesauris suis. **E** Multitudo aquarum est affluentia lachrymarum in cœlesti viro. Nebula eleuata ab extremis terræ, est anima eleuata in Deum, penitus oblita omnis terrenitatis. Sequitur. Fulgur penetrans, pluuiam distillans, quia penetrat secreta diuinæ sapientiæ, effundit alijs doctrinam, vel pluuiam doctrinæ.

Cōtemplatio. Dionysius ad Titum secundum vnam translationem. Cum te ipsum, & omnia per mentis excessum nullo inferiori retinaculo præpeditus transferis ab omni concupiscentia & cura absolutus, & purgatus, tunc tandem cuncta auferes, & ab omnibus expeditus sursum ageris ad supersubstantialem radium diuinæ incomprehensibilitatis.

Cōuersatio. Ezod. 27. Præcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimū, ac lucidissimum, vere purissimum oleum de oliuis afferunt animæ deuotæ, quia nec in carne vilitas, nec in mente vanitas, vel vana gloria, nec in ore falsitas, & temeritas, nec in opere peruersitas, sunt assimilati prudentibus virginibus, quæ acceptis mundi cordis lampadibus sumpserunt oleum secum, & assimilati columbæ portanti ramum oliuæ ad arcam, non assimilati coruo insidiantî cadaveri carnali. Vel secundū aliam translationem, intercepto aquis cupiditatis. Sap. 9. Tu domine elegisti me regem populo tuo, & dixisti ædificare templum in monte sancto tuo. Mons sanctus domini est eminentia mentis segregatæ ab omnibus inferioribus creaturis, vbi ædificatur domino templum deuotionis domicilium meditationis. Sacrarium orationes, vbi, & Salomon fudit orationem, fecit oblationes.

Gen. 8. Et nota quod anima deuota procedit fum⁹ thuris, & deuotionis ad Deū placans eius offensam, & impetrans eius gratiam: vnde in Apoc. 8. Ascendit fumus aromatum de manu angeli, &c. Quare sup. fol. 29. Et nota quod deuotio in melle designatur in odore. Quare supra fol. 23. In Apoc. I. cui. 16. Positis super ignem aromatibus nebula eorum, & vapor operiet oraculum, & non morietur, quia diuinis beneficijs cum recordatione diuini amoris ad memoriam reuocatis vapor deuotionis implet oraculum mētis, & non moritur ictu alicuius tentationis. Iudic. 9. Nolebat ficus deferere dulcedinem suam, fructusq; suauissimos, vt inter cetera ligna promoueretur: quia vir deuotus, qui vult dimittere dulcedinem cōtemplationis, & orationis, vt se exponat turbini accusationis: sicut arbores sunt expositæ ventis. Ezec. 46. Cum fecerit princeps spontaneum holocaustum, aperietur ei porta, quæ respicit ad orientem. Holocausta sacrificia erant, quæ tora cremabantur in altari. Holocausta ergo in templo conscientie offerimus, quando carnis voluptatibus emancipatis, per deuotionem omnes affectus nostros in dilectionem Dei conuertimus. Et aperitur nobis porta ad orientem, quæ cœlestis sapientiæ radius illustrat mentem. Iud. 13. Ascendit flamma altaris in cœlum, & Angelus Domini pariter in flamma. Quare supra fol. 10.

Beneficia. Gen. 2. Fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ. In quo designatur ex consideratione peccatorum, & recordatione diuinorum beneficiorum, effusio lachrymarum quando recordamur peccata præterita in amaritudine anime, & diuina beneficia nobis collata ex amore: tunc Axe animæ scilicet nostræ datur irriguum superius, & inferius. Tunc fluit diluuium lachrymarum ex fontibus terræ, & ex catharactis cœli. Can. 7. Veni dilecte mi ingrediamur in agrum, Quare supra. **H** Ego

Lachrymæ Gen. 2. Fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ. In quo designatur ex consideratione peccatorum, & recordatione diuinorum beneficiorum, effusio lachrymarum quando recordamur peccata præterita in amaritudine anime, & diuina beneficia nobis collata ex amore: tunc Axe animæ scilicet nostræ datur irriguum superius, & inferius. Tunc fluit diluuium lachrymarum ex fontibus terræ, & ex catharactis cœli. Can. 7. Veni dilecte mi ingrediamur in agrum, Quare supra. **Ego**

A Ego dormio, & cor meum vigilat. Vigilat Cor dormientis, quando soporibus sensibus viget affectus cor in gratia deuotionis, & cōtemplationis. Esa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te, quia in operibus deuotionis, & sapientiæ nox est, cōquod debent arceri sensus, & exteriora sensibilia, & claudi sensus corporales, qui sunt sensibilibus ostia. Ierem. 9. Ascendit mors per fenestras nostras, & sic intrare debet anima ad sua intima. Et bene dicit, de mane vigilabo ad te, quia tunc effulget in anima nouum mane ex nouæ lucis infusione.

Manc. Prouerb. 8. Qui mane vigilat ad me, inuenient me. Hic habes exemplum de luscina, hoc est philomela, & huiusmodi auibus, de quibus dicitur, quod cum catarauerint, & vigilauerint per totam noctem, diligentius vigilant, & cantant, cum perpendunt diem appropinquare: sic vir deuotus, contemplatiuus, & orator, dulcius cantat in oratione, deuotione, & diuino officio immissa sibi cœlesti infusione: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Hoc

B enim mirabile est, vnde tanta vox in tam paruo corpusculo, tam pertinax spiritus, tam modularis sonus. Aliquando sonus eius est immurmurans secum, grauis, acutus, circūflexus, concisus, creber, plenus, extensus, vt omne genus musicæ proferre videatur, quæ omnia ad deuotionis differentias referre videntur. Cant. 3. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum quasi virgula fumi ex aromatib. mirrhæ, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij? Fumus surgit ab igne, quia deuotè mentis desiderium procedit a charitate: vnde quasi fumus anima sursum ascendit, quando feruente dilectione, & urgente suum desiderium, animam sursum rapit: virgula dilectionis, & directa, quia desiderium debet procedere ex intentione spirituali, & directa, & tunc est ibi mirra concussa, & mortificatio carnis, & thus, dulcedo, & deuotio cordis, & vniuersus puluis pigmentarius: quia puluis aromaticus iniectus igni quando à flamma non consumitur tenui exhalatione ascendit per violentiam ardoris: huius rei exemplum igne feruente, cum enim modicus liquor est in vase, feruens ignis primo incipit, &c. Quare supra fol. 28. a.

Signum spiritus sancti & deuotionis est loqui varijs linguis. i. mundum conuertere, informare bonis exemplis. Heb. 9. Post uelamentū secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulū, & arcam testamenti circumtectā ex in omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & uirgam Aaron, quæ fronderat, & tabulæ testamenti, super quæ erant Cherubin gloriæ obumbranti, propitiatorium, de quibus non est modo dicendum per singula.

Et hic est sciendū, q̄ in sanctis sanctorum est thuribulum aureū, mens .i. deuota, & publica ab omni labe peccatorum, & arca testamēti, id est noticia scripturarum, & tabule lapideæ, scilicet firmitas duplicis testamēti, & **D** urna aurea habes manna, uidelicet iugis memoria illius panis Angelorū recordatiua, & uirga Aaron frondescens: uexillū. s. summi pontificis iugiter in corde consistens, & duo Cherubin propitiatorium obumbrantes, & spirituales placiditatem cordis nostri iugiter à Dæmonum incurSIONIBUS protegentes. Hæc autem omnia sunt ad eruditionem nostræ peregrinationis. In his enim habetur plena, & perfecta eruditio humanæ cæcitatē in templo ad exercitationē nostræ deuotionis. 2. Paral. 3. Fecit. n. velum ex iacinto, & purpura, & cocco, & bisso, & intextum ibi Cherubin. Quia anima extensus in sua actuali deuotione, recte pendet media inter statum uia, & statum patriæ. Nā in corpore est in terra, sed mēte est in cœlo: Duo significatur

Manc.

Vigilare.

Mal. 6. Officiū diuinum. Cantus.

Doctrina.

tur per sancta, & sancta sanctorum: est autem ibi bissus puritas, & munditia intentionis, & cocum quod est color rubeus ignitus, quoad feruorem affectionis, & purpura quoad recordationem dominicæ passionis. Purpura enim ex sanguine conchilij conficitur: unde conchilium secundum Isidorum à concisione dicitur. Ergo Christus in passione sua concisus conchilium fuit, ex quo emanauit sanguis: unde tincta est, & facta, purpura mæc nostra per expressionem sanguinis Christi. In Iacincto, quod est celestis coloris, appetitus dissolutionis, cum anima appetit dissolui, & esse cum Christo, & fieri tota celestis. In his est tota exercitatio nostræ deuotionis in celo empyreo, ad illuminationem nostræ glorificationis, unde cantamus tibi Cherubin, & Seraphin incessabili uoce proclamant. Clamor enim ille beatorum spirituum est ex indicibili gratiarum actione, quam Deo exhibent pro gloria suæ comprehensionis, quibus & nos sociandi sumus, quando Officiū diuinum. penitus igniemur Dei formitate diuinæ dilectionis. Ezech. 10. Imple manū tuam prunis ignis, quæ sunt subter Cherubia, & effunde super ciuitatem. Quia tota ciuitas animæ debet esse igne diuinæ dilectionis ignita. Iob. 39. Ad præceptum tuum eleuabitur aquila, scilicet anima deuota, quæ ad præceptum diuinæ inspirationis debet in celestibus nidum suæ quietis ponere, ubi nascuntur pulli conceptum deuotorum Iob. 8. Nunquam crescere potest carectum sine aqua: sic viæ hominum, qui obliuiscuntur Deum. Carices sine aqua non crescunt, sed arefcunt. Sicut opera sine deuotionis humore non proficiunt, sed deficiunt, & arefcunt, quod est contra illos, qui semper ruminant Deum in ore, & obliuiscuntur eum in corde. Contra quos Bern. Cibus in ore, & in corde sapit, cum non negligat anima illum contere dentibus intelligentiæ, ne si forte integre deglutiat, & non masticatum frustetur palatum sapore dulciori super mel, & fauam. Mel in cera, deuotio in littera. Alioquin littera occidit, spiritus autem uiuificat, si non spiritus sapore deglutitur. Eccl. 50. Quasi flos rosarum, in diebus uernis, & quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis, & præcedit, sic iste effulsit in templo Dei. Rosa habet ruborē, liliū candorem, thus pallorem. Quia anima deuota, & contēplatiua, modo rubet ex ignita meditatione dominicæ passionis: modo candet ex illuminatione rationis, modo pallet ex desiderio dissolutionis, quia prolongatur hic incolatus huius peregrinationis. Iostre. Defecit māna propter quod comederunt de frugibus terræ. Quære fol. 10. b. Esa. 40. Tunc uidebis, & afflues. quære 34. Item 1. Reg. 14. Inuenit Ionatas fauam mellis in saltu. Sal tuosa enim est dulcedo deuotionis, & ita saltuosa, quod uix teneri potest, quin exiliat: de hoc plenius Hierem. 41. Dixerunt decem uiri. Noli occidere nos, quia habemus thesaurum in agro frumenti, hordei, olei, & mellis, & cessauit Ismael, & non interfecit eos cum fratribus suis. Deuotio enim est, quæ semper replicat culpam, & impetrat veniam. Et hoc est: Noli occidere nos, & Ismael non occidit eos. Sed quamdiu sumus in uia, non est deuotio pura, ideo designatur per thesaurum frumenti, hordei, & c. Frumentum enim habet recam in qua uoluitur, hordeū aristam, oleum murcam, mel ceram: immo frumentum confortat, hordeum mundificat, oleum supernatat, mel dulcorat. Omnia enim dulcia dulciora facit, & eius dulcedo sciri potest, enarrari non potest. Hæc est deuotio, quæ confortat contra laborem exteriorem, & purificat hominem interiorem, & quin exiliat non potest reprimi, & exiliendo non potest eius dulcedo exprimi. Et benedicunt homines illi, quod habent thesaurum in agro. Thesaurus est, quia debet ab-

con-

ascendi: & tñ in agro, quia agrestis est, ita quod non possit domari. Sui. n. i. ris est, modo adest, modo abest, modo uenit, modo salit sicut bestia silue. Vel thesaurus deuotionis in agro esse describitur, quia semper debet fructu bonorum operā germinare. Simile est regnū celorū thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius uendit uniuersa, quæ habet, & emit agrum illum. Vere deuotio comparatur regno celorum, quia uiri deuoti habent puritatem celi, charitatem angeli, familiaritatem Dei. Et dicitur specialiter thesaurus, quia est magnum, & præciosū donum, & à magno domino datum, paucis cognitum. Sic thesaurus abscondendus est ab hominibus carnalibus tanquam à predonibus, à demonibus, sicut à furibus, ne per vanam gloriam perdat, & à domesticis, ne per aliquem defraudetur. Greg. De prædari desiderat, qui thesaurū publicè in uia portat. Secundi Reg. 1. Montes Gelboe, necros, nec pluuia ueniat super uos: nec sint agri primitiarū. Ille est sermo siccitatis in deuotionis, de quo Hier. 14. Confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua: nam & cerua in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba, & onagri steterunt in rupib. & traxerunt uentum, quasi dracones defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. In agricolis laici designantur, in cerua clerici, in onagris religiosi, quorum oculi, scilicet desideria languent, quia herbam gratiæ non habent. Cultor colit, cerua parit, onager os aperit, colit fraudulenter, parit crudeliter, os aperit mendaciter. Primus caput operit, secundus scærum deserit, tertius uentum trahit. Caput mentis, scærum operis, uentum elationis. Velant mentem laici bonitatem contēnendo, scærum deserunt clerici, scientiam repellendo, uentum trahunt religiosi, disciplinam fugiendo. Magna ergo est & perniciofa compunctionis ariditas, quam describit Hieremias propter quam coniugati laici terram non excolunt, fornicando, ordinati clerici cultum diuinum deserunt, ad reditus inhiando, religiosi uentum attrahunt, ad sæcularia aspirando. Quarti Reg. 4. Egressus est vnus de filiis prophetarū in agrum, ut comederet herbas agrestes, & amarissimas: & sequitur quod apposita farina, facta sunt olera esibilia. Omnis enim penitentia, & afflictio corporalis est amara, & insipida, nisi condita fuerit farina deuotionis, & gratiæ. Sic Ruth bucellam panis duram intingebat in aceto. Num. 11. dicitur quod manna erat quasi semen coriandri album, & gustus eius quasi simile cum melle, vel quasi panis oleacius, in quo designatur exuberantia spiritualis lætitiæ, & interna deuotionis, qua debet condiri omnes nostræ operationes, licet peruersi filij, per quos figurantur carnales, & inuotati, Manna fastidientes, cum peponibus, ac carnibus, porros, cepas, & allia quæ fuerint. Quid manna nisi spiritualis lætitiæ, siue sapientia desuper data? Olera uero carniū carnalia desideria designant, quæ excoquantur laboribus tribulationum: Pepones, quos quidam dicunt cucumeres, vel melones, alij pastinacas, terrenæ sunt dulcedines: porri, cepæ, & allia, quæ qui comedunt lachrymas emittunt, uitam præsentem significant, quam sui dulciores etiā in lachrymis amant. Ergo manna relinquentes, pepones, carnes, porros, cepas, & allia quærunt, peruersi qui dulcia Dei dona despiciunt, & pro carnalibus uoluptatibus, laboriosa huius uitæ, & plena lachrymis concupiscunt: uolunt habere ubi spiritualiter gaudeant, & ardentem apperunt ubi temporaliter gemant, & æternaliter pereant. Iudi. 9. Locuta sunt ligna ad uitem. Veni, & impera nobis, quæ respondit. Nunquid possum deserere uinum meum, quod lætificat Deū, & homines, & inter cætera ligna promoueri: quia uiri deuoti, & contēplatiui, nolunt deserere dulcedinem contēplati-

Math. 14.

Status hominum.

Penitentia

Prælatio.

Religiosi.

tionis, & deuotionis, propter regimen prælationis, immò prælationem dimittunt propter contemperationem, & propter vindemiæ prægustationem, ne incurram illud opprobrium, Deut. 28. Plantabis vineam, & non vindemias eam. Et ideo rampius, qui est herba prius mollis, & postea indurefcit, & in spinam vertitur, & est rubiginosus, asper, & spinosus. Significans prælatum mansuetum, & tractabilem ante prælationem, & postea intolabilem, & violentum. Et nota, quod terra conscientie rigatur, & impinguatur deuotione, vt vberes fructus bonorum operum possit afferre. Psal. 62. Sicut adipe, & pinguedine repletur anima mea. Esa. 55. Quod descendit imber, & nix de cælo, & illic vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & infundit semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum. Nix, & pluuia impinguat terram, & reddunt eam fertilem, & fecundam. Ita deuotio ad ea quæ scriptura docet, & lachrymarum effusio, animam reddit pinguem, & fecundam. Sed quia omnis adeps Dei debet esse iure perpetuo. Leuit. 3. Cauendum est hoc, ne hæc deuotio vertatur in affectionem carnis.

Iudic. 9. Noluit oliua regnare super ligna, quia volebat relinquere suam pinguedinem: hoc est pinguedo deuotionis, & orationis qua afficiuntur veteri religiosi orantes pro proximis, malentes esse in deuotionis pinguedine, quam in exterioris curæ regimine, hoc enim oleo dolores mitigantur, vulnera solidantur, cibi conuiuuntur, facies exhilarantur, fomenta lumini gratiæ præstantur.

Leuit. 24. Præcipe filiis Israel, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum, ac lucidum ad concinnandas lucernas iugiter, extra velum. Oleum de oliuis purissimum, ac lucidissimum est deuotio pura, vbi non intermiscetur humana gratia, hoc enim in cordibus fidelium lucet: qui enim odit fratrem suum, in tenebris manet. Afferunt autem vtilitatis plurimum hoc oleum ad concinnandas lucernas, quæ sunt extra velum, hoc est ad illuminandas per gratiam animas, & Deo reconciliandas, quæ adhuc sunt extra velum. Inde est, quod Gen. 8. Columba attulit ramiu oliuæ virentis ad arcam: ramus enim oliuæ in signum pacis antiquitus ferre erat solitum, per hoc significatur pax peccatoribus reddita per orationes sanctorum, qui per affectiones, & deuotionem assistunt diuinæ præsentie, quia filij tui domine, sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Secundi Mach. 1. Acceptum ignem de altari occultè absconderunt in valle, & cum missi essent ad requirendum ignem, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam, qua dum perfusi essent lapides, erupit in ignem magnum, ita ut omnes mirarentur. Aqua crassa, in qua latet ignis, est deuotio inflammata igne charitatis, quæ charitas non moritur, sed eius sanitas sentitur. Et nota de deuotione in tota tab. de charitate, de spiritu sancto, de anima, de corde.

Gen. 9. Cumque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus. Cælum virtutibus stellarum, est conscientia deuota, quæ obducta nubibus aquosis deuotionis, incipit apparere arcus quattuor coloribus insignitus, rubens charitate, cædens castitate, pallens austeritate, virens pietate, & sensuum honestate.

Exo. 16. Cum incaluisset sol, liquefiebat manna, Grego. 27. lib. Moraliu, cap. 8. Exponens illud quod dixerunt Iudæi: quando gustauerunt Manna, ad quod non erant assueti, Manhu, quod interpretatur quid est hoc. Supernum ait Manna anima percipit, cum per vocem compunctionis eleuata,

Prælatu.

Oratio.

Conscientia
Cor.
Virtutes.

Manna.

E

G

H

Ara, nouam speciem internæ refectionis obstupescit: vt diuina dulcedine repleta iure respondeat, quid est hoc, quia dum à terrena delectatione suspeditur, ea quæ de superius gustat insolite miratur: cum ergo sol incalescit, manna liquefcit, quia dum mens radio diuini amoris succeditur, quodam superno, & insolito sapore interius recreatur. Leu. 6. Ignis in altari meo super ardebit, quære sup. f. 51. b. Mat. Considerate lilia agri quod crescunt. Viri deuoti lilio cõparantur: quia eius radix det pallere humilitate, folia vires deuotionis humiditate, folia candoris castitate, grana rubere charitate. Eccles. 39. Florete flores, quasi liliu date florem, frondete in gratia. Et nota, quod luna exiistente plena, augentur aque, & medullæ, sic dum anima est à Sole Christo perfecte per gratiam illuminata, augetur medullæ. i. humor internæ deuotionis, & aqua. i. exteriores lachrymæ. Sic Iudic. 1. Axa. i. deuota anima, perit cum suspirio à patre Christo irriguū superius. i. abundantiam lachrymarum pro dilectione eterne beatitudinis, & irriguū inferius per incolatu presentis miserie, & infirmitatis proprie. Et nota, quod sicut arbor vel nimis iuuenis, vel nimis antiqua, ex defectu caloris naturalis, facit lara folia, sed fructum, aut nullum, aut vermiculosum, sic nos ex defectu charitatis, & deuotionis, facimus magna folia uerborum. Sed fructus meritorum, aut nullos, aut vermiculosos. Gen. 37. Reuersusq; Ruben ad puteu. Et cum non inuenisset puerum, scidit vestimenta sua, &c. Ruben interpretatur filius visionis est affectus deuotus vacans amplexibus contemperationis, cisterna vetus, homo de die in diem corruptus. Est aut sine aqua, quia siccitate deuotionis repositum desideria. Ruben ergo ad cisternam reuertitur quando excessus contemperationis, & feruor deuotionis remittitur, & puer non cõparente amaritudine doloris affligitur. Et clamat, puer non comparet, &c. ¶ Vel cisterna sine aqua, conscientia sine gratia, ad quam Ruben reuertitur quando via peccati dudum dimissa, ex defectu deuotionis repetitur, o qualis dolor, puer qui est vita sine termino, via sine deuio, veritas sine dubio, non comparet, & ego quo ibo:

Gen. 9. Cumq; obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus. Cælum stellis oratur est conscientia virtutibus ornata. Arcus autem conuersione designat, in quo arcu libet considerare facturam, figuram, picturam: factura pulchritudinem conuersionis acquirit, pictura ostendit, si gura custodit. Est enim factura huius arcus ex reflexione radorum solarium nubem antiquales in umbrosam, concauam, & aquosam subintratum: Cum ergo homo in peccatis conceptus filius ire natus, informis natura, de formis culpa, recogitat quam frequenter, quã imprudenter, quam irreuenter, Deum ostendit ex amaritudine vitiorum, oritur in celo conscientie, vapor suspiriorum, quia virtute diuina cõdensatus in nubem vmbrosam conuisione, concauam humilitione, aquosam contritione, & lachrymarum effusione, sic subintrante radio gratie, apparet arcus in æthere conscientie, & incipiunt quattuor colores, quattuor uirtutum Cardinaliu apparere, vel quattuor colores, quia rubet charitate, albet castitate, pallet austeritate, uiret pietate. Numer. 11. Cumque descenderet nocte super castra ros, descendeat pariter & manna. Nocte enim clausis scilicet sensibus, ab appetitu rerum temporalium, & sensibilibus, descendit super terram nostræ conscientie ros diuine irrigationis, & tunc descendit pariter dulcor diuine consolationis, qui in manna figuratur. Act. 2. Dum completerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli, &c. Quia in requie mentis, & vnitae charitatis, recipitur Spiritus S. & deuotionis. Esa. 6. Volauit ad me vnus de Seraphim

Marth. 6.
Religiosi.
Liliu.

Luna.

Lachrymæ

Arbor.
Fructificatio.Gen. 36.
Christus.
Conscientia
Cor.Conuersione
tio.
Conscientia
Arcus.
Iris.

Num. 9.

Consolatio.

phin, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, &c. Quare E supra f. 3. Item f. 30. b. Num. 21. Dicunt perfidi ludæi in persona indevotorum, anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, hoc dicunt de manu cælesti, in quo deuotio figuratur. Et nota, quod deuotio est sicut mustum, quia sicut mustum ex nimio feruore lagunculas nouas dirūpit, sic deuoti ieiunando, seruiendo, vigilando, & alijs obsequijs insisteredo, corpus suum rumpere debent.

De Doctoribus.

Vide de Predicatio Dan. 12. Prælati. Hier. 23. Hipocriſis. Inuidia. Doctores. Psal. 106. Lux. Scientia.

Qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellæ fulgebunt in perpetuas æternitates. Ad iustitiam dicit, non Philosophicam, quæ continetur in lege naturæ non Hæbraicam, quæ continetur in lege Moysi, non lucratiuā, & mundanā, quæ continetur in lege Politicæ, sed saluificā, quæ continetur in lege Christi, & Euangelij, cuius inchoatio est, nemini iniuriā facere, profectus, mala illata patienter sufferre, profectio, omnibus bene facere, si potes, si quo minus velle. Tales stellæ, id est tales doctores posuit Deus in firmamento cæli, i. in ecclesia militanti, vt sua doctrina, & prædicatione diuidant diem a nocte, id est, fideles ab infidelibus, bonos à malis. Doctores, clerici, & prælati, qui debent esse Prophetæ videntes sibi, & alijs, nō vident in se gratiam per exercitium virtutum, nec iuxta se quantum ad aliorum profectum, neque subitus per temporalium contemptum, neque supra se per spiritualium appetitum. Et ideo à Prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram, dicit dominus. Vnde in prophetis Ierusalem uidi similitudinem adulterij, & iter mendacij, & confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque a sua malitia. Similitudinem dicit: quia non quæritur hodie virtus, sed simulatio, non veritas, sed similitudo. Audiuntur enim facultates, vt nomen magisterij habeatur: Quidius: *Doctrina venerabile nomen præstat, & in quæstu pro meretricie sedet.* Adulterium dicit, quia iam ferè omnes scientia adulterium patiuntur: quia Methaphisici disputant sophisticè, Legistæ, Canonistæ, Theologi, Philosophicè, Phisici curant empiricè. Num. 11. Elad, & Medad prophetar in castris. Domine mi Moyses prohibe eos. Quid, inquit emularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum sanctum suum? Hoc dicitur contra inuidios doctores, Genes. 3. Eritis sicut Dij scientes bonum, & malum. Hoc dicitur contra illos, qui curiosè, & superbè uolunt ascendere. Sed Adam sic ascendens tam grauiter elisus, corruit, quod nondum sanata sunt vulnera filiorum, quæ adhuc cum tanto labore, & periculo cum ascendere non possint, nituntur repere, & nihil tam vile terrenum inueniunt, de quo non velint cumulū scientiæ facere & collem, vt emineant, & reputentur alijs doctores, & quantum labore multiplici ascenderunt, moriuntur, & ad infernos descēdunt, & scientiam perdunt. Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyſsos.

Scientia lucis paratur. Inuenitur aut lux in quadruplici natura, in vegetabili, vt in quercu putrida, & in noctilucis: i. natura sensibili, vt in sensib. particularibus, qui non explent sua officia, nisi per beneficium lucis in natura rationali, cum anima conuertitur super se, videt cogitationes suas, virtutes, & vitia, quod non fit sine quadam virtute intel' igibili in natura cælesti. Vnde secundum Philosophum quælibet stella h' x dicitur suis orbis.

Hac

A Hac quadruplici luce debent lucere clerici. Prima est secularis scientiæ, secunda corporalis experientia, tertia fidelis conscientia, quarta spiritualis sapientia. Prima lux est secularis scientiæ, qualis est in noctilucis, quæ debent esse in clericis, vt sciant repellere falsitatem ex proprijs. Philosophia vero in vna parte sui tenebra est, in alia verò lux: & ideo sicut lux arguit tenebras, sic veritas falsitatem. Et bene cōparatur hæc scientia luci, quæ est in noctilucis, quæ secundum Arist. non lucent luce propria, sed aliena, vt ignea, quia phaleris verborum, quibus obteguntur, faciunt illas apparere mirabiles: sicut turpes mulieres ornantur, vt placeant, pulchræ verò naturaliter non indigent tali ornatu, sic est de Theologia, & alijs scientijs. Et ideo non est mirum, si frequenter falluntur in fide, qui nimis ornantur in talibus, quia ad tenuem lucem dirigunt totum cursum vitæ suæ. Frequenter enim viator deuiaret, qui ad modicum lumen inter magnum arripere vellet. Sed ista lux obscuratur, adueniente maiori, sicut de die obscuratur quercus putrida, & noctiluca. Sic iam declarata scientia Theologica, quæ scientia Christi est, non deberent homines in aliarum scientiarum tenebris diutius remanere. In Esa. quingentesimo quinto. Quare appenditis argentum vestrum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Hoc dicitur illis, qui student in scientijs mūdānis. Pro quarum acquisitio ne ad literam argentum expendunt, & multum laborant. Sed vere hoc est fatuum, quia mentem non rescitunt, sed Theologia est verus panis de tritico absque fermento erroris. In huius panis fractione, & expositione veri discipuli cognoscunt Dominum. Panis iste cor hominis confirmat, vnde de ista subdit Isaias: Emite absque vlla commutatione vinum, & lac. Quia ista scientia inebriat mentem amore, & nutrit ut lac, sapore: quia non solum est scientia, sed vera sapientia à sapore dicta: Ita, inquit: Caupones tui miscueret vinum. Caupones siue tabernarij vinum scripturæ vendentes sunt doctores Theologi, qui vinum miscēt, quia insipidæ aquæ Philosophiæ iam admixta est tota veritas Theologiæ. Et nota quod Lia lippa mundanus significat scientias, quæ sunt secundæ in lucris temporalibus, Raichel decora facie Theologiam.

B Eccles. 14. Aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulae sicut aues. The-sauri tunc aperiuntur, quando in contemplatione nobis illuminatio secretorum infunditur. Tunc ad thesauros secretos ingrediamur, qui prius foris steterunt. Aperiuntur autem isti thesauri diuersimodè, quidam enim post intimam compunctionem ascendunt ad sublimiū penetrationem. Sicut Iob 3. Antequam comederet, id est, ascenderet ad intimam animæ affectionem, & veritatis cognitionem: quidam vero per meditationem: quia in eorum meditatione inexascescit ignis, hoc est in eorum meditatione incandescescit flamma amoris, & lux veritatis: quidam per eruditionem, ut illi, qui possunt subtiliter disere, ad interrogata de veritate respondere sine præmeditatione, quasi semper parati ad satisfactionem omni poscenti reddere rationem de ea, quæ in nobis est, fide, & spe: quidam per locutionem vt cum de diuinis loquantur loquendo eis multa aperiuntur. Hæc autem omnia per deuotionem efficiuntur: melius enim ad misteriorum enodationem proficimus deuotione, quam inuestigatione. Bernard. vnctio plusquam lectio docet Theologiam. Et Io. Vnctio eius docet nos de omnibus. Gregorius. Mox ut mentem tetigerit, docet, solumque tetigisse docuisse est. Vnde Dan. 14. Ingressus reuelat regi mysteria. Cogitationes enim, & affectiones, voluntates, & intentiones nostras profundè rimari, & pro eis

Scientia.

Studium.

Theologia Scriptura. Panis.

Reuelatio.

Mysteria.

Deuotio.

Docere. Iob 2. Studens.

in oratione compungi, hoc est Dan. intus morari vel ingredi. Sed interiora, & exteriora nostra secundum humanum modum pensare, hoc est Danielem exteri us esse. Sed tam ista, quam illa secundum diuinum iudicium estimare, hoc est Danielem interius esse.

Bestia. Exo. 19. Bestia si tetigerit montem lapidabitur. Vere bestia: quid enim refert inter hominem, & bestiam, nisi quod cogitatio hominis reflectitur super se, non autem cognitio bruti. Can. 1. Si ignoras te o pulcherrima mulierum, id est anima, quæ est pulcherrima, quia ad imaginem Dei creata, egredere, & abi post vestigia gregum, quia quæ per meditationem à se non reuertitur in quandam bestialitatem transformatur.

Crisolitus. Crisolitus est lapis coloris aurei quibusdam sciuntillis ardentibus micis: quia ex dulcedine sacræ affectionis remanent quædam reliquæ cogitationis tam succensæ, quam serena: unde formantur verba dulcia, & ignita, cuius suauitatem, qui gustare nolunt, eructare possunt. Cor. n. calefescens gratia feruida, & dulcis affectio consimiles effundit sermones. Conditi enim sunt sermones dulcore cœlesti, gratissimi, ignientes, sicut, & igniti, qui de illa intimæ dulcedinis ubertate procedunt. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel, & fauam.

Crisopastus. Altitudo scientiæ designatur in lapide precioso, qui dicitur Crisopastus. Lapis iste habet stellulas aureas in colore purpureo. In stellulis aureis lumen scientiæ, in colore purpureo, ornatus vitæ, ut lumen scientiæ condit, & ornet honestatem vitæ. Iuxta illud Gémula carbunculi in ornamento auri. Iste est lapis, de quo Zac. 3. Oculi septem in lapide uno. Quia vir doctus, & sapiens debet oculos suæ considerationis septempliciter voluere in Deum per rectam intentionem, in proximum ad edificationem, & compassionem, in seipsum, ut exteriori fulgeant honestate, & interiori charitate. Præsentia moderato per intelligentiam, præterita per memoriam, futura per prouidentiam. Huius lapis natura est quod in luce occultatur, in tenebris lucet, vnus, & idem lapis est: tamen pro varietate aeris ita mutabilis, sicut aliquando uidi in magnete, quod in vno sui angulo attrahebat ferrum, in altero fugabat. Hæc est sapientia, & discretio prælati, qui nouit diuersas peccatorum facies considerare, & pro loco, & tempore, & qualitate subditorum mutabilem se reddere. Nam sicut eadem species medicinæ non conuenit diuersis complexionibus, & infirmitatibus corporum, sic nec eadem medicæ species conuenit diuersis erroribus, & defectibus animarum.

Eccl. 32. Oculus. Confidera. Videre. Prudentia. Lapis. Vnde ille qui nutriendus est consolatione, non est feriendus obiurgatione.

Prælati. Correctio. De doctore dicitur. Erat arca ex omni parte circumtectâ auro, id est doctor, in quo sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ plenus puro, & vero dogmate.

Heb. 9. Doctores alios regentes debent offerre aurum, thus, & myrrham. Aurum rutilans significat feruorem sapientiæ: thus subalbum lumē doctrinæ: mirra uiridis designat immarcescibilitatē gratiæ: ut sic habeat bonus doctor veram sapientiam, clarā doctrinam, & commendat Dei gratiam. De primo Hebræ. 9. Erat arca ex omni parte, &c. Quere supra. De secundo Exod. 30. Precepit Deus offerri thus lucidissimum, id est dogma perspicuum.

Doctor. Prædicator. De tertio Can. 5. Labia eius distillantia myrrhā primam. Quia doctores, qui sunt labia Christi, debent distillare misericordiam, & gratiam. Sed aurum sapientiæ efficitur obscurum per nubes opinionum. Tren. quarto. Quomodo obscuratum est aurum, ecce nubes opinionum, est mutatus color opii-

A optimus, ecce succus uerborum: dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium prælatorum, quantum ad relectionem ueritatis ab antiquis fundatæ in capite omnium platearum, quia quot capita tot sententiæ. Thus efficit subratum, quia minus est efficax in medicinis per inutilitatem aliarum scientiarum. Hiere. 6. Leges meas non audiuerunt, uerba mea proiecerunt. Ut quid mihi offeris thus de Sabba, & calamum suauem de terra longinqua? Sabba clamor, quia ad litteram iam contemnitur sacra scriptura, & assumitur clamorosa, rixosa, & canina doctrina. Sic enim Apicius philosophus forensē eloquentiam caninam faciendā appellat, & auditur tenuis mollisque medicina. In calamo suauē olente designatur ea per quæ elongamur a uera scientia. Et hoc est, quod sequitur, de terra longinqua, quia inter mentem, & Deum ponimus medium, quali interstitium temporalium Mirra efficitur iam non uiridis, sed liuida, per uirus inuidiæ, & falsitates occultarum suggestionum.

B Can. 6. Dilectus descendit ad areolam aromatum, id est ad scholas, ut lilia colligat, non arundinem uacuas in scientijs philosophicis, non urticas pungentes, & urgentes in scientijs lucratiuis, non lactucas toxicatas in scientijs superstitiosis & damnatis: Sed lilia, qui sunt flores suspensi in summitate bastilium suorum, candidi, & paruli cum quadam repræsentatione foliorum, sursum extendentes, de intimis suis, flosculum producentes scientiæ sunt theologica, & catholica: suspendentes apicem intelligentiæ in cognitione supernorum candidam reddentes animam sine macula ad Dei beneficium recipienda, & reflexa in se, ut sicut loquitur, sic uiuat, & ex intimis uisceribus prodeant gemitus, & suspiria, quæ declarent in tali anima ignitissimum desiderium supernorum, & in talibus reficitur Christus, quia pascitur inter lilia.

C Qui uult acquirere uerā scientiā: quia in maleuolam animā non introibit sapiētia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, oportet, quod habeat puritatem conscientia, honestatem uitæ, uaciet sapientiæ, corpus quiescat à uitijs, anima ocietur à cogitationibus noxijs, spiritus uoluptetur scientiæ desiderijs, ut sicut apes flosculos colligunt, quos in fauos digerunt, & conuertunt, & commixta quadam suauitate spiritus proprietate mel inde conficiunt. Sic de multis noxia relinquentes, utilia eligentes, quicquid legitimus in uirtutis usum conuertamus, hoc est attendentes, ne cicutā promitho legamus, lolium pro tritico. Vnde poeta: Qui legitis flores, & huminascencia fragra, frigidus opium fugite, hic latet anguis in herba. Anguis dicitur, quia secundum sapientem, non datur uenena nisi melle circumlita. Sic et uidemus sepe dum rosa legitur, manus legentis, seu colligentis artica pungitur, quia terra salutare herbas, eademque nocentes nutrit, & urticæ proxima sepe est rosa. In quibuscumque, ergo libris, aut scientijs bona inueniantur, & utilia accipienda sunt, mala uero uitanda, ut sicut capra discernit herbas, quibus ei uesci expedit, ab eis, quibus ei uesci non expedit, sic de multis scientijs illas debemus discernere, quæ sunt in salutem necessariæ, & alias respicere, quæ sunt curiosæ & noxiæ. Nā sicut in eodē prato capra inuenit bonā herbā, & ciconia lacertā: sic in agro scripturæ unus inuenit uitā, & alius mortē. 2. Thi. 2. Stultas autem, & sine disciplina questiones deuita, inuenilia desideria fuge: sicut uilia desideria sunt quedam elationes mentis, & præsuppositiones, unde quidā superbiuit, quia quædam questiones subtiles, & inuiles mouerunt. Sed sicut ista facies claudit oculos corporis, ita elatio ista claudit oculos cordis, ut non uideat lumē ueritatis. Et quæ sicut dicit Aug.

Clerici. Prælati. Studentes.

Scientia. Scriptura.

Lilium.

Cognitio.

Conscientia

Error.

Libri.

Scriptura. Quæstio. Superbia. Cognitio.

in ser. de eclipsi solie. Multo facilius inuenit syderum cōditorem humilis pietas, quàm syderum ordinem superba curiositas: ideo studenti cuiuslibet dicitur: Iuuenilia desideria fuge.

Cum veritas sit lux quædam spiritualis, illi filij lucis sunt, qui illam sapientiam quærunt, in qua lucem primam cognoscunt. Et in ista omnia alia: vnde qui ad illam accedit limpidius, cognoscit clarius: si enim quærat a te de duobus circulis formatis in puluere, quis eorum est melius formatus, statim recurret ad rationem circuli, & illum melius formatum iudicet, cui magis competit ratio, seu diffinitio circuli, vides in qua iudicet de circulis bene, & male formatis: sic in mentibus nostris effulget radius diuinæ lucis. Ad quam si conuerteremur illuminaremur. Non tantum ad discernendum verum à falso, sed & bonum à malo. Et iste est radius lucis, de quo loquitur Dionysius ad Titum: Cum templum, & omnia per mentis excessus nullo inferiori retinaculo præpeditus transcendis, ab omni concupiscentia, & cura absolutus, & purgatus, tunc tandem sursum ageris ad super substantialiam radium diuinæ incomprehensibilitatis, sed filij tenebrarum affueri, & nutriti tenebris, & varijs scientijs magis delectantur in noctilucis, vt sunt squamæ piscium, quercus putrida, & huiusmodi, quod in radio veræ lucis. Ad quam si accedunt tremulis oculis, & palpitante lumine offendunt, & videtur motus luminis, cū potius sit motus tenebrarum fugientium lumen. Sicut dicit Hugo de sancto Victore in expositione Angelicæ Hierarchiæ, & probatur in perspectiua.

Lux.

Prælati.
Scriptura.

Cum prælati sint rectores, & directores animarum, magis est eis necessaria scientia diuinæ legis, quàm humanæ: quia per artem naturalem non militatur, neque per artem militarem subalternatam, vt est ars factrix, sed per artem propriam, vt per artem militarem, ars autem principalis directiua animarum est sanctum euangelium, verus est, & nouum testamentum, verbo, & exemplo monstratum, & huius signum est: quia quando ecclesia per sanctos viros, & theologos fuit gubernata, fuit ampliata, & dilatata.

Disputatio.

Nunc autem quia data est in manus illorum qui legem Dei ignorant angustatur, & turpiter truncatur. Quarti Reg. 4. Non videbis ventum, nec pluuiam, & alueus replebitur aquis. Verus afflictius, disputationum pluuia, doctrina per doctorem acquisita. Videmus autem sepe in viris spiritualibus, & deuotis, quod nec scholas intrant, nec disputationibus vacant, & replentur scientia spiritus sancti, cuius vnctio docet de omnibus Matth. 24.

Spiritus S.
Prædicator

Fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis, &c. Seruus propter humilitatem, qua doctor, & prædicator, qui debet inter alios præcellere, vt quicquid pingit calamo linguæ, & incausto saluæ, humilitate sigillet, aliter faciet in auribus tinnitum, sed nescio, si faciet in cordibus fructum, incipit autem à quæstione. Quis putas ait est fide, &c. Quia totum exercitium multorum est hodie in quæstionibus, vt quamdiu viuatur, semper quæratur dispensator fidelis, vt pro modo & capacitate auditorum formentur verba doctorum, dicant apta non alta: quia qui moderatur linguam suam prudentissimus est, vt det illis triticum, id est cibus, qui generat bonos humores, doctrina scilicet, quæ generat bonos mores, non lolium, vel zizania, quæ grauant stomachum, & inflammationes faciunt, & torsiones, nec nutriunt scientias, scilicet superstitiosas, & curiosas, quæ cum labore discuntur, & non nutriunt; Et sicut discipuli exeuntes ad sata, vellebant spicas, Matth. 12. ita nos capiamus, & proferamus vtiliores scientias, vnde Antonius cuidam monacho studentii in philosopho-

Prædicator
Doctrina.

A Iosophia dixit, & philosophum non fecisti, & monachum perdidisti. Baruc. 3. Dices vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, vt scias similiter vbi sit longiuitas vite, vbi sit lumen oculorum & pax. Cum enim anima auertitur à sensibilibus, & conuertitur ad illam lucem incommutabilem, quæ irradiatur super mentem mutabilem, perfundit intellectum veritatis, & affectus inflammatur charitate. Sicut Moyse ascendenti in montem, reuelauit dominus cuiusmodi tabernaculum ædificaret, & quæ edicta populo proponeret: quia menti contemplatiuæ reuelatur in contemplatione, quomodo debeat viuere præparando Deo habitaculum, & quid debeat docere erudiendo populum. Et de Ioseph, qui fuit prudentissimus, dicitur cum exiret de terra Aegypti, linguam, quam non nouerat, audiuit.

Cōtemplatio.
Secreta.
Reuelatio.

Tunc autem Aegyptum eximus, cum temporalium obliuio, radios contemplationis in æternitate figimus, vbi tam ex diuina inspiratione, quam ex angelica reuelatione, cælestis sapientiæ secreta percepimus, quæ ante nesciebamus, sed in infirmis, & mansuetis oculis odiosa est lux. Ideo cum assurgere creditur in Deum, palpitante lumine, cito desilimus in tenebras mentium nostrarum, & quærimus sapientiam in foraminibus quaternorum pellium ouinarum. Baruc. 3. Filij Agar exquisierunt prudentiam, quæ de terra est, negociatores terræ, confabulatores prudentiæ, viam autem sapientiæ nescierunt. Confabulatores autem prudentiæ, tamen viam sapientiæ non intellexerunt, quia bene possumus habere ex scriptis facilitatem pronunciationis, nitorem sermonis, sed sine conuersione mentis ad Deum, impossibile est venire in expositionem, & veritatem scripturarum, & in abdita sacramentorum. Exo. 38. Non se quartis turbam ad faciendum malum, nec in Iudeo plurimum acquiesces sententiæ ut à vero deus. Turba, quæ deuiat à veritate, est multitudo scholarium, qui propter scientias corporales contem-

Scientia.
Studentes.

Gratia.

nunt studium theologiæ: et si aliqui student in theologia, magis student ad sciendum, quàm ad sapiendum. Sed aliud est facilitatem oris, & nitorem habere sermonis, aliud vero uenas, & medullas cælestium secretorum, & profundissima secreta puro cordis oculo contemplari, quod nec humana doctrina, nec eruditio secularis, sed sola puritas mentis, & illuminatio sancti spiritus obtinebit.

Iudæus.
Scolaris.

Dicit Macrobius in principio libri Saturnaliorum, & sumitur de Seneca in fine Epistoliarum ad Lucillum, & ille idem hoc sumit de Virgilio, quod in acquirenda via sapientiæ, & scientiæ, debemus apes imitari, quæ flores idoneos ad mel faciendum eligunt, & quod afferunt per fauos, digerunt, atque liquentia mella stipantur, & dulci distendant nectare cellas, & varium succum in saporem vnum quadam mixtura, & proprietate immutat spiritus. Sic & nos quod ex multis legimus, vtiliora debemus eligere, ordinare, & in vnum saporem vniuersi ingenij committere, & sic commutare, vt si appareat unde quid sumptum sit, aliud tamen quam illud unde sumptum est appareat, plus uero nobis faciendum est: quia de multis sententijs illam in qua salus nostra consistit, audire debemus, & de illa utiliores sententias eligere, & ordinare, & inter illas utiliores eas, quæ nobis timorem iudicij incutiunt semper considerare. Vnde ait Propheta. Via veritatis elegi iudicia tua non sum oblitus. Notitiam ueritatis impediunt affectiones, & contentiones: Effusa est contentio super principes, & errare fecit eos in inuio, & non in uia. Effunditur contentio super principes, quia magistri in suis opinionibus, & scientijs sunt discordes: errant in uia, quia offendunt in ueritate manifesta: errant in inuio, quia discordias, & dissensiones

Apes.
Scientia.

Psal 106.

Doctores.

flones suscitant, & tunc vtrum mala sint qua faciunt, vel nesciunt, vel forte dubitant. Quia sicut granum latet inter paleas, sic in clamoribus, & contentionibus latet veritas. Ecclesiast. 42. Sol refulgens radijs suis obcaecat oculos, quia magnitudine sui luminis occultat stellas visui humano, quae dicuntur oculi caeli. Vnde sol praelatus significat, qui & in se lucet per bonam conscientiam, & alijs refulget per bonam vitam, ita quod comparatione eius aliorum opera non reputantur, sicut in lumine solis aliarum stellarum lumen, & operatio occultatur. 1. Machab. 6. Refulset sol in clipeos aureos, & resplenderunt montes ab eis. Talis enim debet esse vita praelati, vt eius comparatione populus merito grex dicatur. Sed iste sol eclipsim patitur, cum abiecta scientia veritatis quasi interposita luna mutabilitate scilicet temporalium adharet scientijs lucratiuis, in quibus communiter studet hodie rectores animarum, abiecta scientia scripturarum. Ioel tertio. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Et ideo non est mirum, si errores nascantur in eis, vbi sol nihil diffundit sui luminis. Vnde Sapiens in persona talium loquitur. Errauimus a via veritatis, & sol intelligentiae non est ortus nobis, & huius eclipsis causa est, eo, quod praelati nihil, aut parum conferunt bonis, & bene meritis, sed nepotulis, & amicorum carnalium filijs. Ortus est sol, & congregati sunt. Sol est ortus, praelatus est creatus, & congregati sunt nepotes, & consanguinei, vt in vno Episcopo tota videatur episcopata progenies. Creatur alius praelatus, & statim suscitatur alia familia a priori, ac si non fuerint disparentes. Na. 3. Custodes tui quasi locustae, & paruuli tui quasi locustae locustarum, quae confidunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est, & auolauerunt, & non est cognitus locus eorum ubi fuerint. Vnde de eis dicitur Ecclesiast. 44. Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exsufflans. Ad litteram tripliciter sol montes exurit, dum nudat virorem, dum digerit humorem, dum in montibus excitat inflammationem. Quod fit dum praelati auferunt a subditis lasciuia concupiscentiae, nutriunt in bonis rorem gratiae, excitant in feruorem per zelum vindictae, & sic cessant subditorum culpae. Apocalyp. 10. Facies Angeli, vt sol, & pedes eius tanquam columna ignis. Angeli enim superiores primo ex motu superferuendo mouentur in Deum, quorum feruor non remittitur, nec declinat, sed ex illo amore incessabili procedunt ad inferiores purgando reigniendo eos sursum reducunt, & hoc est facies angeli, vt sol, &c. Ignis enim habet naturam resilitiuam, qui inferius pascitur, & sursum mouetur. Sed feruor iste solis extinctus est in aliquibus per ocium, & torporem. Sol enim per motum suum excitat calorem, quia in quolibet puncto aeris interfecant se radij procedentes in partes diuersas. Ergo quies in praelatis, quia non visitant, non corrigunt excessus, non exercent curationes. H. Causa est quia extinguitur feruor solis, quod significatur in Iacob, qui voluit requiescere post solis occasum. Et isti post feruorem charitatis extinctum, vnde iste sol, scilicet praelatus per carnalitatem obtegatur, vt non habeat decorem: per cupiditatem eclipsatur, vt non habeat splendorem: per otiositatem extinguitur, vt non habeat feruorem, per hypocrisis vanitatem, vt sic liceat loqui annihilatur, ut non habeat vigorem. Circuibat populus & colliges manna frangebat mola, siue terrebat in mortariolo, coquens in olla, & faciens ex ea tortulas saporis quasi panis oleacei. Circuit populus querens praedicationem, & colligit manna per deuotionem, fran.

Sol.
Praelatus.

Electus.
Scientia.

Sap. 5.
Eclipsis.
Praelatus.
2. Sal. 105.

Praelatus.
Sol.

Praelati.
Correctio.

Praelati.
Gen. 28.
Sol.
Praelatus.

Nu. 11.

A frangit mola per dictionem, & meditationem, tenuit in mortario per conditorem, coquit in olla per ignitum feruorem, facit ex eo tortulas per amaram satisfactionem, nam panis, qui formatus ex oleo tortula dicitur quasi panis oleacei propter spiritualem delectationem. Dicit circuibat populus homines pauperes, & plebei hodie frequentant sermones non litterati, non diuites, non praelati. Treno. quarto. Paruuli petierunt panem, &c. Similes enim sunt diuites, & litterati draconi, qui fugit in foueam, & ibi se circumuoluit, ne sentiat odorem panterae, quam animalia minuta sequuntur, quia ex eius odore sanantur, sique sunt pestes in eorum corporibus, homines enim pauperes frequentant ecclesias, & sermones diuites, & litterati fugiunt, & vadunt ad tractandas baratarias. Can. quinto. Oculi eius sicut columbae super riuos aquarum, quae lacte lotae sunt, & resident iuxta fluentia plenissima. Oculi ecclesiae sunt doctores. oculi enim debent providere toti corpori, & cauere a periculis. B quia sicut columbae praudent in aquis vnam accipitris, sic doctores, & litterati praudent tentationes, & pericula ecclesiae in scripturis sacris residentis iuxta fluentia pessima, & lacte lotae habentes lac doctrinae simplicis, & fluentia plena in sensu morali, pleniora in allegorico, plenissima in anagogico. Residentes iuxta illum alueum plenissimum assidui, seduli, humiles, & quieti: hos autem oculos Diabolus nititur eruere, vt reddat caecum totum corpus ecclesiae. Sic enim coruus primo oculos impetit in cadauere, quod figuratur 1. Reg. vndecimo. Vbi Naas, per quem Diabolus figuratur, volebat Israelitis viris, scilicet Iabes Galaad eruere oculos dextros, & dimittere sinistros, & sic eis confederari: volebat enim seruos Dei monoculos facere. Sciebat bene, quod si essent monoculi, non possent Deo seruire in tabernaculi ministerio, siue in sacerdotali officio. Leuit. 21. Si albuginem habens in oculo non accedat ad altare, quia macularus, aut forte sciebat, quod si dexter oculus esset erutus, sinister esset necessarius ad regendum clipeum, & sic populus non posset pugnare. Est quaedam sollicitudo vituperabilis in eis, qui dimittunt studium theologiae, & cum magna sollicitudine insistant circa studium philosophiae, quod & sustinendum esset in saecularibus, non tamen in religiosis. Numer. 16. Quemcumque elegerit dominus ipse erit sanctus, id est ipse apparebit sanctior caeteris. Sicut res dicitur fieri quando primo innotescit inde est, quod non eliguntur, sed reprobantur ibidem Chora, qui interpretatur clamans, scholaris scilicet vel clericus, cuius affectus est cupiditate infectus, qui audit scientias lucratiuas, & clamoras, nec Abiron magister iuuitilis scholaris, cuius intellectus per curiositatem excecatus est. Nec Dathā, donec sufficiens, superbi, qui sibi videntur sufficere, & omnes alios transcendere, quorum actus non sunt in sanctitate. Electus autem est solus. Electus. D Aaron. Numer. 17. Quem elegit Dominus germinabit uirga eius, &c. Nota tria fuisse in uirga Aaron, uirorem, florem, fructum: uiror, qui pascit oculos est intellectus purgatus per scripturam illuminatus: flos puritatem habens est intellectus: fructus est bonum opus. Quae tria debet reperiri in bonis scholaribus. Gen. 20. Redde uxorem uiro tuo, quia propheta est, & orabit pro te, & viues: si autem nolueris eam reddere, morte morieris, & omnia, quae tua sunt. Intellectus videtur esse propheta, quia praedicta diuina consilia, cuius uxor est sapientia, & scientia diuina, cui adherere debet inseparabili copula. Dum autem a carnali affectu ad sibi proficiendum liber.

Predicatio.
Diuites.

Scriptura.
Oculus.
Diabolus.
Oculus.

Electus.

Electus.

Virga.

Scholaris.

liber ingenium acuerit, quicquid meditabitur oratione dignum, & in tali primo erit, si vero abstrahatur, aut separetur intellectus ab ista vxore, quicquid agimus, dignum est morte. Apocal. 2. Balaam docebat Balaac mittere scandalum coram filijs Israel, edere, & fornicari. Balaac elidēs, Balaam populus vanus. Hi sunt doctores vani, qui docent carnem, qui elidit spiritū, vt se exercent in gula, in luxuria, propter quod populus. Docere mulieres in ecclesia non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Mulieres hoīes carnales, & muliebres, & molles, qui allegāt carnis fragilitatē, non spiritus virtutem. Vnde Deut. 20. Interficies in ore gladij Aethaem, Amoraem, Cananaem, &c. ne forte doceant vos facere cunctas abominaciones, quas operati sunt Dijs suis, & peccetis in dñm Deum vestrum. 1. Cor. 5. Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento nequitiae, sed in azimis sinceritatis, & veritatis. Fermentum veteris nequitiae est error philosophiae, & haereticae doctrinae, quae reddit cor ad modum fermenti tumidum per elationem, non purum per veritatis cognitionem. Vnde Aug. in li. de fide ad Petrum: Infideles homines auribus volunt susurrare fidelium, non regula diuinae veritatis tradita, sed nequitia humani erroris iniuncta. Matth. 4. Assumpsit eum diabolus, & statuit supra pinnaculum templi, &c. Vbi nota, quod supra pinnaculum de superbia tentauit Christum: vnde Chrys. quia fere omnes doctores, & praelatos subuertit elatio, ideo magister veritatis permittit se assumi super pinnaculum, id est recti fastigium, vbi est sedes doctorum, vt doceat eos tentari de vana gloria. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Quia cum homo sit compositus ex duplici substantia, corpore, & anima, sicut corpus habet suam refectionem in cibis corporalibus, sic anima in spiritualibus eius sunt edificationis verba, & sacra scripturae documenta, quae ex ore Dei procedunt hanc refectionem impedit carnalis esca: vnde Solomon cogitauit carnem suam abstrahere a vino, vt animam suam transferret ad sapientiam. Tres pueri cauebant sibi ab esca regia, & impleti sunt sapientia. Tenta nos obsecro dicit Daniel, vt dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum. Sequitur: pueris autē illis dedit Dominus sapientiam, & scientiam: quia venter pinguis sensum tenuem non generat. Dicitum est Salomoni dormienti petenti sapientiam, & scientiam, vt iudicare posset populum. Sapientia, & scientia datae sunt tibi. Salomon iste in somno vigili sapientiam petijt, & accepit. Somnus est quies animalium virtutum cum intentione naturalium: quia sopitis sensibus in vegetationem corporis natura efficacius operatur. Sic dormit Adam, cui rapto in excessu mētis facta est diuinitus reuelatio: sic Abraham cum sopor irruit super eum facto ei certo iudicio: sic Iacob videns angelos ascendentes, & descendentes. Sic Elias sub Iunipero, sic scholaris petens sapientiam non diffundatur ad exteriora, vt dicat illud. Ego dormio, & cor meum vigilat.

Gen. Clamauit populus ad Pharaonem alimenta petens. Vtique alimenta, quae nutriant mentem, non porcorum siliquas, quae inflant ventrem, quales sunt scientiae mundanae, sed veritas scripturae; quia omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad erudiendum, ad corripiendum, vt perfectus sit homo Dei, & ad omne opus bonum instructus, hoc debet peti a doctore, in cuius figura Actu. 3. Quidam vir erat claudus ex vtero matris suae, qui balulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi, quae dicitur speciosa, vt peteret elemosinam ab introeuntibus in templum. Quia, qui suam cognoscit in se scientiam quotidie sacra scripturam scrutatur. Fideles do-

A doctores precibus suscitatur, vt accipiat veritatem, quasi contra sua vitia medicinam, quicquid legit, quicquid videt, quicquid audit, in sensum spiritualem conuertit, vnde se reficit. Dixit I. Iseus ad Sunamitem, vade, & pete mutuo ab oībus vicinis tuis vasa vacua non pauca, & ingredere, & claudes ostium tuum. Vasa vacua sunt libri gentiliū, qui aliquando pie, & bona intentione leguntur, & oleū tūc desuper a domino effunditur, quia spiritualis intelligentia inde elicitur. Ioan. 4. Dixit Iesus mulieri, Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi da mihi bibere forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Petit Iesus potum, quando vult quod Praedicatorum, & Doctores instruant populum subditum, & nos si haberemus donum Dei, gratiam Spiritus sancti, peteremus, vt daret nobis aquam viuam, id est sapientiam, & scientiam veram ad alios instruendum. Aqua enim viuata est, quae fluit impetu de monte Libani, uel quae hortum, & radicem habet a magno mari propter quod non potest siccare, semper fluit, & nunquam deficit, scilicet sapientia defursum descendens charitate condita, quae semper proficit, & nunquam excidit, haec maxime petenda est ad muniendum populum: quia ante aduentum Antichristi secundum Greg. 34. lib. Moral. doctrinae sacrae conticescent, & uerba praedicationis, & praedicatorum Antichristi seminabunt mendacia, habebit enim haec poetas, qui praedicabunt contra mores, sapientes, qui contra fidem, potentes, & superbos, qui ex nouitate suae praedicationis dicent populo placentia, & assecrurabunt eos in peccatis suis. Ione 4. Percussit sol super caput Ione, & aestuabat, & petijt animam suam, ut moreretur. Quia quando radius diuini luminis attingit uerticem intelligentiae nostrae, affectus estuat, inflammatus amore diuinae bonitatis, intellectus illuminatur cognitione veritatis: sed quia in ualescente animalitate radius ille more fulguris, & cito praetereuntis intermicat: ideo & dissipat, ideo petit anima, vt animalitas sua tollatur, vt purius contempletur, & diutius delectetur. Can. 5. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo, at ille iam declinauerat & transierat. Tunc declinat, cum veritati contemplandae per speciem deficit, cum tu afficeris vehementius & declinas oculus, atque transierat velox transitus, sed non parum violenter habet in transitu liquefactam relinquens animam: liquefacta est, quia crescens, currens, clarescens, crescens virtute, desiderio currens, veritate clarescens. Eccles. decimo quinto. Cibauit illum pane vitae, & intellectus. Panis vitae, & intellectus est verbum sacrae scripturae, & sanctae praedicationis: quia reficit in presenti virtute intelligentiae, & in futuro perducit ad vitam gloriae, vel panis intellectus, quia erudit intellectum, & vitam, quia ordinat ad vitam, & facit affectum; intellectum notitia, affectum gratia. De primo Luc. 24. Cognouerunt Dominum in fractione panis. De 2. Mar. 4. Non in solo pane viuit homo. Iste panis frequenter nobis apponitur, & magnam efficaciam haberet si bene masticareretur per diligentem in verbo praedicationis discussionem. Et secundo traieretur in ventrem memoria per frequentem meditationem, dirigeretur per feruentem compunctionem, assimilaretur, & in substantiam conuerteretur per morum informationem, & vniretur per dilectionem. Sicut enim panis cor hominis confirmat, alioquin timendum est, ne sit potius causa mortis, quam vitae, quod fit cum audimus, & rescimus nolimus. Sicut enim panis, qui hominem nutrit, acipitrem interficit, & bonus cibus, vel potus sanum reficit, infirmum interficit, vt dicitur in libro de moribus ecclesiae. Iob. 20. Panis eius in vtero eius vertetur in fel aspidum intrinsecus, vel cum audiunt vt detrahant praedicatori. Matth. 5. Non est bonum sumere panem filio-

4. Reg. 4.

Praedicatione

Euchar.

Praedicatione Panis. Cibus.

Predicatio filiorum, & mittere canibus. Difficile enim est proferre aptum, & grati E
ad omnes sermonem, maxime in tanta multitudine, ubi aras, mores, con-
suetudines, voluntates, variae sunt, sicut ferietem multarum cordarum ci-
tharam, ita plectrum aptare singulis, ut nusquam sonus alicuius offendat
auditum. Erideo ex causa triplici periculum est in praedicantibus, aut ex
sensu, aut ex verbo, aut ex auditu, aut enim nimis illuminatus est sensus,
aut ad explanandum, non est sermo sufficiens, aut bene prolata oratio, etiam
excipit auditus, ut dicit Greg. Eccles. 15. Aqua sapientiae salutaris potavit il-
lum. Verè aquae sunt refectiones scripturae Spiritus sancti, in quibus die,
at nocte meditamur, pasчимur, & potamus. In his enim quasi in quibusda
riuulis fons sapientiae, qui oritur in medio paradisi deriuatur foris, & in
plateis aquas suas diuidit. Eccles. 39. Audite me diuini fructus & quasi ro-
sa plantatae super riuos aquarum sanctificatae. Aliae sunt aquae, quae uiuifi-
cant animam in utraque ripa omnelignum pomiferum cuius lignum nõ
defuit, nec fructus decipit, sicut dicit in Ezech. Quomodo enim deficeret: F
quia, & si manifeste non pluit, ut sensibiliter in fluat, tamè occultè interius
uiuificat, & fecundat, radices affectionum impinguat, & omnem statum
in se informat, ut in ipso mediante, & legente, nec marcescat, nec defluat.
Folium, id est uerbum leuiter, uel inaniter prolatum, nec aliquando uita de-
sinat facere fructum. Qui uult ueram Dei notitiã habere, debet oculos in-
teriores a peccatorum sordibus emundare. Nam sicut oculus exterior si pu-
rus, & sanus fuerit, naturaliter sine doctrina lucem materialem uidebit: sic
oculus interior purus sublata caligine peccatorum facillimè intelligit etiã
occulta mysteria scripturarum, non enim à Spiritu sancto, ut nobis obscu-
rae essent prolatae sunt scripturae, sed uelamine peccatorum nostrorum ob-
mubilante oculos cordium redduntur nobis obscurae, ideo secundum con-
siliũ Ioannis. Collirio lachrymarum inunge oculos tuos, ut uideas. Luc.
17. Si habueritis fidem dicetis haec arbori moro eradicare, & transplanta-
re in mari, obediet nobis. Fructus mori albescit in floribus formatus, ruti-
lat, & rubescit, maturitate nigrescit, fructus eius cibus est pastorũ, sicut sac-
ra scriptura docet albedinem in puritate incorruptionis, rubedinem in a-
spectate mortificationis, nigredinem in assiduitate laboris, & actionis.
Et est resectio praelatorum, licet dicat Exo. 10. quod deuorata est herba ter-
ra à locustis, & quicquid pomorum, id est fructuum in arboribus fuit, quae
praelati, qui debent uacare sacrae scripturae uacant ambitioni, & superbiae,
& scientiae mundanae, & ideo non potest ecclesia fructificare. Locusta salit
& cadit, & ipsi ascendunt in altum per superbiam, & dignitatem, & cadunt
in infimum per culpam, & penam: quia cum lucifero ascendunt usque ad
caelos, descendunt usque ad abissos, anima eorum in malis tabescebat: tur-
bati sunt & mori sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. M
Vnde de ipsis: Hi sunt nubes sine aqua, propositi scilicet super alios, sed si-
ne aqua, quia siue scripturae sapientia arbores autumnales infructuosae, in
autumno non debent flores oriri, sed fructu colligi: quia tales habent flo-
ris solam apparentiam non fructus exuberantiam, bis mortuae sibi, & pro-
ximis, interius propter defectum boni exempli, & actionis meritoriae. De
hac arbore sacrae scripturae procedunt rami exempla uiuendi, & uita gra-
tiae in presenti, gloriae in futuro. Leuit. 20. Vir siue mulier in quibus pho-
nicus siue diuinationis spiritus fuerit morte moriatur, lapidibus obruent
eos. Ipsi sunt uacantes praestigijs, & artibus magicis, & uarijs speciebus ma-
thematicae reprobarae, quae omnia maleficia ex quadam pestifera familiari-
tate

Aqua.
Predicatio

Oculus.

Apoc. 3.

Iud. 3.

Arate demonum, & hominum profuunt, & damnata sunt à sanctis patri-
bus. Saepe enim uerum proferunt daemones intentione fallendi, sed ueritas
ait, si dixerint uobis, & ita acciderit ne credatis eis. Muri ciuitatis sunt sa-
crae scripturae, quos impugnat haereticus habens secum complices suos blas-
phemiam erroris, qui uult desuper transilire. Scissuram diuisionis, quae uult
defubtus murum suffodere. De impugnatione haereticus dicitur 1. Esd. 4. Nu-
ciamus Regi, quoniã si ciuitas Ierusalem aedificata est, & muri eius instau-
rati possessionem ultra fluuiũ non habebis: illi, qui fluunt per fluxibiles
delectationes, sunt possessio diaboli: sed illi, qui sunt ultra fluuiũ, habent si-
dei soliditatẽ, sunt possessio Christi. De translatione murorũ horũ Efdrae
aedificent Iudaei, dicit Thobias in persona diaboli: Si ascenderit uulpes, tra-
nsiliet murum eorum lapideũ. Ipsi sunt homines, qui per subtilitatem intel-
lectum humanorum uolunt penetrare abdita mysteriorum diuinorum. Et
B accidit eis sicut Remo, qui transiit muros & capite est punitus, & nos vi-
demus ad litteram istos capite puniri, quia tandem infatuantur, quia transi-
liunt muros istos per blasphemiam erroris. De subfossione, quae est per scissu-
ram diuisionis. Gen. 49. Symeon, & Leui fratres uasa iniquitatis bellantia
in consilium eorum non ueniat anima mea, in uoluntate sua suffoderunt
morum. Sequitur: Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio,
quia grauis: quia tales ex indignatione, & pertinacia facientes occulta con-
tilia, rumpunt murum unitatis per scissuram diuisionis. Haeretici sunt oues
Diaboli maculosae, de quibus dicitur Gen. 31. 9. oues Laban erant macu-
losorum uellerum, quia habent intellectum erroribus maculosum, & affe-
ctum malitijs deprauatum. Ipsi sunt uulpes dolosae, de quibus in Cant. 2.
Capite nobis uulpes paruulas, quae demoliuntur uineas, id est, sanctorum
scripturas, in quibus inuenitur uinum euangelicũ in nuprijs Christi, & ec-
clesiae propinatum. Ipsi sunt uulpes Sasonis, quae habent caudas, id est intẽ-
tiones colligatas, ut comburent fegetes scripturarum. Trecentae sunt vul-
pes, quia haeretici errant contra Trinitatem, & contra triplicẽ legem natu-
rae, scripturae, gratiae. Per caudas intellige phantasias haereticales. In cauda
enim bestiae est impuritas, instabilitas, inferioritas: quia heret. terre. 4. Reg.
25. Sophar probabat tyrones de populo terre. Et dicitur le. 52. quod iste So-
phar interpretatur diuidens, ut patet in glo. ibidem. Ad hoc specialiter pro-
bat Diabolus, ut hominem per haereticum à ceteris fidelium diuidat. Vnde ha-
reticis graecè diuisio. Tyrones enim sunt noui milites, significantes conuer-
sos ad dominum, qui nouis blasphemijs impetuntur, & maxime de fide:
non quia noua tentatio deerat, sed quia tunc non apparebat: haeretici diui-
dunt tunicam Christi inconsubtilem, dum diuidunt ueram fidem.
D Haereticus figuratur in lepra, quae est morbus contagiosus, & infectiuus, &
secundum legem Leuit. 13. Debet eijci extra castra, & habere os contextũ,
quia debet separari ab alijs, sicut ouis morbida, ne alios inficiat, & debet
ei silentium imponi. Quaedam autem haereticus pertinet ad personam singula-
ris corruptionem, quaedam uerò ad aggregationem. Prima lepra est capitis,
& barbae, de qua Leuit. 13. Vir, siue mulier, in cuius capite, uel barba germi-
nauerit lepra, uidebit eos sacerdos, & siquidẽ humilior fuerit locus reliqua,
& capillus flauus solito se subtilior cõtaminabit eos, quae lepra capitis, ac bar-
bae est: lepra in capite, est error de Christo in fide male sentire de Deo, &
de Christo. Nã Deus est caput Xpi, & Christus caput est corporis mystici,
& fides est caput animae influens sensum. Barba autẽ perfectae uirilitatis in-
hoie est indicium. Vnde per barbã uirtus sanctorũ designatur. Sicut uinguetũ
Psal. 132.

Ecclesia.
Murus.

Necmie 4.

Iud. 15.

Error.

Lepra.

Haereticus.
Error.

Psal. 132.

Gratia. In capite, quod descendit in barbā Aarō: quia spiritus sancti unctio a Chri E
Spiritus S. sti capite descendit in Apostolos, & viros perfectos, ergo qui vitam sancto
rum, vel doctrinam eorum blasphemat, lepram in capite, & barba portat.
Fides. Quicumque ergo a communi fide defecerit, & a veritate doctrinæ, quem
Ecclesiæ. prædicat vniuersalis ecclesia, in isto loco lepræ humilior carne reliqua ap
paret: quia error ipsius sana fide credentium inferius iacet. Capillus etiam
flauus est, & solito subtilior: quia de ingenio præsumentes, subtiles habent
imaginationes, vel cogitationes: & sicut per nigredinem humilitas designa
tur, ita per albedinem superbia per oppositum. Per colorem ergo flauum,
qui appropinquat superbiæ, & elationi: erant enim ex fiducia sui subtilis in
genij. Hoc est quod dicitur: Vir siue mulier, & cetera. Si autem viderint
locum maculæ æqualem, vicinæ carni, hoc est si errorem obiectum dete
stentur, & fidem, ac opinionem communem de his, quæ tangunt fidē, pro
testentur, & capillum nigrum, id est cognitionem auctoritatibus sanctorū
humiliter subiactentem, recludatur septem diebus. Hoc est ammonitio,
& doctrina prælatorū metas fidei legitimas transire prohibetur, donec ab
errore quiescat. In die septima intuebitur quia diligenter aduertent dū est,
quod postquam fidem confitetur, & auctoritatibus sanctorum se subij
cit, ne forte impietatem laudet in secreto, quam damnauit in publico. Et
Fides. si non creuerit macula, id est, suspitio erroris contra eum, radetur absque
Hæresis loco maculæ. Raditur ergo caput, & barba eius, cum de diuinis tractare,
proprio sensu non finitur: vnde Greg. Barbam radunt, qui sibi de proprijs
viribus fiduciam subtrahunt, relinquuntur maculæ locus, vt erroris sui me
moriam habeatur, vt eius præsumptio retundatur, dum scandalum, quod ge
nerauit in ecclesia, videre compellitur. Recluditur etiam septem diebus a
lij, quod multi errorem præ timore pœnæ abnegauerunt, qui pertransito
timore ad euomendum pristinum venenum redierūt. Sed quiquis ad ple
nam fidei integritatem reducitur, sicut de oris confessione, ita admonen
dus est de interiori fidei castitate, & quia his recluditur, dum voce pasto
ris, & ab impietatis professione, & a sensus sui deprauatione cohibetur.
Quinta est lepra domus, significans defectum fidei in cognitione, de qua
Leuit. 14. Si fuerit plaga lepræ in ædibus, ibi cuius est domus nunciens sa
cerdoti quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea: vt ille præcipiat,
vt efferant omnia de domo postquam ingrediatur eam, & videar vtrum ip
sa lepra sit, ne immunda fiant omnia, quæ in domo sunt. Domus hæc eccle
sia, vel congregatio fidelium. Psalm. 78. Zelus domus meæ comedit me. In
quo innuitur quod fouere non debemus hæreticos, ne contaminemur ab
eis, & peccatum eorum abscondatur in eis. Nullus enim amicū suum,
etiam nec seipsum contra salubris disciplinæ remedium tueri debet. Si sit
autem spontanea peccati confessio, aut innocentia simplex ostensio; quia
H sæpe reatus malorum regūtur per defensores aliorum, ita ut non possint
argui, neque corrigi: quia quando Behemot, sicut scuta fusilia est compa
ctum squamis se præmentibus, & sibi adherentibus, spiraculum spiritus
sancti non incedit per eas, quia squamæ sunt obduratæ: & coniunctæ, qui
cum diuisi corrigi poterant, iuncti in iniquitate sua pertinaciter perseue
rant. Ideo sacerdos examinaturus lepram vasa de domo eijcit: quia quoscū
que potest ab eorum societate disungit. Bonum est enim, vt domus nuda
remaneat, vt homines, qui suspecti habentur, nullis patrocinijs fulciti aut
rei, aut innoxij certa discussione appareant. Ideo efferuntur vasa, ne corda
aliorum per defensionem fiant immunda. Translatio septuaginta sic dicit,
Præci-

A Præcipiet sacerdos detegere domum, & non florebit in omnem domum,
quia resili entes ab eorum communionem, non afficientur morbi eiusdem su
spitione. Præcipit etiam, vt si in parietibus diuersus color apparuerit pal
loris, aut ruboris, & locus lepræ humilior superficie reliqua quasi adhuc
de corruptione ipsius dubitari possit, tunc domus clauditur, vt illa septena
ria expectatione discutatur, pallor in parietibus defectus est calor spiritus
sancti in cordibus, & amissio caloris vitalis, hoc est superne dilectionis:
vnde hæretici significantur per equum pallidum. Rubor ad eorum crude
litatem pertinet, vnde pallor in eis, qui est color hominis mortui, est chari
tas extincta. Rubor malitia accensa. Locus lepræ reliqua superficie humi
lior est erroris eorum impietas, quæ ad fidei nõ occurrit integritatem, sed
deprimat infra vniuersalem professionem, & ideo nõ adæquat superficiē.
Clauditur domus, non interdicitur fidelibus, ne consentiant talibus, quia
B admittit facultas ingrediendi exclusis, & progrediendi inclusis. Clauditur
septem diebus, quia prælatus expectat, vt illa multitudo a sua præsumptio
ne quiescat. Si lepra creuerit lapides eruuntur, & extra ciuitatem in lo
cum immundum projiciuntur. Crescit lepra cum post admonitionem sa
cerdotis augetur hæresis, & eruuntur lapides, in quibus lepra apparuit,
quia separandi sunt doctores ab eis, a quibus impium dogma processit, &
in locum immundum projiciuntur, quia a communionem fidelium separan
tur. Et domus intrinsecus raditur, quia quicquid falsitatis cordibus decep
tis inhæsit, in eorum conscientijs delendum insinuatur: & rasura in locum
projicitur immundum, quia decernitur dogma illud a pietate, & veritate
fidei extrancum, & alij lapides pro ablatis reponuntur, & domus linitur
alio luto, quia querendi sunt alij Doctores, qui illos imbuant veritatis
documento.

C De mundatione primæ lepræ, scilicet erroris in persona singulari, quæ
fit per confessionem publicæ veritatis Apostolus. Omnia munda, mundis, **Ad Tit. 1.**
coinquatis autem & infidelibus, nihil est mundum. Sed inquinate sunt
eorum mens, & conscientia: confitentur se nosce Deum, factis autem ne
gant: tu autem loquere quæ docent sanam doctrinam, & formam habe
sanorum verborum, vt scilicet fidem catholicam, quam profiteris ore, con
firmes opere: non habeas simulationem in vita, & granum infectionis sub
lingua, sicut porcus leprosus, & sic mundatur lepra capitis, & barbæ in Ca
tholica fidei professione.

De mundatione secundæ lepræ scilicet domus, siue erroris Collegij siue
multitudinis, quæ fit per vitiationem infectiue familiaritatis. Iacob con
uocata omni domo sua, ait: abijcite Deos, qui in medio nostri sunt, & mū
damini, & mutate vestra vestimenta: surgite, & ascendamus in Bethel. Vo
D lebat Iacob quod sui separarentur ab idololatriis, & infidelibus, & mutarēt
vestimenta, id est relinquerent peregrina documenta, sicut raditur domus
leprosa, & linitur alia terra. Vnde Nume. 33. Cum transferitis Iordanem,
dispergite cunctos habitatores terræ illius, confringite vitulos, & statuas
communite, & omnia excelsa vastate mundantes terram, & omnes habi
tantes in ea. Et hoc est quod præcipitur in Leuitico, quod lapides destituā
tur, & alij reponantur. Et sic mundatur lepra per separationem ab infide
libus 1. Cor. 6. Exite de medio eorum, & separamini dicit dominus, & im
mundum ne tetigeritis, hoc est infidelibus ne consentiaris: quia qui tetige
rit picē coinquabitur ab ea: ex tactu enim morticinorum fit homo im
mundus secundum legem, nec poterat comedere de sanctificatis, nisi prius
Gen. 35. Religio.
Societas.
Hæresis.
Ecl. 32. Euchar.
la-

lauasset carnem suam aqua, & Sol occubisset, id est nisi prius carnē mortificasset in penitentia, & deferbuisset prius voluntas ad malum inflammata.

Lcuit. 22. Scriptura sacra est hydria farinae, & similia: quia continet doctrinā absq; omni furtive erroris. Et est lecitus olei, quia continet doctrinam medicamentuam, illuminatiuam, conditiuam. Nec hydria farinae deficiet, nec lecitus olei minuetur. Quia nunquam prædicatio verbi Dei deficiet vsque in diem, qua daturus est dominus pluuiam gloriæ super terram. Hier. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & fodierunt sibi cisternas, quæ continere non valent aquas. Isti sunt, qui fodiendo cum magno labore, & expensis quarunt aquas turbidas, insipidas, de cisternis librorum philosophiæ, & dimittunt fontes hortorum, puteum aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano diuinitatis, quæ hauriuntur cum gaudio de fontibus Saluatoris sacre scripturæ.

Docere. Et nota contra illos, qui sciunt, & alios docere noscunt. Eccl. 55. Et hoc est figuratum per manna: quod reueruatum ultra tempus deputatum computrescebat. Exo. 16. Contra Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et Prouer. 5. Deriuuntur foris in plateis fontes tui.

Philosophia. Et nota de studio Philosophiæ. Ezech. 1. Cum descripsisset animalia quatuor, & supereminens firmamentum, & sedem, & sedentem, eius aspectus a lumbis vsque sursum, quasi species ignis in circuitu Throni, & velut arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ, &c. Firmamentum sacra scriptura. Psal. 18. Opera manuum eius annunciat firmamentum. Quattuor animalia, figuram comprehendunt quattuor partium Philosophiæ, quæ multum conferunt ad studium sacre scripturæ: vnde dicitur ipsum firmamentum imminere super caput animalium: ostenduntur autem ibi quattuor facies, hominis, bouis, leonis, & desuper facies aquilæ. Facies leonis figurat Mathematicam, quia propter fortitudinem, & certitudinem demonstrationis in modum leonis nullam habet formidinem deceptionis, vel erroris. Habet enim non opinionem, sed scientiam, quæ est sine formidine alterius partis: Vnde in modum leonis fortissimi bestiarum. Ad nullius obijcientis pauebit occursum. Leo rugiet, quis non timebit? Mathematicus arguet, quis non formidabit? Facies hominis figurat Philosophiæ moralem, quæ mores, & actus hominum ordinat, & gubernat, ad quam pertinet notitia iuris canonici, & ciuilibis. Facies bouis figurat philosophiam naturalem, quia est animal deputatum cultui terræ. Quod inter omnia animalia magis habet de materialitate: sic philosophia naturalis vomere inuestigationis materiam excolit, generationis, & corruptionis naturalium. Hinc est quod prohibetur in lege, non arabis in boue, & asino. In asino rudi ingenium imperfectum in scientijs triuialibus Grammatica, Logica, Rhetorica. In boue: ingenium Philosophiæ naturaliter arare, id est, inuestigare prohibetur copula asini ad bouem, hoc est rudij ingenij ad scientiam naturalem. Rudis est, quia inde posset peruenire error. Si ergo tres facies inferiores designant tres philosophiæ partes, Mathematica, quæ est in necessarijs, Moralitatis, quæ est in probabilijs, Naturalis, quæ est in vtrisque. Per faciem aquilæ desuper designatur Metaphisica, quæ in modum aquilæ ingenium reddit acutum, & ceteras dirigit, ac rectificat super ista quattuor animalia eminet firmamentum, quia super omnes præcellit, & transcendit Philosophiæ studium: vnde non est arguedum aliarum scientiarum, & philosophiæ

Philosophia.

A studium, dum modo fiat bona intentione, & nimis non insistatur ibi: immo timendum est; ne illud accidat, quod figuratur 1. Reg. 13. Porro faber ferrarius non erat in Israel, cauebant autem Philistinim, ne forte facerent Hebræi gladiū, aut lanceam. Fabri ferrarij sunt doctores Philosophi, qui inflexibiles, & indomabiles dubitationes extendunt, & in modum gladiatorū ingenia acutunt, & quasi lanceis splendebunt, rationibus acutis de longe fuerint. Cautela. Philo- ergo Philistinorum. id est demonum est, dissipare studium philosophiæ, quia nolunt quod Hebræi, id est Christiani, maxime religiosi habeant acutum ingenium super firmamentum sacre scripturæ, ne possent hæreticos conuincere. Iudic. 5. Stellæ manentes in ordine, & cursu suo aduersus Zisaram pugnauerunt. Quia non solum scripturarum autoritatibus, sed etiam Philosophi rationibus pugnandum est contra Zisaram pugnauerunt. id est contra hæreticos, interpretatur. n. excludens gaudiū. Quod aut dicit in ordine, non dicit Hæretici. philosophia addisci; nisi vt melius addiscatur theologia. In cursu dicit, quia Philosophia.

B nullus debet ibi studere, aut studium ibi figere, sed quasi currendo ad theologiam perpetrare Neemiæ 1. Dissipatus est murus, & c. Muri ecclesiæ dicuntur doctores, & prædicatores, qui debent defendere ecclesiam contra hostes. Can. vii. Si murus est. In cedro boni odoris significatur fragrantia bonæ opinionis. Dissipatur ergo murus, aut cum aliud dicitur, aut cum aliud agitur. Roma. 2. Qui prædicas non sarrandū, furaris: aut cum suspectæ opinionis a doctores asseruntur. Et nota de expositoribus sacre scripturæ, & eius doctores: quia designantur per pastores Isaac. Gen. 26. Qui fodierunt quatuor puteos, sed de duobus contempnerunt cum pastoribus Gerare. Primus puteus dicitur calūnia, secundus inimicitia, tertius abundantia, quartus latitudo. Isaac pastores sunt Christi doctores, & prædicatores, puteos fodiunt, cum scripturas exponunt, & aquas salutaris sapientiæ in eis quarunt, vt inueniant aquam vitæ. Quattuor putei, quattuor modi scripturæ exponendi.

C Primo per naturales rationes, & quia talibus rationibus Iudæi, & hæretici contradicunt, vocatur iste puteus, id est, iste exponendi modus calūnia. Secundus per exempla, & quia super exempla etiam rixantur; ideo vocatur inimicitia, tertius per autoritates irrefragabiles, quibus contradicere non possunt: ideo vocatur latitudo: Quartus per rationes fidei Theologicas, hic vocatur abundantia. Si enim vsque ad fossionem huiusmodi putei doctor, & prædicator peruenire possit, aquis sapientiæ salutaris, indeficienter abundabit. Sicut dicit beatus Petrus: parati reddere rationem omni poscenti de ea, quæ in nobis est fide, & spe. Vel isti quattuor putei appropriantur ad illos quattuor modos vulgatos exponendi scripturam historicè, allegoricè, anagogicè, & tropologicè.

D Et nota contra illos qui magis uolunt studere, & audire Phisica, & curiosa, quam Theologiam. Quarto Regum 18. Vbi legitur quod Rapaces missus à Rege Assyriorum, &c. Sequitur, precamur, vt loquaris nobis Syriacè. Siquidem intelligimus hanc linguam, &c. Per Rapacè intelligitur prædicator, & doctor, qui à rege celi mittitur ad impugnandas munitiones peccatorum. Sed clerici, & laici curiosi precantur, prædicatores, vt loquantur eis Syriacè, id est, alta, & eleuata lingua & difficilia ne simplices intelligant. Sed vitium responderent prædicantes, numquid ad vos me mittit, & cetera. Per stercus, & vitium peccata designantur. Iohis secundo. Computruerunt iumenta in stercore suo. Ithaco meduntur, & bibuntur, dum factor peccati incipit sentiri, & detestari.

Hom. 26.

ri. Apoc. 8. Tertius angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo stella magna ardēs quasi facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum, & nomen stellæ dicitur absinthium, & multi homines mortui sunt de aquis quia amaræ factæ sunt. Attendendum, quod tuba primi Angeli excitauit ad bellum contra sæuitiam tyrannorum. Tuba secundi Angeli contra perfidiam hæreticorum, tuba tertij Angeli contra fallaciam Physicorum: Nolite, ait Apostolus, decipi per gloriã, & inanem fallaciam. Colo. 2. Mundana philosophia dicitur stella propter curiositatē intelligentiæ. Magna propter fastuositatē excellentiæ, vel eloquentiæ. Facula ardens propter quæstuositatē concupiscentiæ. Stella de cælo cadit, cum ratio una Physica primæ veritati firmiter, & simpliciter non assentitur, & de veritate fidei rationem quærit. Cum secundum Gregorium fides non habeat meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Nomē autē stellæ dicitur absinthium. Cuius amaritudine obtenebescit sensus cognitionis, refrigerat virtus discretionis, obstupescit gustus deuotionis. Cadit autē in tertiam partem fluminum: quidam enim credentiū assentiuntur veritati catholice humiliter, & officiosè, quidā inquirunt fideliter, & studiosè, quidam peruertunt nequiter, & curiosè, seu malitosè. Et hæc tertia pars infidelitatis absinthio toxicatur, hæc est cadit in fontes aquarū, quibus infectis turbatur ordo scientiarum, siccatur origo gratiarū, & inde scaturit doctrina errorū. Vnde meritū sequitur, quod multi oriuntur ex aquarum amaritudine, cadentes à veritate, ruentes a charitate, peccantes infidelitate. Hæc est septima stella, quā magi malefici hodie contemplantur, quæ eos non ducit ad Christum, sed præcipitat in infernum Sap. 7. Dicitur in persona boni prælati. Letatus sum in omnibus, quoniã antecederetur me ista sapientia, & ignorabam quoniam omnium bonorum mater est, quā sine fictione didici hoc de scientia sacre scripturæ. Dicitur autē sacra scriptura oīum bonorum mater: quia continet duodenariū articulorū, denariū præceptorum, ternarium consiliorū, septenarium donorum virtutum, & vitiōrum ad detestandum, petitionū ad impetrandū, sacramentorū ad curandū, virtutum ad ornandū, honorū ad expediendū, beatitudinū ad perficiendū, pietatis operū ad exhibendum. Hæc oīa liber vitæ, & testamentum altissimi, & agnitio veritatis. Eccl. 24. Ista omnia dēt scire curatus explicitè, & subditus explicare Malac. 2. Legem ex ore eius requirunt, quia Angelus Dñi exercituum est, super quē locum Hieronym. ad sacerdotes pertinet disciplina, interrogatum respondere de lege, qui si in ceteris diligentè, in sapientia scripturæ negligentem se esse ostendat, frustra se iactat de dignitate, cuius opera non exhibunt. Tali. n. dicitur, quia si tu scientiã repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Sed pro dolor hodie filij, Agari. i. aduenæ ab ecclesia exquisierunt prudentiam, quæ de terra est. Oēs quidē currunt ad iura, ad medicinam, & ad scientias lucratiuas, dimittentes, & contēnentes sacrā scripturā. Vnde iã sapientiæ nescierunt: & quia non habuerunt sapientiã, per erunt pp suã insipientiã. Baruc. 3. Et no. q̄ sacra scriptura est murus ecclesiæ. Can. vi. Ego murus. Murus iste habet pro lapidibus efficaciam duodecim articulorū, quod figuratū est Iosue 4. dū duodecim principes, i. 4 postoli rulerūt duodecim lapides. i. duodecim fidei articulos de Iordanis alueo. i. de scripturæ alueo, & fluuiio, vbi posita sunt castra, id est fundamenta ecclesiæ. Pro cemēto vero habet cōem duorum testōrum veritatem. Esa. Inter duos muros foderunt sibi cisternas. i. doctrinā. Sequitur Can. vi. Ego murus, & vbera mea sunt sicut turris. Ista verba sūt

pre-

A prædicationis, & sacre scripturæ in duobus testis quasi in duobus vberibus documenta: vbera distillantia cælicū saporem, dū promittunt præmia. Gār. 2. Memores vberū tuorū, super vinum redolētia viuificū odorē dū suadēt honesta. Meliora sunt vbera tua fragrantia vini optimi. Incutiēda dñi timorē dū coninatur supplicia. Fasciculus myrrhæ dilectus meus, inter vbera mea cōmorabit. Vel duo vbera præcepta, & consilia. Can. 7. duo vbera tua, sicut duo gemelli capræ. Sunt autē sicut turris David propter doctorū, & prædicatorum constantiam. Cant. 4. Sicut turris David collū tuū, quæ ædifata est, mille clipei pendent ex ea. Hęc turris dī ad vitam inferiorū custodiendam, & speculandā, ad fidē credentium defendendam, ad versutiã infidelium propellendā. Huius turris sacre scripturæ propugnacula sunt p se tentariū irrefragabilem argumenta, miraculorū infallibiliū experientia, Satorū martyrum exēpla. Hunc murū dissipant præsumptuosi garrulatores, indiscreti, & ignorantes: vnde hodie vociferantibus sacerdotibus muri Hiericho corruerūt. Hiericho ecclesia, muri scriptura, sacerdotes vociferantes Doctores, falsa, & inutilia dogmatizantes. Iosue 6. Si lex veritatis esset in ore nostro, sicut in ore Eliæ. Eccles. 48. Tunc sicut verbum Eliæ, quod sicut facula ardebat, sic virtus veritatis verbi nostri haberet in nobis desiderio, ignitet eloquio, luceret exēplo. Sed hodie dici potest illud 4. Reg. 2. secundū aliã litterā. Vbi est verbū Eliæ etiã nunc, quod vna quadriga est intelligētia, quattuor rotæ eius sunt ingeniū, studiū, contēplatio, reuelatio. Trahitur duobus equis, sapientia, & scientia. Auriga fides, vel quadriga ista est sacra scriptura &c. Veritas vno modo se habet: ideo dū a doctoribus cōcorditer quæritur, dum concorditer discitur, & concorditer docetur, de facili, & citius inuenitur. Vnde in signum concordie, quæ debet inter doctores esse, præcepit Dominus Exod. 25. Facies duos cherubim aureos, & productibiles respicientes se mutuo versis vultibus ad propitiatorium: quia mutuo debent conuertere oculum intellectus ad veritatem non ad uoluntatem, & Num. 10. Fac tibi duas tubas argenteas. Cherubin interpretatur plenus sapientiæ, vel scientiæ. Vult ergo dominus fieri duos Cherubin, vt per hoc significetur concursus inquisitio, & concursus prædicationis veritatis inter doctores, qui mutuo se respiciant oculo recto, non obliquo, non inuido, non iniquo. Qui enim respiciunt se oculo inuido sequuntur uoluntatē, & vanitatē, & nunquā inueniunt veritatē. Respiciant ergo se mutuo, concorditer inquirendo, disputando, docēdo, prædicando versis vultibus ad propitiatorium, non aduersis, non peruersis. Si enim loquatur de inquisitione veritatis in tota rerum vniuersitate, vel in qualibet facultate semper, dum aliqui concorditer quærent, discunt, determinant, prædicant, tunc veritas inquiritur, & inuenitur, & est signum, q̄ tales sunt inquisitores veritatis: ideo vt dicit Aug. 1. de Trinit. Quisquis hæc audit, vel legit, vbi pariter certus est, pergat mecum vbi pariter hæsitat, quærat mecum, vbi errorem suum recognoscit, redeat ad me, vbi mecum reuocat me, ingrediamur simul charitatis viam, tendentes ad eum, de quo dictum est: Quære faciē eius semper. Puto quod si veritas tales haberet inquisitores peiores haberet contradicētes. Debent etiam doctores quasi tubæ concorditer docere, concorditer prædicare. Vnde dicit Aug. super Ioa. Duæ tubæ vno flato sancti Spiritus afflante, vnde reducit sonum: cū autem vnū sonū non reddunt, signū est q̄ a Spiritu S. afflatæ non sunt. Curiositas in acquisitione scientiæ est vitanda; at hæc. n. inducit diabolus, vnde dixit primis parentibus. Eritis sicut diſcipientes bonum, & malum, & vnde voluerunt in

Turris.

Scriptura.
Fides.

Eliæ.
Prædicatio
verbum.
Quadriga.
Rota.

Veritas.

Doctores.

Tuba.

Concordia

August.

Doctores.

Curiositas

Docere. debite scientiam acquirere, lumen cognitionis amiserunt. Aug. in prologo de doctrina Christiana, in principio: Omnis res, quæ dando non deficit, dū hñ, & non datur, nondū habetur, habēti enim. i. cum benignitate vtenti dabitur, & abundabit, atq; accumulabit, quod dedit illi. Etenim septē erant illi panes antequā inciperent dari esurientibus, quod vbi fieri cōpit, cōphinos, & sportas, satiatis tot millibus hominum, impleuerunt. Item in prologo eiusdem libri contra illos, qui dicunt orando non dari notitiam scripturarū: Antonius vir sanctus monachus Aegyptius sine vlla scientia litterarum scripturas diuinas, & memoriter audiendo tenuisse, & prudenter cogitando intellēxisse, prædicatur. Seruusq; barbarus Christianus, vt a grauis simis, fideque dignissimis personis accepimus, qui ab homine litteras non didicerat, triduanis precibus impetravit, vt sibi reuelare plena notitia scripturarum, vt etiam codicem sibi oblatum stupentibus, qui aderant legēdo percurreret. Item ibidem contra illos, qui dicunt non debere addiscere ab homine, sed semper orare. Et contra illos, qui se reputant scientes, & à simplicibus nolunt addiscere. Cogita Apostolum Paulum, licet diuina, & cœlesti voce prostratum, & instructum, ad hominem tamen missum esse, vt sacramenta perciperet, & ecclesiæ copularetur. Et Centurionem Cornelium, quamuis exauditis orationes eius, & elemosynas reserpiat: Angelus enim nunciauerit Petro, tamen traditur imbuedo aqua, vt non solum sacramenta perciperet, sed etiam quid credendum, quid sperādum, quid diligendum esset, audiret. Et certe spadonem illum, qui Esaiā propheta tam legens nō intelligebat, neq; Apostolus ad Angelum misit, neq; n. per Angelum, id, quod non intelligebat, expositione autem diuinitus in mente sine hominis ministerio, reuelatum est, sed potius suggestione diuina missus est ad eum, sed itq; cum eo Philippus, qui nouerat Esaiā etq; humanis verbis, & lingua, quod in scriptura illa rectum erat, aperuit. Nonne cū ad Moysē Dominus loquebatur, & tamen cōsiliū regendi, atque administrādi tam magna populi a socero suo Ietro alienigena, scilicet homine, & maximē prouidus, & minimē superbus accepit. Et nota contra illos, qui dicunt non esse licitum Religiosis studere in philosophia, ex secundo de doctrina Christiana. Sicut Aegyptij nō solum idola habebant, & onera graua, quæ populus Israel detestaretur, & fugeret, sed etiā vasa atque ornamenta de auro, & argento, & vestem, quæ ille populus exiēs de Aegypto sibi potius tanquā ad vsum meliorem clanculo vendicauit, non auctoritate propria, sed iussu Dei ipsis Aegyptijs nescienter accōmodantibus ea, quibus non bene utebantur, sic doctrinæ omnes gentilium non solum simulata, & superstitiosa figmenta habent, quæ vnusquisq; nostrum duce Christo de societate gentilium exiens abominari debet, atq; deuitare: sed etiam liberales disciplinas vsui veritatis aptatores, quæ quidem morū præcepta vtilissima continent de ipso uno Deo colendo, nonnulla vera inueniuntur apud eos, quæ tanquam aurum, & argentum, quod non ipsi instauerint, sed de quibusdam quasi metallis diuinæ prouidentiae, quæ vbiq; infusa est eruerunt.

De dilectione fraterna.

Vide fol. 27. 7. 61. **I**oseph gerit typum viri Religiosi, & Christiani, non enim vindictā de fratribus, qui eum vendiderant expetiit, sed iniuriā condonauit, & bona pro

A pro malis eis reddidit. Et habemus Christi exemplum qui pro crucifixoribus orauit, & quotidie nobis iniurias remittit. Et eius documenta, orare, ait, pro persequentibus & calumniantibus uos, & in oratione Dominica: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et in Mat. 18. De seruo cui dimisit omne debitum, & illum, qui conseruo noluit remittere, iussit poni in carcerem. Matth. 13. Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo, cū autem dormiret homines uenit inimicus, & superseminauit zizaniam. Homo iste Christus est, ager ecclesia, & religio sancta. Bonum semen virtutes, & charitas, a qua sicut a semine, & radice procedunt rami, & fructus honorum operum, inimicus homo est detractor, & qui seminat inter fratres discordias, quem Deus detestatur: quia ex suo corrupto semine procedunt rixæ, contentiones, & infinita mala. Seminatur autem iste inimicus dormientibus hominibus, quando scilicet Prælati sunt negligentes ad corrigendum tales, vel quia tales creduntur simplices, & quasi dormientes. Luc. 15. Gauius est pater super filio prodigo reuertenti, epulari, ait, & gaudere oportebat, quia frater tuus perierat, & inuentus est: quia gaudiū est Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente. Quare de ista materia in tabula de detractōne. Seminantes discordias, diuidunt tunicam Christi inconsuetilem, quod crucifixores facere noluerunt. Nota quomodo debemus iniurias remittere in illa parabola: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia habet frater tuus, &c. Relinque trunus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo &c. Et in eodem de seruo cui dimisit Dominus talenta. Serue nequam omne debitum dimittit tibi, quoniam rogasti me: nonne oportuit misereri cōserui tui, sicut & ego misertus sum tui, & c. de concordia fratrum, quæ designatur in duobus Cherubin, & in duabus tubis, Quare sup. fol. 21. In Exod. 25. & in libro Numer. 10.

De desperatione.

DE Desperatione obduratione in penitentia, & malitia, quare in tabula de consuetudine peccandi fol. 37. Item nota de Iuda qui desperauit, & de Cain, qui dixit: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear, cum tamen debuit dicere: Maior est misericordia tua, quam iniquitas mea, sicut dixit filius prodigus, qui misericordiam inuenit: Quare de hoc fol. 2. Item Dan. 7. Bestia quarta terribilis atque mirabilis, fortis nimis, dentes ferreos habebat, conterens, comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans. Ista bestia, cui nullum nomen imponitur in scriptura, est perseverandi in peccato voluntas iniqua, & obstinata. Huic nullum nomen imponitur, quia hoc peccatum omne malum complectitur. De hac bestia dicitur, quod erat terribilis, mirabilis, fortis, quod comedebat, comminuebat, conculcabat: hoc est. n. cor durum, de quo dicit Sapiens, quod male habebat in nouissimo. Cor obduratū, & obstinatū cor Pharaonis: quare nec predicatione concutitur, nec timore Dei, aut inferni corrigitur, nec amore cœlestis patriæ emolliuit, est mirabilis ferocitate, quia nō est leo, nec aliquod animal, quin timore penæ a persecutione aspectibilis retrahat: sed hodie sūt multi inducati, & obstinati, nec Dei sententiam irrefragabilem formidantes, nec mortis incertam horam cogitantes, nec inferni penam interminabilem formidantes: hec est ferocitas plus quam bestialis, quæ diabolica.

Ecclesia. Religio Diabolus. Detractor.

Matt. 9.

Bestia.

Eccle. 3.

Exod. 7.

Pfal. 43.
Bc. 11a.

Non solum hæc bestia est fortis malignitate, sed etiam terribilis deformitate, quia tales dæmonibus sunt conformes: timeo, quod multæ sunt tales bestia, quia etsi ex aliqua consuetudine, vel timore serui aliquando veniunt ad confessionem indurati, tamen in peccato peccandi propositum non dimittunt; quia homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, bestia factus homo. Hæc bestia deuorat bona naturalia, comminuit dona gratuita, conculcat præmia æterna. Ista bestia insurgit in Deum cornu despectionis: impetit proximum cornu persecutionis, perfodit seipsum cornu desperationis. Deum odit animo, blasphematur uerbo, abnegat factis: persecutio proximum lædit, denigrando famam, depredando substantiam, iniuriando personam, obligatur consuetudine, obferatur ingratitude, obfirmatur impenitudine. Fertur autem hæc bestia decem habere cornua, quibus subuertuntur decem præcepta. Richardus autem super Daniele assignat tria cornua huius bestia contra Deum: per arrogantiam, ait, impugnat bonitas Dei, per excellentiam veritas Dei, per contumaciam potestas Dei. Contumacia est, quando Deum præcipientem despicit, & minantem contemnit. Assignat etiam tria contra seipsum, videlicet mentis obligationem, mentis obdurationem, mentis estranationem. Quattuor autem assignat contra proximum, maxime contra superiores, quos impetit cornibus sicut inferiores conculcat pedibus, videlicet cornu ambitionis, cum dignatur obedire, cornu abiectionis, cum conatur resistere, cornu deiectionis, cum insidiatur desistere, cornu elationis, cum iam machinatur sibi subijcere. ¶ Et nota quod malitiosi figurantur per serpentem à domino maledictum, in Gen. 3. Quare 38. b.

Superbia.

Malitiosus

De Ecclesia.

Apoc. 21.
Romana
Ecclesia.
Religio.
Exo 25.

Ciues.
Ciuitas.

Synagoga.
Sacramen-
ta.

Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo. Hoc dicitur de ecclesia militante, quæ ordinata est ad exemplar triumphantis, & vnde Moyse præcipitur fieri tabernaculum ad instar illius, quod eidem in monte monstratum est. Hæc conformitas maxime in tribus apparet, scilicet quo ad munditiam, concordiam, reuerentiam: sicut enim ciues supernæ ciuitatis: Mundi corde in se concordantes, inter se reuerentes ei, qui præest super se. Dicitur ergo ecclesia ciuitas propter vnitatem multiformitatem: quia in ea est vniuersitas ciuium: nam de omni secta, de omni sexu, de omni conditione congregantur in ecclesia: non sic in Synagoga, quæ solū congregabat Hebræos, non alios populos; ideo sacramenta ecclesie sunt communia omni statui, omni sexui, omni ætate, ut patet in baptismo, nõ sic circuncisio. In ista ergo ciuitate est vniuersitas ciuium, vnanimitas cordium, vniformitas actuum in communi perceptione sacramentorum. Dicitur sancta, propter honestatem, & puritatem; sine terra dicitur Ierusalem propter fidei claritatem, & veritatem, dicitur noua contra Synagogæ vetustatem; descendens de cælo, propter illius conformitatem. ¶ Habet autem hæc ciuitas artificem Christum, fideles pro lapidibus, charitatem pro cemento. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Et Act. 2. Erant habitantes Ierusalem Iudæi viri religiosi; tanta enim erat religio in primitiua ecclesia, vt dicit Cassianus, quod talis erat tunc ois ecclesia, quales nunc paucos in cænobijs inuenire difficile est. Esa. 54. Sternam Ierusalem per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Saphiris: ponam lapides sculptos. Certe lapides reuertebantur in Ierusalem ordinibus suis, quã-

do

Ado digni ponebantur in officijs. Fūdabatur Ecclesia in Saphiris, quia informabatur, decorabatur, nutricebatur, sustentabatur ecclesia ab eis, qui celestis & principalis erant conuersationis. Saphides erant in propugnaculis, quia ab eis, qui viriditate fidei coruscabant, quos nulla fuscabat persecutio, descendeabant, & portæ erant in lapides sculptos, quia illi, qui ostendebant factis, quod prædicabant verbis, alios introducebant ad vitam. Ios. 10. Vocauit Moyses, omnes viros Israel, & ait ad principes exercitus, qui secum erant: Ite, & ponite pedes super colla regum istorum, sola enim Romana ecclesia omnium fidelium est magistra, cui obedire debet omnis populus, siue secularis, siue ecclesiasticus. De ecclesiastico non est dubium, de seculari scriptum est. Vocate Aman, vt Hester obediat voluntati. Vnde ait rex Ioseph in persona domini Papæ. Tu eris, super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus obediet populus: vnde de domino Papa quantum ad vtrumque gladium dicitur in Psal. 104. Constituit eum Dominum domus, quantum ad gladium spirituale: Et principem omnis possessionis suæ: quantum ad brachium sæculare, quod est secundus gladius. Ecce duo gladij hic, satis est ait, & brachium sæculare debet se regere per brachium spirituale. Vnde habetur in Deut. Princeps mouebit manum ad imperium summi Pontificis. Et in Isa. In illa die erunt ciuitates in terra Aegypti, ciuitas solis uocabitur una. Quattuor ciuitates, quattuor sunt ecclesie: Patriarchales, sed ciuitas solis, quæ est caput fons luminis fidei, & habet principatum super omnes fideles, sicut sol super omnes stellas, illa est vna, & sola, Romana scilicet ecclesia. ¶ Et merito Romana ecclesia dicitur ciuitas non lunæ defectibilis, ut fuit Synagoga, sed solis, quia ad modum solis ipsa est fons, & fundamentum splendoris, quantum ad fidei veritatem, vigoris, quantum ad sacramentorum potestatem, quorum uirtute omne opus meritorium generatur, & omne genus gratia dispensatur, & omnis culpa relaxatur: vel fons vigoris quantum ad plenitudinem auctoritatis. Hest. 2. Fecit rex regnare Hester in loco Vasti, & iussit conuiuium præparari. Pro coniunctione, & nuptijs Hester, Assuerus, qui interpretatur beatitudo Dei filius, Hester, quæ interpretatur præparata in tempore ecclesia, reiecta Vasti, id est, Synagoga, desponsata est ecclesia, conuiuium magnum factum est septem diebus, id est, toto tempore omni populo, in quo ipse Christus datur in cibum, & eius sanguis in potum, & variantur fercula sacramentorum. 3. Reg. 5. Præcepit Salomon, ut tollerent lapides grandes preciosos in fundamento templi, & quadrarent eos. Lapidem grande uirtute, & preciosi charitate fuerunt Patriarche, Prophetæ, & Apostoli tribulatione multiplici quadrati, in quorum fide, id est ecclesia nos sumus fundati. Eph. 2. Superedificati super fundamentum Apostolorum. Sicut in cythara ex diuersitate cordarum fit vniformis modulatio ad concentum, & in ouili Iacob albi, & nigri agni, & varij ac diuersi coloris: ita sunt in ecclesia diuersi ordines, & status ad manifestandum decorem eius, & isti sunt pauperes, illi diuites, isti clericici, illi laici, isti laborant cum Martha, illi uacant cum maria. Nam qui dixit laboramus manibus nostris, ne grauaret nouiter conuersos, ipse dixit: Exerce te ad pietatem: sic sunt in cælo varij stelle. Mat. 13. Simile est regnum cælorum sagine misse in mari, & ex omni genere piscium congreganti. Sagena ecclesia, quæ in mare mittitur, dum fides Christi per omnes mundi partes prædicatur, & dilatur. Ex omni genere piscium congregat, quia de omni parte mundi, de omni gente, de omni natione ad Christum conuertuntur. Cuius ve-

Prædicatio

Ecclesia
Romana.
Papa.

Papa.

Ero sagena impleta fuerit, cum numerus electorum completus fuerit, bonos eligunt in vasis, id est in diuersis mansionibus celi ponuntur, malo autem foras mittent in tenebras exteriores. Gen. 29. Lya erat lippis oculis, & Rachel vnusta facie. In Lya figuratur Synagoga, quia Iudaei omnia faciebant, vt haberent delicias carnales, & terrenas possessiones: in Rachele ecclesia figuratur, quia ecclesia totam intentionem in Deum dirigit, & ipsam omnium suorum operum finem constituit. Exo. 25. Facies candelabrum de auro mundissimo, & Hastille eius, & calamos, scyphos, sperulas, & lilia ex ipso procedentia. Aurum pertinet ad fortitudinem materiam, Hastille ad rectitudinem statum, calami ad dispositionem figuram, scyphi, sperulae, & lilia ad pulchritudinem formam. Candelabrum ergo ecclesiae est de auro mundissimo, quia tota ex charitate inchoata, & fundata, quae dicitur aurum propter valorem, splendorem, incorruptionem, pondus, amorem ductilem per obedientiam, & humilitatem. Hoc autem candelabrum est in duplici pede, in fide Trinitatis fundatum: Hastille est fidei rectitudo, spe eleuatum, claro lumine fidei illustratum, distinctio clamorum, perfectio virtutum propter senarij perfectionem; Quia septem sunt dies operabiles. Continentia scyphorum, efficacia sacramentorum, quia in eis vera, & refectiua gratia continetur. Ornatus sperularum, decor beatitudinum propter figuram sphaerice perfectionem. Speciositas liliorum, varietas donorum propter mundiciae candorem, fragrantia odor, medicinae valorem. Esa. 39. Ostendit eis cellam aromatum, aurum, & argentum, pigmenta varia, vnguenta quoque. In his verbis domus ecclesiae multiformitate virtutum ostendit abundare, aromata redolent, aurum refulget, argentum sonat, pigmentum delectat, vnguentum sanat. Sic in ecclesia, fama redolet, charitas fulget, veritas sonat, deuotio delectat, sacramentum sanat. Haec est domus, quam sapientia Dei edificauit sibi & excitauit in ea columnas septem. Quia septem sacramenta, septem Spiritus sancti dona, septem virtutes, tres Theologicas, & quattuor Cardinales. Apocal. 5. Vidi sedentis in dextra librum scriptum intus, & foris, &c. Job 31. Librum scribebat ipse, &c. Dexteram, in qua est liber militantis ecclesiae est fides. Psalm. 89. Dexteram tuam notam fac mihi. Iste liber est scriptus intus consolationibus, foris tribulationibus, & habet septem sigilla, scilicet septem articulos pertinentes ad Christi humanitatem, incarnationem, natiuitatem, passionem, resurrectionem, descensum ad inferos, ascensionem, aduentum ad iudicium. Incarnatio fuit figurata in Safone: natiuitas in Isaac, passio in Abel, resurrectio in filio viduae, descensus in Safone, ascensio in Enoch, aduentus ad iudicium. Genes. 9. Incarnatio fuit prophetata Esa. 7. Ecce virgo concipiet. Natiuitas Esa. 9. Parvulus natus est nobis: Passio Esa. 53. Sicut ovis ad occisionem, &c. Ascensio Zac. 9. Tu vero in sanguine testamenti tui eduxisti: Resurrectio Osee 6. Viuificauit nos post duos dies. Ascensio in Psal. Ascendit super Cherubin. Aduentus ad iudicium Esa. 3. Stat ad iudicandum dominus. Malach. 2. Ecce venit dicit dominus exercituum. Vel septem sigilla libri ecclesiae sunt septem sacramenta: Apoc. 12. Signum magnum apparuit in celo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite corona stellarum duodecim. Vbi describitur ecclesia quantum ad incendium charitatis, cum dicit: Signum magnum: quantum ad dominium terrenum: luna sub pedibus eius: quantum ad imperium auctoritatis, in capite eius corona stellarum duodecim: quantum ad conceptum fecunditatis: habens in vtero. Istud est signum eternitatis: nam ecclesia militans quasi quoddam vestigium representat

A triumphantem. Mulier autem hoc describitur amicta sole quantum ad incendium charitatis, & istud incendium debet ardere in corde, fulgere in ore, feruere in operatione. Eccles. 43. Tripliciter sol exurens montes, & luna sub pedibus eius. Hoc est omnis terrenitas. Est enim triplex, terrenitas, vanitas superbiae, vilitas luxuriae, cupiditas auaritia, quae omnia debent esse sub pedibus virorum ecclesiasticorum, vel luna, id est omnis potestas temporalis sub pedibus ecclesiae. Sibi enim dicitur. Constitui te super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, dissipes, & plantes. Vel luna sub pedibus Christi est ecclesia quae a Christo illuminatur uelut a sole, luna. Eccles. 50. Quasi luna plena in diebus suis lucet. Haec luna aliquando obscuratur, & eclipsatur vanitate superbiae. Haec conuertitur in sanguinem, per vilitem luxuriae, fit tota sanguis propter cupiditatem auaritia. In capite eius, id est in principio ecclesiae corona stellarum duodecim, id est, duo decim Apostoli qui in principio ecclesiae fuerunt. Luc. 6. Vocat discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis. Isti enim sunt duodecim margaritae, de quibus habetur Apocalyp. 20. in quibus fundata est ecclesia. Eph. 2. Superedificati super fundamentum Apostolorum, &c. Vel in capite eius corona stellarum duodecim, id est duodecim articuli fidei, in quibus consistit ecclesia. Iosue 4. Praecipit Iosue, vt tollerent duodecim lapides. Vel duodecim Stellae, quibus est coronata ecclesia, sunt duodecim gaudia, quae habet ecclesia non in re, sed in spe, quorum duo ortum habent a Deo, quae sunt visio humanitatis, & diuinitatis Ioann. 16. Haec est vita aeterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. duo de loco, scilicet spacio fitas. Psalm. 25. Domine dilexi decorem domus tuae: duo de consortio, scilicet angelorum, & hominum, duo a seipso, scilicet felicitas corporis, & animae, duo a mundo, scilicet formositas, & stabilitas, duo ab inferno, scilicet euasio tormentorum, inclusio reproborum, habens in vtero, scilicet gratiarum copiam carismatum, & bonorum voluntatum, & percussio scilicet filios spirituales clamabat per doctores, & praedicatores, & pastores, clamauerunt enim praedicando, ieiunando, orando. Apocalyp. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, hoc est militans ecclesia in qua Deus habitat singulariter per gratiam, & personaliter siue praesentialiter in sacramento. Vobiscum, ait, sum vsque ad consummationem saeculi. In hoc tabernaculo inuenitur fides reconciliationis. Exod. 33. Omnis populus, qui habebat gradus ministracionis. Num. tertio. Applica tribum Levi: cultus exultationis Psalm. Circuiui, & immolauit in tabernaculo eius hostiam: fructus visitacionis, Exod. 25. Facientque mihi sanctuarium. De ecclesia dicitur Apocalypsis 21. Ipsa ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. Quia aurum dicitur propter valorem, ciuitatis propter ordinationem, & officiorum varietatem. Sed modo possumus dicere, quod videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam, quia quotidie in Ierusalem venditur, & crucifigitur Christus. Psal. 3. Vidi traditionem in ciuitate. Vitrum dicitur propter paruitatem ad recipiendum fidei, & diuini luminis claritatem. Et Apoc. 21. Claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Et ibidem. Ostendit mihi fluuium aquae viuae &c. Quod intelligitur de fluuio gratiae, qui fluit per alueum sacramentorum ad medium ciuitatis ecclesiae. Ecclesia figuratur per templum sub Esdra, & Neemia fundatum, & reaedificatum, fuit autem templum ecclesiae in angustia fundatum, in concordia aedificatum, in abundantia ornatum, in laetitia purificatum. De primo Esdr. 3. Fundato templo Domini a camentarijs, steterunt sacerdotes in ornatu suo

Praelati. cum tubis. In tuba nota angustiam, & sonum praedicationis; fundata fuit **E**
Predicatio ecclesia cemento confecto ex sanguine martyrum, & sabulo mortificatio-
Ecclesia. nis confessorum, & calce virginum. Eph. Superaedificati, &c. Hoc funda-
Fundamē- mentum nititur euertere carnis concupiscentia. Psal. 78. Deus venerunt
tum. gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posue-
 runt Ierusalem in pomorum custodiam. Isti faciunt de templo Dei templū
 Dagon. 1. Reg. 5. qui interpretatur piscis, & significat iram, & inuidiam.
 Naum. 2. Portae fluviorum apertae sunt per concupiscentiam, & templum
 ad solum dirutum est per discordiam, miles caprius abductus est per igno-
 rantiam, & ancillae gementes, & murmurantes in cordibus suis per inui-
 diam. Vnde qui viderunt statum primitiue ecclesiae, & modernae flere pos-
 sunt. 1. Efraim. 3. Seniores, qui viderant templum prius, quod erat in oculis
 eorum, flebant voce magna.

Item de statu ecclesiae quare in tabula de praelatis, & de religione. Hie.
 30. Aedificabitur ecclesia in excelso, & templum iuxta ordinem suum fun-
 dabitur. Ciuitas ecclesia valde in excelso est fundata, quia potestatis pleni-
 tudine est dotata, vel in excelso propter contemplationem diuinorum, &
 contemptum terrenorum. Caelum sursum, & terra deorsum: nam ciues
 eius dicunt, nostra conuersatio in celis est. Templum autem secundum or-
 dinem suum, fundatur dum gradus obedientiae inter inferiores, & supe-
 riores seruatur ab infimo praelato, vique ad vicarium Christi, de cuius fide
 non est dubitandum, nec de eius potestate disputandum, sed ei reuerenter
 est in omnibus obediendum. In cuius figura Symeon Onie filius sacerdos
 magnus, id est audenter obediens in diebus suis sustulit domum, ab ipso al-
 titudo templi fundata est. Eccles. 50. Videns Iesus ciuitatem, fleuit super il-
 lam. Ciuitas ista, quam Deus inhabitat praesentialiter, singulariter est eccle-
 sia militans: haec habet fidem Christi pro fundamento, virtutes pro ornamento,
 scripturam pro munimento, sacramenta pro alimento, fluminis enim
 impetus laetificat ciuitatem Dei. Hier. 2. Dedi te in ciuitatem. De ista dicitur
 Fundamentum eius in montibus sanctis, diligite Dominum portas Syon
 super omnia tabernacula Jacob, gloriosa dicta sunt de re, ciuitas Dei. Haec
 est illa ciuitas parua, quam vir sapiens liberauit per humilitatem suam: Ecce-
 les. 9. Sed hodie huius ciuitatis fundamentum euerit vanitas ostensionis.
 Esa. 34. Attrita est ciuitas vanitatis: ornamentum polluit uoluptas delecta-
 tionis. Esa. 13. Erit Babilon illa ciuitas incluta: munimentum elidit error in
 fidelitatis, & curiositatis, fastuositatis. Esa. 27. Ciuitas munita desolata ali-
 menta subtrahit siccitas inuestigationis. psalm. 55. Famem patientur, & cir-
 cuibunt ciuitatem, praeualuit hodie fames. Psalm. 54. Vidi iniquitatem, &
 contradictionem in ciuitate: vnde de ista uidetur hodie completum illud
 Ezech. 24. Ve ciuitati sanguinum, vnde stetit dominus super istam. Hierem.
 33. Abscondam faciem meam a ciuitate hac propter malitiam. Et sic recedente
 Deo, seder sola ciuitas plena populo, princeps prouinciarum, scilicet
 ecclesia Romana, facta est sub tributo. Treno. 1. in sola Christi ecclesia est
 salus, iuxta illud Iob 5. Est autem Ierosolimis probatica piscina, in quam de-
 scendebat Angelus, mouebat aquam, sanabatur in firmus. Quere sup. f. 3. a.
 Item 25. a. Itē 25. b. de ecclesia intelligitur illud Esa. 62. Super muros tuos
 Ierusalem constitui custodes, aeternus Dei filius, splendor patris, & figu-
 ra, sponsam ecclesiam, cuius sponsalia per carnis conubernium, a a fluen-
 tis a latere sanguinis confirmauit, dulciter alloquitur in his sub m: tapho-
 ra ciuitatis quare respectu ciuium munita hodie respectu, ordinata qui-

Ciuitas.
Ecclesia.

Praelati.

Eccle. Ro-
mana.

A rum ad dominium quod ecclesiae Christi sponsae optime conuenit. Est. n.
 ecclesia quare respectu filiorum obedientium, munita respectu aduersa-
 riorum resistentium; ordinata respectu praelatorum regentium. Primum pro-
 bat vocabuli sensus Ierusalem, id est, visio pacis, munitionem murorum am-
 bitus, cum addit muros tuos, ordinem custodum gradus, cum subdit custo-
 des: quamuis autem Ierusalem aliquando in sensu historico dicitur metropo-
 polis regia in sensu tropologico fidelis anima, in sensu allegorico militans
 ecclesia, in sensu anagogico caelestis patria: quia illa, quae sursum est Ierusa-
 lem, libera est, quae est mater nostra. Ierusalem autem accepta pro ecclesia,
 habet custodes suorum murorum angelos, vt dicit glo. super praedictum ver-
 bum Esa. Est autem istius Ierusalem triplex murus, sacrae Scripturae veritas
 contra perfidiam haereticorum, iurisdictionis ecclesiae auctoritas contra
 contumaciam subditorum: saecularis brachij potestas contra violentiam per-
 secutorum. Primus ergo murus huius ciuitatis sacra scriptura, quare sup.
B fol. 8 r. a. b. In can. Secundus murus est iurisdictionis ecclesiae auctoritas,
 quae est in vicario Christi propter plenitudinem potestatis, & antemurale
 quantum ad sollicitudinem curae pastoralis, vnde habet ecclesiae fortitudinem.
 Esa. 26. Vrbs fortitudinis nostrae Syon, saluator ponitur in ea murus, & an-
 temurale. Sicut. n. sensus a capite transfunditur in membris, sic a Christo,
 & eius Vicario, vt a muro, & antemurale deriuatur auctoritas in praelatis:
 vnde in ipso residet plenitudo potestatis ad totius ecclesiae dispositionem.
 Hunc murum hodie dissipat peruersitas in exequendis iudicijs, temeritas
 in proferendis sententijs, pusillanimitas in corrigendis vitijs, cupiditas in
 recipiendis donarijs. Tertius murus est saecularis potestas: ad saecularem. n.
 potestatem spectat ecclesiae defensio in aduersis. Hi enim sunt duo gladij,
 quos Deus dicit sufficere ad libertatem ecclesiae conseruandam, & defen-
 dendam. Luc. 22. Vnde Esa. 60. Aedificabit filij peregrinorum muros tuos,
 & reges ministrabunt tibi, quod ad litteram verum est. Hunc murum dissi-
 pant hodie multi principes, qui cum deberent ecclesiam defendere, conan-
 tur bona eius diripere, & eam violenter opprimere sponsam Christi, vt ve-
 nalem proternerent; vnde copletum est hodie id, quod dicitur ad principes.
 Ezech. 13. Non ascendistis ex aduerso, nec posuistis vos murum pro domo
 Israel, vnde potest ecclesia dicere illud Iob. Quasi rupto muro, & aperta ia-
 nua irruerunt super me: muros ergo Ierusalem. i. ecclesiae destruxit Nabu-
 sardā: intelligitur propheta, alieni iudicij, i. diabolus, non possunt reedifica-
 ri, nisi per Neemiam consolatorem, id est, Christum. Clamet ergo ecclesia
 cum propheta dicens: Benigne fac domine in bona voluntate tua, vt aedi-
 ficentur muri Ierusalem.

Circa tertium est sciendum, quod ecclesia habet tres gradus custodum,
 scilicet doctorum sapientiam: hi stant super murum sacrae scripturae, pre-
 latorum vigilantiam, hi stant super murum iurisdictionis ecclesiae, pro-
 pugnatorum diligentiam, hi stant super murum saecularis potentiae. Custodes ergo in muro sacrae Scripturae sunt doctores, qui habent verbo infor-
 mare, exemplo edificare, veritatem constanter euangelizare, vitia obiur-
 gare, quia si euangelizauerint, ve illis est. 1. Cor. 10. Non querentes utilita-
 tem propriam, non commendationem vanam, sed Dei gloriam, & utilita-
 tem fraternam. Sed multi sunt hodie, qui non euangelizant, sed predica-
 tionem carnali mercede maculant, quibus dicitur Hier. 31. Quia erit dies,
 in qua clamabunt custodes Samariae querentes molliem vestimentorum.
 Samaria interpretatur lana, & in monte Efraim querentes ingluuiem ci-
 bo-

Ierusalem.

Murus.

Index.

Praelati.
Murus.
Princeps.

Custodes.
Gradus.
Ecclesia.
Murus.
Doctor.
Custos.
Praelati.

Predicator

Borum. Effraym interpretatur fertilitas: Tales sunt, qui timore, vel amore E
vicia palpant, fabulas predicant, ad risum prouocant, corda non vulnerant,
vulgarem famam sibi vendicant: Posuerunt in caelum os suum, & hoc pre
dicando, & lingua eorum transiit in terra, lauta comedendo, & tempora
lia querendo: vnde stupor, & mirabilia hodie facta sunt in terra: prophete
prophetabant mendaciū, & sacerdotes applaudebant manibus, & popu
lus meus dilexit talia. Hier. 5. Custodes in secundo muro ecclesiasticæ iu
risdictionis sunt prælati. Nec. 7. Posui custodes de habitantibus Ierusalem
singulos per vices suas, id est, ordinari prælatos in ecclesia secundum gra
dus, & dignitates suas. Qualiter autem vigilent super custodias suas qua
re Esa. 21. Custos quid de nocte, qualiter in formas ambulantes in no
cte ignorantie? qualiter supportas in nocte angustie, & penurie? Res
pondere possunt illud Can. 1. Posuerunt me custodem in vineis: vineam
meam non custodiui. Immo de talibus conqueritur Prouer. 24. Per agrū
F
hominis pigri transiui, & per vineam stulti viri, & ecce totum repleuerūt
Prælati. vrticæ, operuerunt superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa
erat. Vrticæ prurit voluptionis, spinæ fluctus cupiditatis, ruina maceræ
actus voluntatis: vrit vrticæ castitatem, pungit spina paupertatem, ruit ma
ceria, quia nulla est correctio vel disciplina. Sic custodiunt multi, immo sic
derelinquunt ecclesiam sibi commissam, de quibus dicitur: Posuerunt Ie
rusalem in pomorum custodiam. Pomera communiter non fodiuntur,
nec putantur, nec multum excoluntur, sed cum fructus ex eis collecti fue
rint, postea relinquuntur: sic multi ecclesias sibi commissas non excolunt,
predicando, officiendo, exempla dando, sed solum veniunt tempore fru
ctuum, quibus collectis recedunt, vnde de istis potest dici illud Can. 5. In
uenerunt me custodes, qui custodiunt ciuitates. Circumerunt hodie non
habentes præbendas ciuitatem ecclesie muneribus illicitis precibus indi
gnis, obsequijs inhonestis, impetrationibus iniquis, & dolosis, sigillis fal
G
sibus, donec ecclesiam inueniunt, inuentâ percutiunt, dū tali titulo rapiunt,
Prælati. raptæ non deseruiunt, sed percussam vulnerant, dum indigne ministrant:
sed pallium auferunt, dum Christi patrimonium vilitate emungunt, & in
illicitos vsus expendunt. Pallium enim breue est vtrumque, scilicet paren
tēs, & pauperes operire non potest. Esa. Tales erat filij Hely, qui habebant
fuscinulam, tridentem, & mittebant in lebetem, vel in cabulum, seu in
ollam & omne, quod leuabat fuscinula tollebat sibi, nihil distribuebat pau
peribus, habent enim modo exactores episcopi fuscinulas, tridentem, scili
ceter exactorem procreationum, fulminationem excommunicationum.
Habent etiam sacerdotes fuscinulam trahentem gulositatem ciborum, su
perfluitatem indumentorum, curiositatem lectorum, eorum, cum qui
bus euacuant lebetem decimarum, caldarium primiciarum, ollam oblatio
num, & aliarum obventionum. Custodes in muro secularis potentie:
H
sunt principes, qui cum deberent defendere volunt opprimere. Nam. 3.
Princeps. Custodes tui quasi locustæ salientes per superbiam, voraces per rapinam:
& paruuli tui quasi locustæ, locustarum paruuli sunt bauli in vsus prin
cipū rapientes, se ipsos impinguantes, ecclesias vexantes, subditos accusan
tes. Augete custodiam solliciti obicere, increpare, arguere per doctrinā,
vt quilibet vestrum possit dicere illud Esa. 21. Super speculam domini ego
sum iugiter stans per diem, & super custodiam meam ego sum stans to
tis noctibus. Luc. 21. Erunt signa in Sole, Luna, & stellis. Sol præla
ti, Luna Ecclesia, Stellæ clerici, & religio, in quibus contingunt signa,
quæ

A que scribuntur Apocalyp. 6. Quantum enim ad immutationem prælatorū
dicitur: Sol factus est niger, tanquam saccus cilicinus, attente opacitatem
in nigro, vacuitatem, vel capacitatem in sacco, asperitatem in cilicio. Ex his
collige in prælatis obscuritatem conuersandi, cupiditatem retinendi, ci ude
litem exigendi. Effulserunt antiqui prælati quasi sol in templo Dei,
Eccl. 50. quia claruerunt exemplari vita, doctrinali scientia, vigili cura, celebri fa
ma, sed nunc vitiosa, & odiosa nigredine vita inficitur, scientia repel
litur, cura negligitur, fama despicitur. Sol ergo factus est niger, quia facti
sunt vigiles dormientes, custodes dissipantes, passores raptores, præcones
Prælati. prædones, factus est etiam sol quasi saccus cilicinus, vtiq; saccus irrecufabi
Saccus. lis ad recipiendum, infatiabilis ad explendum, irreferabilis ad largiendum,
Aggeus. tandem dissecabilis ad perdendum, Ageus, id est qui merces congregauit,
misit eas in sacculum pertusum. Glo. interlinearis: Si quis mercenaria ne
gociatione, vel manu merces congregauit, illæ pecuniarum desuunt, ac si mit
tantur in saccum pertusum: vnde signanter de clericis dictum est. Eccl. 4.
B
Vnus est, & secundum non habet, non filiū, non fratrem, & cum laborare
non cessat, nec satiatur oculi eius diuitijs, nec cogitat dicēs, cui laboro, &
fraudo animam meam bonis. Tales sunt prælati, & clerici, qui secun
dum non habet successorem in diuitijs, nec heredem in beneficijs, thesau
rizant, & ignorant cui congregant ea, nec cogitant quomodo bonis ani
mam suam fraudant, dum sibi subtrahunt liberalitatem, ecclesia: utilita
tem, pauperibus necessitatem. Et isti viri diuitiarum nihil inuenerunt
in manibus suis, nisi æternam calamitatem. Factus est etiam ille sol cil
licinus propter tyrannicam crudelitatem, vt iam inferiorum exactionibus
non sit modus, nec status, nec mensura, nec numerus. Construe prædi
camentum ab infimo subdito, vsque ad summum principem, & clare in
uenies, quod quanto gradus sublimior, status potentior, tanto exactio
C
crudelior, & violentior. Vnde sicut recitat Augustin. 24. de ciuitate cap.
4. & accepit de tertio libro de nugis philosophorum, Dionydes pirata cap
tus ab Alexandro respondit sibi querenti propter quid mare haberet in
festum, propter quid, ait, tu totum mundum. Sed quia id exiguo facio na
uigio lato vocor, tu uero quia magna classe illud facis, diceris Impera
tor, & concludit ex hoc quod regna iustitia non sunt aliud, quàm magna
latrocinia.
Iustitia.
Sequitur Apo. 6. Et luna tota facta est sicut sanguis, vnde hodie potest
dicere Christo. Sponsus sanguinum tu mihi es. Ex. 4. Cū ipso permittente
filios sanguinū concipiat, & pariat seditiosos discordia, voluptuosos insolē
tia, pōposos extollentia, frontosos irreuerentia. Rebecca ergo clamat ad do
minū: Si sic futurum erat, quid necesse fuit corripere. Gen. 35. Gemat, pul
D
set, clamat ad sponsū Christū, dū sic quadrupliciter eclipsatur. Quanti ad
immutationē clericorū, scholarū, & doctorū. Sequit. Apo. 6. Et stellæ ceci
derūt super terrā, causa superbia. I. sa. 14. De proprio angelo quō cecidisti
de celo lucifer, qui mane oriebaris. Quis sumptus: quis apparatus, quis tu
multus? Quis accensus in promotione doctorū, & prælatorū? quis, & quā
tus excessus in conuiuijs, & visitationibus? in recreationib. curiosis, lectis, &
vestimentis. Hoc est illud signū Apo. 12. Quo draco ille cauda suā ambitio
nis tertiam partē stellarū trahebat in tertiam a clericali, t. honore ad flagitiosā
vitam, & ignominiosam infamiam. Percussa est ergo hodie tertia pars solis,
& tertia pars lune, & tertia pars stellarū, ita vt obscuraret tertia pars eorū.
Apo. 8. Matt. 12. Dñe nonne bonū semen seminasti in agro tuo, vnde ergo
ha-



habet zizaniam? Inimicus homo hoc fecit. Ager iste est ecclesia, seminator **E**
 Christus, qui seminavit bonum semen virtutum omnium, & gratiarum:
 inimicus homo diabolus, qui superfeminat zizaniam omnium vitiorum:
 unde oriuntur mali fructus, putridi, & foetidi. Quare istam autoritatem
 melius alibi expofita n. 27. b.

In ecclesia est triplex ordo autoritatis praesidentia. Nam sunt gradus se-
 cundum super, & subtrus sanctitatis, excellentiae, secundum bonum, & me-
 lius virtuositatis in fluentia, secundum plus & minus. Primus gradus re-
 spicit distinctionem officiorum, secundus retributionem praemiorum, ter-
 tius distributionem meritorum. De 1. can. 6. Terribilis ut castrorum acies
 ordinata, propter secundum. Can. 2. Ordinavit in me charitatem. propter
 propter tertium, Rom. 12. Quae sunt a Deo ordinata. Primus ordo in figu-
 ra dicitur caelicus, secundus lapideus, tertius sydereus. Et his tribus **F**
 in scriptura legitur praesignatus. Deut. 1. Iob 38. Nunquid nosti ordinem
 caeli, & pones rationem eius in terra? Secundum enim Rabanum septem
 sunt caeli, empyreum, crystallinum, sydereum, olympicum, igneum, thereu,
 aereum. Et similiter in ecclesia sunt septem ordines minores, sacerdotium,
 diaconatus, subdiaconatus, acolitatus, exorcistatus, lectoratus, & ostiarius.
 Et septem maiores Papatus, patriarchatus, archiepiscopatus, episcopatus,
 archidiaconatus, archipresbyteratus, plebanatus. Praedictorum caelorum,
 quattuor sunt in corpore elevati, tres in caelesti, quorum quodlibet quato-
 sita sublimius, tanto substantia purius, virtute efficacius, ambitu latius,
 quae tria mystice conveniunt septem praedicationum gradibus, sed magis pro-
 prie septeni ordinibus, quorum quattuor minores licet sint impermuta-
 biles, quantum ad characteris impressionem, & signum, sunt tamen mu-
 tabiles quantum ad statum: Sicut caeli elementares sunt mutabiles **G**
 licet non secundum totum. Tres vero maiores omnino sunt immutabi-
 les propter annexum votum. Sicut caeli superiores omnino sunt incorru-
 ptibiles, & perpetui, quia non habent contrarium, propter quod habent
 esse perpetuum. Deut. 2. Esa. 54. Sternam per ordinem lapides tuos. Qua-
 lis autem sit iste ordo ostenditur Sap. 18. In veste poderis, quam habebat,
 totus erat orbis terrarum per parentem magnalia in quattuor ordinibus
 lapidum erat sculpta vestis. Ecclesia, quae Exod. 28. dicitur rationale iudicij
 propter discretionem rationis, duplex propter geminam dilectionem, qua
 dratum propter virtutum impressionem, hoc vero dicitur proderis, id est,
 talis propter perseverantiam infatigationem, in qua erat orbis terrarum
 per mysticam figurationem, sicut patet in glossa & parentum magnalia, id
 est praedicatorum in quattuor ordinibus lapidum erat sculpta, id est quadri-
 formi varietate distincta: sunt enim quattuor gradus sanctitatis, candor
 sanctae contemplationis, qua animam in esse gratiae Dei format nitor sanctae
 actionis, qui animam in esse transformat, rubor poenitentialis reformationis,
 qui animam in esse gratiae reformat, decor baptismalis regenerationis, qui animam
 in esse format. Sic n. ordinantur quantum ad dignitatem: conuenio autem secun-
 dum acquisitionem Luc. 19. Venit Iesus in templum, & cepit eicere ven-
 dentes, & ementes. Quare supra 5. a. de virijs, quae sunt in ecclesia quare
 su. 6. b. Dan. 4. Videbam, & ecce arbor in medio terrae, altitudo eius nimia,
 & magna fortis proceritas eius contingens caelum, aspectus eius erat vs-
 que ad terminos vniuersae terrae, folia eius pulcherrima, fructus eius ni-
 mius, & esca vniuersorum in ea. Aug. attendite claritatem arboris, creuit
 ecclesia, crediderunt gentes, victi sunt principes sub nomine Christi, om-
 nes

Ordo.

Rationale

Gradus.
Sanctitas.
Perfectio.Ecclesia.
Potestas.

Anes confugiunt ad ecclesiam in omni pressura, &c. quare supra 15. a. 43. a.
 53. b. Quae mulier habens dragmas decem si perdidit vnam, nonne accen-
 dit lucernam, & euertit domum, & quaerit donec inueniat? Mulier eccle-
 sia, quae spirituales filios parit Christo, decem dragmas habuit, cum decem
 praecipua recepit, sed vnam amisit: quia ante incarnationem Christi circa
 praecipuum de amore Dei tepida fuit, sed nato Christo haec dragma, sci-
 licet, diliges Dominum Deum tuum, &c. reperitur accensa lucerna E-
 uangelicae legis euersa domo tenebrarum principis, adhibita diligentia
 praedicatoris inuestigantis congregata Ecclesia populi fidelis congratu-
 lantis.

Zachar. 4. Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius su-
 per caput ipsius. Candelabrum in triplici pede in fide trinitatis fundatum
 ecclesiae aureum propter valorem, & propter charitatis feruorem, eleua-
 tum propter contemplationis splendorem, totum propter simplicitatem
 intentionis. Lampas super caput propter claritatem fidei, & praedicationis.
 3. Reg. 7. Salomon statuit duas columnas in porticu templi, vnam dexteram
 vocauit Iachim, sinistram vocauit Booz. Salomon pacificus, Christus tem-
 plum, ecclesia. Iachim interpretatur infirmitas, & significat charitatem, vel
 fidem, cui innititur ecclesia. Booz interpretatur in quo robur, & significat
 patientiam in tribulationibus, quam habuit ecclesia primitiua. Mat. 21. Ho-
 mo quidam erat, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, &c. Vine-
 a domini Sabaoth domus israel est, scilicet ecclesia, de qua Esa. 5. Vine-
 a facta est dilectio, scilicet Christo in cornu olei, in gratia abundanti. Sequi-
 tur. Expectaui, ut faceret vvas, id est, bona opera, & Deo sapida, & fecit la-
 bruscas, scilicet opera sicca apparentia, non existentia, Deo insipida: & nunc
 dicam vobis quid faciam vineae meae &c. Nota tota historia de ira Dei
 contra ecclesiam malignantium. Pater iste familias, qui plantauit vineam
 Christus, vinea ecclesia, circumdata est sepe scripturarum. Torcular in
 quo copiose vinum exprimitur, in quibus digne se disponentibus abun-
 dans gratia confertur. Turris in medio Christus, turris fortissima nomen
 Domini.

Ecclesia est arca Noe de lignis comp' anatis, id est fidelibus absque pec-
 catis limita interius, & exterius bitumine charitatis, nullus saluatur, qui pe-
 reat in diluuiio finalis iudicij, nisi qui in ista arca inclusi fuerint. Apocal. 1.
 septem candelabra aurea &c. Filius hominis vestitus podere &c. est **C**
 stus septem candelabra lumine fidei succensa charitate aurea sunt omnes
 ecclesiae, quia in septimo vniuersitas figuratur. Ecclesiae etiam per illas sep-
 tem stellas, quas Christus tenet in sua dextera, quia tegit, dirigit, protegit
 vniuersalem ecclesiam designantur. Quia ecclesia ad modum stellae est
 D quantitate, parua per humilitatem, quidditate prolixa per charitatem, qua-
 litate clara per fidei veritatem, situ sublimis per autoritatem, motu regu-
 laris per conuersationis honestatem, vel septem candelabra, id est septem
 stellae significant septem status ecclesiae, primus paruulorum baptizatorum,
 secundus coniugatorum, tertius viduarum, quartus virginum, quintus cle-
 ricorum, sextus praedicatorum, septimus religiosorum. Isti status candelabra
 dicuntur, quia illuminant proximos per bona exempla, illuminantur a Deo
 gratia Ezech. 18. Ingressus vidi, & ecce omnis similitudo animalium, & re-
 ptillum, &c. qui diligenter attendit statum moderatae ecclesiae, videt in ea
 animal reptile cupidum. unde Hier. 6. a maiore vsque ad minorem omnes
 auaritia student a propheta usque ad sacerdotem, id est a religiosis vsque
 ad

Praecepta.

Candela-
brum.

Ecclesia.

Christo.

Stella.
Ecclesia.
Religio.
Gradus.

Status.

Prælati. ad clericos, & prælatos cuncti faciunt dolum: vidit animal aquaticum lubri cum natans in aquis voluptatum, & feditatum. Ios. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Bernardus ubi omnes sordent, vnius foetor minime sentitur: videbit animal gressibile, stolidum, vtrens sensu, priuatus ratione, & intellectu. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Facti sunt sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus: videbit animal volatile, tumidum, & superbum. Vidit in quadriga Domini quattuor animalia, quia in sancta Ecclesia sunt quattuor status hominum in illis animalibus figurata, in leone status præsidium, in aquila aspectus contemplatum, in boue vir tus laborantium, in homine fructus penitentium figuratur.

De Eleemosyna, & hospitalitate.

Hospitalitas meretur diuinam cognitionem, & consolationem, de duobus discipulis in die resurrectionis euntibus in Emaus, qui cognouerunt Christum quem credebant esse verum peregrinum secum manere, & cognouerunt eum in fractione panis: Item meretur liberationem ab omni periculo corporali, & spiritali: exemplum de Loth, qui eo, quod angelos, quos credebant esse peregrinos recepit in suo hospicio, meruit liberari à submersione Sodomorum: meretur exauditionem orationum, & multiplicationem bonorum temporalium, exemplum de muliere Samamite, quæ fecit cœnaculum paruum, in quo recepit Heliseum, & meruit habere filium, & post filij mortem meruit, quod suscitaretur, quæ supra fol. 12. a. & 12. b. Item meretur eleemosyna gratiæ infusionem, & pœnæ remissionem, & temporalium multiplicationem, exemplum de illa muliere quæ non habebat nisi parum farinæ, & medicum olei in lecitho, & quia propheta fecit panem subcineritium, vasa, quæ mutuo acceperat, impleta sunt oleo, & de illo factis fecit creditori suo, quod significat pœnæ remissionem, sicut infusio olei gratiæ infusionem, eleemosyna meretur inuenire Christum, vnde tres reges, qui Christo pauperi obtulerunt aurum, thus, & myrrham, directi fuerunt per stellam, & inuenerunt Christum cum Maria matre eius, & liberati sunt de manu Herodis. Quæ supra fol. 21. a. Item valet contra septem genera peccatorum. Vnde dicitur. Est qui multa redimat modico precio. Peccata tua eleemosynis redime: quia dare eleemosyna a morte liberat, & econtrario negare eleemosynam diuites damnat: exemplum de diuite Epulone, qui micæ panis Lazaro negauit. Eleemosyna ex hoc specialiter approbatur, quia Christus in inedia indicat se eam recipere, quod vni ait, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Exemplum de beato Martino, qui clamidem dedit pauperi, audiuit Christum dicentem: Martinus hac me veste contexit. Quia etiam in die iudicij causa saluationis assignabitur eleemosynæ: Esuriui ait, & deditis mihi manducare, sitiui, &c. Ideo sequitur. Venite benedicti patris mei, possidete præparatum vobis regnum à constitutione mundi. Eleemosyna est thesaurus in cælo: Theaurizate vobis thesaurum in cælo, &c. quare de omnibus istis supra fol. 48. a. & in tota tabula de contemptu temporalium. Zachæus Christum meruit hospicio recipere, quia dixit, dimidium bonorum meorum do pauperibus. Quare supra, fol. 48. In Luc. charitas fraternitatis maneat in vobis. Per haec enim quidam placuerunt Deo, & angelis hospicio receptis, & non solum angelis, sed Christo, vt patuit de Martino, qui pauperi mantellum dedit. Ali-

qui

A qui sunt ita aridi, & immisericordes, quod non compatiuntur pauperibus, cum tamen dicatur: Frange esurienti panem, & egenos, vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Propter eleemosynam meruit Thobias illuminari. Eccl. 4. Frange eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos, ne auertas à paupere, eleemosynam pauperis defraudant, qui possunt iuuare, & non iuuant: auertunt oculos, qui nolunt visitare eos: vnde recitat magister Iacobus de Vitriaco, quod nobilem quandam cognoscebat, quæ maxime compatiiebatur infirmis specialiter leprosis, sed vir eius eos videre non poterat: tandem in absentia mariti, qua cum esset miles, & venatum iuerat victa precibus cuiusdam leprosi, cum introduxit in cameram propriam, & in lecto mariti eum posuit, & cooperuit, & ecce maritus de venatione rediens, & æstu nimio fatigatus petit quiescere in lecto, obstupescit dominus, & mortem metuens, parum intra se cogitans differebat lectum patere, & cameram intrare, at ille ingressus est thalamum, & statim egrediens dixit ad uxorem, ubi ait inuenisti ista aromata, quibus sic fortiter fragrat tota camera videtur ait mihi, quod fuerim in paradiso: domina intrans thalamum ita inuenit esse, sed leprosum non inuenit: tunc illa rei scierim viro aperuit ille conuersus postea religiosè vixit. Leuit. 21. Gibbosi non intrabunt in templum. Gibbosi sunt qui incuruantur ad terrena, & inferiora per concupiscentiam, isti sunt auari, qui portant gibbum cameli, de quibus Mat. 19. Dives difficile intrabit regnum cælorum. Difficile dicit, quia non intrabit nisi gibbum deponat, aut eleemosynas faciendo. Sicut Magi obtulerunt domino aurum, thus, & myrrham. Quod eleemosyna debet fieri de proprio, & bene acquisito, quia Magdalena capillis suis terxit pedes Iesu: capilli, qui sunt quædam superfluitates corpus ornantes significant temporalia. Pedes Iesu tergit, qui bona sua licitè acquisita pauperibus distribuit. Non sic Saul à Domino reprobatus, qui contra præceptum Domini referuauit animalia pinguiora, & illa volebat Domino sacrificare, cuius sacrificium Deus non acceptauit, quia non sua sacrificabat, eleemosyna debet fieri de re bona, & de meliori, quia Deo debet homo dare rem bonam, imo meliorem. Non sic Cain qui macra, & viliora sacrificabat, ideo dominus eius sacrificium non acceptauit: Sed Abel meliora & pinguiora sacrificabat, ideo Deus eius sacrificium acceptabat. Item eleemosyna debet fieri secundum facultates, quia dicebat filio suo Thobias si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si parum, hoc ipse libenter largiri stude, vnde commendauit dominus viduam, quæ de paupertate sua duo æra minuta in gazosilium pro ædificatione templi posuerat, plus quam Salomonem, qui multum auri, & argenti ibi posuit, quia pensatis facultatibus vtriusque plus posuit vidua, quam Salomon pensat enim Deus potius ex quanto affectu sit eleemosyna, quam ipsum donum: vnde ait Saluator: Quicumque dederit vni ex minimis meis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, &c. Regnum Dei tantum valet, quantum habes: valuit Zachæo dimidiam partem omnium bonorum: valuit viduæ duo æra minuta, valet tibi si plus non potes calicem aquæ frigidæ, immo si nihil habes valet tibi habere solam bonam voluntatem, quia ille, qui rete solum dimisit, constanter dicit: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Tanta enim à sequentibus dimissa sunt, quanta à non sequentibus non solum possideri immo concupisci potuerunt sic dico de eleemosynam faciente.

Item debet fieri recta intentione non propter vanam gloriam, aut laudem humanam.

R

humanam.

humanam, sed propter Deum: exemplum de beato Nicolao, qui occultè aurum pauperi couicaneo pro maritandis filiabus dabat: respexit. n. Deus ad Abel, & ad munera eius. Cum facis eleemofynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: quare de eleemofyna in tota tabula de pietate, & misericordia infra: Illi qui dant eleemofynas pauperibus, faciunt sicut formica, quæ quotidie in messe congregat in fovea grana, de quibus vinit in hyeme, sic in præfenti vita, qui dant eleemofynam congregant in cælo, de quo viuunt perpetuo. Prou. 6. Vade ad formicam o piger, & considera vias eius, quæ cū non habeat ducem, nec præceptorè, congregat in messe, quod comedat in hyeme: ille. n. est thesaurus in tuto loco in cælo per manus pauperum repositus, vbi fures non effodiunt, nec furantur, nec erugo exterminat. Dicitur quod in quadam ciuitate singulis annis eligebatur in regem vir extraneus, ex toto legū ciuitatis, & consuetudinum ignarus, qui per annum plenam potestatem habebat faciendi quæcunque volebat, sed in fine anni deportabatur in insulam valde remotam, & fame, & frigore ibi consumebatur, quia in illa insula nihil erat vnde posset homo sustentari. Sic multi regnauerunt ibi, qui dū essent in prosperitate, nihil cogitantes de futuro, perierunt fame amisso regno: contigit autè quendam eligi, cui per quendam familiarem suum innotuit conditio ciuitatis, & regni, quod ille audiens, omnes thesauros regios tempore, quo eos habebat in potestate sua, & omnia bona ciuitatis præmisit ad illam insulam, in quam erat deportandus: vnde cum in fine anni nudus illuc a ciuibus emitteretur omnium bonorum copiam ibi reperit de thesauris, quos eo præmiserat. Sic nos scietes, quod non possumus hic diu manere, lucrari debemus, & lucrū nostrū in illud regnū portare, vt cum illud necessarium habebimus, inueniamus thesauros, quos præmiserimus.

Christolomus. Ibi tuam mitte substantiam, vbi tuam habes patriam. Sic videmus q̄ mercatores, qui morantur in aliena patria, mittunt illa, quæ lucrantur ad suam patriam. Parum est ieiunare, nisi ieiunio addatur opus misericordiæ, ut de eo, quod subtrahitur vètri, non impleatur bursa, sed de tur pauperibus, aliter est ieiunium, sicut auis sine pennis, quæ volare non potest: sed cum ei additur eleemofyna, & pauper erat pro dante, tūc habet ieiunium alas suas. Bona est eleemofyna cū ieiunio: vnde Mat. 6. Vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Atende autem profectum huius vnctionis, primo descendit hæc vnctio à Deo ad cor, cū dñs cordi inquit dicit gratiã & cōpassionem, secundo de corde transit ad carnem per ieiunium, & penitentiam, tertio de corde exuberat per manus extrahendo pauperi eleemofynam. Et forte hoc est vnguentū, quod descendit in barbã a capite, & inde vsq; ad orã vestimenti. Cū aut pauperi eleemofyna datur, tūc hoc vnguentū gratiæ distillat ad manus, quia in pauperibus Christus vngitur, cū eius amore eis eleemofyna dat. Lu. 7. Maria lachrymis cepit rigare pedes Iesu, & osculabatur, & capillis tergebat, & vnguento ungebat. Pedes Iesu Christi sunt pauperes, qui diuites portant in cælu per orationem. I. uc. 16. Facite vobis amicos, & c. Istos pedes permittit de manus esse lutosos, offendi ad lapides, & exponi ad sustinendas tribulationes, quos tñ habet cariores, quã dētes, i. raptores: homo. n. ponit pedē in luto, vbi non poneret dentē, & tamen cariorē habet pedē, quã dentem. 1. Reg. 2. Pedes sanctorum tuorum seruabit, non fuit membrū que Maria non seruiret pedibus Christi. Igitur in illa vnctione, quod oculis fiebat, ore osculabatur, manu vng. bar, capillis tergebat. Sic in eleemofyna pauperis oculus cōpassibiliter respiciat, os dul-

Ieiunium.
Tho. 12.
Vnctio.
Gratia.

Pauper.

A ceter respondeat, manus largiter det, & de proprio, non de alieno, hoc est tergere capillis suis. Sed modo diuites auertunt oculos suos ne videant pauperes, sicut diues Epulo sepultus in inferno, a Lazaro mendico, si viderent, si dent exasperant verbis, perdentes ore, quod manus conferunt, sicut candelæ, cū manu laboriosè accenditur, & modico oris flatu extinguitur: non dant, quia habent manus non vnctas oleo sed pice, vel glucino, vel si dant, hoc est de alieno, si miles in instrumento, quod dicitur expergius male, de quo nihil exit, donec fuerit fractum, ita diues auarus nihil potest dare in vita, donec in morte frangatur. sicut ad decorem vniuersi quæ iam corpora illuminant, quadã illuminant, sic diuina sapientia ordinauit, quod in mudo sint alij diuites, alij pauperes, vt p diuites pauperes sustentetur, & per pauperes diuites saluentur, & spir. tualiter subleuentur, & sustententur.

B Esto vigilans & confirma cetera quæ moritura erant, siue moritura peccatum siue pp. seculi in temporalium, & ideo per publicam eleemofynam spiritualem, & corporalem est eis succurrendum. Exemplum habes de gruibus, quæ alternatim vigilant pro se inuicem, habentes sollicitudinem disponunt vigiles de nocte, explorant alia ex qua parte tententur, in die præcedit vna ceteras, & per vices suscipiunt vigilias, hi sunt vigiles, qui custodiunt ciuitatem, qui diligenter circumuectant, vt aliorum suppleant necessitatem: Can. 3. quod eleemofyna est nuncijs, & aduocata nostra coram Deo, vt orationes exaudiantur, si sit de proprio, non de alieno, sicut aliqui, qui de alieno corio faciunt largas corrigias, largas eleemofynas. Actu. 10. Cornei exaudita est oratio tua, & eleemofynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu domini, & Esa. 58. Cum uideris nudum, operi eam: tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabit, & dicit, ecce adum ad subueniendum pauperibus: multum mouet nos consideratio crucis, & passionis, quia ibi possumus uidere quanta pietate Christus dedit seipsum morti, ut nos pauperes ditaret, nos miseros releuaret, & sicut non remittit peccatum, nisi nos remittamus proximo, sic non faciat nos participes suæ passionis, & eleemofynæ nisi nos etiam compatiatur, & misereamur proximis, & miseris: unde ait. Nonne oportuit te misereri conserui tui, sicut ego misertus sum tui? Et quia non fuit misertus conseruio, seruus nequam pertulit damnationis sententiam. Exemplum habes de diuite Epulone, qui sepultus est in inferno, quia non fuit misertus medico Lazaro. Dan. Peccata tua eleemofynis redime, & iniquitates tuas per misericordias pauperum, forsitan ignoscet delicta tua; bene enim congruum est, vt si dominus supplet nostram indigentiam, quod nos similiter releuemus aliena. Nam qui indiget misericordia, debet alijs misereri.

D pleni enim sumus omni materia. Nam si creature subtraherent nobis sua beneficia, substatere non possemus, si sol lumen, & calorem, si terra humorem, & ita de alijs elementis, & creaturis: vnde omnes creature replebuntur immisericordes, & qui misericors est multiplicationem prætoratur. Prouer. 19. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperi, & vicissitudinem suam reddet ei, secundum legem Leuitic. 12. Quando leprosus mandabatur pili eius radebantur: ratio pilorum abiectio super florum, hoc est liberatitas, & misericordia, quæ mūdant leprã auaritia. Mat. 8. Excedens Iesus manū suã tetigit eum dicens, volo mundare. & confestim mundata est lepra eius. In hoc significauit dominus quod misericordia, quæ est per manū extensa mandata auaritię infectionem: date eleemofynam, & ecce omnia munda sunt vobis: auaritia enim maculat affectum, sicut lutum manū.

Diuites.

Apoc. 3.

Cō passio.

Misericordia.

Misericordia.

Lepra mūdatur.

Iac. 4. Emundate manus peccatores. 1. Reg. 18. Expollauit se Ionatas tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua uestimenta usque ad gladium, & arcum, & baltheum. Quia pro proximis exponenda sunt omnia temporalia usque ad magnam necessitatem: sed retinere debemus nobis nostra bona opera spiritualia, nec ex vanitate, vel leuitate reuelata, cuiusmodi sunt gladius diuides, subtilitas nostre contemplationis, balteus renes restringens, puritas nostre affectionis, arcus sagittarius sagittas ad certum locum dirigens indeclinabilitatem nostre intentionis in initio, & secreta: quia intrinsecus latens, ubi solus Deus videt, hæc sunt vestimenta lintea, quibus induebantur sacerdotes cum ingrediebantur portas atrij interioris. Christiani qui solent se in festis magnis nouis vestibus induere, non debent hystrionibus, aut seruientibus loco precij vestes veteres dare: sed ad honorem Dei pauperibus erogare, vt Christum vestiant, qui pro eis fuit in natiuitate pannis pauperibus inuolutus, & prope Pascha nudus pro nobis in cruce passus. Math. 23. Nudus fui, & operuistis me. Iob 7. Ecce nunc in puluere dormiam, & si mane me quaesieris, non subsistam. Puluis sum humore, ariditas est cupidi cordis sine pietatis affectione, & quia totum iudicium erit de operibus pietatis, viri defixi in fecibus cupiditatis sentientes se esse reos, ubi omnia luce clariora erunt, non audebunt ad quaestiones sibi propositas respondere, nec caput eleuare, immodico dicent montibus, cadite super nos, & abscondite nos a facie ire agni. Et ideo dicitur: si mane eos Deus quaesierit, non subsistere: sed magis eos tabescere. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis: sicut enim dormiens somniat, quando sitit, quod ad fontem pulcherrimum bibit, & esuriens somniat quod comedit, & cum expergefactus fuerit vacua est anima eius, quia nihil inuenit, nihil recepit, qui in celo thesaurizat per manus pauperum nihil inueniet post uitæ temporalis decursum: Diues cum dormierit nihil secum afferet aperiet oculos suos, & nihil inueniet, apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimer eum tempestas, &c. Quære supra fol. 43. a. In Iob. Gen. 42. Dixit Ioseph ministris, vt implerent saccos fratrum suorum tritico. Ioseph Saluator Christus, ministri Ioseph prælati, fratres eorum, qui cum eis secundum decreta sanctorum debent diuidere patrimonium Christi sunt pauperes, quibus prælati debent dare triticum, & alia necessaria. Quære de ista materia in tabula de misericordia, & pietate. Et nota quod magna est uirtus eleemosynæ quæ placat Dei iram, delet culpam, remittit poenam, impetrat gratiam, multiplicat substantiam, perducit ad gloriam. Quod uni ait ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Facite autem nobis sacculos, qui non ueterascunt, thesaurum non deficientem in celo, quo fur non appropriat, nec timea corrumpit, dando eleemosynam cauenda est uanagloria, quia non est danda ad hominum laudem, & commendationem, sed ad Dei honorem, & glorificationem, pauperum sustentationem, præcepti diuini impletionem, peccatorum remissionem. Manus Moy. quæ designat opera bona apparuit leprosa, dum de sinu extraheretur, sanabatur dum in sinu abscondebatur. Et in statua Nabuchodonosor aurum erat mixtum cum testa, id est, opus bonum cum uana gloria. Naaman qui erat uir diues sed leprosus significat diuitem lepra auaritiæ infectum: fluuius Iordanis figurat eleemosynam ex abundanti pietate præcedentem, cuius ablutione lepra auaritiæ mundatur.

1. Sai. 29.

Iob 27.

1. Reg. 7.

Di

De expositionibus scripturæ.

A Pocalyp. 5. Habebat in dextera sua librum scriptum intus, & foris signatum sigillis septem. Iste est liber sacre scripturæ, de quo Ezech. 2. Misa est manus ad me, in qua erat liber inuolutus. Iste liber est scriptus intus mysti. & foris historice: habet septem sigilla. Quia septem sunt modi exponendi. Historicus, allegoricus, tropologicus, anagogicus, ut cum dicitur Deus habere aures, & nares, sextus parabolicus, vt illud, ierunt ligna, ut constituerent sibi regem, septimus hyperbolicus, vt cum dicitur quod locuste cooperuerunt uniuersam superficiem terræ, & illud altare ingentis magnitudinis. Sunt, & alia septem sigilla claudientia sacram scripturam, & mensuratis: seu eritas, vt in lege talionum. Et illa excluderunt Faustum Manichæum, qui dicebat istam scientiam non esse à Deo. Simpliciter consiliorum, sublimitas sacramentorum, contrarietas doctorum, & ista excluderunt Porphyrium, & suos sequaces. Et uinum sacre scripturæ, quod est uinum purum, quantum capones, id est uini uenditores, scilicet doctores miserunt istud uinum cum insipida aqua physica, vt dicitur in Esa. Istud in quantum uinum historicè inebriat sensum, allegoricè intellectum, tropologicè affectum, anagogicè hominem totum. Istud est uinum abundans, & præcipuum, de quo Hebr. 1. Uinum purum, expositio Catholica, uinum mixtum expositio physica, fœces corruptæ expositio hæretica. Esa. 55. Emitte absque ulla commutatione uinum, & lac. Doctrina sacre scripturæ dicitur uinum inebrians quantum ad gustum contemplationis, lac nutrens, & fortificans ad exercitium actionis. Gen. 27. Summe arma tua, pharetram, arcum, & egredere, cum uenatu aliquid attuleris, fac mihi cibos, sicut uelle me nosti. Arcus iste quem prælati, vel doctor debet accipere est sacra scriptura, quæ est molestia intendendus, & remittendus. Psal. 77. Filij Edrem intendentes, mittentes, id est remittentes simplex pro composito, intendentes obiurgando, arguendo, increpando, terrendo: remittentes consolando, blandiendo, promittendo. Huius arcus lignum rigor correctionis, chorda dulcor locutionis, pharetra scriptura, sagittæ credenda, facienda, fugienda, timenda, cauenda, speranda. Ista sunt quinque uerba Apocalyp. quæ uult in ecclesia loqui, quinque lapides preciosi, quæ Dauid posuit in pera uolens pugnare contra Golyam: sed hodie filij Edrem, id est aucti non in uirtutibus, sed in redditibus, non in meritis, sed in præbendis, secundi diuitijs non doctrinis, fertiles diuitijs, non exemptis. Arcum prædicationis remittunt in diuites principes, prælatos in pauperes, & subditos. Huius arcus lignum est simulata equitas, chorda, cupiditas. Tripliciter autem ferunt propter exactiones, procuraciones, uexationes. Hæc est tria fuscina euacuans ollas, caldarias, lebetes, & cacabos, id est, personatus, præbendatus, prioratus, & ecclesias, vel triplex chorda cultus ambitionis, fastus elationis, luxus consumptionis. Hæc tridens euacuat ollas decimarum, caldarias primitiarum, lebetes oblationum, cacabos aliarum oblationum, hæc fuscina utebantur sacerdotes filij Bely, filij Belial à domino reprobati. Genes. 27. Sunt arma tua per exercitium lectionis, & studium sacre meditationis, & egredere foras de ocio contemplationis ad officium prædicationis: quia ut dicit Gregorius: Nullum omnipotenti Deo tale sacrificium, quale zelus animarum.

Doctor.
Scripturæ
Liber.

Doctrina

Prædicator

Arcus.

Prælati.

Exactiones

Prædicator

Vel egredere à contemplatione ad sollicitudinem curæ temporalis. ad curam vineæ spiritualis. Sic enim Angeli, per quos figurantur prelati ascēdebant in scala Iacob: ascendebant per contemplationem, descēdebant per actionem, prædicationem temporalium, sollicitam administrationem. Cūque venatu aliquid attuleris, conuertendo per prædicationem, fac mihi cibos, ad me ordinans per rectam intentionem, & ita me reficies per gratiarum actionem.

Signanter dicit arma, quia arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed sunt potentia a Deo ad destructionem muri, & omnem altitudinem extolentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnē intellectum in obsequium Christi, contra illos, qui libentius tendunt, & sumunt in manu sua arcum Aristotelicæ doctrinæ, & phisicæ, quam sacræ scripturæ. Et est signum, quod aut verba scripturæ nesciunt, aut eis non sapient. Habet autem arcus iste lignum, & cordam, pharetram, & sagittas: Lignum vetus testamentum, chorda, nouum. Greg. 19. Moral. Sicut in arcu dum chorda trahitur, cornu curuatur, sic in sacro eloquio dum testamentum nouum legitur, duricia testamenti veteris emollitur: vel lignum seueritas correctionis, chorda pietas consolationis, dū scriptura corrigit cominando, allicit promittendo, chorda flectit arcum, dum verba consolationis dulcem reddunt limam correctionis, hoc enim secundum Gregorium est magisterium discipline, vt pastor culpas & discere nouerit corrigere, & parcere, & piè refecare. Pharetra vtriusque testamenti continentia ex qua emittuntur sagittæ, videlicet cuilibet statui congruentes sententiæ, vt possit dicere cum Esa. 49. Posuit me sicut sagittam electam. Quinque sagittæ ad præsens, quid credendum, scilicet articuli, quid agendum, præcepta, & consilia, quid fugiendum, peccata, quid timendum, supplicia, quid desiderandum, æterna gaudia. Ista sunt 5. verba, quibus vult loqui Apostolus sensu suo. 1. Cor. 14. Vt alios instruat quam decē millia verborum. Isti sunt 5. lapides quibus Danit Goliad interfecit.

De quattuor expositionibus sacræ scripturæ exponitur illud Zac. 6. Vidi & ecce quattuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & montes, montes ærei. In quadriga prima equi rufi, in quadriga secunda equi nigri, in quadriga tertia equi albi, in quadriga quarta equi varij, & fortes, de quibus in eodem cap. dicitur, quod erant robustissimi, & exierunt, & quærebant ire, & discurrere per omnem terram. Montes alti propter eminentem, & diuinam veritatem, ærei propter immobilem veritatem sunt duo testamenta. Quattuor quadrigæ de montibus egredientes, quibus sup portamur ad portum gloriæ, quattuor sunt expositiones scripturæ, quæ etiam figurantur in quattuor coloribus Iridis, qui generantur ex eodem radio solis. Equi autem istas quadrigas trahentes sunt doctores, istos quattuor sensus prædicantes, quia equi rufi per charitatem sequuntur sensum historicum, & sic de alijs Ezech. 2. Manus missa ad me, in qua erat liber in uolutus &c. Liber iste est sacra scriptura, quæ continet omnia nostræ salutis necessaria documenta, inuolutus fuit ante Christi aduentum, apertus, & expansus fuit ante oculos nostros per Christi prædicationem, & conuersationem. In ista scriptura sunt lamentationes, carmen, & væ: Nā Christus prædicauit lamentationes penitentia. Quia primum thema suæ prædicationis fuit, agite pœnitentiam, appropinquabit regnum cœlorum. Carmen gloriæ, Væ damnationis æternæ. Can. 7. Duo vbera tua sicut botri, vbera scriptura, quam Noe Dei filius plantauit. Duo botri duo testamenta,

Arcus. Scriptura.

Correctio.

Liber.

Matth. 9.

A vnde dicitur du o vbera propter lac doctrinæ nutritiæ de Christi humanitate. Duo botri, quia continet vinum doctrinæ de Christi diuinitate, vel in vberibus lac simplicis doctrinæ, quibus paruuli, & simplices nutriuntur, 1. ad Cor. 3. Tanquā paruulis lac potum vobis dedi, non escam. In botris vinum sublimitatis doctrinæ, quo ad perfectos. 1. ad Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos, &c.

De Eucharistia.

A Poc. vlt. Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ affertur fructū duo decim per singulos menses reddens fructus suos. In flumine intelligimus fluxum conditionis humanæ, cuius vna pars est in via, alia in patria, quia continuè homo fluit ad mortem sicut aqua ad mare Eccl. 1. Omnia flumina intrant mare. Et iterum, omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram, quæ non reuertuntur in ligno intelligimus fulcimentū diuinæ præsentia, in fructu ligni vitæ, sacramentum Eucharistiæ, vt sic dicamus, q̄ fluuius habet fluxibilitatem, lignum vitæ, stabilitatem, & fertilitatem, fructus eius suauitatem, & sanitatem: vna itaque pars fluminis ecclesia militans in uia, alia pars ecclesia triumphans in patria. In utraque parte est Christus lignum vitæ, in uia est sub sacramento, in patria idem sub specie propria, in uia sacramentaliter, in patria localiter, & uisibiliter. Gene. 2. Posuit Deus lignum uitæ in medio Paradisi, id est in ecclesia sub sacramento uerum corpus Christi.

Apoc. 22. Euchar.

Ecclesia. Lignum.

Dicitur autem aliquando liber uitæ, aliquando lignum uitæ, aliquando fons uitæ, aliquando cibus uitæ. Cibus uitæ ad intelligentiam præsentis dignationis, liber vitæ ad memoriam exhibitæ dilectionis, lignum uitæ, ad prouidentiam futuræ tentationis: immò dicitur panis uitæ, quia producit fideliter sumentes ad uitæ felicitatem. Ioann. 6. Ego sum panis uitæ. De ligno uitæ, Gen. 2. Lignum uitæ in medio paradisi, id est ecclesia, sub sacramento uerum corpus Christi. De libro uitæ: in Apocalyp. Apertus est liber uitæ. Lignum uitæ, quia præstat perpetuitatem, liber uitæ, quia informat ignorantia cecitatem. S. p. 16. Panem de cœlo præstitisti eis habentem omnem delectamentum, &c. Dicitur etiam fons uitæ, quia fecundat imbrem gratiæ nostre mentis ariditatem Psalm. Apud te est fons uitæ sicut uerbum cordis nostri indutum uoce sensibilis: unde & idem diuisum manet in corde, & multorum aures immutat, multorum corda irradiat, & illustrat: sic unus, & idem Christus totus integer est in cœlo, & in multis altaribus, cum celebratur, & in omnibus partibus hostiæ, & totus sine diuisione ab omnibus recipientibus percipitur, nihil minus habet quilibet. De hoc pane, quem uniuersi, nec plus, qui totam, uel multas hostias recipit, quam qui solam unam particulam, sicut Apostolus dicit de manna, qui multum collegit, nō plus abundauit, & qui minus, non minorauit, sicut anima rationalis est uita corporis physici, ita Christus est uita corporis mystici, & uerius, quia sicut per animam uiuit corpus physicum temporaliter, ita per Christum uiuit corpus mysticum æternaliter, & sicut eadē anima tota integra sine sui diuisione est in singulis partibus sui corporis simul, sic unum & idem uerum corpus Christi totum integrum sine sui diuisione simul est in multis hostijs consecratis, & in omnibus partibus hostiæ, siue unitis, siue diuisis, sicut in hoc sacramento ratio contradicit fidei: ita oculus contradicit auditui. Exæcat fides intellectum humanum, & similiter auditus corporalem.

sem oculum, quod figuratur Mat. 27. Vbi Centurio videns Iesum non est confessus Dei filium, sed audiens, quod clamans expirasset, post clamorem Christi morientis in cruce, ait, verè filius Dei erat iste, agnouit ex voce Christi diuinitatem, non ex facie videtur species panis ex quo non agnoscitur ibi esse Christus, auditur hoc est corpus meum, ut auris, quæ in prima ianua mortis aperta est. Prima vice aperitur, vox quidè Iacob est, sed manus, manus sunt Esau, quia sicut tactus Isaac Isaac, sed secundum iudicium istorum sensuum nihil ibi videtur esse nisi panis, & vinum, sed auditus non decipitur, audies enim hoc est corpus meum, & veraciter ita est, si virtus naturalis, ut patet in corpore animalis potest conuertere panem, & vinum in verum corpus, & sanguinem, multo magis virtus diuina, quæ est infinitæ efficacitæ, ut virtute verbi, per quod in instanti de nihilo facta sunt omnia panem, & vinum in verum corpus suum, & sanguinem transubstantiet. Leui. 2. 5. Dabo benedictionem meam anno sexto, s. anno gratiæ in qua perfectus est status Ecclesiæ, sicut sexto die perfectus est mundus, & faciet terra fructus annorum trium. Tres ordines, tres status, nã & prælati in hoc sacramento sunt gratiarum actiones pro purgandis in purgatorio, non propiciationes pro illis, qui sunt in via spirituales consolationes.

Si Deus de Virgine mundissima nasci uoluit, si adhuc positus in præsepio mundis manibus Iosephi contrahi uoluit. Si mortuus munda sindone inuolui uoluit, & in monumento nouo, in quo nunquam cadauer, in quo nondum quisquam positus fuerat, sepeliri uoluit, cum iam totus gloriosus resurrexerit, & ad patris dextram sedet gloriosus, quanta putas mentis, & corporis mundicia uult recipi, & tractari. Exo. 12. Sic autem comedetis illum, Baculos, id est affectiones, & mortificationes corporales cum lactucis agrestibus, id est, cum peccatorum nostrorum amarum singultibus, secundum quod dicit Iob. Antequam comedam nostrum suspiro. Egris, & sanis est sana comestio panis. Sed Christus panis r. on est sanus nisi sanis. 3. Regum 17. Corui pascebant Hæliam, & deferebant carnes, & panes mane, & uespere. Corui isti sunt sacerdotes, & ministri altaris, qui debent esse nigri per penitentiam, & crocitare debent prouocando alios ad vitam æternam, & spernendo delectationem præsentem, & momentaneam. Isti corui deferunt Hæliæ carnes, & panem mane, quando ieiuno & omacho accipiunt fideles populi sub specie panis veram carnem Christi, similiter panem, & carnes uespere reducendo ad memoriam, quando sub specie panis dedit Christus post cenam in uespere carnem suam discipulis. Esca ita que ista caro Christi est, dedit enim Christus ouibus suis vitam in precium, corpus, & sanguinem in partem, se in præmium. Vnde hanc escam Spiritus sanctus in utero Virginis, præparauit. Mater autem in præsepio in pauere loco posuit. Christus autem hanc escam in cruce siccam, & igne dilectionis excoctam esibilem reddidit, quam sacerdos in sacramento iunxit, & inde pullos suos pascit, dum eos mundi despectu, & carnis mortificatione nigrescere cernit. Nam & coruus non pascit pullos suos, nisi quando nigrescere eos uidet. Iob 38. Quis preparat coruo escam, quando pulli eius clamant ad Deum. Leuitic. 6. Reliquam partem similem comedet Aarab cum filiis suis absque fermento, & comedet in loco sancto. Panis simile caro Christi in specie nebula, quæ ad litteram est materiæ similitudo, qui comeditur absque fermento, quando percipitur absque peccato. Ite pa-

nis offertur in eleuatione, immolatur in fractione, coquitur in sumptione, & idè figuratur per hircum oblatum, & agnum immolatum, & arietem decoctum. De 1. Leuit. 10. Cur non comeditis hostiam pro peccato in loco sancto? Dixit Moyses ad Aaron, de hircu, quem adustum reperit, Christum figurans, qui fuit adustus igne tribulationis. De secundo Leuit. 14. Sacerdos immolabit agnum, ubi immolari solet hostia pro peccato, id est in loco sancto. De 3. Exod. 29. Arietem consecrationis tolles, & coques carnes eius in loco sancto, quibus vescetur Aaron, & filij eius. Vel aliter, & melius, ut uideamus carnem Christi offerri sacramentaliter in altari, hoc est in loco sancto. Recolamus triplex animal immolaticium, non in loco sancto, agnum, hircum, arietem. Quia Christus fuit agnus per innocentiam, hircus per culpam nostram assumptam, quia peccata nostra ipse portauit in solitudine, sed aries dux gregis, quia nos per passionem suam introduxit ad gloriam. Ut autem digne possimus accedere ad hoc sacramentum, tria facere debemus in hoc loco sancto, lauare lutum aquis lachrymarum per contritionem, discalciare pedes affectionum per confessionem, extendere manus ad operandum per uirilem satisfactionem. De primo Leuitic. decimosexto: Lauabit Aaron carnem suam. Et ibi. 6. si de sanguine illius uestis aspersa fuerit, lauabitur in loco sancto, uas autem fictile, in quo cocta est, confringetur; quod si uas æneum fuerit, defricabitur aquis, & lauabitur. Sanguis huius hostiæ peccatum est, uestis animæ hoc sanguine aspergitur, quando pulchritudo innocentie peccato scædat, sed lauatur in loco sancto per lachrymarum effusionem in corde contrito.

Sed mirum est, quod sequitur, quod uas fictile frangitur, uas æneum confricatur. In uase ergo fictili, caro terrena, & fragilis; in uase æneo anima perpetua, & immortalis, uas ergo fictile frangitur, & æneum fricando clarius redditur, quia per contritionem corpus præsentis afflictione atteritur, & anima ad naturæ suæ claritatem reuertitur. 2. Corint. 4. Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, interior autem renouatur de die in diem. De secundo Exo. 3. Solue calciamenta de pedibus tuis. Locus enim, in quo stas terra sancta est, & idem dicit Iosue 5. Calciamentum soluit; qui carnalibus concupiscentijs abrenunciatis, a se peccata per confessionem expellit, vel certe calciamentum soluitur, quando confitens a peccatis absoluitur, &c. Quæ fol. 62. Erubescant igitur, qui immundi corde, pollutiore, peruersi opere, ad corpus accedunt dominicum, & illi erubescant, quorum talamus, & lectus ornatiore est Ecclesia sua, mensa præparatiore altari, scyphus calice preciosior, equus carior missali, cappa casula pulchrior, camisia delicatior alba, & corrigia, seu cingulum preciosius stola. Item prima Corinthior. 11. Si nos ipsos diiudicemus, non utique diiudicemur. Ibi glossa, uersetur ante nostros oculos imago futuri iudicij, & ascendat homo tribunal mentis suæ, & constituto in corde suo iudicio: addit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde quidem sanguis animæ penitentis per lachrymas profluat. Postremo a mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo iudicet pro receptione corporis, & sanguinis Domini. Et qui separari a regno, timet per ultimam sententiam, separaretur ad tempus a sacramento, per ecclesiasticam disciplinam. De isto iudicio Hierem. 3. Castigabo te in iudicio, non quasi innocenti parca tibi. In iudicio, quo iudicamus nos per penitentiam, vel cum diligimus inflictam a nobis disciplinam, & sic

Eliam.
Corui.
Sacerdos.
Prælati.

Christus.

Calciamentum.

redimimur a culpa, & restituitur nobis superna patria. Numc. 22. Omnis E qui accesserit de stirpe vestra, in quo est immunditia, peribit de populo suo coram Domino, quia ad litteram non solum spiritualiter, sed etiam corporaliter, qui indigne suscipiunt sacramentum, moriuntur frequenter. 1. Cor. 11. Qui manducat indigne, iudicium sibi manducat, & bibit; ideo multi inter vos infirmi. Glo. Febribus, & alijs infirmitatibus, & imbecilles longa valitudine, & accidia, & dormiunt multi per peccati consuetudinem, & obstinationem nihil sentientes de aculeo timoris iudicii Dei, & pignarum inferni. Glo. Moriuntur morte corporali. Propter hæc omnia dicitur Numc. 21. Quicumq; habuerit maculam non accedet ad sanctuarium meum, nec tanget ea, quæ consecrata sunt ne fortè moriatur. Quilibet Christianus fidelis semeli n anno corpus Domini ad minus debet recipere, nisi de licentia, & consilio sui confessoris ad tempus differat.

Fuit autem iste cibus spiritualis in manna figuratus, quo Deus pavit filios Israel in deserto. Circa huius manne perceptionem debemus considerare huius doni conditionem, recipientium dispositionem, & præparationem, recepti conseruationem, refecti confortationem, & consolationem. Si consideremus Mannæ conditionem, clare videbimus, quod figura sacram communionem, corpus scilicet Domini Iesu Christi, nam Manna quantum ad originem, erat de cælo. Et sic est panis viuus, qui de cælo descendit. Erat Manna omni sapore plenum: Panem de cælo præstitisti eis habentem omne delectamentum, &c. Et de Christo dicit Ambrosius: Omnia nobis Christus est, si vulnus curare desideras, medicus est: si febribus æstuas, fons est, si grauat iniquitate, iustitia est, si tenebras fugis, lux est, si cibum queris, alimētum est, si scientiam cupis, veritas est: Gustate ergo, & videte, quoniam suavis est dominus, sed ad modum febricitantis habemus palatum mentis infectum: & ideo non discernimus saporem huius cibi.

Ioan. 6.

Sap. 16.

Psal. 106.

Num. 21.

Exod. 16.

Matth. 27.

Ioan. 17.

Euchar.

Omniem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis. Hinc dixerūt pessimi Iudæi: Anima nostra nauseat, &c. Erat colore album, & corpus Christi virginæ, de Virgine purissima natum: Et Manua ad calorem solis liquecebat, & ad ignem indurabatur: Quia in corde illorum, qui recipiunt cum dilectione, & deuotione liquefcit, & dulcescit, ut saporent, & sentiant eius dulcedinem: in illis, qui habent cor inflammatum igne cupiditatis, & carnalitatis induratur ad eorum damnationem, ut non percipiant eius dulcedinem. Præceperat autem Dominus, quod septem diebus Manna colligeretur, & in Sabbatho non inueniretur: quia toto tempore vitæ nostræ hoc sacramentum nobis dispensabitur. Ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Sed Sabbatho æternæ quietis non inueniemus Christum sub sacramento, sed videbimus, amabimus, timebimus, laudabimus eum sicuti est. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te Deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. Huius Mannæ talis erat conditio, quod tantum sufficiebat ei, qui minus colligebat, quantum ei, qui plus: quia totus Christus ita est in minima parte hostiæ, sicut in tota, & ita totus in minima parte sumitur, sicut in tota.

Secundo si consideremus quomodo nos præparare debemus ad huius cibi perceptionem, inueniemus, quod populus domini gustauit manna, donec prius transiit mare rubrum, & submersis Aegyptijs, & completis tribus diebus in deserto: sic non debemus corpus Christi recipere donec transuerimus per rubrum mare cuius amaritudo designat contritionem, aqua cõ-

fess-

A fessionem, & lachrymarum effusionem, rubedo corporis mortificatione, & satisfactionem.

Antequam de isto pane quis comedat, debet suspirare, & flere pro culpa, quam commisit, pro gratia, quam perdidit, pro pœna, quam incurrit, pro gloria, quam amisit, & etiam quia Deum frequenter, turpiter, multipliciter, irreuerenter Deum offendit. Sic ait Iob, Antequam comedam suspiro, & Eliæ, cui Angelus attulit panem subcineritium, & vas aquæ lachrymarum. Et Apostolus, quicumque manducat panem vel biberit calicem domini indignè, reus erit corporis, & sanguinis domini, Glo. Ac si Deum occiderit, punietur: Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium manducat, & bibit, non diiudicans corpus domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Probet, & discutiat diligenter conscientiam per confessionem puram, veram, integram. Probet suam vitam: Probet quales fuerint præteritæ cogitationes, quales affectiones, quales locutiones, quales operationes: an sit error in intellectu, an odium in affectu, an proponat semper a peccato abstinere: ut cum hæc omnia probauerit, & omnia mala conterendo, confitèdo, satisfaciendo, reprobauerit, probatus accedat, & corpus domini sumat. Sic Ioseph corpus Christi inuoluit sindone mûda, i. conscientia pura: Cibus enim bonus sanus sanus est, infirmis mortalis, Gregorius, Tergat ergo fordes prauis operis, qui Deo præparat domum mentis. Debent omnes Aegyptij, id est, omnia peccata submergi in diluuiio lachrymarum; Sicut in diluuiio submersæ fuerunt aues, id est superbi, animalia, id est cupidi, reptilia, id est immundi, homines, id est, malitiosi: & sic completis tribus diebus contritionis, confessionis, satisfactionis, possumus secuti accedere ad huius manne perceptionem. Tertio si consideremus receptæ manne conseruationem, patet, quod ad hoc facit diligens cautela, & fuga omnis peccati, & oportunitas. Vide-

B suam vitam: Probet quales fuerint præteritæ cogitationes, quales affectiones, quales locutiones, quales operationes: an sit error in intellectu, an odium in affectu, an proponat semper a peccato abstinere: ut cum hæc omnia probauerit, & omnia mala conterendo, confitèdo, satisfaciendo, reprobauerit, probatus accedat, & corpus domini sumat. Sic Ioseph corpus Christi inuoluit sindone mûda, i. conscientia pura: Cibus enim bonus sanus sanus est, infirmis mortalis, Gregorius, Tergat ergo fordes prauis operis, qui Deo præparat domum mentis. Debent omnes Aegyptij, id est, omnia peccata submergi in diluuiio lachrymarum; Sicut in diluuiio submersæ fuerunt aues, id est superbi, animalia, id est cupidi, reptilia, id est immundi, homines, id est, malitiosi: & sic completis tribus diebus contritionis, confessionis, satisfactionis, possumus secuti accedere ad huius manne perceptionem. Tertio si consideremus receptæ manne conseruationem, patet, quod ad hoc facit diligens cautela, & fuga omnis peccati, & oportunitas. Vide-

C mur enim, quod quando homo conualuit de infirmitate, præcipiat sibi, quod abstineat ab omni contrario, & nocivo, quia frequenter plus est reciditui, quam infirmitas principalis: sic, vel qui modo curati sunt per confessionem, & receperunt medicinam spiritualem, scilicet corpus domini, medicus spiritualis, scilicet confessor debet eos monere, ut abstineant ab omni peccato, & circumstantia: non sic faciunt aliqui, qui statim post Pascha ad praua cõsortia, colloquia, ad peccata pristina reuertuntur: sicut porcus, qui postquam lotus fuerit, statim reuertitur ad lutum. Laui pedes meos, quomodo inquinauo illos, Isti figurantur per illos pessimos Iudæos, qui postquam Manna comederant, carnes, & olera Aegyptiorum, pristinas scilicet delectationes carnales desiderabant. Da nobis aiunt, carnes, ut comedamus: in mentem veniunt cucumeres, & pepones, porri, cepæ, & allia, per quæ designantur variæ delectationes mundi. Adhuc autem escæ eorū erant in ore ipsorū, & ira Dei ascendit super eos, & sepulti in sepulchris concupiscentiæ, promissionis terram numquam viderunt. Figurantur etiam illi, qui ad peccati vomitum reuertuntur per uxorem Loth, quæ cõtra monitionem angelicam respexit retro, recordata, ut dicit Glo. de delictijs Sodomorum: ideo conuersa est in statuam salis. Quare fol. 59. b.

Quarto debemus considerare huius cibi consolationem & confortationem, quia digna recipientibus illustrat intellectum ad fidelem, & cognitionem, inflamat affectum per dilectionem, & deuotionem, roborat manū ad meritoriam operationem, confortat hominem totum ad tolerandum, & vince ndum omnem tribulationem, & tentationem, donec veniat ad æternam

Iob 3.
3. Reg. 9.

1. Cor. 11.

Probare.

Cõscientia

Confessio.

Confessor.

Numc. 11.

Loth.

nam refectioem. Iste est panis subcinericus igne amoris in cruce coctus, cui affert angelus vas aque lachrymarum: stat autem sub Iunipero, que est arbor aculeata, & ambulat in fortitudine cibi illius, vsque ad montem Dei Oreb, quod interpretatur mensa: quia istud viaticum perducit dignè sumētes ad mensam æterni conuiuij. Qui ergo dignè vult ad sacramentum accedere, debet diligenter considerare huius Manna conditionem, diligenter se preparare ad eius receptionem. 1. xo. 16. Manes ros iacuit per circuitum castrorum. Et ibidem manhu quid est hoc.

Et no. qualiter debeat se homo preparare ad huius sacramenti perceptionem. 4. Reg. 4. Ait Sunamitis illa, deuota, sanima, volens in suo hospitio recipere Helysæum, qui interpretatur Deus meus Saluator. Faciamus, ait, ei cenaculum paruum per profundam humilitatem, & ponamus in eo lectulum per conscientia puritatem, & mensam per bonorum operum fertilitatem, & sellam iudicialia: inquisitionis, & correctionis, & candelabrum altæ contemplationis, & fidelis cognitionis. 1. Reg. 21. Si mundi sunt pueri à mulieribus, id est ab omni feditate carnali mentis, & corporis possunt manducare panem sanctum.

Elisæum.
Cōscientia

Hecker 1.

Grande cō
uiuium.

1. Cor. 10.

Gant. 2.
Magnum.

Esai. 6.

Māducare.

Magnū cō
uiuium.

De isto sacramento exponitur illud quod Assuerns fecit grande conuiuium septem diebus, id est, toto decursu temporis: quia semper durabit dispensatio huius sacramenti. Est autem hoc conuiuium grande, & magnū, scilicet, de precio mortem, scilicet Christi: vnde Apostolus, quotiescumque feceritis, in nomine Domini annunciabitis donec veniat. Significat aliquid magnum de presenti, scilicet unitatem corporis mystici, & ecclesie. Vnde Apostolus: Vnus panis, & vnum corpus, &c. Sicut enim ex multis granis vnus fit panis, sic ex multis fidelibus fit vnum corpus mysticum, & vna ecclesia, quæ vna est columba mea. Aliquid magnum de futuro scilicet beatam fruitionem: est enim magnum, quia magna præstat nam gratiam donat, donatam conseruat, & augmentat, mentem fortificat, & ad Dei amorem inflammat. Vnde figuratur per illum calcem ignitum Elaiæ, quia magna includit, & continet Deum & hominem, verum illum, qui natus est de Virgine, passus in cruce. Vnde est inter sacramenta, sicut cor in medio animalium: sicut sol in medio planetarum, quia magna cōcludit, & præbet, scilicet dignè sumentibus vitam æternam. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Manducatio includit cibi sumptionem, quod fit per veram fidem, cibi decoctionem, & digestionem, quod fit per dilectionem, cibi conuersionem, quod fit per bonam operationem: sed est differentia inter cibum istum, & alia, quia plus cibis incorporatur manducanti, & in ipsum conuertitur: hic autem manducans conuertitur in cibum manducatum, & per amorem efficitur membrum Christi: Econtrario si quis indigne sumit, iudicium sibi manducat, & bibit, nõ diiudicans corpus domini: Huius ferculi delectatio figurata fuit in Manna cœlesti, quia virtūque de cœlo, quia qui plus habet de hostia non plus recipit Christum, quàm in modica parte, quia utrumque album, quia utrumq; omni sapore plenum.

Sed dicunt indeuoti, sicut dixerunt perfidi Iudæi Anima nostra nauiscat super cibo isto. Vel potest dici. Quod istud conuiuium est magnum, refectio magna, cuius est figura mystica, forma catholica, esca viuifica. Primum spectat ad uisibile signum, secundum ad credibile factum, tertium ad fruibile bonum. Sap. 16. Panem de cœlo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Huiusmodi

au-

A autem cibi incorporatio est effectiua vnionis; quia hæc manducatio viuificat defunctos, vnificat disunctos, diiudicat indignos, lætificat deuotos. Ad prima duo necessaria est manducatio spiritualis, vel spiritualis & sacramentalis simul: ad tertiam vero spectat sacramentalis tantum: Probet se homo, & sic de pane illo edat, &c. 4. Reg. 2. Inuoluit pallium Helias, &c. Helias interpretatur Dei mei donatio, & significat Christum, Helysæus Dei mei salutare, & significat animam deuotam. Pallium Helyæ caro Christi. Lauabit in sanguine vxæ pallium suum. Carne uelabatur anima, utroque diuinitas, hoc est pallium, quod Helysæo idest Christus ascendens in cœlum reliquit Helysæo idest ecclesie, & cuilibet fidei animæ: quia sacramentum, & veritatem carnis suæ, verè in altari dimisit: hoc tamen pallium inuoluit, cum veram carnem, & sanguinem sub speciebus panis, & vini velaram, & inuolutam dimisit antequam Iordanem transiret: pallium inuoluit, quia antequam mortem sustineret, vel ad inferos descenderet, hoc sacramentum instituit. Huius pallij virtute Iordanis diuiditur: quia uirtute corporis Christi, quod uaticum dicitur, inter medias Inferni leges, inter horrendas Dæmonum uisiones, inter huius mundi, huius mari magni undas, animabus sanctis, via ad immortalitatis gloriam præbetur. Hinc est quod laborantibus in extremis, qui debent ad patriam arripere iter suum, hoc viaticum datur: exemplum in pane subcinericio dato Helix, in cuius fortitudine ambulauit vsque ad montem Dei Oreb. Petit ergo Helysæus, ut uirtute huius pallij sibi relictæ fiat duplex spiritus in eo: in Christo enim uirtus spiritus sancti simplex fuit, quia tantum fuit in eo ad faciendum bonum: habuit spiritum, quia peccare non potuit, nobis autem propter pronitatem peccandi uirtus spiritus sancti uirtute sacramenti Eucharistie duplicatur: quia uirtute spiritus sancti nobis in hoc sacramento dati protegimur, ne declinemus ad malum, & roboramur, ut faciamus bonum: ideo in persona ecclesie, & nostra dicit Helysæus. Obsecro domine ut fiat spiritus duplex. Currus igneus abundans gratia mundum inflammas, & illuminans, equi trahentes currum, ministerium Angelorum. Quo uult hic sacramentum secundum Apostoli sententiam, debet se probare: Probet se homo, & sic de pane illo edat. Et debet esse ista probatio quo ad sex.

Euchar
Helias.
Helisæus.

Gen. 49.

3. Reg. 19.

Helisæus.

Probatio.

1. ad Cor. 1.

C Primo quo ad quinq; sensus, vt. Sin hoc sacramento non credat suis sensibus, nisi trā auditui. Lu. 14. Iuga bouum emi quinq; & eo probare ea, idest quinq; sensus, qui debent esse sub iugo rationis, probare ea, i. experiri ista sensibilia. Figurata est ista deceptio sensuum Gen. 27. Dixit Isaac, ut probè vtrum tu sis filius meus, an non: Vox quidem uox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau: Ecce quod in ista auditus non fallitur, sed tactus. Manus ait, sunt Esau: fallitur gustus: credens. n. comedere uenationē, comedebat carnes hadorum: fallitur olfactus, credens. n. odorare odorem vestimentorum Esau, dixit, ecce odor filij mei: fallitur visus, quia dicitur, quod caligauerunt oculi eius. Sic ergo soli auditui est in hoc sacramento credendum, unde Iob 34. Auris uerba probat.

B Secundo est facienda probatio quo ad intellectum, & hoc ipsum captiuando: quia non potest att ngere hæc ueritatem, nisi per fidem. 3. Reg. 10. Regina Sabba uenit probare, &c. 2. Corint. 1. In captiuitatem redigentes.

Tertio est probandus affectus per compassionem, considerat de quantum passus est pro nobis ille, quem in hoc sacramento suscipimus, & quantum ipsum diligere debemus: quia hoc sacramentum est memoratiuum passio-

3. Reg. 1.

Joan. 4. passionis, unde Apostolus: quotiescunque hoc feceritis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat: Probante spiritus, id est affectiones, & desideria.

Iud. 8. Quarto facienda est probatio quo ad intentionem. Probate an ex Deo. Et hoc fit per simplicitatem: nam debet esse simplex intentio in hoc sacramento.

Quinto quo ad operationem propter strenuitatem, ut scilicet homo sit paratus ad aggrediendum ardua, & difficilia, exemplo Christi 2. Thimor. 2. Sollicitè curate ipsum probabilem exhibere, &c. Galat. 6. Opus suum probet homo. ¶ Sexto quo ad tolerantiam tribulationum per diurnitatem passionum, & penitentia non fatigetur. Iud. 8. Iater noster Abraham per multas tribulationes probatus. Rom. 5. Patientia autem probationem.

Probandi sunt, qui hoc sacramentum ministrant. Figuratum est Leui. 21. Homo de semine tuo, &c. Ibi ponuntur tredecim maculae. Ita quod propter quamlibet earum quicumque reprobatur a dispensatione huius sacramenti. Per istas enim maculas corporales intelligimus defectus spirituales, ex quorum quolibet redditur homo indignus a ministracione huius sacramenti. Si cæcus per ignorantiam veritatis fidei, ut hereticus, vel male sentiens de aliquo articulo fidei. Malach. 2. Labia sacerdotis. Aggei 2. Interroga sacerdotes. Leui. 10. Ut habeatis scientiam discernendi, &c. Si claudus per defectum amoris, bonitatis, & charitatis. 3. Reg. 18. Vique quo claudicatis? Per nasum intelligitur discretio, & scientia, & in hoc est triplex defectus. Si parvo naso, per ignorantiam eorum, quæ necesse est scire tales ministros. Ezech. vigesimotertio. Ponam zelum: Nasum tuum. Si grandi naso per superbiam. Inflatus ex superbia scientia: quia scientia inflat, charitas edificat. Si torto naso per abutium scientia, quod fit quando non impugnat errores, & vitia quorumcumque. Cant. 7. Nasus tuus. Libanus interpretatur candidatio, & significat munditiam vitæ, quæ debet recipere contra Damascum, qui interpretatur potus sanguinis: & significat in munditiam carnis. In fractione pedis intelligitur peruersitas voluntatis. Proverb. 25. Dens putridus, & pes lapsus. Dens putridus discretio, iudicium, vel ratio corrupta, qui non potest bene discernere, & fetet. Pes lapsus, affectus peruersus. Si manu, per defectum bonæ operationis. Iob 4. Manus lassas, id est deficientes in bono opere, per bonum exemplum, ad bona opera prouocans. Proverb. 31. Manum suam. Si lippus per prauam intentionem Mat. 6. Si oculus tuus. Si gibbus per cupiditatem terrenorum. Gibbus incuruat inferius nec sinit respicere superius. Ezech. 30. Super gibbum Camelorum. Si lippus per carnalitatem, & libidinem carnalium voluptatum. Genes. trigesimo nono. Erat Lya lypis oculis. Lya, id est Synagoga, nam Iudæi omnia faciebant ut haberent delicias carnales, & terrenas possessiones. Rachel erat decora, quia ecclesia totam intentionem in Deum dirigit, & propter ipsum omnia facit, & omnium operum suorum ipsum finem constituit. Si albuginem in oculo per elationem cordis, quæ ad modum albuginis oculi non sinit lucem veritatis videre, sed curatio huius albuginis docetur. Thob. 6. Cum felle piscis, id est, cum consideratione amaritudinis mortis; extremi iudicii, & pœnæ inferni. Si ingem scabiem, per dissolutam conuersationem, quia sicut scabies pruriginem generat, sic hæc conuersatio reddit hominem inquietum, & hæc, illucque discurrere facit. Deut. 28. Scabies, & pruriginem. Si impetiginem, per conuersationem sæcularem: nam sicut

A impetigo membra, & decorem corporis faciat, sic conuersatio sæcularis statum religiosi deturpat. Leuitic. 21. Si cæcum fuerit: si cicatricem habens, si herniosus per conuersationem desidiolam: hæc enim infirmitas reddidit hominem grauem, & ponderosum, per quod denotatur pigritia, & accidia, quæ facit hominem difficilem ad bona opera. Iob 7. Factus sum mihi met ipsi grauis; Gen. 18. Dixit Abraham tribus uiris, &c. Tres uiri significant quemlibet fidelem, qui credit fidem Trinitatis: Bucella panis sacramentum altaris. Sap. 16. Panem de celo. Iob 6. Ego sum panis uiuus. Pauxillum aquæ significat compunctionem animæ; ablutio pedum, emendationem voluptatum, & affectionum per effusionem lachrymarum, requies sub arbore consideratio crucis Dominicæ. Sacramentum altaris figuratum est in sacrificio manna. Iudicium 14. Tulit Manuæ, &c. Manuæ interpretatur quiescens, & significat animam sanctam. Hædus, Christi corpus Exod. 12. Iuxta quem ritum tolletis hædum, &c. In libamentis significatur sanguis Christi, hunc debent tollere per fidem, ponere supra postem per fiduciam, & spem, offerre domino per charitatem. Item figuratum est in oblatione Melchisedech panis, & vini. Genes. 14. Item istud sacramentum est institutum in redemptionem, & figuratum est Exod. 12. ubi dicitur. Narrabis filio tuo, & ponitur ibi institutio sacramenti Agni Paschalis. Est etiam in sustentationem vitæ spiritualis, unde uocatur a parte cælesti panis substantialis. Luc. 6. Et hoc figuratum est Matth. 14. Misereor turbæ, quia ecce iam triduo sustinent me, &c. Triduum significat tria tempora, quæ præcesserunt institutionem huius sacramenti, primum tempus legis naturalis, secundum tempus legis scriptæ, tertium prophetæ, sed post triduum noluit Deus dimittere nos ieiunos, ne deficeremus in via, scilicet tempore gratiæ, ideo dicitur viaticum. Item figuratum est Exod. 33. In claritate faciei Moy. super quem posuit velamen. Figuratum est etiam Iob 3. in verbis Elyphas, in horrore visionis nocturnæ imago coram oculis meis, &c. Nocturna visio est huius sacramenti occulta contemplatio. Stans in hoc sacramento est ipse Christus, cuius forma videtur imago, quæ est coram oculis meis, &c. Quia imagines accidentium sensibus præsentantur, & videntur esse in tubecto, & non sunt, sicut nec imago est illud quod re præsentat, vox sua uis, quasi auræ leuis, hoc est corpus meum, hoc facit in meam commemorationem.

Est etiam totus Christus in qualibet parte hostiæ, figuratum est, & in Manna, nec qui plus parauerat, &c. Ita in hoc sacramento non plus in mille, quæ in una, nec plus in una, quam in eius parte minima; est etiam idem Christus totus, & idem numero in quolibet altari, ubi est sacramentum. Figuratum est etiam Exod. 20. Vbi dicitur altare de terra facietis mihi. Terra significat terrenum elementum, panem, & uinum, altare corpus dominicum quod fit de terra quasi de pane: in omni loco, in omni altari, in quo sit memoria nominis sui, id est, institutionis formis sacramenti. Item una uocatur in morte eius, qui curiosi sunt circa hoc sacramentum. Exod. 19. Descende, & contestare. Et Numer. 4. Nolite perdere populum. Sicut uinum inuolutum, est hoc sacramentum, quod hominibus, qui per Leuitas figurantur, est inuolutum. Angelus autem, qui per filios Aaron figuratur, est manifestum, hinc est, quod Oza mortuus est: quia presumptuosè, & illud reingit arcam 2. Reg. 6.

Valet autem hoc sacramentum ad præseruandum a malo futuro, & figuratum est Iudic. 7. in uisione Gedeonis, de pane sub iudicio. Madian

Interpretatur contradicentes, & significat carnalia desideria, quæ militat aduersus animam. Castra Madian sunt prouincie malorum desideriorum, quæ subuertit iste panis subcinericius.

Valet ad remissionem mali præteriti, & figuratum est **Leui. 2.** In sacrificio panis in craticula Christus in cruce: Altare fides adolere deuotionis feruor. Illuminat in cognitionem veritatis. **1. Reg. 14.** in Ionathã qui gustauit paululum mellis. Et illuminati sunt oculi eius. Item corroborata ad tolerantiam penitentia: **3. Reg. 19.** cui detulit angelus panem subcinericium, & vas aquæ. Valet contra tentationes, figuratum est **Exod. 12.** Asperget sanguine superliminare, &c. Domus conscientia: Superliminare ratio: vterque postis cognitio, & affectio. Aspergio sanguinis, memoria passionis. Item valet ad sanctificationem conscientia: figuratum est **Leui. 8.** De sanguine consecrationis dicitur quod debet intingere pedem, autem, & pollicem, &c. In aure, intellectus, in pede affectus, in manu, effectus.

Item valet ad bene operandum, figuratum **1. Mach. 1.** Vbi dicitur quod ostendebant elephantibus sanguinem mori, vt acuerent eos ad prælium. **Gen. 3.** Collocauit dominus ante paradysum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium &c. Paradysus voluptatis est sancta ecclesia lignum vitæ, sacramentum altaris. Ab hoc Paradiso excluditur Adam, & Eua, idest omnes transgressores præceptorum Dei, & peccatores: & si non numero, tamen merito. Cherubin ergo, & gladius flammeus atque versatilis custodiunt viam huius ligni: quia qui dignè recipiunt in amore Dei notitia, & gratia inflammanur. Illustrantur interior, quod intelligitur per Cherubin, nam interpretatur plenitudo scientia. Qui autem indignè, sententiam mortis æternæ incurrit, quod intelligo in gladio versatili quia iudicium sibi manducat, & bibit. Vel per Cherubin intelligo, quod qui hoc sacramentum dignè vult recipere, primo debet seipsum recognoscere per diligentem suæ conscientia inquisitionem, postea omne peccatum, & omnem circumstantiam à se præcindere, & seipsum dura penitentia, quasi interficere, quod intelligitur in gladio. Probet autem se homo, & sic de pane illo edat. Tertio in bonis operibus totus diuino amore succensus exercitare, quod intelligitur in flamma. Vel lignum ipsa obseruantia regularis, paradysus religio, à quo expelluntur merito Adam & Eua, idest à potestate: vel transgressores statutorum expelluntur. Custoditur autem uia ligni vitæ, ne ingrediantur fures idest mala cogitationes, & tentationes per Cherubin diligentis circumspeditionis, & per gladium flammeum, & versatilem in gladio carnis mortificatio: in flamma Dei ignita dilectio, in versatili per seueratiam. **Exod. 3.** Moy. pascebat gregem, & duxit ad interiora deserti &c. Moyses assumptus de aquis est quilibet Christianus assumptus de aquis baptismi, qui dicit assumpsit me de aquis multis. Ietro, qui interpretatur honorabilis, est Christus, cui dicit **Apoc. 3.** Dignus es domine. Iste aut Ietro genuit filiã: quia Christus femine veritatis genuit ecclesiam: Voluntarie genuit nos verbo veritatis: Hanc ergo ecclesiam desponsauit Moyses quoniam curam eius accepit clericus, et minatur gregem ad interiora deserti, quoniam ducit fideles ad interiora pascuæ scripturatum, prædicando, monendo, edificando. Sed tãdè peruenit ad motem Dei Ore interpretatur mensa vel massa, & significat meam altaris, & massam panis sacramentalis. Ibi apparet ei Dominus in flamma ignis, ignis enim purgat rubiginem, inflammat, & eleuat: sic istud sacramentum dignè sumentes purgat à peccato, inflammat in amore Dei, eleuat finaliter ad vitam: ideo datur in morte: vnde dicitur viaticum, quia est

Exod. 3.

Iacob. 1.

A est cibus viæ perducens ad terminum. Huius autem sacramenti notitiam quilibet fidelis nititur inquirere per fidem. Vnde ait, vadã, & uidebo, &c. Et incipit cogitare, quomodo rubus videatur ardere, & non comburari, idest, quomodo videmus species masticari, & semper frangi, & corpus Christi non atteri, nec frangi. Vel quomodo tantum corpus est sub ita modicis speciebus. Cernens autem dominus quod pergeret ac videndum, idest intraret ad videndum istud secundum viam nature ait. Vide ne appropries huic, scilicet non inquiras, quomodo fiunt ista per viam naturæ: sed solue calciamenta de pedibus tuis: Per animæ intellectus, calciamenta rationalis, quia calciatus currit per corpora superiora, & inferiora. Hoc ergo calciamentum debet ponere intellectus, si vult perungere ad veritatem huius sacramenti: vnde notanter dicitur **3. Reg. 17.** Præcepit mulieri vidue, vt pascat te, Mulier vidua est ratio viduata ratione naturali: Ita patet animam pabulo veritatis istius sacramenti, maxime si purè, & fideliter querit. Paut eos in innocentia cordis sui. **Exod. 12.** Edent carnes nocte illa assas igni. Quidam comedunt carnem Christi crudam propter preparatoris negligentiam, quidam cum sanguine quia sunt in peccato immunditiæ, cum dicatur in lege carnem cum sanguine non comedetis, quidam corde sine debita consideratione, quidam coctas aqua, dum per mundanam sapientiam carnali sensu, & ratione volunt inquirere veritatem huius sacramenti, Qui iam adas igni per spiritus sancti potentiam, & amorem credentes hoc posse fieri, & hoc igne hebetes ipsum impressum in corde. **Exod. 12.** Hæc est religio pharise, ois alienigena non uescetur ex eo. De corpore Christi nõ dicit comedere alienigena, id est alienatus à Deo, Iudeus, Saracenus, vel per peccatum à Deo elongatus. Vel alienigena. Glo. qui nuper venit ad fidem, & non est firmus: quod est contra illos, qui de peccatis enormibus statim confessi ibidem volunt communicare. Vel mercennarius. Glo. Qui pro lucris temporalibus Christo seruit. Seruus autem empticius. Glo. Qui redemptus est sanguinem Christi **1. Cor. 6.** Empti enim estis precio magno.

Ita refectione huius sacramenti multa fercula apponuntur, hic ponitur panis, qui significatur per Manna, ratione consimilis originis, quia de cælo: ratione dulcedinis, quia habens omne delectamentum: ratione pulchritudinis, quia illud candidum, illud virgineum: ratione plenitudinis, quia qui plus colligebat, non plus inueniebat: sic totus Christus ita est in minima parte, sicut in tota hostia. De isto pane **Sap. 16.** Panem de cælo præstitisti eis. Habebat autem manna specialiter saporem panis oleaci simile, & mellis. Panis oleacius, Christi corpus, similia, anima, meli diuinitas, hic propinat primo David: panem compunctionis in contritione, secundo infundit Samaritanus uinum curationis in iustificatione, tertio infuit Assuerus uinum consolationis in contemplatione. Primum uinum præcedit, vt dispositiuum, & secundum similiter: tertium vero concomitatur, & sequitur. Hic affert Gedeon hedulum lixatum; hic profert Moyses agnum assatum, affert paterfamilias vitulum saginatum: quia hoc sacramentum insluit dulcedinem deuotionis, plenitudinem dilectionis, pinguedinem contemplationis. De eodem **Iudic. 5.** De agno, **Exod. 12.** De vitulo, **Luc. 11.** **Apocalip. 2.** Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Hic notantur quinque de sacramento Eucharistia. Est enim excellentiam dignitate: in eo vere est, & vere sumitur Christus verus Deus, & verus homo, & ideo non debet sumi nisi à dignis, qui trium

Psalm. 77.

Commend.

Luc. 10.
Hester 1.
Eucharist.
Panis.

phant de vicijs, & sunt sine macula culpæ mortalis, ideo dicitur: **Vincen-**
ti, scilicet carnem, mundum, diabolum. Augustinus super epistolam ad
 Roman. Panem cœlestem manducare, est innocentiam ad altare porta-
 re. 1. Corinth. 11. Qui manducat, & bibit indigne. Est gratuitum libera-
 litate, ideo dicit: Dabo. Ioann. 6. Panis, quem ego dabo, caro mea est. Et
 refectuum facietate, ideo dicitur Edere: Non permittit Deus cibum,
 qui non satiant: Edent pauperes & saturabuntur, Ioann. 6. Caro mea ve-
 re est cibus. Et operatum causalitate: operatur enim in fumento digne,
 vitam gratiæ in præfenti, & gloriæ in futuro. Vnde dicitur de ligno vitæ:
 quia lignum est vitæ in medio paradisi. Est oblectatiuum suauitate: quia
 suavi delectatione delectatur in eo anima deuota, quod significatur in
 hoc, quod lignum vitæ dicitur esse in medio Ecclesiæ: in medio ecclesiæ
 militantis: paradysus enim nomen est deliciarum amenitatis: in gremio
 enim ecclesiæ militantis viri spirituales multis delicijs spiritualibus oble-
 ctantur spiritualiter in hoc sacramento. Sapient. 16. Panem de cœlo para-
 tum præstitisti. Dicitur autem lignum propter virtutem roborantem,
 Esaiæ 11. Dat lasso virtutem, & his qui non sunt fortitudinem, & robur
 multiplicat propter vmbra[m] protegentem Can. 2. Sub vmbra illius, quem
 desiderabam sedi, propter fructum reficientem: quia fructus eius dulcis
 gutturi meo. Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati es-
 tis, & ego reficiam uos.

Genes. 12. Oves crassiæ, &c. Septem oves sunt septem considerationes:
 in hoc enim sacramento consideratur potentia, sapientia, beneuolentia,
 munditia, innocentia, sufficientia, efficacia. Vel septem oves crassiæ signi-
 fificant quod septem diebus id est, toto tempore ecclesiæ reficitur hoc sacra-
 mento.

Inuenimus octo mirabilia circa panem exhibita in veteri testamento,
 scilicet mirabile productionis, multiplicationis, ministracionis, consump-
 tionis, subuentionis, confortationis, delectationis, transmutationis. Ho-
 rum mirabilium memoriam fecit dominus in pane corporis sui. Confide-
 ra ergo mirabile productionis in verbis transubstantiantibus, multiplicacionis
 in diuersis locis ipsum idem simul continentibus, ministracionis in
 ministris dispensantibus, consumptionis, in formis transcurrentibus. de 1. E-
 xod. 16. Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. de 2. 4. Regum 4. Vir qui-
 dam venit deferens panes, &c. Hi panes miraculosè multiplicati sunt ad
 facietatem centum virorum. Et similiter in Euangelio quinque panes mi-
 raculosè multiplicati sunt. Considera autem corpus Christi secundum
 statum, & sic per frumentum nomen intelligitur ratione modi concipien-
 di. Hier. 31. Creauit Deus nouum secundum statum passionis, & sic per
 panem hordeaceum, secundum statum resurrectionis & sic per panes pri-
 mitiarum. 3. Reg. 17. Corui quoque &c. per coruum intelligitur malus sa-
 cerdos, qui etiam seruata forma ecclesiæ, (tanta benignitas Christi) corpus
 eius administrat. Ille est panis quo fruuntur beati, & Angeli in cœlo per
 contemplationem. Sic enim scriptum est. Panem Angelorum manduca-
 bit homo. Tunc enim manducabit homo panem Angelorum, quando vo-
 cabitur, inuitabitur, introducet ad societatem, & conuiuium ciuium su-
 periorum. Sancti in mundo ad consolationem, & confortationem, de-
 functi in purgatorio ad liberationem. Luc. 11. In persona fidelium defun-
 ctorum in purgatorio exeuntium, dicitur, amicæ commoda mihi tres pa-
 nes: vnde panis primus elemosyna liberalis, secundus oratio visceralis
 tertius,

A tertius immolatio sacramentalis, tertio Esdra 3. c. Rex Darius fecit cor-
 nam magnam &c. In hac cœna grandis charitas demonstratur, quia cor-
 pus suum, & sanguinem dat in cibum, & potum. Grandis societas inuita-
 tur, Principes populorum, Apostoli, & Discipuli. grandis solemnitas præ-
 paratur. Hester 1. In vestibulo horri & nemoris &c. Quæ debent esse spi-
 ritualiter in anima, grande ferculum dispensatur: grande poculum propi-
 natur: grande mysterium reuelatur: quia memoriam facit ibi mirabilium
 suorum.

De Elatione, & Fastu.

Elatio est quando ex aliquo bono opere aliquis effertur, & super alios
 se extollit. Hæc est lepra elationis procedentis ex operibus misericor-
 dia. Sicut enim ex sano cibo inordinatè sumpto languor incurritur, &
 ex veneno serpentis in confectiõibus ordinatè sumpto languor curatur:
 ita quandoque ex virtutibus vitia oriuntur: quia oculos sanos radius
 solis illuminat, & lippentes excæcat: sic virtutum exercitatio alijs ac-
 quirat vitam, alijs mortem. Vnde Apostolus: alijs sumus odor mortis in
 mortem, alijs odor vitæ in vitam. Ita in proposito, Leuit. 13. Vir de cuius
 capite capilli fluunt, caluus, & mundus est; & si à fronte cæciderint pili
 recaluati sunt, ac mundus caluicium est, quando capilli de capite fluunt
 nulla parte capitis nudata, sed cæsariæ attenuata. Recaluitio vero secun-
 dam legem est, cum decidentibus capillis frons denudatur. Capilli super-
 fluunt corpori, & significant illa temporalia, quæ sunt ad vsum necessita-
 tis superflua. Cum ergo ex abundantia temporalium nobis subtrahimus,
 quæ pauperibus Christi ministramus, calui, & nudi sumus. Si vero ea,
 quæ habemus, vendimus, & damus pauperibus, nihil habentes præter vi-
 ctum, & vestitum, quibus contenti sumus, aciem vultus nostri ad viden-
 da, quæ Dei sunt terrenarum facultatum obumbratione nudauimus, ha-
 bentes cælestia liberè præ oculis, & recaluiati sumus. Adhærentes enim in
 posterioribus capilli, quia non retinentur temporalia à talibus causa volu-
 ptatis, sed causa necessitatis: quia humana vita non potest transigi sine eis.
 Retro enim sunt, & non ante, quia sequuntur fugientem, & non detinēt
 etiam volentem, hoc est recaluitio, id est secunda caluities: & utraque est
 virtus, scilicet cum plus, & minus homo sibi subtrahit, & Deo impendit.
 Sed in vtraque uitanda & superbia, & rapina, unde sequitur. Si autem in
 caluitio, seu in recaluitione albus, vel rufus color fuerit exortus, lepra est:
 quia hæc duo in operibus misericordiæ cauenda sunt.

Inanis libido gloriæ, & crudelitas rapinæ. Deut. 1. Matt. 6. Cum facis e-
 lemosynam noli tuba canere ante te. Deut. 2. Eccl. 34. Dona iniquorum non
 probat altissimus: qui enim offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi
 qui sacrificat filium in conspectu patris sui: vnde Tullius in lib. de officijs:
 Sunt, ait multi cupidi splendoris, & gloriæ, quæ arripiunt ut alijs largian-
 tur, id autem tantum habetur officio, ut possit esse contrarium: nihil. n. est
 liberale, quod non idem iustum videre etiam licet plerisque, non tam na-
 tura liberales, quam quadam gloria ductos, ut beneficia videantur facere,
 multa, quæ proficisci ab ostentatione magis, quam à voluntate videantur.
 Talis autem similitudo uanitati est coniunctior, quam aut liberalitati, aut
 honestati est.

Psal. 21.

Lignum.

Labor.

Mirabilia.

Psal. 77.

E
E
Etates ho-
minis qua-
tuor.

Quattuor partes Ciuitatis. Apoc. 21. Significant quattuor aetates ho-
minis, quibus intratur ad supernam ciuitatem Hierusalem: scilicet pueri-
lem, iuuenilem, virilem, senilem. Et quelibet istarum quattuor etatu habet por-
tas tres ad intrandum ciuitatem supernam. Aetas puerilis habet tres portas,
innocentiam, obedientiam, disciplinam: iuuenilis aetas tres, penitentiam,
abstinentiam, continentiam: virilis aetas, quae est aetas exercitij, habet por-
tas tres, obseruantiam praecceptoru, efficaciam meritorum, patientiam ad-
uersorum. Senilis aetas habet portas tres, rememorationem offensus, ef-
fusionem lachrymarum, largitionem eicemosynaru. In qualibet etate pec-
cata impugnant hominem. Ioel. 1. Residuum eruce comedit locusta, &c.
In eruca, q toto corpore reperit significatur luxuria, in locusta, quae salit in
calore, nec in imo progreditur. vana gloria, in bruceo, qui est aial parui cor-
poris & magni ventris gula, in rubigine, quae est consumunt metalla, auaritia.
Eruca ergo consumit multos in adolecentia. Et si ponatur q in auaritia
euadat quis corruptionem luxuriae in iuuentute totum consumitur per
vanam gloria, vel superbiam, sicut fuit in fatuis virginibus. Et ideo dicitur, q res-
iduum eruce comedit locusta. Et si, q raro accidit aliqui in adolecentia, euadit
luxuriam, & in iuuentute vanam gloria, tamen in virili, & perfecta etate
corrumpitur per gastrimargiam, & gulam, & ita residuum eruce comedit
bruceus. Et esto q aliquis per dictata in tribus etatibus euadat, & tamen in senes-
cente corrumpitur per auaritiam, nam sicut Io. Cum cuncta alia vitia hoie
senescente senescant, sola auaritia iuuenescit: & ita residuum brucei come-
dit rubigo. Contra quam rubiginem dicit Saluator: Theaurizate vobis the-
sauros in caelo.

De Exemplis.

Sicut carbo ignitus, si carbonibus mortuis apponatur, vel eos ignit, vel
extinguitur. Sic viri sancti igne charitatis succensi, debent alios suis ex-
emplis viuificare, & ad bene agendum inflammare, et pro illis quos non viuificat
seipsos mortificare. Et nota quo bona, & mala exempla imitantur corda in-
tuentium. Gen. 30. Oues ad aspectum uirgarum parum decoru auarum, &
variarum, dum essent in feruore caloris, & feruore fortitudinis, & charita-
tis, concipiebant varios fetus. Sic hoies boni propofiti, dum vident in san-
cti uiris varietatem bonorum operum, & exemplorum, concipiunt con-
similia opera facere. Laban typum gerit pastorum, & praelatoru oves sim-
plices, subditi humiles: uirge uarie, uaria sanctorum exempla. Virga ponit
tur in canalibus, per quas fluit aqua: quia eoru opera sunt in irriguo de-
uotionis ad harum aspectum: oves uarios fetus concipiunt. scilicet sancta des-
ideria, recta consilia, & multiplicat fetus bonorum operum. 1. Reg. 14.
Ascendit Ionathas idest Christus reptans pedibus & manibus idest per o-
pera durae penitentiae, & armiger eius idest religiosus deuotus, post eum
eius exempla imitando: quia Christus passus est pro nobis, vobis relin-
quens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Respice itaque, & fac secun-
dum exemplar, quod tibi in monte monstratum est, respice in faciem
Christi tui. Prudentes uirgines quae intrauerunt ad nuptias portabant
lampades accensas in manibus: in lampade de vitro claro cordis munditia,
in molco deuotio pura, in lumine exempla bona, in lichno intentio re-
cta. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bo-
na. Lucernas aut Gregorius in manibus portamus, cum per bona opera
proximis nostris lucis exempla monstramus. Quare de ista materia in
tabula

Math. 25.

Math. 5.

A tabula de bona, & mala societate. Et de vana gloria, 4. Reg. 13. Reuixit
mortuus, cum regisset ossa Helitai: quia quando homines ociosi, & munda-
ni vident constantiam, & fortitudinem sanctorum uirorum in tribulatio-
nibus, & in mortificatione corporis, statim concipiunt spiritum gratiae, &
vitae. Cant. 2. Si ignoras te o pulcherrima mulierum, egredere, & abi post
uestigia gregum. Pulcherrima mulierum, id est creaturarum, est anima ra-
tionalis Dei imagine insignita, quae tunc se ignorat, quoniam a uestigijs Chri-
sti, & sanctorum deuiat. Greges Domini sunt viri sancti, post quos de-
bet ire anima deuota eorum uestigijs, & exemplis adherendo. Genes. 28.
Erexit Iacob lapidem in signum. Sicut homines dispersi recolligunt se ad
signum suum, siue ad uentilum, & ibi cordis animositatem recipiunt: ita
subditi ad opera penitentiae, cum ea vident in praetatis abundare: Iacob e-
nim lapidem erigit in titulum, quando praelatus dat subditis austeritatis
& durae penitentiae exemplum. Luc. 12. Si dixerit seruus malus in corde
suo, moram facit dominus meus venire, & ceperit percutere pueros, &
ancillas, & edere, & bibere, & inebriari, venit dominus serui illius in die
qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidit eum, partemque eius ponet
cum infidelibus. Isti percutiunt pueros, & ancillas, qui sic corrupte uiuunt
in ecclesijs: unde infirmi, & simplices scandalizantur. Facilius enim assu-
munt malum exemplum, quam bonum. Modicus enim ignis in flammam
multam materiam aridam: magnus ignis non inflammat modicam mate-
riam humidam. Super parum amaritudinis amaricat magna copia mellis,
duplum mellis additum tantillo amaritudinis non dulcoratur. Modica gle-
ba subducta a fluuio preparat ei viam: quam multae obductae non impe-
diunt. Apud Aggeum: Caro sancta, non sanctificat tangentem, & tamen
immundus contaminat ex contactu carnem sanctam, 1. Esdrae 3. Fundato
templo domini a camentarijs, sacerdotes steterunt cum tubis. Templum
domini ecclesiae: tubae sunt angustae ex parte oris, supremi, & ex parte infe-
riori sunt amplae, ex parte illa, quae tenetur versus populum: quia fundato-
res ecclesiae aspera, & dura in se sustinebant, & laxiora populo concede-
bant, seu praedicabant: contra de aliquibus dicitur, quia imponunt alijs one-
ra graua, & importabilia digito autem suo nolunt ea mouere, isti male tu-
bicinant, male praedicant, quia partem amplam tubae ponunt ex parte or-
is, & strictam ex parte populi. In huius signum in figura praelatorum in
roducuntur in Apocalyp. 19. Angeli tubis canentes, & frequenter in scri-
pturis dicitur, quod sacerdotes tenebant tubas in manibus, in huius autem
templi aedificatione martyres vsi sunt sanguine pro liquore ad faciendum ce-
mentum in fundamento: Confessores reiectione temporalium pro sabu-
lo, & puluere: uirgines nitore castitatis, & feruore charitatis pro calce nite-
te, & feruente, & sic superaedificati supra fundamentum Apostolorum, &
Prophetaru ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis aedi-
ficatio coarctata crescit in templum sanctum in domino. 3. Reg. 6. Om-
nes parietes templi per circuitum sculpsit varijs celsaturis, & torno. Nota-
biliter dicitur sculpsit: quia quod sculpsit exterius prominet: quia quantum sci-
mus de charitate huius iterius, tamen debemus manifestare opere exterius,
tantum. n. vere, & perfecte scis, quantum operaris. Unde in 3. Reg. 6. Dicun-
tur de parietibus templi procedere cherubin, & picturae valde prominentes.
Leui. 19. Praecipitur filijs Israel q agrum non ferant diuerso semine,
nec induantur veste, quae ex duobus contexta est. scilicet lana, & lino. Agru aut
serit diuerso semine quicumque super cathedram Moysi sedes, bonu loqui

Templum
Sancti.
Aedifica-
tio.

Opus.

Pradicato-
rum.

mur, & malè operatur, in agro ecclesiæ triticū verbo zizania spargitur e-
 xemplo. Veste uirtutum se palliat ante homines, ut sunt hypocritæ, & ue-
 ste vitiorum indutus est ante Deum. Et sic vestis contexta est ex lino spiri-
 tualitatis, & lana molliciei, & carnalitatis. Hi sunt filij dolosi Act. 13. O-
 plene omni dolo, & fallacia, filii diaboli non desinis subuertere vias domi-
 ni rectas. Efficacius enim trahit homines exemplum, quam verbum: quia
 prædicatio verbalis est sicut pictura, sicut homo pictus. Exemplaris sicut
 homo viuus, & verus, vnde de quibusdam dicitur: Dicunt, & non faci-
 unt: contra de Christo, cepit Iesus facere, & docere. Et Apostolus. Nihil
 audeo loqui eorum, quæ per me non efficit Christus. Omnis Christi a-
 ctio nostra est instructio: Ipse autem contempsit diuitias, & delicias, hono-
 res, dilexit inimicos, se humiliavit: Exemplum ait dedi vobis, vt quemad-
 modum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Deut. 11. Posuerunt sanctuarium
 fortitudinis, & auferunt iuge sacrificium, & dabunt abominationem in
 desolationem, & impij in testamentum simulabunt fraudulenter. Sanctu-
 arium fortitudinis polluunt prælati mali, qui destruunt firmamentum
 Romanæ fidei: mali enim pastores sunt antichristi, auferunt etiam iuge
 sacrificium: quia euacuunt in cordibus laicorum fidem sacramentorum
 per malum exemplum: vita enim clericorum libri sunt laycorum: vnde
 sacramenta despiciunt, cum ea pertractari vident ab eis, qui immundè, &
 male viuunt. Et dant abominationem in desolationem: quia ecclesiam
 sanctam abhominabilem propter eorum vitam desolatam faciunt, & eam
 coarctant, & angustant. Cum enim apostoli modico tempore ecclesiam
 multum dilatauerint, & multos traxerint ad fidem Trinitatis, non est du-
 bium, cum sub prælatis multi à fide exorbitent, ipsos causam esse infideli-
 tatis subditorum, & impij testamentum simulant fraudulenter, vt enim
 prouideant vitæ temporali alicuius amicorum tradunt eis curam infinita-
 rum animatum, & vt lac, & lanam tollant sibi, exponunt oues morsibus
 luporum, & vrsorum. Si enim gregis materialis curam nullus sapiens com-
 mittit, nisi potenti, scienti, volenti curam eius peragere ad salutem ipsius,
 qui committit curam gregis spiritualis impotenti, ignorant, negligenti:
 plus videtur bruta, & irrationalia, quam rationalia diligere, & appreciari,
 & sanguinem Christi, quem pro salute animarum fudit, conculcare, &
 vilipendere. Leuit. 23. Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrima-
 rum, spatulaque palmarum, & ramos ligni, diuersorum frondium, & salices
 de torrente, & letabimini coram domino Deo vestro. Natura palmæ
 est, quodd fructus eius valet vulneribus coniungendis. Hæc est patientia
 lætificans, & sanans dolores carnis, & prouocans lætitiã mentis. Fru-
 ctus arboris pulcherrimæ, sunt opera Christi, cuius pulchritudinem sol,
 & luna mirantur, à quo omnis pulchritudo: quia pulchrorum pulcherrimus
 ipse, mundum mente gerens. similique imagine formans.

Neemiæ 8. Præcidentes ramos de arboribus sequebantur ducem, huius
 arboris fructum sumit, qui Christi opera coram oculis suæ mentis consti-
 tuit, & ad eorum imitationem pro viribus se extēdit, spatulas palmarum,
 id est triumphos Christi victoriarum. Sunt. n. spatulæ rami ad instar spatu-
 larum formati, & ramos ligni diuersarum frondium, id est sententias, &
 documenta de opacitate scripturarum, & salices de torrente, id est exempla
 sanctorum, qui perseverant in perpetua mentis viriditate, & castitate, que
 in salice, qui fructum non portat designatur, & nutritur circa aquas deuo-
 tionis; quia si reducamus ad memoriam, opera saluatoris, si triumphum
 passionis,

Nota.
 Exemplū.
 Prædica-
 tio.

Prælati.

Exempla.
 Clerici.
 Religiosi.
 Ecclesia.
 Prælati.

Palma.
 Patientia.

Pulchritu-
 do.

A passionis, si præmia æterna, quæ nobis promittuntur in scripturis, si exem-
 pla, quæ habemus à sanctis, lætabimur in tribulationibus nostris. Gen. 30.
 Ponuntur virgæ partim decorticatæ in canalibus, & ad earū aspectus oues
 concipiebant &c. Virgæ in canalibus positas contemplamur, & concipi-
 mus, qñ rectitudinem vitæ sanctorum, qui cursum huius vitæ per canale
 fluentis mortalitatis transierunt, consideramus, & mundè in bono opere
 proficimus. Vnde virgæ illæ fuerunt populeæ: in quo nota exemplum mi-
 sericordiæ propter vnguentū populeonis, quod fit ex arbore populeo, &
 ex platanis, ex quibus fit solidum, & leuigatum ædificium, exemplum soli-
 dæ, & irreprehensibilis iustitiæ: ex amigdalibus, ex quibus fit temperatissimus
 cibus, exemplum temperantiæ. In his tribus si sanctos sequimur, inter o-
 ues etiam computabimur, & vt oues bonis, & varijs operibus quasi foeti-
 bus fecundabimur.

B Si ignoras te pulcherrima mulierum rationalis, scilicet anima trinitatē
 imagine decora virtutibus, & bonis operibus fecunda. Egredere de luto car-
 nalis seditatis, de laqueo mundialis vanitatis, de domo parentalis cōsanguini-
 tatis, & abi post vestigia gregum, post vestigia & exempla sanctorum
 per viam sanctitatis.

Sen. Optimum est maiorum exempla, & vestigia sequi si rectè præce-
 dant. Idem in secundis epistolis. Non præcedit armenta degener taurus: ele-
 phantorum greges excellentissimi ducunt: inter homines optimus animo-
 rum rector erigebatur: ideo summa felicitas gentium erat, in quibus non

potentior esset, nisi melior, ideo Possidonius philosophus dicebat quodd in
 aureo saculo regnum erat apud sapiētes, & nos posteri ponimus in primi-
 tiua ecclesia omnia esse ordinata; unde aureum seculum possumus refer-
 re ad primitiuam ecclesiam, vel ad statum innocentie. Et de officio concor-
 diæ dicit Tullius ex verbis Platonis. Non nobis nati solummodo sumus,

C ortusq; nostri partem patria vendicat, partem amici cōciues, vtilitatem in
 medium afferre debemus. Gen. 30. Posuit virgæ partim decorticatas in ca-
 nalibus. &c. Greg. 21. lib. Mor. in principio. Quid est virgæ virides amigdalini-
 nas, & ex platanis ante oculos gregū ponere, nisi per scripturæ sacræ seriē,
 antiquorum patrum vitas, atq; sententias in exemplum populis prædica-
 re, quæ nimirum quia iuxta rationis examen rectæ sunt, virgæ nominan-
 tur, quas bene iacob in aquæ canalibus posuit, quia & redemptor noster
 in libris sacræ scripturæ eas sententijs, quibus nos intrinsecus informamur,
 infixit: has aspicientes oues, arietes, varij coloris concipiunt; quia rationa-
 les nostri spiritus dum in earum intentione defixi sunt, singulis quibuscū-
 que actionibus permiscetur, ut calefactus tales foetus operum procreet,
 qualia exempla patrum præcedentium uidet, & diuersorum colorum pro-
 les boni operis habet. August. 3. de doctrina Christiana; ad hoc ait, peccata
 illorum scilicet David, Salomonis, & aliorum scripta sunt, ut qui ea lege-
 rit, se de suis factis iactare non audeat, & pro sua iustitia cæteros tanquam
 peccatores contemnat, cum uideat tantorum virorum, & cauendas esse
 potestates, & stenda naufragia, ut etiam apostolica illa sententia ubique ti-

D menda fit, qui se existimat stare, videat ne cadat.

De fide.

Per fidem efficitur homo Dei amicus, hoc modo Patriarche meruerunt Fides.
 Dei amicitiam ei adhærendo per fidem rectam. Iacob. 2. Abraã pater

offer nonne ex operibus iustificatus est, offerens filium suum super altare: & implexa est scriptura dicens. Credidit Abraam Deo & reputatus est ei ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Isaac risus vel gaudium interpretatur: si ergo tibi dominus præcipiat, ut immoles ei tuum gaudium temporale, obedi fideliter: non morietur Isaac, quia non peribit tibi lætitia sed carnis contumacia. & Isaac sub ligna leuabitur: quia spiritus in cruce domini mortificata carne gloriabitur. Liliū habet in radice pallorem, in folijs uirorem, in floribus candorem exterius, in grano interius ruborem, pallorem inducit timor, uirorem dilatatio spei, & desiderij candorem lætitia, & gaudium, feruor autem ruborem. Hæ sunt quattuor uirtutes. charitatis, radix lilij recta, & pallida, fides est latens, quæ est de inuisibilibus bonis pallens, & timorem induens, quia est de supplicijs æternis. Folia lilij, quæ adhærent hastili sunt uiridia, & hostile ambientia, & significat spem, quæ est in Deum erecta de uiridario Paradisi immarcescibilia prælibans gaudia, & in Deo circulans affectiones, & desideria. Candor floris gaudiū significat in sustentia tribulationis. Et mirum est, quia flosculus ille tenellus lucens & redolens innocentiam, & patientiam significans, erūpit, dum lapidibus oneratur, & proficit, dum spinis pungitur. Can. 2. Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias: quia innocens, & uerus patiens uindictam non expetit, nec uitam rependit, sed magis pendet, & pendendo reuenditur. Quia pro persecutoribus ad Deum in oratione pendens conuertitur, & ad proximum incuruatur, & est reparandus, id est in folijs quodammodo duplicatus, uel oneratus. Habens amorem Dei & proximi, hic est reparandum liliū, de quo 3. Reg. 7. Sicut liliū medetur ad uulnibus corporibus, ita patientia est medicina in tribulationibus. Rubor grani interioris est feruor amoris interioris charitatem significans, quæ exidit sicut rubor calorem proprium de facili nō perdit, hæc est charitatis perseverantia, cui debetur corona pro perfecta victoria, ad omnem actionem meritoria quattuor requiruntur, sine quibus nulla actio nostra perfecta est, uiror fidei, nitor spei, feruor charitatis, pauor humilitatis. Isti sunt quattuor lapides in primo ordine, Iaspis, Saphirus, Carbunculus, Calcedonius. Viror ergo fidei designatur in iaspide: habet enim lapis iste uiriditatem, sed non perspicuam claritatem, uiriditas, quæ non marcescit, æternitas fidei, quæ nunquam in toto decursu mundi deficit, ergo uiriditas iaspidis fidem significat, quæ est de terrenis. cuius claritas non est perspicua, sed obscura, quia per fidem æterna quodammodo uidentur, quæ tamen omnino clarè non cernuntur. Est enim fides sicut stella illa fixa, quæ nauigantibus per mare huius mundi portum cœlestis patriæ ostendit. Esa. 54. Ponam Iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos. Iaspis in propugnaculo ponitur, quando qui sunt in doctrina fidei eminentiores sunt fidei defensores, debent etiam esse portæ, ut alios introducant ad uitam, quod erit si in portis istis fuerint lapides sculpti in seipsis impressum per bonū opus demonstrent, quod alijs legunt, & prædicant. Separatur enim sculptura à lapide, si separetur bonum opus à prædicatore, & doctore. Doctor enim & prædicator, qui non exerceat se in bono opere, est sicut corpus exanimè, sicut candelæ, quæ alios illuminat, & se consumit, sicut cymbalum tinniens, quod alios uocat, & seipsum uariat preciosus iste lapis, qui dicitur resistere fantasmatis, & fides resistit erroribus. Nitor spei designatur in Saphiro, est enim gemma similis cœlo sereno: sæpè enim claritatem illius patriæ prælibamus, quam tenere non possumus Esa. 54. Sternam per ordinem lapides

Obediētia
Penitētia
Mortificatio.
Lilium.
Arbor.

Lilium.
Tribulatio.

Patientia.

Opus.
Lapis.
Iaspis.

Portæ.

A. pides tuos, fundabo te in Saphiris. Spes enim reddit hominem ordinatum, ut in aduersis rideat. Est. n. sicut terra futuri præmij, & præordinatio æternæ suauitatis, tibi concessum est intrare in hortum voluptatis Paradisi, & inde afferre flores, & aromata ad cōdiendum amaritudinem præsentis aduersitatis. Preciosus est iste lapis, cuius uirtus dicitur refrigerare uirtutem interiorē, & cohibere nimium sudorem exteriorē, quia spes liberat à præsumptione nimis inflammanente, & à desperatione nimis dissolvente. Considerat enim misericordiam, & non desperat iustitiam, & non præsumens ex misericordia accipit oleum, ex iustitia uinum quibus sanatur, & serenatur anima peccatrix. ¶ Tertium est feruor charitatis, qui designatur in carbunculo: lapis iste super omnes gemmas ardentes à re nomen habet, ad modum carbonis igniti radios emittit: idē charitatem significat, quæ super omnes uirtutes animam reddit igneam. Preciosus est iste lapis, qui aquis superfluis magis ignescit, quia aqua multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina. Quæ re de fide in titulo de uirtutibus in generali Dies est illuminatio solis super terram: Sic dum sol iustitiæ mentem nostram illuminat, diem causat, unde septem dies significant septem animæ uirtutes. Prima ergo dies mundi est dies Dominica, Genes. 1. Dixit Deus fiat lux, & facta est lux, & diuisit lucem à tenebris, & factum est uespere, & mane dies vnus, quia sol iustitiæ dum fidei lumen, quæ est prima uirtutum infundit, & tenebras ignorantie diuidit, primam diem efficit ex uespere, & mane uespertina, scilicet & matutina cognitione homo est creatoris, & creaturæ, dum cognoscit se tenebrosam per culpam, & creatorem lucem radios suæ bonitatis undique diffundentem per gratiam. Esa. 49. In die illa cognoscent Aegyptij dominum, & colent eum: quia illuminati per fidem abiecerunt idola Aegypti, & colunt, & credunt Christum uerum filium Dei. ¶ Secunda dies est illuminatio spei, quando factum est firmamentum, quod diuidit aquas superiores, & inferiores: quia spes firmat animam in medio præsumptionis à superiori, & desperationis ab inferiori. Nec. 8. Secundus dies Domini est, nolite contristari per desperationē: tertia die aggregatæ sunt aquæ in vnum, & apparuit arida, & fructificauerunt herbae, & arbores, hoc est illuminatio charitatis: quia charitas infusa congregat aquas cordis in vnum per lachrymarum compunctionem, reddit terram aridam per desideriorum carnalium mortificationem, & facit arbores fructificare. I. potentias in nobis fructum facere per frequentē satisfactionem & bonorum operum multiplicationem. Prou. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem. Charitas enim, aut proficit, aut deficit, donec ex toto aspirat dies, & inclinatur umbræ. Tunc. n. aspirabit dies charitatis ad meridiem, quando intellectus perueniet ad perspicuam claritatem, et affectus ad inflammatissimam dilectionem. ¶ Quarta dies est illuminatio prudentie: illo enim die posuit Deus luminaria in firmamento cœli, & Lunam, & Stellam: per Solem circumspēctio in agēdis: est. n. radiosus, & inferius, & superius emittit radios sicut probat Marcianus. Per Lunam, quæ minus lucida est circumspēctio in cauendis. Per Stellam quæ uidentur minimæ utriusque circumspēctio circumstantie: sed tamen lucent de nocte, quæ maximè sunt necessaria in aduersitate. De hac die in Psal. 135. Solem in potestatem Dei, Lunam, & Stellam in potestatem noctis. Aliquando enim uiatores prope surgentes deuiant, & noctem diem esse æstimant: & ideo qui uult esse prudens, debet interdium, & noctem distinguere. Iob 8. Hæsti ni sumus, & ignoramus,

Carbunculus.
Charitas.

Dies.
Virtutes.
Gen. 1.

Dies.
Spes.

Dies.
Charitas.

Virtus.
Dies.
Prudentia.

mus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram. Aliquādo enim sicut dicit Greg. creditur esse gratia, quod est ira, variæ enim cogitationes mentem dissipant, & dissipatam; excruciant, &c. Quære in tabula de cogitationibus. fol. 52. a. ¶ Quinta dies est illuminatio fortitudinis infusæ: illa enim die facti sunt pisces, & aues; pisces natant pennulis in aqua, aues nituntur pennis in aere, quia ad fortem virum pertinet exercitium corporaliū, & spiritualium actionum. Prou. 31. Equus paratus ad diem belli, dominus autem salutem tribuet. Sexta dies est illuminatio iustitiæ: vnde illo die inducuntur bestię, iumenta, reptilia, & homo, quod est animal rationale, mortale, quia ad iustitiam pertinet ferocitas in puniendo peccatum proprium, iumentum iuuando proximum, repere per contemplationem in creatore suo, & ex necessitate mortalitatis, & animalitatis suæ humiliare seipsum. ¶ Septima dies est illuminatio temperantiæ: illo enim die requieuit Deus ab omni opere quod pararat: quia repressis omnibus motibus carnalibus per temperantiam, anima quietatur in Deo, & Deus in ipsa. Exod. 20. Sex dies operaberis, & facies omnia opera tua, septima Sabbatum Domini tui Dei est, non facies omne opus in ea: quando enim illuce scit in anima dies temperantiæ, refrenantur incontinentes motus voluptatis bestialis, motus curiositatis ceruicosi, motus elationis, & vanitatis. ¶ In die fidei tollitur tenebra Superbiæ, in die spei, Accidiæ, in die charitatis, Inuidiæ, in die prudentiæ, Iracundiæ, in die fortitudinis, Luxurię, in die iustitiæ, Iræ, in die temperantiæ, Gulæ, & lasciuia. Exo. 10. Tenebræ erant in vniuersa terra Aegypti, & vbiqueq; erant filij Israel lux erat: quia soli Christiani habitant in ueritate, alij omnes in tenebris erroris. Luc. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori mors moro tran splantare, & mittere in mare, & obediet uobis: qui enim habet fidem feruentem, euellit ad quiete contemplationis, & exit ad laborem actionis, & redolet per diffusionem honestæ conuersationis. Exod. 30. Dimidium cicti iuxta mensuram templi dines non addet, & pauper nihil minuet. Quia fidei integritas tam magnis clericis, quàm simplicibus est cõmunis, ut ad eius integritatem non liceat alicui aliquid addere, vel diminuere, & bene dimidium cicti: quia fidei nostræ plenitudo satis habet, quantum ad hoc, quod sufficit ad salutem, sed tñ vix dimidium mensuræ implet, quæ nobis promittitur quantum ad claram uisionem: quia cognoscimus, ex parte, & bene, iuxta mensuram templi, ut credamus, quod credit ecclesia, & quod crediderunt sancti, & non alia. Scala Jacob, per quam ad Christum ascendimus habet octo gradus, octo virtutes. Vnde Ezech. 40. Dicitur quod per octo gradus ascendebatur ad altare. Primus gradus est per fidem, secundus per spem, tertius per charitatem, quartus per fortitudinem, quintus per prudentiam, sextus per iustitiam, septimus per temperantiam, octauus per perseverantiam. Secundum Apostolum ad Hebr. 11. Sancti per fidem uicerunt regna, operati sunt, &c. Ideo per fidem victores fuerunt, merito fides in palma designatur, de qua re satis mirandam dicit Arist. 7. lib. de problematibus, & Plutarchus in octauo moralium dicit: Si super palmæ arboris lignum magna pondera imponas, ac tantum grauitur onere, ut magnitudo oneris sustineri non queat, non Deo: sum cedit, nec deorsum flectitur, sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur recuruaturque. Propterea, ait Plutarchus, placuit palmam signum esse uictoriæ in certaminibus, quoniam ligni ingenium huius est, ut in gentibus opprimentibusq; non cedat, fertur idem, quod ramus eius palmæ, quæ Græcè dicitur, Basileros,

A Basileros, auelli nō potest, si trahatur deorsum, sed si sursum producat, cedit. Constat autem quod truncus palmæ, vel stipis à radice contrahitur, sed in inferioribus dilatur. Secus autem est in quavis arbore, quæ tanto magis turgescit, quo ad terram vicinior stipis accedit, hæc ergo est fides, quæ vincit mundum, & omnia pondera tribulationum, quæ descensum non nouit, sed solum ad superiora processum. Gen. 18. Dixit Abraham tribus pueris, qui apparuerunt ei: Lauentur pedes uestri, & requiescite sub arbore: quia anima illuminata fide Trinitatis, & lota, atq; purgata à peccatis, in Christo inuenit locum quietis, dicit: Quiescite sub arbore, cum enim maxime delectat quiescere sub arbore, quando videmus in folijs virorem, in ramis expansionem, in floribus odorem, in fructu saporem. Talis arbor est Christus, in cuius folijs inuenitur immarcessibilitas doctrinæ, in ramis obumbrantibus, & refrigerium præstantibus suauitas gratiæ, in floribus puritas uitæ, in fructibus gustus sapientiæ: inde est quod propter ista quatuor Christus quadruplici arbori comparatur; propter virorem foliorum comparatur arbori plantatæ in irriguo secus decursus aquarum, cuius folium secundum Psalmam non defluet, quia plantata est Christi humanitas in fluentis omnium gratiarum, cuius doctrina nunquam deficiet propter expansionem ramorum. Comparatur arbori, quæ dicitur Terebinthus, cuius generis est quercus. Eccles. 24. Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ. Gratiæ enim confert Christus ad refrigerandum ardorem tentationis: sicut rami expansi, & condensati mitigant inapropiationem ardoris: propter odorem florum comparatur arbori, quæ dicitur amygdalus. Eccles. 17. Florebit amygdalus, impinguatur locusta, dissipabitur capparitis. Amygdalus tria habet, corticem, testam, nucleum; sic Christus in tribus consistit substantijs, quia habet corticem carnis, testam mentis, nucleum diuinitatis. Cortex habet amaritudinem, testa fortitudinem, nucleus dulcedinem, cuius flos purissimus, & candidissimus; quia Christus, vita purissima, & immaculata. Locusta præcipites habens saltus peccator inordinatus. Capparitis herba renibus valēs, petreæ adhærens peccator, luxuriosus, obstinatus: ex conuersatione enim vitæ Christi, & odore uitæ eius, dissipatur peccatoris lasciuia, & duritia, impinguatur gratiæ: Propter fructus saporem comparatur arbori vitæ Prouerb. 3. Sapientia lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam beatus. Sed quæret aliquis, quomodo hunc saporem apprehendere poterimus, cum Cherubin, & gladius flammeus collocati sint ac custodiendam uiam ligni uitæ. Gen. 3. Sed attende, quod Cherubin plenitudo scientiæ interpretatur, gladius timorem incutit, flamma ardorem: si ergo humiliter cum timore, feruenter cum amore, sapienter cum discretionē accesseris, hunc sapientiæ saporem obtinebis: ergo Christus arbor fuit bona, lignum in irriguo plantatum in incarnatione, propter plenitudinem gratiæ. Terebinthus extendens ramos suos, in passione per extensionem brachiorum in cruce: amygdalus, qui primo inter arbores floret in resurrectione: nam ipse est primogenitus mortuorum, lignum uitæ in ascensione, quia ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Zach. 14. A porta Beniamin usque ad locum portæ prioris, &c. Porta prior est fides, per quam primus homo introductus est in regnum illud celestē. Cuius locus potētia rationalis, cuius inhabitatio visio ueritatis. Porta Beniamin, quæ interpretatur filius dexteræ, spes, per quam summi filij dexteræ, i. gratiæ, sperantes nos ingressuros aliquando regnum gloriæ, quod habemus

Christus.

Cherubin

Porta Fides.

Spes.

Charitas.

Fides. Tribulatio.

Synapsis. Fides. Synapsis.

Gratia.

Abies.

Altare. Fides.

nunc in spe, habituri quandoque in re, cuius locus potentia irascibilis, cuius habitatio tentio maiestatis. Porta angulata dilectio, quæ amicos unit, & inimicos sibi ex opposito concurrentes, & se in uno, cuius est locus potentia concupiscibilis, & inhabitatio unius perfectissimæ dilectionis a turpe Mananeel, quod interpretatur gratissimus Dei. vsque ad torcularia regis habitat, quia per excellentiam feruentissimæ, & Deo gratissimæ in ipsum fit assensus ad sobrietatis excessum. Dan. 3. Angelus domini descendit cum Zacaria, & socijs eius, & c. Ecce quo modo vera fides liberat ab omni periculo. Luc. ult. Cognouerunt dominum in fractione panis. Frangitur panis cum distinguitur fides sub certis articulis, aut certe frangitur, cum ex cognitione cordi infusa incipit aia considerare mala, q̄ fecit, bona, quæ omisit, penam, quam meruit, gloriam, quam amisit. 3. Reg. 5. Præcepit Salomon, vt tollerent lapides grandes, preciosos in fundamento templi, & quadrarent eos: lapides grandes uirtute, & preciosi charitate fuerunt Patriarchæ, & prophetae, & Apostoli tribulatione multiplici quadrati, in quorum fide nos sumus fundati. Ephes. 2. Superædificati supra fundamentum Apostolorum, & prophetarum, in quo omnis ædificatio crescit in templum sanctum. Luc. 13. Simile est regnum celorum grano synapis quæ acceptum homino misit in hortum suum, & creuit, & factum est in arbore magna: Granum synapis uenena tollit, circū feruet, in arbore altā crescit, quia fides catholica, & uera pueris dogmata tollit in presuris feruida est, & quanto plus tribulationibus teritur, tanto feruentior, & fortior efficitur, incomprehensibilis intellectui humano attingit, non sicut abies, de qua Gen. 21. Cum esset circumsumpta aqua in uite, proiecit puerum subter unam arborem: alia littera subter abietem. Quia deficiente gratia Dei in utero mentis, uacatur culpæ. Sapient. 17. Inter spinos arborum ramos autem spinas iuuuens deficientes faciebat Aegyptios: unde abies ab eundo in alium dicitur. Arbor est plana sine nodo neciens penitentia: duriciam: solida est, parumque habens humoris per gratiam, alta est per elationis arrogantiam. De ramo autem arboris fides sequitur. Luc. 13. Volucres cæli requiescunt in ramis eius. Viri enim spirituales in articulis fidei, & exemplis cõsequuntur, & si non inueniant rationes necessarias naturales. Illa est arbor in medio terræ, quia in ipsa est communis salus omnium hominum, & nationum, cuius proceritas contingit cælum: quia aliqui articuli fidei pertinent ad diuinæ essentialitatem, & personarum Trinitatem. Rami eius protenduntur vsque ad terminos terræ, quia fides prædicata est, & in fine prædicabitur per totum mundum: volucres cæli, id est principes mundi quiescent in ramis eius: efscæ uniuerforum in ea, quia infans quilibet ex fide uiuit. Sicut corui primò currunt ad oculos cadaueris: ita Demones primò nituntur hominem auellere à fide, quæ est oculus mentis, & totius ecclesie. Sicut accipiter gruen illam, quæ carteras ducit, & præcedit, primò nititur profertere, vt facilius alias dericiat, & sicut capite languente obturantur oculi, aures obfuscant, nares bonum odorem à factore non discernunt: ita cum quis à fide exorbitat, de facili labitur in omnia alia mala: uirtutes enim omnes elegerunt fidem, sicut industriam, & diligenter, ac fortem pugilem, unde est scutum ecclesie, & primorum militum Christi, quod nullo ictu potuit frangere. Leui. 4. Præcipitur sacerdoti facienti delinquere populum, vt offerat uittulum super altare, & c. Altare est fides Trinitatis: quæ totum cornu altaris dicuntur uirtutes. i. phes. 3. Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, & c. Latitudo bonitatis, siue charitatis, longitudo g-

ter-

A ternitatis, sublimitas maiestatis, profundum sapientie. Rom. 6. O altitudo diuitiarum sapientie, & c. Eccl. 1. Altitudine cæli, latitudine terræ, & c. Nullum sacrificium est Deo acceptum, nisi super altare fidei offeratur. Altare ait de terra facietis mihi: quia ea, quæ sunt fidei, debemus humiliter, & simpliciter confiteri, & alibi: Aedificabis altare de lapidibus, quos ferrum non tetigit. quia articuli fidei cultro rationis naturalis non debent dolari, sed sicut nobis sunt traditi, sic in mente solidè reponi. Apoc. 21. Lumen illius simile lapidi precioso, tanquam lapidi laspidi, sicut cristallum. Si istud intelligatur de ecclesia militante, cuius lumen, & lucerna est fides, hic introducit fides, ut insuperabilis timore lucis eius similis lapidi, vt inmarcessibilis tempore tanquam lapidi, laspidis ut infermetabilis errore sicut cristallum: vel sic introducit fides, vt per dilectionem operans, vt intellectum illuminans, vt per confessionem testificans, vt insuperabiliter tolerans. Apoc. 21. Fundamenta ciuitatis, & c. Isti 12. lapides preciosi in ciuitate, & fundamenta militaris ecclesie sic positi sunt 12. articuli. Isti sunt 12. lapides, quos extraxerunt Sacerdotes, qui portabant arcam domini de medio Iordanis alueo: quia prælati, qui portant ecclesiam de medio scripturarum, extraxerunt 12. articulos fidei. In istis 12. lapidibus fundata sunt castra filiorum Israel. i. fundata est ecclesia Iosue 4. Mat. 2. Stella, quam uiderant Magi in Oriente antecebat eos, & c. Glo. Stella est illuminatio fidei, quæ ducit ad Christum apparet autem in Oriente. Chrysostomus: Unde dies nascitur, fidei processit initium: quia fides lumen est animarum. Ecc. 50. Quasi Stella matutina in medio nebule. Fides dicitur stella enitate parua, uenustate clara, auctoritate firma. Est autem stella matutina, quia est uirtus prima, & prima illuminatio anime: sed est in medio nebule, quia in statu uiteria, speculum in enigmate, inuoluta caligine. 2. Pet. 2. Quasi lucerna ardens in caliginoso loco, donec dies illucescat. Dicitur etiam Luna plena, dum non obtenebratur errore, non eclipsatur operatione, non obliquatur intentione, sed proficit in dilectione, & lucet in diebus suis, durante studio uitæ præsentis, donec fidei succedat visio. quæ quasi sol fulget in Dei templo, donec tollitur imperfectio fidei, & adicitur expectatio spei, & accenditur resplendentia spei ex præsentia faciei. Numer. 13. Exploratores missi ad explorandum terram promissionis abscederunt palmitem cum uua sua, quem portabant duo uiri in uecte uino, uitis ista est uirgo Maria, uel militans ecclesia; Duo uiri terram promissionis cælestis patriæ considerantes, & desiderantes sunt sancti, & tales noui. & ueteris testamenti. Isti duo uira uiam, scilicet Christum in uno ueste, id est, in uia fide portant: quia una, & eadem est fides sanctorum noui, & ueteris testamenti: quæ quæ quæ quæ, & illud idem quod sancti ueteris testamenti de Christo credebant futurum, nos credimus iam impletum, nam & qui præbant, id est sancti ueteris testamenti, & qui sequebantur, id est, sancti noui testamenti clamabant. Otanna filio David, & hoc est quod dicit August. in epistola ad Deogratias, de solutione sex questionum contra paganos in solutione secunda qua fieri sic sicut ait: Nos in eum credimus, & apud patrem manentem, qui & in carnem iam uenit, sic etiam in eum credebant antiqui, & apud patrem manentem, & in carnem uenturum, nec quia pro temporum uarietate nunc factum credimus quod tunc futurum prænucciabantur, ideo si ipsa uariata, uel salus ipsa diuersa est. Gen. 5. Facti sunt Arcam, & c. Arca, quam ædificauit Noe, id est, Christus de lignis leuigatus, id est, de artibus atque nodo erroris, & dubietatibus, limita interius, & exterius bitumine charitatis, quia fides sine operibus

Stella.

Luna.

Vitis. Maria.

Vua. Christus. Fides.

Mat. 21. Aug.

Fides.

MORTUA

mortua est, in qua saluatur uniuersum semen fidelium fides est. **M**oyſi uolenti uidere ueritatem occulti sacramenti dicitur, solue calciamenta de pedibus tuis, quia omnis naturalis argumētatio, quibus calcitur ratio in his, quæ sunt fidei, tollere debemus: uia debemus firmiter credere, & simpliciter confiteri, quia fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.

De Fortitudine.

Fortitudo consistit in tentationibus superandis, exemplum de Dauid, qui Goliath, leonem, uersum interfecit, per quæ diuersa genera tentationum designantur. Ioseph, quem nec forma fecellit antecepit formositas, nec adulteræ decepit dolositas, nec fortunæ confregit aduersitas, nec frater na peruerit iniquitas. Sic debet esse fortis uir sanctus, ut sit cætuſus, canus, firmus, sanctus. Prouer. 31. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo.

In prosperis moderandis exemplum est Iob: sed contrarium in Salomone, quia prospera impetu suæ dilectionis subuertunt domum spiritualem, & de filiis Iob, quos domus oppressit subuerſa impetu uenti prosperitatis: nam uacuabant conuiuſis.

Exemplum de secundo, & tertio in Thobia, & Iob, qui prosperitates prudenter temperare sciuerunt, & tribulationes constanter, & fortiter tolerauerunt.

Exemplum de primo & tertio in Samſone, qui multa uincula tentationum rupit, & à Dalila, quæ designat mundanam prosperitatem, & carnalem voluptatem uictus fuit. Fortitudo ſua erat in criminibus ſuis. Quare exſitionem in hoc libro de Fortitudine, de Fide, de uirtutibus in generali, de patientia in tribulationibus. Designatur autem fortitudo in lapide precioſo, qui uocatur Amethystus. Lapis est coloris ferruginei: quia uir fortis debet esse indomabilis in tribulationibus. Precioſus iste lapis, qui resistit ebrietati, sic patientia furori, & tribulationi, quia fortitudo, & decor indumentum eius: quia fortis est ut mors dilectio. Genes. 1. Per fortitudinem continuè proficit uir iustus de uirtute in uirtutem, in uia Dei non progredi, est regredi, Ezech. 10. Cum ambularet Cherubin, ibant pariter & rotæ iuxta ea. Ambulabant Cherubin ante faciem suam, id est, indirectum, & non reuertebantur, & rotæ ſequiebantur, quia per actionem fortitudinis, debemus nos ſemper in anteriora extendere, non procedere, non languescere, & in cordibus nostris interminabilitatem æternitatis considerare. Itæ sunt rotæ ſequentes interiores affectiones, & æternitatis interminabilitate procedentes. Hæc ergo quattuor pertinent ad fortitudinem actionis.

Judic. 8. Memores esse debemus, quomodo pater noster Abraham per multas tribulationes probatus, amicus Dei effectus est. Sequitur, quod omnes qui placuerunt Deo per multas tribulationes tranſierunt, tranſierunt autem, non succubuerunt, quia fortiter dimicauerunt, fortes enim facti sunt in bello. Loricam corporis penetrauerunt, animam non tetigerunt. Luc. 12. Diſco uobis amicis meis non terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hoc non habet amplius quid faciant: pp quæ spõus Can. 2. Vocat ſponſiam: Sicut lilium inter ſpinas, sic amica mea inter filias. Lilium inter ſpinas erectum, & tñ pungit, quia tribulatio per fortitudinē patientia operatur, non hêt quo pungat, nec unde se defendat tenellus ille ſoſculus, innocentia in se comédans,

Adās & patientia lucens, & redolēs inter pungentes, nec se, nec aliū lacerat aculeis ſuis, Sed inter lacerantes creſcit, & redolet: Sic anima deuota in tribulationibus, & inter malas ſocietates, redolet per patientiam, & creſcit per ſanctam uiam. Samſon maximam ſuam fortitudinem habuit in ſeptē criminibus: quia diligens cuſtodia ſenſuum, & uirium animæ, dat fortitudinē animæ contra tētationes. Dauid etiam uersum, & leonem uincebat, & Philisteos ſuperabat, quia iuſtitiam, & innocentiam cuſtodiebat. Quare de fortitudine in tabula de tētatione, & de bello ſpirituali, de tribulatione, & patientia.

De Fama.

Deuota anima debet habere in corde uireorem per deuotionem, in carne splendorem per conuerſationem in diſſuſione famæ aromatum odorem, unde mulieres emerunt, & parauerunt aromata, ut uenientes uenerent Ieſum. Quia talibus unguentis delectatur cor domini: odor enim bonam famam designat, dicente Apoſtolo, Chriſti bonus odor ſumus. Contra in Exo. Odorem ueſtrum foetere feciſtis coram Pharaone, & principibus ſuis, & dediſtis eis gladium, ut interficerent uos. Unde Ambroſius: oportet ſanctos teſtimonium habere ab his, qui foris ſunt. Eccl. 24. Ego quia ſi uitis dedi ſuauiſſimam odoris, & flores mei fructus honoris, & honeſtatis: & Can. 2. Vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Odor uitis, & uineæ opinio bonæ famæ, qui odor ſerpentes dicitur fugare, quia peccata facit conſiderare, & uitare.

Unde de illis, qui dant mala exempla, quæ ſunt in alijs detrimēta ex mala fama dicitur Can. 2. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Vulpes enim eſt animal foetidum ſignificans nomen malum.

Fama bona comparatur unguento, ſiue criſmati, quo unguuntur reges, & prælati quia debent eſſe bona fama uncti. Hoc unguētum, ſiue criſma conſicitur ex oleo, & baſamo, oleum lucet, baſamum redolet, quia ex operibus iuſtitia procedit lucida conſcientia, & bona fama, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Hoc eſt criſma ad litteram, quo reges, & prælati unguuntur, ſine qua unctio nullus debet præeſſe. Hoc eſt unguētum odoriferum, quo ſagrant uera ſponſa, ſcilicet eccleſia, & fidelis anima. Can. 1. Meliora ſunt ubera tua uino, ſagrantia unguentis optimis. Hoc unguētum eſt multum euaporatiuum, maxime propter baſamum, ſi fuerit purum. Eccleſ. 24. Quasi baſamum non mixtum odor meus.

Tunc autem eſt baſamum non mixtum, quando non eſt ſophiſticū, quod cognoscitur ex hoc, quod ſi non eſt ſophiſticatum purum eſt, & clarum, & ſi ponatur gutta eius in lacte caprino coagulabitur, & gutta deſcendit ad fundum, & ibi remanet ubi ſuauiſſime cum ſtulo ponitur. Mixtū autem, & ſophiſticatum in aqua natat: quia bona fama, & uera in uera humilitate ſeruatur, & perſeuerat, quia in ore hominum ſe non ponit, ideo in aqua non fluit.

De Francisco Serafico.

Videbam uitem, in quo erant tres propagines, &c. Tres propagines ab una uitaſe progredientes tres ſunt ordines inſtituti per beatum Franciſcum, quæ creſcunt in gemmas per uitaſe ſanctitatem, quo ad ſe, in flores

per morum honestatem, quo ad ædificationem. Deinde in gemas per per se fenerantiam. Postea vinum in calice regis exprimitur, dum horum animæ ad regnum celorum perducuntur.

Vel vitis quilibet religiosus, & vir perfectus. Tres propagines, tres status, inceptions, continuationis, & consummationis: in primo debet esse gema per constantiam contra tentationes, & contra diabolum: in secundo flos per decorem conuersionis: in tertio vva matura per virtutum aggregationem, & tunc cum vinum, i. anima de corpore exprimitur, in calice regis, & in cellario paradisi ponitur.

Predicti tres ordines sunt illa tria, de quibus dicitur sapiens, q̄ sunt minima terræ, & gradiuntur sapienter, beatus Franciscus est illud quartum quod incedit feliciter. Item quare infra, b.

De Gratia.

F

Vide de charitate, & de deuotione.

Psal. 98.

Iob. 5.

Matt. 5.

Sicut radius solis percutiens cristallum, quod de se est frigidum, ignem elicit, & corpus applicatum igni, sic dum radius diuinæ gratiæ perfundit verbum humanum, quod de se est frigidum, ipsum igni spiritualiter, & cor audientis tali verbo applicatum in amore Dei accenditur. Eccl. 48. Surrexit Elias propheta quasi ignis, & verbum eius quasi facula ardebat. Ignitum eloquiū tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Ierem. 23. Nonne verba mea quasi ignis, dicit dominus, & quasi malleus cōterens petras.

Licet nulla creatura agendo, virtute propria in producendo effectum, transcendat suæ naturæ, & speciei terminum, quia alius generat solum asinum, non equum, & vitis producit solum vnam, non pomum: tamen in virtute causæ superioris sibi coniunctæ, producit effectum altioris, & nobilioris speciei, vnde quāuis calor naturalis de natura sua solum potest calcifacere: tamen in quantum ille calor est instrumentum animæ vegetatiuæ, potest ex cibo, & poru carnem, neruum, ossa, & sanguinem generare: sic quāuis verbum humanum cum sit corpus debile, & infirmū uirtute propria non possit in cordibus auditorum spirituales producere effectum: ut cum verbum est diuina gratia perfusum, & eius instrumentum spirituales gignit effectum in cordibus auditorum, gratia est illa piscina, in qua homo peccator mundatur ab omni infirmitate: est panis famelicis, medicina infirmis, est frumentum, vinum, oleum, designatur per illud talentum, quod ille seruus abscondit, quare sol. 20. b. est in anima à Deo sicut lux in aere à sole. Iac. Omne datum optimum & omne donum perfectum. Glo. Donum gratiæ descendens est à patre luminū.

Glo. Ut radius a sole. Quere 52. b. in Ecclesiaste. Gratia appetitum humanum ad se trahit, & contra appetitum carnalem munit. Quare 70. a. Tenens Iesus manum puellæ ait illi: Tabita quod est interpretatum puella, tibi dico, surge: quia nullus potest à peccato mortali surgere, nisi Deus manum gratiæ porrigat, nec opus meritorium inchoare, continuare, vel consummare, nisi per gratiam: quia sicut palme non potest facere fructum, nisi manserit in vite, sic nec uos nisi in me manseritis. Gratia enim est illa lux de cælo circumfulgens, quæ Paulum, & in persona eius quilibet peccatorem prosternit, ne ulterius procedat ad peccandum. Et illud lumen, quod resulcit in habitaculo carceris Petri, id est, peccatoris, quia simul illuminat, & excæcat, illuminat ad celestium cognitionem, & contemplationem:

A nem: excæcat respectu temporalium ad eorum contemptum, & abdicationem. Cuius virtute cadunt squamæ de oculis: quia efficacia gratiæ tollitur ab oculis mentis tam voluntas, quàm consuetudo peccati, quæ obscurat oculos mentis, ne videat Deum: vnde designatur per sel piscis Thobie: quia inducit in anima amaritudinem ex consideratione peccati, & sic cadit albugo prauæ consuetudinis, & voluntatis peccandi ab oculis mentis, & incipit peccator videre peccati vilitatem, & penę debite calamitatem, vnde figuratur per illud Apo. 3. collirio inunge oculos tuos, ut videas. In hoc collirio ponit Iesus sputum, & lutum, & vnxit oculos cæci nati, & illuminauit eum: quia gratia desuper veniens, & consideratio fragilitatis proprię de terra veniens, illuminauit oculos mentis. Gratia figuratur per illū fluuiū. Apo. 22. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, & c. Quare sup. fol. 95. b.

B Ille fluuius rigat hortū conscientiæ suauitate deuotionis. Fluuius egrediebatur de loco voluptionis, inebriat dulcedine contemplationis. Eccle. 24. Factus est fluuius appropinquabit, & c. Fecundat fertilitate sanctæ operationis: iste est Eufrates, qui interpretatur frugifer Num. 20. Domine Deus aui clamorem populi huius, & aperis eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ. Huius fontis aqua rigat: Fons ascēdebat de terra, i. de Christo, vel virgine Maria Mundat: Erit fons patens domui Dauid Iudic. 11. Baptizabat se in fonte. Fecundat: Fons de domo Dauid. Can. 4. Fons horrorum in puteis aquarum. Job 4. Fiet in eo fons aquæ salientis. Apoc. 7. Ducer ad vitæ fontes aquarum.

Gratia in scriptura nomine olei designatur: quia à sententia mortis æternæ liberat. Hier. 41. Habemus thesaurum in agro, scilicet conscientie, frumenti charitatis, hordei mortificationis carnis, & austeritatis, olei, mellis, id est, læritiæ spiritualis. Ismael diabolus, qui his inuentis non occidit. Item vulnera mentis sanat. Luc. 10. De Samaritano, qui infudit vinum, & oleum. Item a debito pœnæ liberat, 4. Reg. 4. Vade, & vende oleum, & redde creditori. Creditor Deus, oleū gratiæ. Isti creditori satisfacere debemus, cui peccando iniuriam fecimus. Item omnia venialia purgat. Dan. 13. Afferte mihi oleum, ut lauer. Item illuminat ad cognitionem. Exo. 27. Præcipe filiis Israel, ut afferant oleum, & c. Item condit per discretionem: quia in omni sacrificio ponebatur oleum. Leui. 7. Num. 15. 28. Item cum oblatione istius olei, & non aliter admittuntur ad nuptias paradisi. Matth. 25. Prudentes acceperunt oleum in vasis suis. Item hoc oleo consecratur anima, ut, sit Dei templum. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnixi eum. Item hoc oleo anima Deo reconciliatur: quia columba, id est, oratio deuota attulit ramum oliuæ, id est, donum gratiæ uirentibus folijs cū multis virtutibus, Noe in arca, id est, in pœnitenti, & deuote oranti in ecclesia, hoc est signum cessationis diluuij. i. iræ Dei, & diuinæ reconciliationis. Item gratia est illa hædera quæ de mandato domini ascendit super caput Ionæ pœnitentis, ut eum refrigeraret contra æstum tentationis. Item est illa nubes, quæ præcedebat filios Israel per diem refrigerando, de qua Esa. 4. In umbraculum diei ab æstu, & c. Pluuia fluxibilitatem luxuriæ, æstus calorem auaritiæ, turbo tempestatem superbiæ, ab istis tribus nos protegit donum gratiæ. Item præcedit nos in columna ignis per noctem aduersitatis, quia non inflammat ad Dei dilectionem, per quam toleramus omnem tribulationem, & illuminat veram cognitionem.

Gratia figuratur Luc. 10. Per vinum, & oleū, quia pungit animam per peccati, & diuinæ iustitiæ recordationem lenit, & dulcorat per diuinę misericordie.

T

ricor-

Tho. 6.

Gratia.

Fluuius. Gen. 2.

Zac. 13. Ioel. 3.

Oleum.

Psal. 98.

uiliud.

uiliud.

ficordiae, consolationem, & ex istis duobus sanantur vulnera fauciat. Gratia Dei designatur per illum Angelum, qui descendit cum Azaria, & socijs eius, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem: quia temperat ardorem tentationis, siue procedat ex stupa superbiae, siue ex pice luxuria, siue ex malleolis auaritia, siue ex napa vanae gloriae. Et etiam figuratum per angelum, qui percussit latus Petri, & excitauit eum, cuius virtute ceciderunt cathenae, aperte sunt portae carceris, & liberatus est Petrus, quia virtute gratiae fit plena liberatio peccatoris. Matth. 22. Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam, & pullum cum ea. Castellum, quod contra vos est, caro nostra est, vbi inuenitur asina carnalis concupiscentiae, & pullus asinae asinina ignorantia, quae soluuntur per gratiam Dei, & adducuntur ad Iesum cum mortificata carne ad peccato abfolutus appropinquat ad seruiendum Christo Iesu. Psalm. 91. Iustus germinabit sicut liliu, & florebit eternum ante Dominum, Liliu germinat in radice interius, & floret in hastili exterius, quia gratia germinat in mente per sanctimoniam floret in carne per honestam conuersationem, & operationem bonam. Et quia hoc fit non ad humanum fauorem, sed ad Dei honorem, ideo dicitur ante dominum: vnde, & flos lilij patulus est, & in supremo suspenditur in hoc hastili. Hoc etiam notabile est, quod licet in germine operetur calor naturalis, vigeat humor nutrimentalis, occultetur ratio seminalis: vnde virtus germinis naturam sapit, & proprietatem radicis: tamen paulatinè, & sensibiliter in frondes, flores, & fructus se diffundit, & tamen flos à fluendo dictus facilliter fluit. Et in corde humano gratia, & fides operatur calorem vitalem, spes deuotionem quasi humorem nutrimentalem, charitas se abscondens in intimo, quasi rationem feminalem. Et dum animal nihil sapit nisi caeleste, proprietatem retinens suae originalis gratiae, quam in ea Deus infundit, paulatinè in frondes verè locutionis, & frondes honestae conuersationis, & fructus sanctae, & castae actionis se diffundit: Sed leui actione haec castitas uiolatur, si passim exponatur. Eccle. 39. Florete flores quasi liliu, date florem, & frondete in gratiam. Et quia pudicitia suum praemium habebit in patria, vbi nullatenus corrumpitur, & in patria, prout potest in via Angelos imitatur, & etiam Dominum Angelorum: ideo dicitur: Liliu florere in aeternum ante Dominum.

Liliu
Arbor.

Gratia.
Cor.
Virtutes.

Angelus.
Gratia.

Christus.

Peccato.
Gratia.

In beneficio Angeli effectus gratiae designatur, vt patet in actibus: in liberatione Petri quantum ad quattuor, ad gratiae infusionem, vnde angelus Domini astitit Apocal. 2. Ego sto ad ostium, & pulso: secundum est ad peccatorum recordationem mentis illuminatio: vnde lumen refulsit in habitaculo carceris. Hinc est magni consilij Angelus, qui gratiam infundit, & lumen inmittit. Esa. 49. Dedi te in lucem gentium, vt aperires oculos caecorum, & educeres de conuersione, vinculum de domo carceris sedentem in tenebris. Tertium post illuminationem cordis contritio, vnde sequitur. Percusso latere Petri, excitauit eum. Tunc enim Petrus in latere percussus, quando peccator corde quod ad litteram est quasi in latere, conteritur. Quartum est velox, & prompta satisfactio, vnde sequitur. Surge velociter. Velociter, id est, cito contra eos, qui procrastinant confiteri, & satisfacere. Post ista adiuuante diuina gratia exercitatur Petrus ad meritoria opera, quia calciatur, &c. Quare supra fol. 62. a. Sicut Adamas non morus, influxu suae uirtutis occultae trahit ferrum ad se, sic Deus immobili existens occultè infundit peccatori gratiam, per quam, de infimo, in quo ia

E

F

G

H

ce-

A cebat prostratus per peccatum trahit eum ad se. Ioann. sexto. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Trahit etiam eum, inspirando gratiam: sicut odorabile per diffusionem odoris trahit ad se odorantem: Vnde dicunt deuotae animae, in odorem unguentorum tuorum currimus. Trahit etiam sicut pondus maius trahit leue superius, vt patet in statera: beneficia enim Dei sunt quaedam pondera ad trahendum cor humanum ad Deum: & vt nihil esset retrahens, quod praeponderare posset corpus suum, apposuit in statera crucis cum infinito pondere amoris: quia vt dicit Augustinus, quod est pondus in corporibus, hoc est amor in spiritibus. Trahit etiam nos funibus flagellorum: quem enim diligit dominus, corripit. Ezech. 36. Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Haec aqua est diuina gratia Ioann. quarto. Aquam quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam: Apud te est fons vitae: quia apertum est latus Christi: unde de uiuo fonte scaturit sanguis redemptionis, & aqua ablutionis, quae gratiam designat. Vnde ad Titum 3. Apostolus tangit lauacrum huius gratiae exprimens eius effusionem, & consequentem emundationem dicens. Secundum misericordiam suam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, renouationis, quem effudit in nos, &c. Hi est ille fons gratiae mundans uitia, De quo Zach. 13. Erit fons patens domui dicendo in ablutionem paenorum, minorum peccatorum, menstruatæ, maiorum peccatorum. Iste est fons diuinæ gratiae qui patet omnibus stientibus. Sicut dicit ibi Glo. Ita quod omnes qui non lauantur, sunt inexcusabiles apud Deum Apoc. 21. Qui uult accipiat aquam uitae gratis. Ezech. Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro, &c. Quod gratia significatur per uinum, & oleum, quibus sanantur vulnera hominis fauciat, Luc. 10. Quare fol. 62. a. Iudic. 6. Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, &c. Crines septem sunt quinque sensus exteriores, & duae vires animae interiores. Intellectus, & uoluntas. Caput animae superior portio rationis, quae cum spoliatur cogitationibus bonis, quasi capillis, quibus ornatur. Aut sensus, & vires animae cadunt ab honestate, deficit fortitudo animae quia deficit gratia, per quam uiget animae robor in tentationibus. Tunc traditur anima Philistim quia est in potestate inimici, excacatur, incarceratur, &c. Quod gratia designatur in Manna, vnde Iosue 5. Deficit Manna propter quod comederunt filij Israel de fructibus terrae: quia anima cuius portio superior per amorem, & consensum tangit ista temporalia, nunquam delectatur circa spiritalia, nec econuerso. Vnde Greg. Gustato spiritu, desipit omnis caro, ideo de carnalibus, & indeuotis, qui palatum mentis habent infectum dicitur Omnem escam scilicet spiritualem abominata est anima eorum, & appropinquauerunt ad portas mortis.

Aqua.

Psal. 45.

Liberaliter offert Deus gratiam suam, filio prodigo pater statim occurrit, uestem, annulum, & calceamenta per quae designatur gratia, & uirtutes dari fecit. Gratia designatur per manum Dei, de qua Dan. 10. Manus domini tetigit me, & erexit me super genua mea. Si enim erraueris per ignorantiam, vel febricitaueris per concupiscentiam, aut langueris per fragilitatem, & impotentiam, vel lepra infectus fueris per malitiam, si Manus haec te tetigerit, perfectam inueniens medicinam. Sic Iob 20. Sanatus est Thomas incredulus ab errore. Vide ait manus meas, &c. Sic sanata est focius Petri a febris Luc. 8. Tetigit, Iesus manus eius, & dimisit eam se

bris: sic Petrus a submersione liberat⁹ extēdit Iesus manū, &c. sicut illum
 hat⁹ est cecus a natiuitate, cuius liniuit oculos. Io. 10. sic Dan. 10. Ad tactū
 manus dñi super genua est erectus. Sic Mat. 8. Extendit Iesus manum, &
 leprosum tetigit, & statim mundatus est. Sic puellam mortuam suscita-
 nit. Impone, ait, manum super eam, & uiuet: Emitte manum tuam de al-
 ro, &c. Ezechiel. trigefimosexto. Quod gratia habet crimina innouare, &
 omnem uetustatem repellere: Effundam, ait, super vos aquam mundam,
 & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & dabo uobis cor no-
 uum, & spiritum nouum ponā in medio uestri. Spiritus nouus est gratia,
 quę reddit hominē semper nouum, & infatigabilem ad omne opus bonū,
 & et ita in bono perseverat, quod malum perpetratum ante gratię infusio-
 nē postmodum non iterat. Est. n. ignis purgans: vnctio sanans, vigor reno-
 uans, lux clarificans, uirtus confortans, fons fecundans, fax inflammans,
 pax tranquillans. Quare in tabula de charitate, & in tabula de Spiritu san-
 cto, quia idē sunt, qđ gratia. Dū Deus confert gratiā, dī ostendere nobis faci-
 em suam, dum subtrahit gratiā, dī abscondere faciē suā: Esa. 59. Iniquita-
 tes uestrę diuiserunt inter uos, & Deum. Et peccata uestra absconderūt
 faciem eius a uobis, ne exaudiret. Vnde petit Propheta, ne auertas faciem
 tuam a me: Et Cain post peccatum proiectus est a facie domini. Gratia et-
 iam exornat totam faciem animę, vnde amota gratia ab anima, omnino
 efficitur deformis, & monstruosa, ut in conspectu Dei non audeat compa-
 rere, inflata per superbiam, toxicata, & liuida per inuidiam, turbulenta per
 iracundiam, tristis, & pigra per accidiam, dilaniata per auaritiā, fatida
 per luxuriā, immunda per gulam. Sicut unguentum in capite, quod de-
 scendit in barbā, barbā Aaron. Hoc est unguentum gratię, quo sana-
 tur fauciat, quod habet naturam uini mordicantis, & olei liniētis, quod
 descendit a Christo capite, & omnes pilos barbę Aaron, id est omnes fide-
 les, qui adhærent Christo qui per Aaron designantur, ut pilli barbę.
 Gratia liberat ab omni tentatione. Exemplum de Petro incarcerato.
 Angelus Christus. Lumen resulsit in habitaculo carceris, quando infun-
 dit gratiam, peccatori detento in peccatis. De liberatione trium pue-
 rorum a fornace Babylonico, per quam omnis tentatio uniuersaliter de-
 signatur. Ecclesiast. uigefimoseptimo. Vasa figuli probat fornax. Ista
 fornax accenditur. Exod. quarto. Quia omnis tentatio, vel est
 ab interiori, aut a fomite. Et hoc figuratur in napta, quę sex olei, illud
 scilicet, quod remanet de oliua, oleo eliquato, natura enim no-
 stra in statu innocentię fuit quasi oliua, post peccatum eliquatum est o-
 leum, & remansit murca. Rom. 7. Scio quod non habitat, &c. Sed na-
 pta, quod est fomentum ignis, & concupiscentię penalis. Si tentatio pro-
 uenit ab exteriori hoc fit tripliciter, secundum tria nos impugnantia. 1. H
 Ioann. 2. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut
 concupiscentia oculorum, aut superbia uitę. Tentatio de superbia uitę no-
 tatur in stupa: quę inflatur, & magnum locum occupat: sed dum stringi-
 tur, modico loco capitur, sic superbi arrogantes, & potentes, dum sunt in
 prosperitate, magnum locum occupant, sed dum manu Dei stringuntur
 in morte, modico sepulchro capiuntur. Esa. 1. Erit fortitudo uestra, &c. Te-
 tentatio de concupiscentia carnis designatur in pice. Qui tetigerit picem coin-
 quinabitur ab ea.

Gratia.

Iu.

Act. 12.
Dan. 3.

Tentatio.

Superbia.

Tentatio de concupiscentia oculorum, id est de cupiditate rerum tempo-
 raliū, significatur in malleolis, id est in sarmentis uitium, quę mirabiliter

A faciunt ignem calidum, & penetratiuum, sed cito transit: sic tempora-
 lia mentem inflāmant, & cito in puncto mortis in totū transeūt, & concupi-
 scentia eorum. Transferunt omnia uelut umbra. Sic ergo incenditur
 fornax tentationis, aut napta corruptionis internę, siue uanę glorię, quę
 designatur in oleo, quod supernatur liquoribus, aut pice immundię,
 aut stupa superbię, aut malleolis auaritię: sed Dominus incendium con-
 uertit in refrigerium, vnde Angelus Domini, id est gratia, vel Christus faci-
 cit medium fornacis quasi uentum roris flantem: ira quod non tetigit eos
 ignis in cognitione, nec contristauit in afflictione, nec quicquam molestię
 intulit in operatione, vel nō tetigit in prosperis, nec quicquam molestię in-
 tulit in aduersis. Hoc fuit factum in Sydrac, Misac, & Abdenago.
 Abdenago interpretatur seruiens tacendo, in quo notatur humilitas:
 Misac interpretatur gaudium, vel risus, in quo notatur paupertas volunta-
 ria, & leta: Sydrac interpretatur decor in quo notatur castitas munda, qui
 enim hec tria diligūt, & propter Deum custodiunt, liberantur ab incendio
 diaboli, & infernitis ministri regis Babylonis. id diaboli, qui naptam, stupa,
 pice malleolos trahant, & fornaci mundi ministrant igne Diaboli com-
 burentur, & igne inferni consumentur.
 Vel potest dici, quod fornax ista sic accensa est mundus, & presens ad-
 uersitas: tres pueri designant omnes fideles, fidem Trinitatis credentes,
 qui & pueri dicuntur propter morum innocentiam, & tres propter fidem
 integram. Angelus magni consilij est Christus, qui in fornace descendit,
 cum in hunc mundum uenit, & carnem nostram cum passionibus pe-
 nalibus assumpsit, & excussit flammam ignis, vnde presens miseria, & ad-
 uersitas molestat, & urit, sicut ignis, quem extinxit cum spiritu sanctum
 misit, & fecit medium fornacis quasi uentum roris flantem, scilicet men-
 tis refrigerationem, in medio eius est ignis aduersitatis. Et sic de medio
 fornacis flante aura spiritus sancti pueri liberati sunt, sed ministri regis Ba-
 bilonis perierunt incendio fornacis. Incenditur autem fornax napta stupa,
 pice, malleolis, napta est sex olei, & significat simulationem, hypochrysim,
 & uanam gloriā, nam in uera penitentiā est oleum internę deuotionis,
 stupa leuis partibus difunctis, & non strictis, magnum quid uidetur, sed
 cum stringitur, modicum locum continet, incensa statim consumitur, de
 facili a vento tollitur, & mouetur, & significat uanitatē ambitionis, su-
 perbię, & honoris. Esa. 1. Fauilla stupę, &c. pice nigra, tenax, contagiosa, est
 carnalis uoluptas: Malleoli, siue sarmenta, quę non ualent nisi ad incendiū
 in igne cito accenduntur, non fructificant, in multum cinerem reducuntur,
 in quibus potest ignis conseruari, & diu nutriri significat diuitias tem-
 porales, quę ut abscissa sarmenta, sine fructu manent, magnum calorē ap-
 petitus emittunt, cito deficiūt sub quibus nutritur, & conseruatur ignis in
 D ferni. Exod. 15. De ligno uitis. Sic ergo ministri regis Babylonis pereunt in
 fornace, quorum quattuor dicti sunt hypochritę, ambitiosi, carnales, cupi-
 di, hypochrita fornacem succendūt napta simulationis, ambitiosi stupa u-
 nitatis, superbię, & elationis, carnales pice uoluptatis, & utilitatis, au-
 ari malleolis cupiditatis. Hi omnes sunt ministri Diaboli, & pereunt in
 igne fornacis. Sicut duo sacerdotes Nadab, & Abiu, qui posuerunt in
 thuribus ignem alienum. Pueri uero refrigerati, flamma Spiritus
 sancti in fornace existunt, sed ab igne non laudantur, sed in igne laudant
 Deum.

Tentatio.

Religio.

Liberat.
Christus.

Mundus.

Leui. 10.

Vel Nabuchodonosor sedens in angustia Diabolus, fornax concupi-
 T 3 cen-

scētia, quæ succenditur stupa uanæ cogitationis, napta sædæ delectationis, pice sædæ actionis, malleolis prauæ assuefactionis, ministri sufflatores, & incensores fornacis sunt eleuati, immundi, cupidi, inuidi. Quattuor fornacis spiracula, per quæ egreditur quadruplex flamma, sunt uanitas, per quam erumpit tumor superbiæ, voluptas, per quam erumpit fetor luxuriæ, nequitas, per quam erumpit liuor inuidiæ, malignitas, per quam erumpit furor iracundiæ. Isti sunt ministri Iesum alapis cædentes.

Multi multis de causis apud homines gratiam inuenerunt, aliqui propter exhibitionem munerum, ut Jacob cum Esau, alij propter obsequium, & fidele ministerium, ut Ioseph apud Putifar, alij propter recõciliationis uerbum, ut Ioab apud Dauid orando pro Abalalon, alij propter recessum, ut Israel apud Aegyptios, recederet de mundo apud mundanos, alij propter potestatem uirtutis, ut Dauid apud Jonathan, alij pp excellentiam pulchritudinis, ut Hester coram Assuero, & Iudith coram Holoferne, alij propter abstinentiam, ut Daniel coram præposito Eunuchorum, alij propter iustitiam, ut Noe inuenit gratiam domino, alij propter hospitalitatem, & misericordiam, ut Abraham, & Loth, Moyses propter mansuetudinem, & diuinam illuminationem. In figura contemplatorum. Exod. 3.2. Virga autem mater Dei propter humilitatem. Luc. 10. Infundit uinum uulneribus sauciati, uinum est dolor, & compunctio de peccatis, quæ pungit, & mordicat. Psalm. 59. Potasti nos uino compunctionis, unde uinum imponitur uulneribus. Oleum est mitigatio gratiæ per spem confidentiæ diuini amoris, & misericordiæ: unde plangit Esa. 1. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata medicamine, neque foras oleo, uulnus, de quo defluit sanguis, est concupiscentia carnalis immunditiæ. Ezech. 16. Transiens, &c.

Et hoc dicitur luxuriosus, & significatur per hoc, quod anima inquinata luxuria vix potest separari a peccato in uita sua: liuor auaritia. Ecclesiast. 14. Nequam est oculus. Plaga tumens est superbia. Hierem. 21. Insanabilis est plaga tua. Apo. 22. Ostendit mihi fluium aquæ uiuæ splendidum tanquam cristallum procedentem de sede Dei, & agni. Iste est fluius gratiæ mundificans per confessionem, latificans per infusionem, & cõsolationem, fortificans per operationem. Fluminis istius impetus latificat ciuitatem Dei, i. animam & Christi ecclesiam. Designatur autem gratia nomine aquæ, quia est splendida, munda, sæcunda: sic gratia facit animam splendidam in cogitatu, Ezech. 36. Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Apo. 22. Qui uult accipiat aquam uitæ gratis. Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei: facit mudam in affectu, Ezech. 16. Latui te aqua munda, &c. Et de Naaman 4. Reg. 5. facit etiam animam sæcundam in effectu. Isa. 44. Effundam aquam super sitientem, & fluenta super aridam, supple ut sæcundet: quia anima mea sicut terra sine aqua tibi. De ista dicitur Apocal. Qui uult accipiat aquam uitæ gratis. Io. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam.

Psalm. 35. Gratia figuratur per illud vnum talentum, quod malus seruus abscondit in sudario, & in terra, ex quo reprehenduntur damnabiliter, qui post receptam gratiam se in bonis operibus non exercent.

De Christo uel beata uirgine dicitur: Apud te fons uitæ. Quia ab ipsis inuenitur gratia affluenter scaturire. Num. 20. Aperi eis domine thesaurum tuum

A tuum, fontem aquæ uitæ. Zac. 13. In illa die erit fons patens domui Dauid, & habitatoribus Hierusalē. Fons, scilicet gratiæ ascendebat de terra i de Virgine Maria irrigans uniuersam superficiem terræ. i. animæ, uel ecclesiæ, ut ad modum terræ irrigatæ, & sæcundatæ fructus uberes afferat meritorum, quia anima mea sicut terra sine aqua tibi. Spiritus sanctus, & gratia eius est pax, interiorē hominē tranquillans in seipso, reconcilians Deo, fœderans proximo. Hæc pax inuisibilis, iubilus mentis, conuenienter data est in signo sensibili: nam gratia Spiritus sancti supernaturalis sensus educit in actum: ipse enim reformatur spiritualem auditum, & quia in ipso est spiritualiter omnis harmonia sonorum: unde auditus est in sibilo auræ tenuis, ab Helia in ueteri testamento, ubi quantum erat de ratione status, dabatur gratia tenuis: in sono uehementi ab Apostolis in nouo testamento, ubi abundans datur gratia: in alloquio susurrj Job.

B Sibilus tenuis fouet per consolationes, sonus uehemens terret per comminationes, alloquium susurrj dat per extorsiones, ipse illustrat uisum: in ipso enim spiritualiter est omnis uarietas colorum: ipse enim candet in uirginibus, nigrat in confessoribus, & pœnitentibus, rubet in martiribus, pallet in continentibus, virescit in contemplatibus. Ipse etiam oblectat gustum: quia in ipso est uarietas omnium saporum spiritualium: est enim amarus incipientibus, acutus proficientibus, dulcis perseverantibus, solum saporem inspidum non nouit. Ipse etiam allicit odoratum, in ipso enim est omnis suauitas odorum spiritualium, ad cuius odorem aspirant lassæ, respirant infirmi, suspirant deuoti. Ipse etiam disponit tactum spiritualem: ipse enim refrigerat æstuantem auaritia, inflammat tepidos accidia, irrigat aridos inuidia, exsiccat madidos luxuria. Et quia lingua in duo opera naturæ congruit in gustu, & loquela: ideo nos docet orare, postulare, laudare in psalterio operationis, in cythara compassionis, in tympano mortificationis, in choro mutua unitatis, in organo mentalis iucunditatis. Hæc autem omnia operatur unus, atq; idem spiritus diuidens singulis prout uult. O quam bonus, & suauis est domine spiritus tuus in nobis. Emitte ergo domine spiritum tuum, & creabuntur in ætheræ mentis nostræ intellectuales aspectus quantum ad donum sapientiæ, & intellectus virtuales conceptus, quantum ad donum consilij, & fortitudinis; spirituales affectus quantum ad dona scientiæ, & pietatis, reuerentiales instinctus quantum ad donum timoris. Iud. decimoquarto, ubi dicitur. Irruente spiritu Domini in Samsonem, leonem sæuientem, & rugientem in frustra concidit, irruente spiritu Domini, varia uincula rupit. quibus à muliere illa pessima Dalila fuerat uinculatus. Interrogatur in quo esset sua fortitudo maxima, dixit. Quia Nazarenus erat Domino consecratus, & in septem crinibus capitis erat sua fortitudo, quibus rasis spiritus Domini ab eo recederet, & fortitudinem amitteret: uocauit mulier tensore, & super genua eum obdormire fecit: & rasis septem crinibus a Philisthæis captus, catenatus, excæcatus, clausum in carcere molam trahere faciebant. Hic in persona Samsonis docemur nos ad receptionem spiritus sancti disponere, & sic eum recipimus, ne amittamus cauere. Septem crines capitis Samsonis septem sunt animæ uires, quinque sensus, uoluntas, & intellectus, quæ uires crines sunt, quia ad ornatum animæ. Crines sunt prolixi: quia per eam rationalis anima ad omnia sensibilia, & spiritualia se extendit, & bene, uel male omnibus potest uti: his ergo crinibus lotis per confessionem, comptis per honestam conuersationem semper assistit nobis

Psalm. 16.

Sensus.

Societas mulierum. Luxuria. Virtutes. Dæmones. Confectu-do.

Tentatio. gratia spiritus sancti, vt si contra Samsonem tales crines habentem rugiat leo, & scruat Diabolus per prauā suggestionem tētationis, statim in frustra conciditur: quia continuo ois tentatio uincitur, si Philistæi, si diuitiæ, vel honores huius mundi Samsonem nitantur ligare, cum mandibula asini, id est cum memoria mortis, vel cum contemptu mundi, statim Philistæi tales, scilicet motus tētationum interficiuntur. Si iniqua Dalila caro, & carnalis concupiscentia funibus, id est carnalibus cogitationibus, & immundis actibus eum ligare nitatur, in virtute Spiritus sancti rumpuntur uincula, & superatur talis tentatio mala. Sed cum Samson cor suum aperit Dalilæ, cum scilicet consentit cogitationi prauæ, & immundæ, continuo vocat tonsorem: quia statim præcipitat in operationem, per quam perdit conuersationis, & sensuum honestatem. Iam sunt præcisi crines: quia factus est in cogitationibus immundus, in verbis dissolutus, in aspectu impudicus, in tactu fatidus, & sic corruptus in omnibus animæ viribus. Veniunt Philistæi Dæmones, vel multiplicantur peccata, incarcerationur, ne possit ad bonum opus exire: ligatur, ut de peccato in peccatum, vt iumentum ducatur: excæcatur, ne seipsum, nec Deum cognoscat, ne flagitia caueat, ne supplicia pauca, nec diuinam sententiam pertimescat, ne mundi infamiam erubescat. Incarceratus molam trahit, quia per peccati consuetudinem de peccato in peccatum ruit.

Fluuius. De Spiritu sancto exponitur illud Gen. Fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quattuor capita: quia spiritus sanctus, & eius gratia mundatiua à Christo, cuius humanitas est specialis thronus diuinitatis: & inde per ora Apostolorum quasi per alueos per quattuor mundi partes in prædictæ fidei alueum deriuatur. Est autem iste fluuius fertilis fructu mentes fecundans, perennis motu, merita consummans, suavis gustu, lassos confortans, & recreans: oblectabilis visu, morbidos sanans: vnde ei appropriantur interpretationes & proprietates quattuor fluuiorum Paradisi: quod spiritus sanctus apparuit in columna, statum, igne, linguis. Quare sup. 1. a.

Gratia. Gratia tollit mentis inconstantiam in proposito. Heb. 13. Optimum est gratia stabilire cor: negligentiam in supposito. 1. Cor. 15. Abundantius laboraui, nõ ego, sed gratia Dei mecum, ponit diligentiam in disposito. Pro uerb. 22. Super aurum, & argentum gratia tollit impatientiam in appposito. Et sic patet, quod per gratiam totus homo perficitur, dum per gratiam datur constantia in disposito, diligentia in opposito, patientia in supposito. 1. Corinth. 15. Gratia Dei sum id, quod sum, & gratia eius semper in me manet.

H Gratia Dei est semen spirituale, quod latenter radicat in mente, patienter germinat in ore, perseveranter fructificat in opere. Vnde de gratia potest exponi illud Mat. 13. Semen est uerbum Dei.

Gratia fortificat contra debilitatem, redificat contra cunctitatem, pulchrificat contra deformitatem, uiuificat contra mortalitatem, quorum cōtraria inducit peccatum in nobis.

Quod gratia operans iniiciat, cooperans continuat, perseverans cōsummat. Tit. 2. Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnib⁹ hominibus, &c. Ecce gratia uirtualiter reparatiua, quia gratia Saluatoris uiliter, & uisibiliter communicatiua, quia omnibus hominibus moraliter infermatiuar: erudiens nos. Vtque erudiens, quid uitandum, vt abnegantes: quid agendum

A dum sobriè: quid sperandum, sperantes. Exod. 16. Manæ ros iacuit in circuitu castrorum. Ros est refrigeratiuus, fecundatiuus, refectiuus. Et significat gratiam, quæ refrigerat concupiscentiam, facundat intelligentiam, reficit conscientiam. Esai. 65. Omnes sitientes uenite ad aquas. Apocal. 22. Qui uult accipiat aquam uitæ gratis. Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam, Psal. 32. Apud te est fons uitæ. In illis omnibus & alijs locis scripture, gratia Dei aquæ nomine figuratur propter quattuor effectus: quia aqua habet uim mundatiuam, refrigeratiuam, sedatiuam, fecundatiuam: sic gratia habet uim mundatiuam per beneficium sacramentorum, refrigeratiuam carnalium desideriorum, fecundatiuam per exercitium meritorum, sedatiuam per desiderium supernorum.

B Gratia est condimentum animæ, influens dulcedinem deuotionis, plenitudinem dilectionis, pinguedinem contemplationis.

Ignis. Gratia spiritus sancti comparatur igni, qui est pinguedinis voratiuus, caliginis fugatiuus, rubiginis purgatiuus, sic gratia est uoratiua pinguedinis carnalitatibus, purificando per castitatem, caliginis fugatiua, informando per ueritatem, rubiginis consumptiua transformando per charitatem, & semper actiua operando per sanctitatem: quia amor Dei nunquam est otiosus: operatur magna si est, si autem operari renuit, amor non est; unde in linguis igneis gratia spiritus sancti fuit data. Radius diuinæ gratiæ est, expiatiuus conscientiæ, inspiratiuus intelligentiæ, exornatiuus eloquentiæ, informatiuus uitæ. Ecclesiast. 43. Tripliciter sol exurens montes adducitur: quia Christus deuoras mentes illustrat, & inflammat triplici radio, sicut sol radio matutino ad ueritatis cognitionem, uel boni operis inchoationem, meridiano ad boni operis continuationem, uespertino ad boni operis consummationem. Procedit autem gratia, ut lumen à Sole, sicut dicit Glo. super illo uerbo: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, &c. Glo. Donum gratiæ descendens est à patre luminum, ut radius à Sole. Ab isto Sole iustitiæ, scilicet à Christo, etiam secundum humanitatem præcedit efficaciter promerendo, liberaliter infundendo, generaliter conferendo. Donum gratiæ est cœlestis originis, ualoris impreciables, uigoris infatigabilis ideo hoc dono prædicantis ignorantia illustratur, audientis conscientia facundatur, operantis impotentia roboratur.

Christus. Et gratia comparatur uino, quia lætificat, curat, delectat, unde omnia præcordia facit honesta: quia regnum animæ ordinat, quod fit, dum ratio rectè iudicat, uoluntas rectè imperat, sensualitas rectè obtemperat, & tunc in pace conscientia regnat.

Vino. **Anima.** Gratia dicitur non solum quia gratis data, quantum ad suum principium, uel gratum faciens, quantum ad suum subiectum, sed etiam quia gratis facit opera, quantum ad effectum, quia est meritoria. Gratia illustrat cognitionem, Galat. 1. Segregauit me, & uocauit per gratiam suam: inflammat affectionem, Galat. sexto. Gratia Domini nostri Iesu Christi, regulat inclinationem, Coloss. 4. Sermo uester semper sit in gratia conditus, uigoret operationem, 1. Corinth. 15. Plus omnibus laboraui: non ego autem sed gratia Dei mecum. Hebræ. 13. Optimum est gratia stabilire cor. Gratia roborat infirma. Optimum est gratia, &c. Dulcorat amara, & molesta, ut condimentum cibum. In Ecclesiastico. Gratia Dei. Excitat obtusa, & torpida. Gratia Dei in me uacua non fuit: illustrat obicura:

obscura: quia replet intellectum splendore, affectum amore, affectum dulcore. E

Gratia dicitur oleum: quia ad modum olei habet vim consecratiuam. Eccles. 4.5. Oleo vim medicatiuam. Marci 6. Vngebat. Luc. 10. Infundens vinum, & oleum: Vim saporatiuam, vel nutritiuam, Ezech. 16. mel, & oleum, & similia comediti: vim impinguatiuam. Impinguasti in oleo caput meum: vim decoratiuam. Mach. 3. Hi sunt duo filii olei splendoris: vim enatiuam quia supernat omnibus liquoribus.

Gratia luci comparatur; quia ad modum lucis operatur. vnde Apo. ad Ephes. 5. Fructus lucis est in omni bonitate iustitia, & veritate: ubi describitur diuina gratia, primo per modum influxus superni fructus lucis, secundo per modum habitus interni, sub affluentia bonitatis in omni bonitate, tertio per modum respectu extremi sub obseruatione aequitatis: Dei enim gratia ad modum lucis, est oppositi fugatiua per uitiorum expansionem, F medijs immitatiua, per diuini characteris desponationem, diaphani penetriua, per sensibilis subtiliationem, obiecti representatiua, per deformatae imaginis renouationem, virtutis visibilis motiua per spiritualis radij diffusionem, subiecti informatiua, per actuum hierarchicorum introductionem. Esa. 18. Sicut lux meridiana clara est. Sap. 18. Candor est lucis aeternae. 2. Reg. 23. Sicut lux aurore oriente Sole absq; nubibus rutilat. Sicut peccatum deiecit à diuino amore, abiicit à diuino honore, inficit humanum decorem, afficit internum dulcorem, sic e contra gratia spiritus sancti deiecit reuocat, abiectum eleuat, infectum renouat, a se creat.

Peccatum.

Gratia sanctificat conscientiam, ad conuersandum, clarificat intelligentiam, ad contemplandum, modificat, & rectificat eloquentiam, ad pronuntiandum, fortificat, & habilitat efficaciam, ad operandum. Fluuius & aqua gratiae mundificat per confessionem, latificat per consolationem, fructificat per operationem: ideo fluminis impetus latificat ciuitatem Dei. G

Fluuius.

Gratia indigemus, vt liberemur à culpa. Eph. 1. In quo habemus redemptionem secundum diuitias gratiae eius, vt roboremus in pugna. Roman. 7. Video aliam legem repugnantem &c. Sequitur, gratia Dei per Dominum Iesum Christum; ut dirigamur in via. Exod. 33. Si inueni gratiam in oculis tuis, ut coronemur in patria. Rom. 6. Stipendia peccati mors, gratia Dei vita aeterna.

Gratia luminis comparatur, quia ad modum luminis habet altitudinem in situ, rectitudinem in motu, pulchritudinem in aspectu, dulcedinem in effectu. De primo dicit August. quod lumen inter corporalia primum, & supremum locum obtinet: quia gratia de caelis oritur, & de caelis nobis infunditur: omne datum optimum descendens à patre luminum. Glo. Gratia à Deo, vt radius à Sole. Eccles. 34. c. Ego feci in caelis ut oriretur lumen inde ficiens: quia nunquam nobis deficit gratia, sed nos deficiamus gratiae, sicut oculo caeco non deficit lumen, sed ipse deficit luminis. Secundo habet rectitudinem in motu motu, non enim incedit per curuum. Vnde secundum Augustinum: recti luminis est eius incessus, & subitus ac representatiuus, quasi ab eodem in idem procedens, quod fit cum ministrata nobis de caelis gratia, referimus gratiarum actiones ei, qui in caelis est, & omnia referimus ad eius gloriam, & honorem. Colos. 1. Gratiarum agentes Deo, & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Si enim aquae omnes per subterraneos meatus reuertuntur ad Oceanum, ut uberius fluant, sic de proprio fonte suo redduntur gratiarum actiones, & bona gratuita inde

A inde amplius fluent. Eccles. 1. Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant: sic enim Deus glorificatur ab hominibus, qui est omni gratia plenus, nihil ex parte nostra recipiens: quia bonorum nostrorum non indiget, quomodo aquae influunt in mare, quibus tamen mare non redudat, sed abundat. Et quid erit si in mare aqua non fluunt, aut fontes sicca: ri necesse erit, aut diluuium redundantes uniuersa deleri. Deus ergo est fons Psa. 25. luminis, quia fons gratiae, vt lumen gratiarum effluere faciat si eidem non fuerimus ingrati. Apud te est fons vitae, & in lumine tuo, &c. Habet lumen pulchritudinem in aspectu, vt dicit Damascenus lumen esse pulchritudinem omnis creaturae, aufer lumen, cuncta in tenebris ignota manebunt, quia iam non possunt proprium monstrare colorem, & decorem, sic gratia Dei ita totam animam pulchrificat reformans in ea imaginem, & similitudinem Dei, quae obscurata est per peccatum: de qua reformatione B dicit Psa. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui domine; utinam haec pulchritudinem reciperent, & appetere, qui eam perdidit, & corporis pulchritudinem ambiunt corpus. scilicet quod est calarium stercorum, componunt, ornant. Mira abusus decorem corporis fucare possunt, reparare non possunt. Iob 33. Operatur Deus per singulos, vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce uiuentium. Gregorius: Illuminatur luce uiuentium, qui despecto temporali lumine, ad splendorem eterne claritatis recurrent. Habet lumen dulcedinem in effectu, Thob. 5. Quale gaudium mihi est, qui in tenebris sedeo, & lumen caeli non uideo. Sic enim Lumen. videmus quod oriente lumine solis animalia noctiuaga sua latibulia ingrediuntur, egriuidines alieuiantur, homines exhilarantur: quia per infusionem gratiae peccata quae sunt opera tenebrarum, apparent humanae potentiae prius debiles, & infirma confortantur ad operandum, fit in anima cuiusdam iubili spiritualis tripudium. Haec est illa dulcedo, de qua Eccles. 11. Dulce lumen est, & delectabile est oculis videre solem. Oculis utique bene dispositis, in quibus non sunt tenebrae, nec humor concretus, nec puluis iniectus, caligo scilicet peccatorum, memoria delectationis eorum, cura, & sollicitudo terrenorum, prout exponit Bernardus illud Psa. 37. Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.

De gratia exponit illud. Descendet sicut pluuia in vellus, &c. Pluuia in vellere lanam lauat, stillicidium in tellure terram fecundat. Sic gratia diffusa in anima eam lauat ad emendationem peccatorum, fecundat ad fructificationem operum meritoriorum. Gratia sancti spiritus est illud unguentum, de quo Can. 1. Fragrantia opinionis. i. Spiritus sancti donis, quibus fragrant ubera sponsae id est ecclesiae, & deuotae animae. Unguentum hoc ex pluribus speciebus conficitur, quia in spiritu sancto plura gratiae dona comprehenduntur. Inde est quod hoc unguento anima consecratur, ut sit sponsa Christi, & habitaculum Dei. Huius unguenti confectio tumores sedat, dura emollit, aspera lenit, vulnera sedat, carnem putridam tollit, & consumit, dolores lenit: quia gratia sancti spiritus omnem tentationem insurgentem tollit, siue tumorem superbiae aufert, corda dura per obstinationem, & accidiam mollia reddit, asperitatem irae in mansuetudinem conuertit: dolorem inuidiae lenit, vulnera id est huiusmodi auaritia sanat, & claudit: carnem putridam gastrimargiae, gulae, & luxuriae desiccatur, & perimit. Esa. 61. Spiritus domini super me, propter quod unxit me. Genesis 2. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quattuor capi-

Can. 1.

ta. Spiritus sanctus est qui de loco voluptatis egreditur, quia à patre & filio spiratur. Sicut odor suauitatis ex arbore aromatica spiratur, vnde Apo. 22. Fluuus ille dicitur procedere de sede Dei, & agni.

Gratia proponit animæ diuinam iustitiam, vt incutiat timorem, & ex alia parte culpam proponit propriam, vt incutiat dolorem, sed numquam dimittit animam desolatam, quia paraclitus interpretatur consolator: ideo vt temperet rigorem, & timorem diuinæ iustitiæ proponit animæ diuinam misericordiam, vt erigat eam ad spem, & vt temperet dolorem culpæ propriæ, inducit amorem diuinæ clementiæ. Et istæ sunt quattuor affectiones quas format in anima spiritus sancti gratia. Sicut calor naturalis in corpore animalis non quidem virtute propria, sed vt est instrumentum animæ vegetatiuæ potest ex cibo, & potu carnem, & sanguinem generare, sic verbum prædicantis non virtute propria, sed vt est instrumentum spiritus sancti adiutum diuina gratia, in cordibus auditorum potest spirituale effectum producere, purgans ardore, rubiginem peccatorum: quia ignitum eloquium tuum vehementer, illustrans splendore, ad notitiam credendorum, & agendorum, quia lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, confortans vigore, ad efficaciam meritorum, quia sine me nihil potestis facere. Lumine itaque diuinæ gratiæ nostrum ingenium illustratur, nostrum eloquium inflammatur, occultum & cœleste mysterium reuelatur.

Quia sicut anima est vita corporis, ita gratia est vita animæ: & sicut anima dat corpori vitam, sensum, motum: sic gratia dat animæ esse moris, sensum cognitionis motum bonæ operationis. Gratia est illud vnum talentum ad negociandum, & lucrandum nobis traditum. Matth. 25. Gratia enim dicitur vnum talentum: quia quod per superabundantiam dicitur vni soli cōuenit, gratia autem excellit omnia alia dona Dei: quia maior eorum est charitas. Hoc talento bene vtiitur, & negotiatur quilibet, quando ad eius receptionem diligenter se præparat, quando per bona opera ipsum augeri procurat, quando datum conseruat, quando in ea finaliter perscuerat: sed de malo teruo dicitur, quod illud abscondit in terra. Ibidem dicitur quod fodit ipsum in terra: in Luca dicitur, quod abscondit illud in sudario. In terra absconditur quando peccatum opere perpetratur, in profundo terræ foditur, vt uix ex tunc possit inueniri, vix ex tunc diuina gratia possit recuperari, quando peccandi consuetudine anima alligatur, & obstaculum diuinæ gratiæ opponitur: in sudario absconditur, quando mens nostra facta cogitatione maculatur. Apoc. 3. Collirio inunge oculos tuos, vt videas. Hoc verbum proponitur & præcipitur volenti præponere verbum Dei. In quo verbo circa donum diuinæ gratiæ exprimitur ortus generosus, tactus virtuosus, effectus preciosus: quia habet ortum altum in tantum quod solo Deo datur: ideo est humiliter postulandum. Collirio ait: hoc enim colliriū sola manu Dei conficitur: quia donum gratiæ à solo Deo infunditur. Iacob 1. Omne datum optimum de sursum est. Secūdo habet tactum virtuosum, quæ virtus designatur nomine vnctiōis: inūge ait oculos tuos: ideo est alacriter acceptandum. Tante quidem uirtutis, & efficaciz est vnctio gratiæ, quod est culpæ curatiua, pena lenitiua, mentis illuminatiua. Vnde de ortu generoso, & tactu lenitiuo ac virtuosus. Eccle. 34. Vnguentarius. s. Christus faciet unguenta suauitatis: quia donum gratiæ à Christo collatum, & animam recreat, vt pigmentum, & curat vulnera, ut unguentum. Tertio habet effectum virtuosum propter quod est uisceraliter appetendum.

Gratia.
Talentum.

Matth. 25.

Gratia.

Adum. Effectus enim vnguenti gratiæ est prædicatoris oculum illustrare, ad veritatis cognitionem auditoris animum præparare, ad verbi receptionem collirio, ait, inunge oculos, vt videas vtriusque mentem inflammare, ad verbi impletionem.

Sic Ionatas extendens summitatem virgæ orationis, scilicet deuotæ, gustato modico mellis fauo, quod designat gratiam, illuminati sunt oculi eius. Luc. 15. Cito proferre stolam primam, &c. Gratia enim Dei est stola, & vestis, qua omnia decorantur: annulus quo anima desponsatur; calciamentum, quo duplex pes animæ, intellectus, & affectus virtutibus calciatur. Diuina gratia lumini comparatur; quia lux inter omnes qualitates multiplicatur velocius, intimatur profundius, subintrat subtilius, alteratur perfectius. Sic gratia inter alia Dei dona velocius infunditur, intimius recipitur, delectabilius gustatur, perfectius operatur.

Vel ideo lumini comparatur: quia sicut lumen habet occulta demonstrare, vt patet in coloribus, antiqua renouare, vt patet in arboribus, operare regulare, vt patet in viatoribus, & laboratoribus, sic lumen diuinæ gratiæ irradiat intellectum ad veritatis cognitionem. Ephes. 5. Omne quod manifestatur lumen est: inflammat affectum ad charitatis dilectionem, & mentis renouationem Esai. decimo. Erit lumen Israel in igne: roborat effectum ad virtutis operationem Esai. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo. Vel ideo lumini comparatur, quia lumen est fecundatiuum arborum, expulsiuum frigorum, fortificatiuum corporum: sic lumen gratiæ facit arbores conscientiæ fructificare per fecunditatem sanctæ operationis habet frigus fugare per incendium dilectionis, & exemplum ædificationis, mentem fortificare contra insultum hostilis tentationis. Dei gratia est lux illustrans intelligentiam ad cognitionem veritatis, linguam regulans ad pronunciationem, ignis mentem inflammans ad dilectionem, virtus nos roborans ad boni operis inchoationem, continuationem, & consummationem.

Gratia quæ à Christo nobis datur, per quam auditorum mentes inflammantur, ignis dicitur, iuxta illud: Ignis à facie eius idest Christi exaruit: carbones idest auditorum mentes, succensi sunt ab eo. Iste ignis roborat, renouat, regulat, roborat subiectum ad tolerantiam aduersorum, ut patet in primis prædicatoribus, & martiribus: renouat obiectum auditoris animum per euidentiā credendorum: regulat effectum ad efficaciam agendorum, & sufficientiam meritorum: unde ecclesia loquens de Apostolis, ait: De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Ierem. 24. Verba mea quasi ignis dicit Dominus.

De gratia intelligitur illud Luc. 10. Vnum est necessarium. Gratia dicitur unum donum, quia omnia Dei dona excellit, originis dignitate. Iac. 1. Omne datum optimum de sursum est; pulchritudinis uenustate, quia non compatitur secum mortale peccatum, sicut fides, & spes: communicationis liberalitate, petite, & accipietis. Qui vult recipiat aquam uitæ gratis, unionis indiuisibilitate, qui adhæret Deo vnus spiritus est vnus ipsa existente in anima, semper est Deo unita. Lux diuinæ gratiæ nos docet quomodo sunt vitia obiurganda, merita cumulanda, supplicia comminanda, præmia promerenda: est enim lux clara ad intellectum illuminandum, veritas certa ad linguam regulandam, charitas, & ignis ad voluntatem inflammandam, virtus perfecta ad nostram imbecillitatem confortandam.

Donum.
Gratia.

Lux.

Aliqui gloriantur in nobilitate prosapia, & generis, similes Iudæis, qui gloriabantur se esse filios Abrahæ. Osee 6. Gloria eorum à partu, & ab utero, & à conceptu. In conceptu pudor, in utero fetor, in partu dolor: ideo inde non debemus gloriari, sed verecundari, vilissima est ista gloria, quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? nobilitas sola est animum quæ moribus ornat. Chrysostomus super Matth. Quid prodest ei, quem sordidant mores generatio clara? Aut quid vocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Vacuum se esse à bonis ostendit actibus, qui gloriatur in patribus. Cum natus de Noe seruus factus est, Abraham filius Thare luteorum deorum cultor electus est. Non poruerunt gloriam eius sordidare patrum errores: aurum enim de terra colligitur, & non est terra, & aurum eligitur, terra contemnitur, & econuerso. Stannum de argento egreditur, & non est argentum, sed argentum colarum seruatur: stannum autem foras expellitur, vnde illud: Malo tibi pater sit Tersites dummodo tu sis Acacide similis, Vulcaniaq; arma capescas, quæ te Tersitem similem producit Achilles. Iob 17. Putredini dixi, pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus, nec Christus elegit generis nobilitatem, sed sanctitatem. Quære de ista materia in tabula in materia de Principibus secularibus.

Primi Reg. 17. Ait Saul ad Dauid, de qua progenie es tu adolescens? Dixitq; Dauid. Filius serui tui ego sum: non gloriatur iste de genere, sed magis se deiecit, & exinanituit vocans se filium pauperis, & de paupere ciuitate: ideo fuit ad regnum exaltatus: quia qui se humiliat exaltabitur.

Luc. 14. Genus hu-
manum.
Quod genus humanum figuratur per Naaman leprosum. 4. Reg. 5. Lauare septies in Iordane, &c. Helisæus interpretatur Saluator, hoc est Christus, saluum fecit populum suum à peccatis eorum: Naaman interpretatur pulcherrimus, & significat genus humanum: quis. n. pulchrior illo, qui factus est ad imaginem totius pulchritudinis? Faciamus hominem ad imaginem. Iste erat diues ex donorum collatione, sed leprosus ex originali infectione: quia lepra procedit ex pessimo calore, & transfunditur à parentibus in prolem, ideo lepra designat originale concupiscentiam. Ait ergo Helisæus. i. Christus, vade per passus meritorum lauare septies in Iordane: Iordanis interpretatur riuus iudicij, nam ex timore diuini iudicij, oritur in nobis Iordanis. i. fluuius lachrymarum; hic debet Naaman non solum intingi, sed lauari, quia magna debet esse inundantia lachrymarum, & septies. i. de septem peccatis, vel toto tempore præsentis vitæ. Designatur etiam per illum cæcum, qui illuminatus est, dum Christus appropinquaret Iericho: quia dum Dei filius nostros defectus assumpsit, humanum genus cæcum illuminauit.

Luc. 10. Item figuratur per illum hominem, qui descendit ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones. Quære expositionem in isto libro in tabula super Lucam. Item figuratur per illum cæcum, qui sedebat secus uiam mendicans, sicut exponit Greg. in Homel. in Dominica Quinquagesimæ.

De Gula intemperantia.

Primi parentes propter Gulam seipsos, & omnes posteros perdidit, Esau propter vile edulium amisit primogenita: Ioannes Baptista fuit in conuiuio

A conuiuio inter epulas decapitatus, Loth post nimium potum concubuit cum filiabus. In conuiujs facile castitas periclitatur. Exemplum de Holoferne. Quære 49. a. Gulosi qui omnia in ventre suo sepeliunt, in inferno sepeliuntur. Exemplum de diuite Epulone, qui epulabatur quotidie splendide, & sepultus est in inferno. Luc. 16. Et de perfidis Iudæis, qui desiderauerunt carnes; adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, unde sepulti sunt in sepulchris concupiscentiæ. Rom. 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt, in carne sunt, qui nihil nisi carnem, & carnalitatem sapiunt, vt Epicurei, quorum Deus venter est, cui studet placere, & cui quotidie immolant victimas, & quem colunt. Osee 9. Nō libauerunt domino uinum, & non placebit sacrificium eorum quasi panis lugentium omnes, qui comedunt eum contaminabuntur, contra dicitur propter multitudinem ferculorum, ex quibus infestatur, & inficitur tam

B membrorum sanitas, quam mentium puritas: congestis enim cibarijs in vno ventre quasi in cacabo, vel latrina, nec tam coctis, & indigestis, quam putrefactis euaporantur pestilentes ructus, & sequitur abominabilis vomitus, corruptiones, & apostemata: quia plures interficit cœna quam gladius. Genes. 11. Pistor, qui portabat tria canistra, & suspensus est, Gulosos designat, qui multiplicant fercula, ut satisfaciant gulæ. Genes. 3. Maledicta terra in opere tuo, in labore comedes, & in sudore vultus tui spinas, & tribulos germinabit tibi. Ad literam gulosi, cum multis laboribus, & nimia diligentia parant escam suo exactori, scilicet uentri. Quod autem seminat in carne, de carne metet corruptionem. Prudenter est gula refrænanda, ut scilicet sic nutriatur corpus, quod non impediatur spiritus, iuxta illud Leuit. 1. Si de auiibus, &c. Quære fol. 31. a. Ioan. 7. Circumcisionem accipit homo in Sabbaro, ut non soluatür lex Moyfi. Tunc enim est lætitia spiritualis in corde, quando temperantia cohibet motus gulæ, ponendo frænū in ore. Lex enim Moyfi, hæc est fœderitas pœnitentiæ, tunc non soluitur, sed magis sic custoditur. Inde est quod Exod. 13. Non poterat facere phasæ, nec vesci azimis, nisi circumcisus, quia vacare non potest puritati mentis homo epulis, & crapulis assuetus. Vnde Seneca in libro de copia uerborum continentiam si diligis, circumcide superflua, & in arctum desideria constringe, impone concupiscentiæ tuæ frænnum: omnia quæ ad uoluptatem animam trahunt rejice: ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem, palatum tuum fames excite, non sapores. Idem epistola octogesima. Quæ admodum musto dolia rumpuntur, & omne quod in imò iacet vis caloris in summam partem eiecerat: sic vino æstuante quicquid in imò, scilicet iacet abditum, effertur, & prodit in medium onerati uino. Sicut non continent cibum uino redundante; ita nec secretum, quod suum alienumque est pariter effundunt. Et infra dicit, quod turpe sit plus ingerere, quam capiat natura, & stomachi sui non noscere mensuram turpissimum, quod multi ebrij faciunt, quod sobrij erubescunt: nihil aliud esse ebrietatem, quam uoluntariam insaniam: extendi in plures dies illum ebrij habitum, nunquam furorem dubitabit. Nunc quoque non est minor insaniam, scilicet sed breuior. Alexander Macedo Clitum charissimum sibi, & fidelissimum, inter epulas transfodit, & intellecto facinore mori uoluit. Vbi possider animū nimia uis uini, quicquid latebat, emergit, crescit insolens superbia, Crude delitas fœua, malignitas inuida adijcit ignorantia dubia: & parum explanata uerba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, contacta ipsa mobilia uelut aliquo turbine circumagente rotam domum stomachi:

tormenta cum exferuescit, membra ac viscera ipsa distendit.

1. Pct. 2.

Obsecro uos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere uos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Abstinere inquam tanquam ad uenæ peregrini, id est, mortificare carnem per abstinentiam: sic enim peregrini vescuntur cibis, ut cibi eos non grauent, & naturam sustentent, quæ militant, ait, aduersus animam. Quia auferunt primo animæ equum suum, scilicet corpus, & deinde ipsam in carcere tenebroso ponunt, uerbi gratia: quærit ut expoliet uenatibus, alite, pisces. Gustus humum, gustus aera, gustus aquas, omnia congeruntur in vnum uentrem, nec tam digeruntur quam putrescunt superadduntur conditura diuersa, & uina uaria. Ex his autem eruditibus resoluti vapores, & fumi, uel chili per totum corpus diffusi, tam multiplices, & contrarios in eodem subiecto generant morbos, quanta est ciborum ingestorum perplexitas, & contrarietas, & inde est quod sicut nullo genere uitæ uiuitur, ita nullo singulari morbo, sed quadam confusione membrorum ægrotatur. Nam insuper uenena, & acuta, tanquam ex igne in nos transferunt. Et ex ore in uisceribus extinguuntur totam animam alienant. Unde sicut mente alienatos, & stupentes, aqua frigida perfundimus, ut ad sensum redeant: Sic æstuantia uiscera refocillationem in uinis frigidissimis quarunt, & hoc est quod dicit militare aduersus animam, cum corpus infestatur, & anima sancta interficitur. Propter quod Genesis 20. cap. Profectus Abraam in terram Australem habitauit inter Cades, & Sur, peregrinatus est in Geraris. Terra habet soliditatem, Australer caliditatem. Cades principium plasmationis interpretatur. Sur acerbitas, Geraris propinquitas. Proficimur ergo in terram Australem, quando cordis amore succensit, tendimus in illam æternam, & solidam ciuitatem, & peregrinam inter Cades, & Sur, in Geraris, quando Deo appropinquamus tenentes medium, ne nimis condescendamus per fragilitatem conditionis, aut ne nimis excedamus per acerbitatem rigoris. Unde sicut dicitur in libro de collationibus patrum. In altera lance puritatem animæ, in altera vires corporis collocemus, & incorrupti iudicis mentis præsentis iudicio: sic utraque pendamus rectè, ut affectu præponderante, libram rectitudinis non inclinet intrinsecus altrinsecus nimia remissio, nec deprimat nimia districtio.

Et notanter dicit, quæ militant aduersus animam: multa enim expeditio militat contra animam solam: nam caro contra eam militat per lasciuiam, mundus suggerendo potentiam, diabolus per inuidiam. Sed caro largitur suis tyronibus momentaneam voluptatem, mundus transitoriam sublimitatem, Diabolus perpetuam captiuitatem, Deus interminabilem felicitatem. Natura paucis est contenta, & excessus corpus, & animam grauat. Ecclesiast. 31. Vigilia & tortura, & colera viro infrunito somnus uero sanitatis in homine parco, sic enim sunt sumenda alimenta, ut medicamenta. Vitium gulæ hominem separat à Deo: sic primi parentes, & similes filij eorum, qui abutuntur bonis temporalibus. Deut. 32. Hircos cum medulla tritici, & sanguinem uicæ bibent meracissimum. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, &c. Quasi diceret Dominus dedit eis carnes ferinas, panem simlagentum, uinum optimum, & ipsi abutuntur eis ad superfluitatem sumendo, & hoc est incrassatus est, &c. Et recalcitrauit contra Deum blasphemando, quod sit quotidie in tabernis: dereliquerunt Deum idolatrando, in hoc deteriores Sarracenis, quia illi adorant lapides, & ligna, isti latrinam, & stercorea: quia faciunt de uentre Deum suum,

A suum, recedunt a Deo de peccato in peccatum ruendo. Exemplum est de equo stupido, qui præcipitat se in quæcunque pericula, postquam biberit comesta auena falsa: sic inebriatus non formidat facere quæcunque flagitia, quod vitium uitandum esset maxime, eo quod a primis parentibus contrahimus ipsum, unde & lepra in parente, timetur in successione. ¶ Secundum sapientem uinum, & mulieres faciunt hominem apostatari: uidebis quandoque in conuiujs aliquorum tot, & tanta uirorum genera, ut si dolium afferant, tabernarios putes. Cum enim ex diuersis ferculis resoluti fuerint, fumi ardentes, palpitat anima in illo corpore, & nisi frigidus perfuderis, uiscera intestina torrentur, sicut stupentes aqua perfundimus frigida, ut ad sensum redeant, sicut dicit Seneca de naturalibus quaestionibus. Sap. 2. Dicunt gulosi, & uoluptuosi uino preciose, & unguento impleamus nos: uino, & unguento, quæ coniunctio, nescio, nisi confusio, eo, quod elementa prædamur, & totam prædam in stomachi uoraginem congerimus. Impleamus, ait, etsi uarietas ferculorum sensibus ipsis tollat fastidium, miser tamen stomachus, dum cunctipotens quodam modo esse cogitur, oneratur, non nos, alunt, prætereant flos temporis: breue enim est omne quod transit. Esai. 27. Væ coronæ superbix, ebrijs Efraym, flori decente gloriæ exultationis eius, qui erant in uertice uallis pinguis, errantes à uino. Uinum enim, & acuta cibaria auferunt lumen oculorum corporalem, & spirituum, & sic errare faciunt: sicut enim dicit Trozus Pompeius. Dionysius tyrannus Siciliæ dum edacitati, & gulæ deditus erat, oculorum lumen amisit. Edacitas cibos terit, sed oculos uorat. Lege Leon. & audies athletas quorum ars in sagina est, & animæ, quasi luto, sanguine, & adipibus inuoluuntur, nec diu posse uiuere, nec aliquid spirituale posse cogitare. Eccles. 31. Vigilia, & colera, & tortura uiro infrunito somnus sanitatis in homine parco, ex superfluitate enim cibi patiuntur uigilias, torsiones, febres, capitis dolores: ideo potio laxatiua id est abstinentia esset talibus necessaria. Eccles. 31. Vigilia honestatis abascier carnes. Gulosi sunt similes filijs Hely, quia nesciebant officium sacerdotum ad populum magis curantes de cibis laute præparandis, quam de adipibus secundum consuetudinem adolendis. Daniel. 14. Sacerdotes ingressi nocte iuxta consuetudinem suam, & uxores, & filij eorum comedebant omnia, & bibebant. 1. Reg. 30. Puer Ægyptius infirmus fugiebat de acie. Isti sunt qui uacant epulis, accipientes stipendia ab ecclesia, non militant, sed fugientes de acie. Erit enim inuenire apud eos in die festo menfas referas uasis aureis, & argenteis, coquinas ferculis perticas griseis, & uarijs, arcas, & scrinia tot, & tantis, si menfas apponas, numularios putes, & in hoc solemnia, & uigiliam beati Ioannis Baptistæ agitis. Ioannes sanctus homo missus à Deo, uocatus Angelus maior homine, par Angelis innocentissimum illud corpus extenuat, & castigat, nos indui festiuitatis purpura, & bisso epulari quotidie splendide. Sic non itur ad astratum sic descenditur ad ima. Tho. 2. Reliquit Thobias prandij suum, & perrexit ad corpus mortuum curandum: qui enim haberet iugiter præ oculis diem mortis, non uacaret delicijs. Audiant ergo, & respice ante, quæ partes luxuriæ agitant, & epulis uacant continuantes prandio carnem, qui uentris distensione rumpuntur, & ciborum oppressione præmuntur: quorum corpora uino inundata uelut cuiusdam naufragij fluctibus animam obruant, ubi nec oculus, nec lingua, nec pes proprijs deseruit officijs, uino ligata grauius, quam cathenis, abundantes infirmitatibus, uitam semper

Vinum.

perducunt eum medicinis, & medicamentis, sensus habentes graues, & obtusos, & quodam modo iam sepultos: medici, vt ita dixerim, inter brutum, & hominem, immo deteriores brutis contra naturam suam, luti volutabro, & stercore inuoluti.

Iumenta sunt gulosi: quia semper, & vbiq; comedunt, & horas, aut loca comedendi non distinguunt. Vnde diuites quotidie epulis vacantes figurantur per Naaman diuitem leprosum quarti Regum 5. Erat princeps militiae regis Syria, vir diues, sed leprosus. Nobiles enim, & diuites maxime infecti sunt lepra gulae. Luc. 16. Homo quidam erat diues, qui epulabatur quotidie splendide. Sepultus est in inferno. Isti sunt de quibus dicitur. Hi sunt in epulis maculae conuiuantes, quibus parata est procella tenebrarum. Roman. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: tributum enim magnum corpori debemus nostro: quia quotidie sumus mancipium, & totius ventris nostri, quantumcumq; enim pennati sumus virtutibus necesse est, quod quotidie carni nostrae condescendamus, sicut aquila cum nubes altitudine volatus supergreditur, ita vt ab humanis visibus abscondatur, tamen ad ima vallium submitti, & ad terrena descendere, & morticinis cadaueribus implicari ventris necessitate compellitur. Vnde in libro de collationibus patrum: quidam senex disputans cum Pharisaeis, dicebat multis creditoribus, pater meus cum me dimisisset obnoxium, vni satisfacere, quotidie soluendo non possum, significans se per gratiam, & mundi abrenunciationem liberatum ab omnibus peccatis, sed nullo modo posse carere gulae stimulis. Apocalyp. 2. Balaam docebat Balaac mittere scandalum coram filiis Israel, scilicet edere, & fornicari Balaac elidens: Balaam populus vanus. Hi sunt doctores vani, qui docent carnem, quae spiritum elidit, vt se exerceat in gula, & luxuria: propter quod Ap. post. 1. ad Thimor. 2. Docere mulierem non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Mulieres, homines carnales, & molles, qui allegant carnis fragilitatem, non spiritus virtutem, vnde Deuter. 20. Interficiet in ore gladii Etharum, Amorrhæum, Cananæum, ne forte doceant vos facere cunctas abominationes, quas operati sunt dijs suis, & peccatis in dominum Deum vestrum. Leuiti. 24. Erunt panes propositionis Aaron & filijs suis, vt comedant in loco sancto. Panes propositionis sunt in religione, quando proponitur facti necessitas, & naturae, & prohibetur, quod appetit superfluitas gulae: cum enim legamus deliquisse Ionatham in gestu mellis, Esau edulio lenticulae, Sodomitas in saturitate panis, primos parentes in cibo verito non videtur esse sine periculo tot ferculis carnum, tot generibus piscium, tot frixurarum aduersitatibus delectari, sicut enim distat Aegyptus a deserto, sic distat palatium à refectorio. Quid ergo ollas carnum desideramus, qui iam desertum intrauimus? Deuter. 18. Quando ingressus fueris terram, quam dominus Deus dat tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium: eiectionis Cananaeis possidet, Israel terram eorum quia extirpatis vitijs possidet religiosus possessionem virtutis. Sed tunc imitatur abominationes illarum gentium, quando per ingluuiem, & quasi gentiliter viuens, colit ventrem suum, propterea prohibetur Deut. 22. Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea abominabilis est apud Deum qui facit hoc. Mulier non utitur veste virili, quia carnalis, & effeminatus dare non potest perfectionem exempli, nec vir utatur veste feminea: quia viri religiosi, & litterati effeminari non debent per opera mol-

Iudæ vnico
cap.

Doctores.

lia, nec quaerere quae sint carni suauia. Esa. 1. Incensum abominatio est mihi, neomeniam, & sabbatum, festiuitates alias non feram, iniqui sunt cæcus vestri: quia non video quomodo religiosus possit deuote orare, qui nimis vult somno vacare, ingurgitari, & carnem nutrire. Luc. 17. Edebant, & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, vsque in diem, qua intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. Bene dicit edebant, & bibebant. Quia gula ponit mensam, malitia, & nequitia panem fermentatum exclusis azimis sinceritatis, & veritatis. Ebrietas propinat vinum, clamans, inebriemus nos vino. Videte quam blande ingreditur vinum, quod stauescit in vitro, sed tacet, quod sequitur, in nouissimo mordebit, vt coluber, crudelitas per homicidium carnes in frustra concidit furor igne persecutionis in stomacho indignationis, quasi in olla decoquit fluctus, funebre spectaculum præbens. inde apponit, & carnem appositam detractio minutatim incidit, & aliquando circa fauces, aliquando circa renes, aliquando circa alias piscium, & pecudum partes, dum detractio alium asserit gulosum, alium luxuriosum, alium garrulum, alium vagum, & ita de alijs apponitur salamentum ex pipere, & alio, vitæ eibus herbis, & aceto: in pipere calor iracundiae, in alio feruor contumeliae, in herbis virentibus liuor inuidiae: in aceto rancor tristitiae, cui additur sal facultatis, quia sal sapientiae euauit inter illos conuiuas, & ideo venit diluuium, & tulit omnes de tali conuiuio.

Nabufardam princeps coquorum, quorum scilicet venter destruxit muros Ierusalem, id est virtutes, vel munitionem religionis, quae consuevit per abstinentiam esse munita, quia abstinentia destruit muros Babylonis, id est vitia.

Prima tentatio, qua Diabolus tentauit Christum fuit de gula. Dic vt lapides isti panes fiant, quia nisi prius gula refrænctur, frustra contra alia vitia laboratur. Sic tentati sunt in deserto filii Israel de cibis Aegypti, quando in mente ueniebat eis allia, & non erat eis aquae copia. Psalm. 105. Concupierunt concupiscentiam in deserto, & tentauerunt Deum in via, non solum enim cibis delicatis tentamur per gulam, sed etiam grossis per auiditatem nimiam. Vnde non dicit; Dic ut lapides isti carnes fiant, sed panes: præueniendo tempus debitum, vel habendo nimis auidum appetitum incurrimus gulae vitium, nisi gula restringatur per carum, & frantum: & filia Iepte, quae primo occurrit, caro scilicet, immoletur per secretum spiritus sancti consilium, vt Iudic. 9. in textu, & in Hebraeo. 1. in glo. Matth. 12. Cum immandus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quaerens quietem, & non inuenit quia in hominibus marcidis non quiescit, sed in gulosis, sicut in mollicibus calcitris, istos suffocet tenendo in ore per gulam, strigendo in renibus per luxuriam, propter gulosos enim dicitur Matth. 7. Daemones rogabant Iesum dicentes: Sic eijs nos hinc, mitte nos in porcos. Porcus uolutatur in luto, gulosis in cibo, & in istis Diabolus quiescit, sicut in coquina canis, in cuius figura Matthæ. 8. Daemoniaci seui nimis leguntur egressi de monumentis occurrentes Christo: seui nimis sunt gulosi, qui inseuiunt, qui per ebrietatem corpus, & animam, in filios, quasi eorum sanguinem destruant, in monumentis habitant, quia mortui sunt in anima, & fatidi in corpore, fatorem continue exhalant, quia sepulchrum patens est guttur eorum. Monumenta enim loca sunt cadauerum in mortuorum, & fatidorum, propter luxuriosos dicitur Thob. 6. Quia daemones occidit septi-

Cōmestio.

viros Sarra, qui sicut equus, & mulus vacabant luxuriæ. Per septenarium vniuersitas designatur, vt dicit Greg. Magdalena septem demonia habuit, quæ vniuersis vitijs plena fuit. Septem ergo viri Sarra, designant vniuersitatem mundi: quasi totus mundus vacat luxuriæ. Vnde in vita beati Martini dicitur, integer tamen ab his vitijs, quibus hominum genus fere vniuersum implicari solet. Genes. 6. Non Permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Omnis quippe caro corruperat viam suam. Vnde dici solet, quod Diabolus nouem genuit filias ex concupiscentia vxore sua, ex his maritauit octo, octo generibus hominem, Simoniâ prælatis, & clericis, hipocrisim monachis, & falsis religiosis, rapinam militibus, vsuram burgenfibus, sacrilegium agricolis, qui decimas Deo sacratas auferunt ecclesiasticis, & ecclesiarum ministris, superbiam, & superfluum habitum mulieribus, nona est Luxuria, quæ noluit maritari; sed tanquam meretrix publicâ omnibus prostituit, omnibus hominum generibus se commiscens, nulli generi hominum parcens, in sætore enim vnguentorum currunt homines ad infernum, sicut aues ad laqueum: mures ad caseum, pisces ad hamum, fures ad patibulum: Ideo dicitur Tho. sexto: In eos, qui ita coniugia suscipiunt, & suæ libidini vacant, habet dæmonium potestatem. Item quære de hoc supra fol. 70.a. Quomodo à luxuria inquinantur, qui cum aliqua bona faciunt in Ioele residuum Erucæ comedit Locusta. Quære infra b. Comedens debet attendere quid, quantum, quomodo sumat. Quære 72.a. Daniel. 5. Cum Balthasar incaluisset vino præcepit apportari vasa aurea, & argentea, &c. Quære supra fol. 106.a. Iob primo. Dicitur, quod dum filij Iob frequentarent conuiuia vehemens ventus concussit quatuor angelus domus, & omnes mortui sunt, quia per excessum gulæ quatuor virtutes Cardinales pereunt, & cadit domus conscientiæ & moritur omne meritum prius acquisitum.

Gula.
Luxuria.

Rex Israel, qui gerit typum prælari, & viri literati vulneratus fuit in bello, cum sagitta inter stomachum, & pulmonem, & lingebant canes sanguinem, qui ex vulneribus defluebat. Pulmo enim, vt dicit Constantinus ex molli carne, & aerea substantia generatus, spumæ coagulata similis est: vulnerat ergo Diabolus viros ecclesiasticos, percutionis eos inter stomachum gulofitatis, & pulmonem molliciei, delectationis, & seditationis, quia gula, mollicies, delectatio, ocium, multos vulnerant, & occidunt. Ezech. 16: Hæc fuit iniquitas Sodomie fororis tuæ, superbia, saturitas, panis abundantia, & ocium. Matth. 5. Occurrit Iesu in hoc spiritu immundo, qui domicilium, &c. Gulofitas dicitur immundus Spiritus, quia maculat hominem. Iudæ: hi sunt in epulis suis; macula, conuiuantes. Monumenta sunt loca mortuorum fetida, & immunda, per quæ guloforum corpora figurantur, in quibus velut in sepulchris fetidis animarum eorum iacent sepulta in sensibiles, a quibus vita gratiæ recessit. Numer. 11. Filij Israel prostrati, &c. Psalm. 77. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, hæc ergo sunt loca, fetida, & monumenta fetentia, quia nihil sunt, quam stercoreum vasa, in quibus domicilium habet spiritus immundus, vt eos trahat ad immunda opera luxuriæ: quia vt dicit Hieron. Venter, & genitalia confinia sunt, & dum vnus ultra necessitatem reficitur, alius ad contumelias prouocatur: Et in cathenis, &c. Quia tales non vorum, nec promissum tenent Deo, vincula, cathenæ, compedes, sunt admonitiones, quæ sæpe sunt talibus in prædicationibus, & confessionibus.

A bus. Vocatur autem legio, quia multa peccata concomitantur hoc peccatum Esai. 5. Væ qui potentes estis, &c. Daniel. 7. Et ecce alia bestia similis vrsu, &c. Per vrsu, qui est animal inquietum, gulofum, immundum, nimis diligens dulcia, gulosi figurantur, cuius ore tres ordines dætiuum describuntur. Quia ex intemperata surgit infernalis lasciuia, implacabilis gula, insatiabilis luxuria. Isti unnt dentes contergentes totaliter gratiam, naturam, vitam, famam, substantiam: nam qui amat vinum, & dulcia, non dicitur.

Et nota quomodo Amon, qui volebat vsurpare regnum occisus fuit in conuiuio.

De gloria vana, & iactantia.

Sicut ventus tollit puluerem de terra, sic vana gloria tollit omne meritum. Vnde de illis qui de bonis, quæ agunt, gloriam hominibus querunt, ait Saluator. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Et alibi: Cum oraueris intra in cubiculum, cum facis elemosinam nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: Attēdite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Quære de ista materia in tota tabula de Hipocritis.

Sicut Peregrini mutant vestem in hostili terra, ne cognoscantur, sic nos debemus occultare opera nostra, ne per vanam gloriam, quæ subtiliter vulnerat animam, possimus ea perdere. Gregorius. Depredari desiderat, qui thesaurum publice in via portat.

Cauere debet deuota anima, ne auferantur ei sua merita, sicut nuncijs Babylonis abstulerunt aromata, si incaute exponantur in eis. Quarti Regum 20. Ostendit eis Ezechias domum aromatum, & aurum, & argentum, & omnia, quæ habere poterat in thesauris suis. Et nota quod sequitur de eius deprelatione, Exod. 9. Grando Aegypti læsit primitiua, & non serotina. Isti sunt mercatores, qui multum laborant, & parum lucrantur: Quia quicquid cum sudore congregant a vento elationis in ictu oculi exsuflatur, sic hipocritæ, quod carni subtrahunt per abstinentiam, duobus hostibus impendant, quos inde nutriunt, scilicet mundum, & Diabolum, illum luto apparentiæ, istum puluere vanæ gloriæ: ideo qui bona agunt, & in conspectu hominum laudem querunt, sunt similes illis Iudæis, quorum Manna reseruatam in crastinum computrescebat. Quære de hoc in tabula de intentione operis. Cum bona fiunt, vt videantur ab hominibus, statim quadam lepra spiritali inficiuntur, & cum absconduntur, statim curantur: immo cum abscondita tenentur, nunquam tali lepra inficiuntur. Figuratum fuit Exod. 16. In manu Moysis, per quam optea designatur, quam cum de sinu abstraheret apparebat leprosa, cum eam in sinu abscondebatur, curabatur Ierem. 2. Onager, &c. Onager in solitudine est, qui vitam ducit solitariam, & ventum laudis humanæ in desiderio attrahit. Olear. 12. Effraim pascit ventum. Vana gloria est ventus vrës, & exsiccans viriditatem, & humorem bonorum operum.

De humilitate.

Fons paruus creuit in fluium, & in lucem solemque conuersus est, & in aquas pluri-nas redundauit. Ad regnum de quo Vasti per laporem

hiam eiecta fuit, Hester per humilitatem ascendit, exemplum de Virgine E Matre Dei. Humilitas meretur iustificationem, & peccatorum remissio nem coram Domino. Vnde de Publicano, qui stabat a longe, & non aude bat oculos ad cœlum leuare dicitur in Luc. 14. Descendit hic iustificatus in domum suam, quia omnis, qui se humiliat exaltabitur.

Idem pater Ionæ 1. de Rege Ninive, de qua Ionas clamauerat: Ninive subuertetur. Rex autem descendit de folio, humiliavit se, & Dominas sen tentiam reuocauit. Sic Achab se humilians datam contra se sententiam re uocauit: vnde ait Dominus: Nonne vidisti Achab contra me humiliatum? sic Dauid se humilians, & dicens: Peccaui, meruit veniam obtinere, vnde audiuit, & anstulit dominus peccatum tuum, sic Ezechias: E sa. 38. datam cõ tra eum mortis sententiam reuocauit. Inter omnes virtutes humilitas ma gis templum conscientia Deo reddit gratum, vt ibi dignetur habitare. Exẽ plum de Virgine Matre Dei. Respexit ait humilitatem ancilla suæ, ecce F enim ex hoc beatam me dicent. Dixit enim ecce ancilla Domini. Vir hu milis de se existimat parua, de alijs magna, omnes honorat, a nullo hono rari desiderat, omnibus se inferiorẽ reputat. Quære de ista materia in tab. de superbia. Humilitas designatur per Calcedoniũ, qui est lapis preciosus, iste lapis est pallidus, poliri non patitur. Hæc est humilitas, quæ gloriam non petit ab hominibus. Thob. 13. Omnis virtus circuitus Ierusalem ex lapide candido, & mundo. Quia humilitas est murus, & custodia omniũ virtutum, immo est Phylax, qua fracta totus liquor virtutum effunditur, & amittitur: vnde super illo verbo, quod Saluator Ioanni Baptistæ in bap tismo, sic nos docet implere omnem iustitiam. Glos. 1. humilitatem, per quam seruat iustitia, & redditur unicuique quod suum est. Humilitas autem dicitur lapis mundus, & candidus: quia delectatur in candore, & munditia propria conscientia, in cuius figura præcepit dominus, sibi fieri G altare de lapidibus, quos ferrum non tetigit, in formibus, in poliis. Precio sus iste lapis, qui non lucet in domo, sed sub dio, radiis solis, vel digitorum attractione calefcit, & paleas attrahit. Non lucet humilitas inter gentes huius corruptionis corporis, sed lucebit, cum fuerit hic deducta, cum secũ dum mensuram humilitatis retribueretur mensura gloria, & felicitatis, & ad æstus tribulationis, quasi ad radium solis, sicut vltimus sine radice a rescit ad tactum hominis: sed attrahit paleas, quia etiam minima peccata reducit ad memoriam, & leuia, vt magis humilietur. Humilitas enim su perbas cogitationes deiecit ex sui consideratione: sicut cum ad arenam suã mare colligitur, tumor eius contringitur, sic homo cum seculumq; sit status, & excellentia, constringitur, & contringitur, & considerata sua fragilitate, originis uilitate, mortis necessitate humiliatur. Luc. 13. Habebat quidã arborem sici plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Sequitur: Dimitte illam vsque ad fordiam circa illam, & mit tam stercora, siquidem fecerit fructum relinque illam, sin autem in futu rum succide illam. Fodit, & mittit stercora, qui interius ad cor suum qua si fœtorem, & stercora erubescit peccata mediocriter hoc faciendum est: quia si nimis stercorizetur fructus impedit, si mediocriter sit vtiliter: quia non semper peccatum est in memoria reuoluendum, sed de misericordia Dei conatendum, & altius caput leuandum, non sicut porcus, qui semper habet in luto grunnium, sed uelut auis leuans se in altum, non ex superbia, sed ex confidentia. Humilitas enim omnium virtutum est maxima, si tamen esse uirtutem se nescit, ipsa enim est omnium uirtutum radix, & se-

Cõscientia.

A seminarium fomes, & incentiuum, cumulus, & fastigium, custodia, & di sciplina: ab ipsa enim incipiunt, per ipsam proficiunt, & in ipsa confirman tur, & consummantur per ipsam conuertantur, & cum omnibus uirtuti bus tribuat ipsa, vt, uirtutes sint si aliqua earum, id est aliquis usus earum defuerit, vel minus perfecta fuerit ipsa alterius defectu proficiens dispen dium de se compensat. Daniel. 3. In spiritu humilitatis, & in anima contri ta suscipiamur a te, & fac nobiscum secundum misericordiam tuam: quia cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Spiritus humilitatis est, qui docet veram humilitatem: vnde cum aliquis uult uilis reputari, nõ humilis prædicari, gaudet contemni. Hoc solo superbis, & laudes contem nis, appetere enim de humilitate laudem, non est humilitas, sed humilita tis confusio, talem humilem spiritu suscipiet gratia. Prouerb. 19. 2. Corin. 1. gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostra. Bernardus. Beati B qui in ueritate dicere possunt: Gloria nostra hæc est, testimonium, & hoc non potest dicere nisi humilis, qui iuxta uulgare prouerbium, & oculos campi semper metuere, & siluarum aures soleat habere suspectas. Non potest dicere arrogans, & præsumptor, qui seipsum impudenter contestans passim indistincte, & utique quasi per campum incedens, totus fertur in gloriam. Genes. 19. Est ciuitas hic iuxta, ad quam possum sur gere praua, & saluabor in ea, ait Loth. Loth qui non nouit ascendere montem, sed latere in humili loco, significat non appetendam apparen tiam sanctitatis, sed existẽciam perfectæ humilitatis: quia humilitas est flui uis Iordanis, in qua mundatur lepra superbia Naam. Quære 59. a. Leuit. 9. 14. Dicitur quod ritus mundationis leprosi est, quod accipiantur duo pas seres, &c. In passere, qui a pusillanimitate dicitur secundum Isidorum: & minimum animal est, humilitas intelligitur per quam lepra superbiae munda datur, & propter duplicem humiliatiouem, scilicet interiorem, & exterior rem, duo passeris dicuntur. 4. Reg. 19. Non in spiritu Dominus, sed sibilus aura tenuis, ibi dominus: quia non est Dominus in spiritu superbia, & ar rogantia: sed in sibilo tenui, id est quando homo parua, & quasi nulla sen tit de se, ibi Dominus. Exemplum de uirgine Maria, quæ se dixit Dei an cillam. Quære supra fol. 16. b.

Verus humilis non quærit cultum habitum, sed vilem, & rudem: hoc docent viles panni quibus inuolutus est infans Iesus in præsepio. Luc. 2. & Ioan. Baptista, qui erat indutus pilis Camelorum. Matth. 3. Et pellice tur nica primorum parentum. Gen. 4. Et altare, quod iubetur fieri de lapidi bus non politis. Exod. 20. In figura humilitatis. Matth. 14. Dicitur de gra no sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod minimum est omnibus seminibus, & cum creuerit maius est omnibus oleribus: Hu militas enim facit hominem se uiliorem, & inferiorem omnibus reputare, sicut quanto inferius iacet fundamentum, tanto sublimius crescit edificium. Exemplum de palma, quæ secundum Arist. lib. de problematibus, quanto maiori pondere præmitur tanto amplius crescit, & sursum eleuatur. Hoc est enim fundamentum in quo omnis ædificatio crescit in templum san ctum in Domino.

Humilitas reddit orationem exaudibilem. Exemplum de Iudit, de Hester, de Sarra, de Ezechia. Exemplum de Pharisæo. Et de Magdalena dicitur, quan to humilis sedebat, tanto amplius capiebat oratio enim humilitatis se nut res penetrat, sic petebat illa Sunamis, 4. Reg. 4. Pro filio suscitando. Ven it in montem, & respiciebat pedes Hester dicens: Nunquid perui filiu

à domino meo, quia anima quæ humiliter petit, considerat, & ascendit, in montem diuinæ iustitiæ. Psal. 35. Iustitia tua sicut montes Dei, & descendit ad vallem suæ miseriæ, reputans se nullam, & vilissimam, & sic intēsis suspiriis, petit, vt spiritum suum quem Deus creauit per naturam, resuscitat per gratiam, quia mortuus est per culpam.

Humilitas meretur culpæ deletionem, & pœnæ remissionem 3. Reg. 21. Nonne uidisti Achab humiliatum coram me? Nonne inducam malum hoc in diebus eius: Apoc. 3. Scio opera tua, quia modicam habes virtutem. Glo. i. in humilitatem.

Dicitur in vita beati Antonij abbatis, quod uidit, totum mundum laqueis plenum, tunc ait: Domine quis poterit euadere istos laqueos, & dictum est ei: verus humilis.

Sicut superbia omnes linguas diuisit, vt patet in turri Babel, nec unitatem cordium parit, sic humilitas corda unit, & lingua adunauit, ut patet in Apostolis.

Humilitas in palma figuratur, Palma est arbor cuius radix quāto plus opprimitur, tanto altius confurgit, uirgultis decora, ramis expansis in modum palmæ hoīs diuersis uestita frondibus in modum eladiorū formata, cuius fructus dulcis, sed non ante centum annos, appropriata uictoribus: sic humilitas, & uerus humilis quanto plus radicē. i. affectum opprimit, tāto in altius culmen meritorū, & gratiæ cōsurgit, quia qui se humiliat exaltabitur. Exēplū in Matre Dei: in Christo humiliavit semetipsum. Propter quod & Deus exaltauit illū &c. Can. 7. Statura tua assimilata est palmæ, uirgultis decora per mansuetudinē, quæ multum decorat conuersationē. Palma hoīs non est armata acumine unguis, vt leonis, nec duritia, ut equi ad designandū qd homo est aīal mansuetū natura. Rami ergo humilitatis, i. mores per mansuetudinē in modū palmę hominis debent extēdi. Eccl. 1. quasi palmæ, id est omnes sancti, qui sunt per contēplationem stantes quasi rami palmæ per mansuetudinē circa illum, id est Christum per imitationem. Iud. 4. Dealbora sedit, diuersitas frondium designat, quod in signis factis uerbis, actionibus, cogitationibus, debet humilitas relucere, forma gladij, significat causam humilitatis, quæ est mors in gehenna. Fructus dulcis gloria cœlestis, quæ oritur post centum annos, id est post perseuerationem, & uictoriam uitiorum: non est carbo sic ignitus, quin nō moriatur, nisi cineribus cooperiatur: quia non est aliquis tam uirtuosus cuius uirtutes non moriantur, nisi cineribus humilitatis cooperiantur. Exēplum de materia quæ quanto magis infima, & omni forma denudata, tanto magis est plurium formarum susceptiua.

Humilitas est illa scala, quam uidit Iacob, cuius cacumen tangit cælum, quia sine humilitate nullus potest in cælum ascendere, immo de illo caderet, si ibi esset. Exemplum de lucifero; Esa. 14. Huic innixus est dominus, quia plus, & prius se humiliavit Dei filius. In hac angeli ascendunt, & descēdunt: quia uiri sancti per humilitatē ascendunt cœlestia contemplando, & descendunt ad proximos eis seruiendo.

Vocati ad nuptias Christi debent recumbere in nouissimo loco per humilitatem, ut locer eos humilitas in supremo, & dicatur ei, amice ascēde superius, ubi animæ humili datur amplexus amicitia, gradus reuerentiæ, titulus honoris, & gloriæ. Humilitas est schola si uis addiscere, unde ad humilitatē quasi ad totius salutis principiū, & methodū reducit Saluator suæ doctrinæ documentū. Discite ait a me, quia mitis sum, & humilis corde. Est

stola

A stola si vis induere: hæc est uestis talaris Ioseph, hæc est tunica inconsuetis, hæc est uestis nuptialis, quam non habens expellitur de nuptijs Christi, hæc est stola prima, quam paterfamilias iussit dari filio prodigo recuperato, de qua Psal. 103. Amictus lumine sicut uestimento: est via si vis incedere. 1. ad Corinth. nono. Adhuc excellentiorem uiam monstrabo uobis, iam mandatorum tuorum cucurri. In uia hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi: Est scala si vis ascendere in cælum: unde Diabolus specialiter insidiatur humilitati, quia per illā acquirunt homines, quod ille amisit per superbiam, vt sic dicamus quod humilitas est schola informationis, stola adoptionis, uia directionis, scala ascensionis.

Est etiam humilitas ueniæ impetratiua, ut patet in Achab 3. Reg. 11. Dan. 4. Ego Nabuchodonosor leuauit oculos. Gratiæ impetratiua, ut patet in Matre Dei. Gratiæ plena. Exemplum de filio prodigo: Pater ait peccauit, &c. Est Christi receptiua, vt patet in Virgine Maria. 4. Reg. 4. Faciamus ei cœnaculum paruū, id est conscientiam paruam per humilitatem. Est etiam humilitas uallis nemorosa per meritorum aggregationem, irrigua, & aquosa per diuotionem, florida & amœna per conseruationem, & honestatem, profunda, ad diuinę gratiæ ulteriorem receptionem: unde de Magdalena, quæ sedebat ad pedes Christi, ait Augustinus: quanto humilior sedebat, tanto amplius capiebat. Humilitas exaltat suos amatores. Quia 1. Regum 15. Nullus de filijs Israel electus est in regem, nisi Dauid, de quo ibi dicitur: Adhuc reliquus est paruulus &c. Pulcher aspectu dicitur, quia humilitas Deo, hominibus, & Angelis hominem reddit gratum: unde de Saule dicitur: Cum esses paruulus in oculis tuis, caput factus es in tribubus Israel.

Humilitas est porta cœli, ianua paradisi. Genes. 28. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Psal. 116. Hęc porta Domini, iusti intrabunt in eam. In Thienis. Portæ Ierusalem defixæ sunt in terra, id est in humilitate.

Homo per superbiam, immunditiam, & alia uitia efficitur bestia. Dan. 7. Dicitur, quod prima bestia erat quasi Leona, & alas habebat Aquilę, & super pedes quasi homo stetit. In Leone superbia ex generis nobilitate, in Aquila, quæ in altum uolat superbia, ex diuitiarum copiositate, uel ex scientiæ claritate, alæ euelluntur; quia in morte omnia dimittantur. Putredini dixi, pater meus es, &c. Homo natus de muliere breui uiuens tempore, repletur multis miserijs, &c. Homo cum in honore esset, nō intellexit, comparatus est iumentis, &c. Quare de homine supra, fol. 52. in Daniele. Considerans hominem ex parte materiæ, occurrit speculum uilitatis; considerans ex parte efficientis, occurrit signaculum Trinitatis; considerans ex parte formæ seu rationis, occurrit perceptio ueritatis; considerans ex parte finis, occurrit fruitio deitatis: Inuenitur autē in sacra scriptura quadruplex genus bestiarum Dan. 7. quibus similis efficitur homo ex defectu predictæ quadruplicis considerationis: ex prima consideratione surgit profunda humilitas. Cōtra quod est superbia designata in prima bestia Leona. Eccles. 18. Quid est homo, aut quæ gloria eius, respondet 17. Omnes homines terra, & cinis ex consideratione efficientis, & impressæ imaginis surgit integra castitas, & puritas. Gen. 1. Fecit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam.

Hęc imago ad quam creatus est homo distinguitur dignitate, disponitur castitate, discernitur conformitate: distinguitur dignitate ab omni creatura

creatura non rationali, quia eo quoddam imago nulla creatura, nec principa liter, nec ministerialiter, ponitur in eius productione, & eo quod imago capax, & particeps Dei potest esse secundum Augustinum, disponitur castitate, & munditia, sine qua non potest rationalis creatura Deo esse accepta discernitur conformitate, quia sicut per tres potentias, memoriam, intelligentiam, & voluntatem anima Deo naturaliter conformatur, sic debet per virtutes Theologicas, & morales Deo & Christo conformari, & per istam conformitatem seu difformitatem discernentur iusti ab iniustis, quando per districtum iudicem illa terribilis quaestio proponetur, cuius est imago haec, & superscriptio? Ad quam respondebunt iusti, iustissime iudex, haec est imago per te formata in creatione, per te reformata in passione, tibi conformata in conuersatione: sed non sic impij, non sic poterunt respondere: quinimo compellente iudice, proponente Iudae Dæmone, allegante iustitia, testificante conscientia respondebunt: Iuste iudex, haec est imago per te creata, per nos deformata, a te repro- **F**bara.

Et sicut imagines putridæ, & vermibus corrosæ de ecclesia, expelluntur, & in igne ponuntur, & moneta falsa à Principe condemnatur, & in igne funditur, bona vero in arario regis ponitur, sic ibunt mali in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Apocalyp. 14. Quicumque acceperit characterem bestiae, & imaginem eius, &c. Sed ab ista dignitate imaginis cadit homo, & efficitur bestia, dum voluptatibus, & immunditijs implicatur: vnde Dan. 7. Et ecce alia bestia similis vrsio, & tres ordines dentium erant in ore eius, & sic dicebant ei: surge comede carnes plurimas. Vrsus est animal gulosum, immundum, nimis diligens mel, & dulcia: & luxuriam significat: in huius bestiae ore tres sunt ordines dentium, quia tres gradus continet hoc peccatum, cogitatio inchoat, consensus maculat, opus consummat: cogitatio in seipso, consensus interficit, opus periculosa consuetudinem inducit. In primo ordine dentium quasi inter fauces mortalis iste cibus recipitur, in secundo ordine, scilicet consensu quasi in ventrem traiecitur, in tertio, scilicet in opere, & consuetudine quasi in naturam, & consuetudinem conuertitur: & ista bestia comedit, & deuorat carnes plurimas, omnes scilicet carnales, & immundos, quia computruerunt ut iumenta in stercore suo. Istis dicitur: Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.

Tertio considerando ex parte rationis suae formæ occurrit mihi perceptio veritatis: quia quamuis sensus cognoscat id, quod verum est, rationem tamen veritatis solus intellectus apprehendit: omnes enim homines natura scire desiderant. Veritatem autem de Deo, & sacra scriptura, de seipso, de fide, de poena, & gloria debet homo considerare. Eccl. 15. Homines sensari obuiabunt illi, homines stulti non apprehendent eam. Psal. 11. Diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Veritas vitæ à religiosis, doctrinæ à scolarijs, & magistris, iustitiæ à presidentibus, & prelatis. Ideo ex defectu huius considerationis adhuc bestia factus homo: vnde ait Dan. Et ecce alia bestia similis pardo, & alas habebat quattuor, & quattuor capita, & potestas data est ei. Quattuor alæ sunt quattuor intentiones prauæ, quibus multi student non ex zelo veritatis sciendæ, sed quidam student, ut possint quidam, ut præsent, quidam, ut direntur, quidam ut honorentur, ut appareant, & videantur. Iste quattuor intentiones capita dicuntur: quia qui sic student, propter eminentiam aliquam student, quibus ait **H** Prophe-

Pardus.
Hypocrita
Student.

A Propheta: Filij hominum vsque quo graui corde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium; vanitas, & mendacium sunt mundanæ scientiæ respectu sacrarum scripturarum: vnde talibus studentibus ait Esa. 55. Quare appenditis argenti vestrum non in panibus, & laborem vestrum non ita in inuitate. Iste sunt aquæ turbidæ, quas bibunt Aegyptij homines, scilicet mandani. Considerans hominem ex parte sui finis occurrit fruitio, & possessio deitatis: eo enim quod est ad Dei imaginem eius capax, & particeps esse potest, ut dicit August. Et in hoc consistit eius finis, & beatitudo, & quies desideriorum, in imo confessionum. Fecisti nos domine ad te, in quietum est cor nostrum, donec quiescat in te. Ex defectu istius considerationis, adhuc bestia in seipso homo, dum dimittit æterna pro temporalibus, ecclesiæ pro caducis: vnde Dan. Et ecce alia bestia terribilis atque mirabilis fortis natis, dentes ferreos habebat conterens omnia, & comminuens, & reliqua pedibus suis conculcabat. Haec bestia, cui nullum nomen ponitur in scriptura est perseverandi in peccato voluntas iniqua, & quædam desperatio de vita beata, obstinatio, & induratio in culpa. Huic nullum nomen imponitur: quia hoc peccatum omne malum comprehendit: de hac bestia dicitur: quod erat terribilis, mirabilis, fortis, comedebar, comminuebar, conculcabat. Est enim talis bestia, talis Diabolus homo, fortis malignitate, qui nec predicatione corrigitur, nec diuina inspiratione conteritur, aut compungitur, nec suppliciorum comminatione aut præmiorum promissione conuertitur. Hoc est cor durum, de quo ait sapiens, quod male habebit in nouissimo. Est mirabilis ferocitate, quia & leo, & omne animal timore aliquo ab appetibili retrahitur, talis homo non. Est etiam terribilis deformitate carcere Diaboli consignatus, Apoc. 14. Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius &c. Haec est bestia de quorans vitam, conculcans gratiam, comminuens gloriam, cui dicitur. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate. Homo fuit institutus in dignitate naturæ, prostitutus vilitate culpæ, restitutus ad libertatem gloriæ. Dignitatem naturæ demonstrant, impassibilitas lesionis, indeceptibilitas rationis, imparialitas prælationis, impassibilitas respicit corpus, indeceptibilitas animam, imparialitas personam. Ex primo fuit potens non mori, ex secundo potens non decipi, ex tertio potens non subijci. De primo Sap. 2. Creauit Deus hominem. De secundo Eccl. 17. Creauit scientiam. De tertio ibidem, de terra creauit hominem &c. Sic autem constitutus in dignitate naturæ, prostitutus est ex vilitate culpæ, & triplici corruptioni addictus, necessitati resolutionis, cæcitate cognitionis, feruilitati conditionis. Necessitas resolutionis respicit corpus, cæcitas cognitionis animam, feruilitas conditionis personam. Ex primo factus est non potens non mori, ex secundo non potens non decipi, ex tertio non potens non subijci. Sic autem prostitutus ex vilitate culpæ, restitutus est ad libertatem gloriæ, quantum ad triplicem dotem, quæ erit in gloria, scilicet decor plenæ immortalitatis, fulgor primæ veritatis, honor summæ libertatis. Primum respicit corpus, secundum animam, tertium personam. Ex primo erit homo non potens mori, ex secundo non potens decipi, ex tertio non potens subijci: Et nota quod homo distinguitur à bestia, quia non debet esse animal reptile, cupidum per auaritiam, non animal gressibile, stolidum per lasciuiam, non animal aquaticum lubricum per luxuriam, non animal volatile tumidum per superbiam. Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt.

Homo.
Dignitas.
Institutio.

Beatitudo.

Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica. Vineam est anima, quæ videnda, & consideranda est, si floret, id est si eius recta intentio, si flores fructus parturiunt, id est si ex bona intentione prodeat bonum opus, si flores parturiunt, si floruerunt mala punica id est si bonum opus conseruatur in debito feruore, qui feruor designatur in rubedine mali punici, & acrimonia granorum. Vel in malis punicis, quæ continent grana secundum ordinem suum, debitus ordo, & motus operationis. Hæc enim tria pertinent ad puritatem mentis, bona intentio debitum opus, debita circumstantia, quo ad modum, & ordinem. Matthæi 10. Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Hæc enim duo necessaria sunt ad rectam intentionem. Quia prudentia sine simplicitate, stultitia est, & simplicitas sine prudentia, stultitia, & fatuitas est. Serpens etiam redigit se in centalem paruitatem, columba volans extendit se in altitudinem, & grano puriori vescitur, quia vir discretus, & simplex humiliatur, & sui fragilitate in seipsum resiliens, & dilatur charitate, ad alios se extendens bona exempla sibi incorporans, non eorum mala dubia, indicans, vel diffamans, vnde de illis, qui in suis actibus, & aliorum bonam habent intentionem. Can. 4. oculi tui columbarum, non vulpium per astuciam, non coruorum per gulam, non viperarum, quæ nificant in stercoribus per immunditiam, non accipitrum per rapinam, & auaritiam.

Oculus in scriptura intentionem significat: Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit: quia secundum Ambrosium: Intentio finem ponit operi. Leuit. 18. De semine tuo non dabis vt consecretur Idolo Moloc, cum masculo non commiscearis coitu feminino, quia abominatio est. Moloc rex interpretatur, hic est Diabolus, rex super omnes filios superbiam: semen est voluntas, vel opus: tunc Moloc semen consecratur, cum opus non ex puritate intentionis, sed intuitu commodi temporalis, vel humanæ laudis perpetratur: per masculum intelligitur viriliter agens: per feminam remissè: coit ergo cum masculo coitu femineo, qui relicta spiritus virilitate, exercetur in sensualitatis, & carnis mollicie. Leuit. 14. Vestis lanea siue linea, quæ lepram habuerit in stamine, vel subtegmine, aut certè pellis, vel quicquid ex pelle confectum est, si alba, vel rufa macula fuerit infecta, lepra reputabitur. Immundicia vestimenti immundicia est hominis: vestis, quæ frigus repellit, & corpus operit, & honestatem, & utilitatem inducit, opus virtutis est; quod foris inducit honestatem famæ, & intus fouet sanctitatem conscientie. Quarum quædam est linea, vt corporalis: quia linum subtilius est lana. Vestem ergo lineam induimus, cum audimus, medicamur, aut legimus: vestem laneam, cum descendimus ad corporalem actionem. esurientes pascendo, nudos vestiendo, & cetera. Tunc pertinent ad eleemosynam corporalem. Stamen a stando dictum, quod semper in anteriora dirigitur, intentio recta est, quæ desiderio regni cælestis semper in Deum erigitur, & in futura extenditur. Subteguen ad diuersa tendit latera, nunc ad dextram contemplationis, nunc ad sinistram actionis se transformans, & est honorum operum vtrorumque stantia.

Per pelles, quæ de mortuis animalibus extrahuntur, mortificatio carnis intelligitur. Ex his, pellibus multa conficiuntur vtilia, quia per mortificationem

Ationem carnis acquiritur castitas corporis, contemptus mundi, & sui. Alba macula est inuidia, inanis gloria: ruffa est inuidia, per quam deuenitur vsq; ad effusionem sanguinis. In stamine ergo vestis apparet, alba macula, vel ruffa, cum intentio deprauat, appetit non Dei gloriam, sed laudem humanam, quam mens corrupta desiderat, quam si videt alijs abundantius attribui, incipit proprio dolore torqueri. Et sic dupliciter stamen corruptum sub tegmine corrumpitur: quia corruptum est opus, quod corrupta intentione geritur. Idem sentiendum est in pellibus, & in eis, quæ ex pellibus fiunt, quia si abstinentiæ nostræ, vel castitatis appetitus laudi propriæ, & liuori alienæ se supposuerit, lepra uestem corrumpit. Quæ de intentione in tabula de eleemosyna, de vana gloria, de opere, de inuidia, Leuit. duodecimo. Ea quæ domino offeruntur, quædam ex se non habet pinguedinem, vt similia panis, talia oleo consparguntur, vel liniuntur. Alia autem sacrificia, quæ ex se habent pinguedinem, ut bouis, onis, arietis. Leuit. tertio, Oleo non consparguntur, sed eorum adipem domino offeruntur, per quæ designantur duo genera operum, quæ domino offeruntur; quædam enim sunt bona secundum se, quæ nullo modo possunt fieri malè, & hæc habent de se pinguedinem gratiæ, ut diligere Deum propter se, & super omnia & assentire primæ veritati propter se. Alia sunt bona, & in genere, quæ possunt fieri benè, & malè, ut dare eleemosynas, prædicare, legere, & similia. Hæc insipida sunt Deo, nisi impingentur oleo gratiæ, & intentionis rectæ, & fiant lagana oleo lita. Inuenitur infirmitas capitis, & hæc intentio praua. Esai. 1. A planta pedis vsq; ad uerticem non est in eo sanitas; Per plantam pedis intelligimus finem operis, per uerticem intentionem, quæ est principium. Hier. 2. Filij Memphæos, Matth. 6. Si oculus tuus fuerit simplex, id est intentio recta.

De Iustitia.

Iustitia figuratur in lapide precioso; qui dicitur Topazion. Lapis est qui omnium gemmarum colore uestitur, dum eis aptatur; quia iustitia prælatorum debet esse communis, ut cum flentibus fleant, cum gaudentibus gaudeant, vt sint in medio subditorum. Sic lapis angularis in medio duorum parietum imitantes Christum, de quo dicitur hic factus est in caput anguli. Exemplum de iustitia prælatorum in Traiano Imperatore Romano, qui cum ascendisset equum profecturus ad bellum, quædam uidua pede illius apprehenso flens, petit sibi fieri iustitiam de his, qui filium eius innocentem occiderant. Ego, ait Imperator, satisfaciam tibi, cum rediero. Et illa; Quid si non redieris? Et ille; Successor meus satisfaciet. Et illa; Quid tibi proderit, si alius benefecerit, an mihi debitor es, cum tu sis secundum opera recepturus. Fraus est nolle reddere, quod debetur; Successor tuus iniuriam patientibus pro se tenebitur, te non liberabit, iustitia aliena bene agit, cum successore tuo, si liberauerit, uel seipsum non ipse, pro te, sed tu de te redditurus es rationem. Ad hoc Imperator descendit de equo examinavit causam, dictauit sententiam, & facta condigna satisfactione, consolatus est uiduam. Preciosus est iste lapis, qui dicitur extinguere aquam bullientem, quia rectitudo iustitiæ in prælato facit cessare ebullitionem malorum, & scandala, & peccata in populo. Dilexi mandata tua super aurum, & Topazion. Hanc rectitudinem iustitiæ Christus ostendit in se ipso, cum facto funiculo cepit eijcere uendentes, & emen-

Gloria vana.

Bona opera.

Dica.

& ementes de templo. Ad iustitiam pertinet senarium diei, & productio rerum. vnde in illo die inducuntur bestia iumeta, reptilia, & homo, quod est animal rationale, mortale. Quia ad iustitiam pertinet ferocitas in puniendo peccatum proprium, iumento inuandum proximum, repere per contemplationem in creatorem suum, & ex necessitate mortalitatis, & animalitatis suae humiliare seipsum. Eccles. 27. Si sequeris iustitiam apprehendes eam, &c. Can. 2. Ego flos campi, & lilium conuallium. Flos campi omnibus est accessibilis, & designat iustitiam, quae est virtus communis, vt possint pauperes accedere ad superiores: Quidam non sunt flores campi, sed verius spinæ, & vepres, vt nullus posset accedere tot habentes satellites circa se cum gladijs, & fustibus, vt non videantur flores campi, sed horti nimis diligenter custoditi sunt, aliquod grande flagitium perpetrasse putandi sunt, qui ita diligenter custoditi sunt. Sicut refert historia gentium Platonem, Dionysio tyranno Siciliae, respondisse.

Non sunt illi sicut nec flores campi, sic nec lilia conuallium, sed vepres montium ad pauperes impugnandos, sed vti iam illi, qui pauperes impugnant audiant, & recolant illud Gellij Nocturnum Atticarum. Cum Alexander magnus vltimum littus Oceani perlustrasset, debellare voluerat insulam Braginanorum, qui miserunt epistolam in hæc verba: Diuitias non habemus, quarum cupiditate nos debeas expugnare, esca nobis est pro diuitijs, pro cultibus, & auro, vilis, & rara vestis. Antra nobis duplicem vsum præstant, tegumentum in vita, sepulchrum in morte, quem locum habet vindicta, vbi nulla sit iustitia. His motus Alexander nullam ratus victoriam se eorum turbare quietem, eos in pace dimisit. Ezech. 10. Cherubin stabant à dextris domus cum egredieretur vir, & nubes impleuit atrium domus interius, & eleuata est gloria domini, desuper Cherubin ad limen domus, & repleta est domus nube, & atrium impletum est splendore gloriæ Domini: quia cum anima indeclinabiliter seruat iustitiam, sumens de se vindictam iuxta illud Michæ 6. Ostendam tibi homo, quid sit bonum, & quid Deus requirat à te vtrique facere iudicium, & iustitiam, & sollicite ambulare cum Deo. Tunc ingreditur ad eam vir inductus lineis Christus operans in anima munditiam, & impletur atrium interius nube scilicet compunctione, quæ caliginem habet ex peccati corrosione, & dulcedinem ex interiori consolatione. Hæc enim duo sunt in nube, & cum incipit proficere in operibus humilitatis conscientia plena est gloriæ, & concuditatis. Et August. 4. de ciuit. Dei, cap. 4. & accipit de 3. li. De nugis philosophorum: Dyonides Pirata captus eleganter respondit Alexandro quærenti, propter quid mare haberet infestum, propter quod ait, tu totum mundum? Sed quia exiguo nauigio id facio, latro vocor: Tu vero quia magna classe, diceris Imperator. Et concludit ex hoc Augustinus, quia regna sine iustitia nihil aliud sunt, quam magna latrocinia.

De Ieiunio.

Quomodo elemosyna, & ieiunium debent coniungi. Quære 129. b. Vnde Thom. 2. ait Angelus: Bona est oratio cum ieiunio, & elemosyna magis quam thesauros auri concedere: quoniam elemosyna à morte liberat, ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam eternam, vbi Angelus tria exprimit remedia, contra tria vitia, quæ vastant, & impugnant totum mundum: Oratio est contra Diaboli temptationem, & superbiam:

Abiam: Ieiunium contra carnis corruptionem, & immunditiam. Elemosyna contra mundi ambitionem, & auaritiam. Quære de vtilitate ieiunij in tabula de abstinentia, de penitentia, & mortificatione, & de gula. Sicut carnalitas, & gulositas auertit hominem à Deo, ita ieiunium, & abstinentia conuertunt hominem ad Deum, Joel 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, id est, ieiunio, & fletu, & planctu, &c.

Anis enim ieiunia reuertitur ad reclamatorium: & filius prodigus compulsum fame, & ieiunio reuersus est ad patrem suum. Sicut tenemur solvere decimam rerum, ita & dierum, ieiunando, & abstinendo, quod fit in his triginta sex diebus: sed adduntur tres propter quattuor tempora, & unus consummat, vt perueniamus ad numerum, quo Deus ieiunauit, & suo ieiunio Quadragesimale ieiunium consecrauit, & ecclesia confirmauit. Sicut ergo paruus miles, vel aliquis inferior non potest reuocare regis edictum sine consensu regis, ita nec in ieiunio Quadragesimali potest aliquis dispensare, quin omnes teneantur ieiunare, nisi sola necessitas excuset, vt in paruulis, & pueris, & vicinis partui, nutricibus, senibus ualentinarijs: nec excusantur propter peregrinationem: quam solent his temporibus facere apud sanctum Iacobum. Per ieiunium fiunt quattuor bona, vitia comprimuntur, & delentur: exemplum de Ninivitis, mentes eleuantur, virtutes largiuntur, præmia donantur, secundum quod ait Gregor. Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentes eleuas, virtutes largiris, & præmia.

Est ergo ieiunium peccati delerium, sui præparatiuum: sicut accepturus acutam medicinam, præparat se tenendo dictam, sic nos recepturi corpus Christi, facimus Quadragesimam. 3. Reg. 19. Ambulauit Elias, & postquam ieiunauerat quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, uenit ad montem Dei Oreb, quod interpretatur mensa, id est ad mensam Eucharistiæ. Et sicut non præparatis accipientibus medicinam, quod medicina est eis, uertitur in uenenum, ita in proposito. Ieiunium multum disponit animam ad scientiæ acquisitionem, & diuinarum illuminationum receptionem, sanitatis corporalis conseruationem, castitatis & munditiæ: custoditionem: exemplum de tribus pueris. Daniel. 1. Quibus propter abstinentiam dedit sapientiam, & intelligentiam, & decorem corporalem, exemplum de Paulo, qui tribus diebus non manducauit, neque bibit, & sic illuminatus est à Deo ad secreta cœlestia contemplanda.

Et Moyses quadraginta diebus in monte ieiunans, legem à Domino meruit accipere. Ieiunium meretur uictoriam de hoste: exemplum de Christo qui ab hoste fuit de gula tentatus: Dic ut lapides isti panes fiant: de Iudith, quæ ieiunando interfecit Holofernem. Sicut lupus exit de nemore propter famem, & ieiunium, & homines recedunt de obsidione, sic cum ieiunio expellimus carnem, & demonem, quæ nos obsident, & instant.

Quia sicut ignis extinguitur ligna subtrahendo, sic flamma carnalis concupiscentiæ extinguitur a cibis abstinendo, & e contrario accenditur, alimenta superflua ministrando. Sicut equus, quando nimis sibi datur de auena, & non laborat, recalcitrat, & deiecit sefforem suum; ita caro nostra quando nimis saturatur, deiecit ad terram spiritum; & sicut equus per subtractionem auenæ domatur; ita motus carnales, qui nos impugnant ieiunando domantur. Matth. 9. Hoc genus demoniorum non eicitur, nisi in oratione, & ieiunio. Vnde Hieronymus. Ieiunio sanantur pestes corporis, oratione pestes animæ. Diabolus enim nos impugnat multum confidit de adiutorio carnis nostræ, quia caro plus nocet sicut domesticus hostis:

De ieiunio.

Ieiunium.

Eucharist.

Scientia. Cōtempl.

Caro.

hostis: exemplum de Dalila, quia per ipsam proprio baculo nos cedit, & proprio fune nos ligat: quia caro, quæ data est nobis in adiutorium, suscitatur contra nos in scandalum: ideo affamanda est, sicut castrum capiendum, & cibaria subtrahenda, sicut ligna subtrahuntur igni, ut extinguatur, & tunc Diabolus à carne expellitur, sicut lupus famelicus à nemore eijcitur. Vnde Ambrosius in Hexam. ult. Ieiuni hominis sputum si serpens gustauerit, morietur: vides quanta vis ieiunij sit, ut sputo suo terrenum serpente interficiat, & merito spiritualem. Vnde Iudith 13. Post ieiunium amputauit caput Holofernis, id est suggestionem Diabolicæ tentationis.

Sicut enim Nabuzardan princeps cocorum, scilicet venter, destruxit muros Ierusalem, id est animæ virtutes, ita ieiunium destruit Babilonis, id est animæ vitia. Ieiunium comprimit vitia præterita, quia est opus satisfactorium, vitia præsentia, quia in ieiunio purgantur omnia membra corporis, & ita comprimuntur vitia, ne contra nos præualeant. Sicut amaro succo paruulus separatur à mammilla, sic à voluptatibus illicitis ieiunans, præcauentur vitia futura, ne insurgant: sicut Iosue curauit equos vendicam non assensores in lutum projiciant, vel inter hostes exponant: sicut frastra laguncula corporis per ieiunium, Madianitæ, scilicet Dæmones superantur, & asperitatis confricationis rubigo ab olla tollitur: sic cythara Dauid hoc est desiccato humore concupiscentiæ carnalis, quasi aridis cordis cytharæ Diabolus effugatur. 1. Regum 16. Pinguis terra facile germinat superflua, & super carnem luxuriosam confirmanda est custodia, & assiduenda sunt ei ieiunia, & flagella, quia difficile inter epulas seruatur continentia. quia sicut flammam ignis currentem in paleas impossibile est retinere: sic libidinis ardentem impetum satiatio ventre impossibile est repellere, ut dicitur in vitis patrum.

Ieiunium multum disponit mentem, ut in Deum eleuetur quæ e contrario multum à cibo deprimitur; vnde gulosi iumentis comparantur, & ciborum nimietate delassati deuotio, & oratio perduntur. Pinguis enim venter non gignit tenuem sensum: ideo Basilii dicit: Sicut equis fræna sunt imponenda, ita corpora sunt ieiunio infrenanda: unde dicitur in Vitis patrum: quod sicut flamma comburit siluam, sic cogitationes malas extinguit esurientes incrementum ignis silua, incrementum viriorum est multa. Sedeat ergo Axa filia Caleph, super asinam, id est ratio super carnem. Iudic. 1. Benedicamus Domino ascendentes super asinos, comprimentes carnis lasciuiam. Iud. 5. & Abigail prudens. i. ratio, ut possit placare offensum Dauid, ascendat super asinum, carnem domando, & quinque puella cum ea. i. quinque sensus, qui in ieiuantibus sunt puellares, & mundi per honestatem, ut patet in tribus pueris Dan. 1. Tertius profectus est virtutum infusio: quia parum est ieiunare à cibus, nisi à vitijs ieiunemus: nam Diabolus ieiunat à cibo, sed non a vitio. Hieronymus: quid prodest corpus tenuari abstinentia, cum animus intumescit superbia; Isidorus: qui a cibus abstinent, & prauè agunt, Dæmones imitantur, quibus esca non est, & nequitia superest. Esa. 58. Quare ieiunauimus, & non aspexisti, Cassianus. Sicut venenata animalia fortiores herbae, vel pigmenta expellunt: ita oratio cum ieiunio tordidas cogitationes. Haec scilicet oratio, ieiunium, elemosyna, sunt tres ciuitates refugij ad quas penitens confugit, & liberatur: Deut. 4. Psal. Humiliabam in ieiunio animam meam, &c. Quartus profectus est vitæ aeternæ affectio. 4. Reg. 19. post ieiunium quadraginta dierum ambulauit Helias usque ad montem Dei Oreb, quod interpretatur mensa,

mensa, scilicet abundantia aeternæ refectionis: quæ operantur in carne iustitiam, saturabuntur. Matth. 5. Ieiunandum est cum mentis letitia: vnde Leuit. 23. Dies propiciationis, expiationis, & afflictionis celeberrimus erat domino, & in lege præcipitur offerri holocaustum cum libameto, id est bonum opus cum gaudio, ut exhilaretur facies in oleo, & laudetur Deus cum tympano, & choro: contra quod faciunt hypocritæ: cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: tales receperunt mercedem suam, quia non habent veram spem, sed computrescunt, sicut in terra iacentes racemi nullo spei stipite sustentati. Qui enim spicas, & herbas colligunt, non expectantes tempus messis, frumentum amittunt. Exo. 9. Grando Aegypti læsit primitiua, & non serotina. Hi sunt mali mercatores, qui multum laborant, & parum lucrantur: quia quicquid cum sudore congregant, à vento elationis, & vanæ gloriæ exufflatur: immo quod carni subrahunt, duobus hostibus impendunt, quos inde nutriunt, scilicet mundum, & Diabolum, illum luto apparentiæ, istum puluere vanæ gloriæ.

Non est meritorium ieiunium auarorum, qui ieiunant, ut parcant, & congregent. Gregorius: Non Deo ieiunat, sed sibi: sed ea quæ ad tempus ventri subtrahit, non pauperibus sed postmodum ventri offenso custodit. Et ut dicit Augustinus: Bonum est ieiunium, sed melius est elemosynam dare. Elemosyna tibi fuit sine ieiunio, sed ieiunium non sufficit sine elemosyna: ieiunium sine elemosyna macerat carnem, sed animam per charitatem non illustrat. Lucerna, quæ sine oleo accenditur fumigare potest, lucem habere non potest, ita ieiunium sine elemosyna.

Non est multum illud ieiunium meritorium, quando diuersa fercula preparantur, ut satisfiat Gula. August. Nihil prodest quotidie longum ieiunium ducere, si post ciborum facietate, vel nimietate anima obruatur. Et merito spernitur ieiunium quod in vespere multorum ciborum refectione, vel delicijs compensatur.

Item August. Audiant qui hora tertia in diebus ieiuniorum manducare incipiunt, & vsque ad vespem non iungunt, ut sic ieiunium decipiant, & ad supplantare valeant. Isti quasi ad vituram ieiunant: quia ad tempus abinent, postmodum varijs & delicatis cibus, ventrem suum vsque ad crapulam implere student. Ieiunium in se importat abstinentiam, & austeritatem. Dan. 9. Posui faciem meam ad dominum meum, & rogare, & deprecari in ieiunijs, sacco, & cinere.

Ad ieiunandum mouet nos exemplum multiplex antiquorum, & ipsius Christi: nam Moyses ante legem, Helias sub lege, Christus tempore gratiæ, quadraginta diebus ieiunauit, qui dicit nobis Iudic. 9. Quod me videritis facere, hoc facite; propter remedium adhibendum. Sicut enim forti lixivia, maculae multum pannis adhaerentes mandantur ad emendationem, ita cordis afflictio anima abluitur, & ad puritatem deducitur; dum quæ peccauit per uoluntatem illicitam, satisfacit, & emendat per penitentiam debitam. Peccati contra Deum, satisfacias per orationem, contra proximum, satisfacias per elemosynam, contra te, satisfacias per ieiunium. Et maxime quadraginta dierum, quia peccati contra præcepta Decalogi, & consilia quattuor Euangeliorum, & ex altero ducto in alterum scilicet quater decem, vel decies quattuor surgit numerus quadragenarius; & ideo quadraginta diebus mundatus est mundus per diluuium; quadraginta diebus post resurrectionem permansit Christus, in terris.

Hæc etiam fit propter corporale periculum præcauendum. Tempore,

enim quadragesimæ magis mouentur humores in corpore humano, & E
tunc maxime, vt illicitos motus carnis comprimamus, debemus carnem
affligere: Quia iumentum sicut nimis oneratum succumbit: ita minus oneratum
recalcitrat, & lasciuir, & onus projicit.

Propter præceptum implendum, tenemus enim domino soluere decimam
temporis, sicut & aliarum rerum, in signum quod ipse est dominus
vniuersalis tam temporis, quam aliarum rerum ex trecentis, & quadra-
ginta sex, & quadrante, quæ annus continet, resultant pro decima trigin-
ta sex dies, & medietas diei, & decima pars quadrantis: & vt Christo sum-
mo sacerdoti soluamus decimam decimarum, sicut faciebant Leuitæ sum-
mo sacerdoti. Numerorum 18. Adduntur ergo ex diebus triginta sex tres,
& dimidia, & impletur quadragenarius numerus. Et quia sex hebdomadæ
quadragesimæ quadraginta dies continent, remoris sex diebus dominicis
quibus non ieiunamus remanent dies triginta sex, quibus hos quattuor
dies præcedentes addimus, & resultat quadragenarius dierum, quibus ieu-
namus: primitias autem dierum soluimus domino quater in anno, qui-
bus diebus ieiunando, ieiunium quattuor temporum, & sicut etiam dies
adimplemus secundum numerum duodecim mensium, noctium etiam
soluimus decimas, quia hoc tempore magis uacare debemus nocte oratio-
ni, & abstinere ab amplexibus conjugum. Ioel. 2. in ieiunio, & fletu, & plâ-
ctu orabant dicentes: Parce domine, &c.

Ieiunium, & abstinentia debet esse moderatum, secundum quod vires cor-
poris patiuntur, quia secundum legem in omni sacrificio debet poni sal di-
cretionis: sicut enim non placent Deo coacta seruitia, sic nec irrationa-
bilia, vnde Hieronymus: Tantum tibi ieiunium impone, quantum susti-
nere potes: multoque melius est quotidie parum cibum sumere, quam ra-
ro, & multum. Pluuia illa optima est, quæ suauiter descendit in terrâ, quia
subitus, & nimis imber in præcepta arua subuertit, quia autem debilis est
aut infirmus, & non potest ieiunando curare offensam, potest, vt ait Au-
gustinus, ieiunium elemosinam dando redimere. Non quælibet cibaria, quia
non delectabilia sunt sumenda, vnde Hiero. In ipsis leguminibus inflatia,
& graua declinanda sunt, nihilq; scias ita congruere christianis adolescen-
tibus quam esum olerum Roma. 14. Qui infirmus est, olus manducet.

Moyse in monte ieiunauit quadraginta dieb. & quadraginta noctibus
Exod. 24. & Deuter. 9. Et legem domini in duabus tabulis lapideis firmis
ad vitæ actiua, & contemplatiua directionem, & informationem meruit
recipere: quia per ieiunium vtraque vita dirigitur, & informatur. Vnde
orando, cilicium portando, semper ieiunando legitur castitatem seruasse,
laudem, & famam populi habuisse, gratiam à domino impetrasse; ciuitatē,
& populum liberasse, & hostem interfecisse. Sic Dan. 1. Tres pueri ieiunā
do sani pulchri, & corpulenti inuenti sunt, & gratiam in conspectu regis
inuenierunt, & scientiam, atque sapientiam à domino acceperunt.

Ieiunium liberat ab infamia, & tribulatione, & impetrat orationis exau-
ditionem. Thob. 3. de Sara dicitur: Ad hanc uocem perrexit ad superius cu-
biculum domus suæ: & tribus diebus, & tribus noctibus non māducauit,
neque bibit, & illuminata est mente, & corpore.

Ieiunium, vt sit Deo gratum debet habere quattuor comites, quod ex-
primit propheta dicens. Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio
mea in sinu meo conuertetur, quasi proximum, quasi fratrem nostrum sic
complacebam, quæsi lugens, & contristatus sic humiliabar. Primus comes

Comit.

est

A est lugubricitas contritionis, & doloris contra peccatum, secundum iocun-
ditas deuotionis quantum ad Deum, tertium benignitas affectionis, &
compassionis ac dilectionis ad proximum, quartum est austeritas. & ieu-
ritas mortificationis quo ad seipsum. Propter primum dicit Psal. 33. Humi-
liabam in ieiunio animam meam: nihil enim sicut habetur in c. nihil pro-
dest, de penitentia, dist. 3. & in c. nihil enim, de consecrat. dist. 5. prodest ab
alimentis abstinere in corpore, nisi à vitijs ieiunetur in mente, præterita
plangamus, præsentia fugiamus, & futura caueamus, quia sacrificium
Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non de-
spicies, & istud patuit in Achab maximo peccatore, de quo dicitur 3. Reg.
21. Cum audisset Achab uerba ista, scidit uestimenta sua, & ieiunauit, &c.
Exemplum de Dauid, qui eiectus de ciuitate Ierusalem designans peccato-
rem, ascendebat per cliuum oliuarum flens, nudis pedibus, & discoperto
capite, cui dictum est. Transiit dominus peccatum tuum. Hoc patuit in
rege Ninine, contra quem, & eius ciuitatem lata erat sententia, reuocata
fuit, istud patuit in Ezechia. E. 2. 38. cap. Contra quem lata fuerat senten-
tia qui fleuit, & sententia reuocata fuit. Secundus comes est iocunditas de-
uotionis quantum ad Deum. Oratio mea in sinu meo conuertetur.

Oratio in sinum orantis conuertitur: quia cum sit ascensus mentis
in Deum usq; ad aures Dei procedit, & secum donum postulatum, & do-
num gratiæ reportat, quod in sinum id est mentem orantis ponit. Tertius
comes est benignitas affectionis ad proximum, sine qua nihil ualet ieiunium.
Ista autem benignitas debet ostendi in uerbis, factis, signis. Vnde Ioann. 3.
Qui uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab-
eo, quomodo charitas Dei est in illo? quasi dicat nullo modo. Quartus
comes est austeritas mortificationis: Quasi lugens, & contristatus, sic hu-
miliabar. Tempore enim ieiunij & Quadragesimæ, dicit fidelis quili-
ber: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi
per singulos dies. Istos quattuor comites ieiunij exprimit Zachar. 8. cap.
dicens: Ieiunium quarti. Matth. 7. 10. Erit domus Iudæ in gladium, & in
solennitates præclaras. Primus comes scilicet lugubricitas contritionis
contra peccatum, dicitur ieiunium quarti: quia circa confessionem pecca-
ti concurrunt quattuor, peccati recordatio, confessio, satisfactio, cautela si-
ue circumspectio. Secundus comes scilicet iocunditas deuotionis, quæ
importatur nomine orationis: Oratio mea in sinu, includit quinque que
requiruntur ex parte orationis, ut exaudiatur sunt quinque effectus, uel
bona, quæ deuota oratio nobis impetrat; ideo designatur per ieiunium
quinti. Tertius comes, scilicet benignitas affectionis ad proximum dicitur
ieiunium septimi: quia proximo sunt septem opera misericordiæ im-
pendenda. Quartus comes, scilicet austeritas mortificationis quantum ad
seipsum dicitur ieiunium decimi: quia sicut in scripturis per septennium
vniuersitas designatur; sic etiam aliquando per denarium, & maxime
vniuersitas penitentia quam debemus continuare toto tempore uitæ
nostræ, vnde dicitur in Apocalyp. 2. Habebitis tribulationem diebus decē.
Tale ieiunium sic concomitatum erit domui Iudæ, id est congregationi
consentium, & laudantium Deum, scilicet religionis in gaudium & le-
ticiam, & in solennitates præclaras. Quia pro tali ieiunio dabitur eis fercu-
lum angelorum, quo fruentur, nec fastidient, &c. dicit Augustin. 2. De
doctrina Christiana; Ieiunauit Christus, Moyse, Helyas quadraginta die-
bus. Quaternario namque & annua, & diurna curricula peraguntur, cu-

2 Reg. 12.
HumilitasPsal. 42.
Oratio.

Oratio.

ius actionis figuratus modus huius numeri consideratione soluitur. Habet enim denarium quater. Diurna namq; matutinis, meridianis, vespertinis, nocturnisq; horarum spacijs. annua, vernis, æstiuis, autumnalibus, hyemalibusque mensibus peragunt. In hoc ergo denario quadruplicato nobis insinuat eam, & continenter viuere omni tempore, omni hora, hoc est quadraginta diebus ieiunare: hæc lex cuius persona est in Moyse, hæc prophetia, cuius personam gerit Elias hoc ipse dominus monet, qui tanquam testimonium habens ex lege, & prophetis medius inter eos in monte tribus discipulis videntibus ac stupentibus claruit.

De Iudicio finali.


Consideratio diuini iudicij multum valet ad superandum tentationes, quod figuratum est, 3. Regum 5. Vbi dicitur Naaman leproso, laua-re septies in Iordane, quod interpretatur riuus iudicij.

Iudicium.

Consideratio extremi iudicij ordinat nostras affectiones, quod significatur in moru solis per quatuor quadras cœli. Quære supra, fol. vigesimosexto, b. Terribilis sententia dabitur in iudicio. Ezech. nono. Apparuerunt sex viri portantes in manibus vasa mortis: Quære supra fol. 44. b. Timor iudicij immisus menti est ille lapis qui confregit statuam illam in Daniele. Quære supra, fol. 52. b. Libri conscientiarum aperientur in iudicio, & per illam scripturam omnes iudicabuntur. Quære supra, fol. 57. b. Mali in iudicio à voce Christi terrebuntur, & dicent illud Apocal. 6. Montibus cadite super nos, & c. Quære supra, fol. quinquagesimoquarto, b. in primo Reg. Sapientes huius mundi peribunt in iudicio. Quære in Baruch supra fol. septuagesimo septimo, a. Item de bonis & malis iudicibus. Quære supra fol. 126. a. b. c. de timore iudicij exponitur illud Matth. 28. Terræ motus factus est magnus Angelus autem Domini descendit de cœlo: erat autem aspectus eius sicut fulgur, vestimenta eius sicut nix, & c. Angelus Domini descendens de cœlo est Christus veniens ad iudicium: tunc fiet ad litteram terræ motus: & etiam omnes terreni trement, & commouebuntur, custodes autem Christum persequentes terrebuntur, & quasi mortui cadent. Aspectus Angeli Christi erit sicut fulgur, vestimenta eius sicut nix: Fulgur dicitur à ferendo, feriendo, vrendo: nix hêt albedinem, & dulcedinem. In fulgure ergo ictus & percussio damnatorum, in nix reuelatio secretorum, & glorificatio beatorum, vel in fulgure cuius natura est penetrabilis, & terribilis, terror diuinæ sententiæ, & consideratio pœnæ æternæ. Matt. 24. Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret in Occidente, sit erit aduentus filij hominis. In cādore vestis, cuius est matura mulcebris quadā delectatio: ex consideratione enim diuini iudicij concutitur, & terretur animus hominum terrenorum, dum considerant in eo pœnas reproborum, & delectantur considerando gaudia sanctorum. Genes. 15. Cum sol occubisset, irruit pauor super Abraam, vnde in autumno designatur timor de diuino iudicio, & pœnis æternis: quia in autumno fit fructuum collectio, & in iudicio operum remuneratio: nam & in fructuum perfecta collectione timent maxime homines ab igne: sic in iudicio mali timebunt ignem inferni. Genes. 9. Dicitur quod pistor Pharaonis propter abusum temporalis læuitiæ, somniavit quod haberet tria canistra farina super caput suum, & in uno canistro quod erat excelsius, omnes cibi, qui sunt arte pistoria, aues comedebant. Et sequitur, quod Pha-

Arao cum suspendit in patibulo, vt veritas coniectoris probaretur. Bene dicitur iste Pistor vidisse somnium: quia quicquid est delectationis illi citæ in præsentia somnium est, & momentaneum. Farina est ad inuentio subtilis in delectationibus, & peccatis. Tria vasa triplex concupiscentia. In canistro excelsiori superbia, vbi sunt omnes cibi, qui sunt arte pistoria, quia initium omnis peccati est superbia. Ecclesiast. decimo. Aues inde comedunt, quia talibus demones applaudunt. Luca decimo. Volucres cœli comederunt illud. Iob quadragesimo. Huic scilicet Diabolo montes, id est superbi herbas serunt. Super caput suum: quia semper opprimantur in conscientijs quodammodo: quia videntur vacare delecticij, quia tales suspenduntur in patibulo, ut veritas coniectoris probetur, quia torquebuntur in futuro pœnaliter, quando comminationes veruntur in executiones, ut appareat quod verum est, quicquid scriptura talibus futurum in extremo iudicio comminatur. Apocalyp. decimo. Vidi Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auiibus, quæ volabant per medium cœlum: venite congregamini ad cœnam magnam Dei, ut manducetis carnes regum, & tribunorum, & fortium, & equorum sedentium in ipsis: quia Christus condemnabit eos in iudicio per sententiam: & tunc latabitur iustus, cum uiderit uindictam: & iste est modus uolandi necessarius, ut scilicet consideremus pœnas in iudicio reprobis infligendas. Apocalyp. octauo. Vix, vix, vix, habitantibus in terra, vix triplex propter triplicem concupiscentiam, quæ uiget in terrenis: scilicet superbia uitæ, concupiscentia oculorum, concupiscentia carnis. Qui enim posset uolare sicut Aquila, & uidere Aquilinis oculis diuersa mundi pericula, & peccatorum demerita, uideret itinera clausulatronibus, maria obfessa pradonibus, aerem infectum sceleribus, ignem mundum. Cardentem in malorum cordibus: & si possemus inferre oculos secretis, uideremus agi ab impudicis, quod pudici oculi non possent aspicere; & tunc tanto faciendū maior est audacia, quanto secretior est culpa. De periculo iudicij quære in tabula de morte, de breuitate uite.

Et attende, quod in die iudicij oportebit reddere rationem de prolatis sermonibus, de patratibus operibus, de concessis temporibus, de collatis muneribus: ideo ante iudicium debemus nos cum diligentia præparare, ut de istis reddamus in confessione rationem, iuxta illud Ecclesiast. Ante iudicium para iustitiam. Et ad hoc monemur Apocalyp. tertio. Age pœnitentiam si non a uigilaueris ueniam ad te. Matth. uigesimoquarto. Si sciret pater familias, qua hora fur ueniret, uigilaret utique, & non sineret perfodi fornum suam: ideo & uos estote parati, quia nescitis, qua hora filius hominis uenturus est. Sicut enim in tempore Noe ducebant homines operibus carnis: quia edebant, & bibebant, dabantur ad nuptias, donec uenit diluuium, & tulit omnes: sic erit aduentus filij hominis. Veniente sponso ad iudicium media nocte, id est nullo sciente, uirgines prudentes, id est deuoræ animæ contemnentis temporalia pro æternis, quæ habebunt lampades, id est conscientias perspicuas, & clauas terrenis facibus depuratas, oleo deuotionis repletas, lumine bonorum operum accensas, intrabunt ad æternas delicias cum sponso; fatuæ autem, quæ pœnitentiam de die in diem procrastinant, & se parare negligunt, à nuptijs excluduntur: quia non uult differre paratis: & audient illud terribile uerbum; Amra dico uobis, nescio uos, uigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Matth. uigesimoquarto. Clausa est in-



ua, ubi aduerte, quod à tempore primi peccati hominis, vsque ad tempus passionis Christi, fuit clausa ianua Paradisi, sed tempore Resurrectionis suae aperta est in signum victoriae. Nea. 8. Neamias, vt clauderent ianuas, & non aperirent eas vsque post Sabbatum. In Sabbato autem Resurrectionis Christi ianua fuit aperta, nec vsque ad consummationem mundi erit ex toto clausa, sed in fine mundi penitus claudetur. Sicut in vespere ianuae ciuitatis clauduntur Ezech. 46. Porta non claudetur vsque ad vesperam, & sicut porta iam in vrbe Romana aliquando clauderetur; ita etiam pro peccatis nostris quantum in nobis est, ianua caeli nobis clauditur, & per gratiam aperitur. Ezech. decimosexto. Aperitur porta, quae respicit ad Orientem, & faciet holocaustum, & pacifica, & claudetur porta postquam exierit, id est Christus animam reliquerit. Et multum formidandum est, ne claudatur ianua antequam simus parati, & lampades oleo plenas, & lumine accensas habeamus: quia si clausa fuerit finaliter, hostes non ingredientur ciuitatem, propter diffinitiuam sententiam, nec ciues egredientur ad eos per aliquam misericordiam, & ipsi sic in aeternum à beatorum collegio separati confundentur propter verecundiam, & exponentur morsibus luporum, id est Daemonum, & ad omnem molestiam. Deut. 1. Lucae 13. Cum intrauerit pater familias, & cluserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes, domine, domine, aperi nobis: qui respondens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis: porta enim erit sic clausa, quod nulla fissura erit in porta, per quam possint videre in ciuitatem: ante iudicium enim videbunt reprobi electos, sed post iudicium non videbunt. Neq. 7. Clausae sunt portae, & opilatae. & c. Quia tunc consummabitur dolor, ita quod tota virtus animae ferretur ad locum poenae, de secundo Deuter. 11. Cauete ne recedatis à Domino, & c. iratusque Dominus claudat caelum, & pluuiae non descendant: quia neque ab inferiori, vt electi compatiantur reprobis per naturam, neque à superiori, vt eisdem compatiantur per gratiam. Gen. 8. Clausi sunt fontes abyssi magnae, & cataractae caeli, & prohibita sunt pluuiae de caelo. Quod figurauit illa clausio ostij, 4. Reg. 4. Pete à vicinis tuis vasa vacua non pauca, & claude ostium, cum intrinsecus fueris tu, & filij tui, tunc enim vacabunt sancti tanto gaudio, quod non attendunt ad poenam alienorum. Esa. 31. Vade popule meus intra in cubacula tua, claude ostia tua super te, immo ita erunt rapti in excelsum diuinitatis, quod non attendent vt afficiantur ad eos, qui vlulabunt in infimis, quod figuratur Iudic. 8. In superioribus domus suae fecit sibi Iudith cubiculum secretum, in quo cum puellis suis clausa morabatur. Nunc autem, & si peccatis nostris exigentibus ianua caeli claudatur, tamen aliquando per contritionem nostram, & per sanctorum orationem aperitur. 4. Reg. 8. Si clausum fuerit caelum, & pluit propter peccata eorum, & orantes in loco isto poenitentiam egerint, exaudiam eos in caelo. Simile 2. Paral. 7.

De tertio. Si clamauerint ad ianuam, poterit eis Christus respondere illud Luc. 11. Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mecum sunt in cubili, gaudebunt enim ex toto gaudio suo, ita quod non intendunt dolori alieno. de 4. Gen. 19. Induxerunt Angeli ad se Loth, & cluserunt ostium, & eos, qui finaliter foris erant, percusserunt excitate. Beati enim videbunt eos, ipsi vero non videbunt beatos, & sic res, quae extra relinquuntur diripitur, & in carcere ponitur ita & ipsi. I sa. 23. Congregabantur in congregatione vnus fortis, & claudentur ibi in carcere, ipsi autem

autem exire non poterunt, quia ab Angelis apostatis, & obstinatis custoditi erunt. Iosue 10. Voluite saxa ingentia ad os speluncae, & ponite viros indutrios, qui eos custodiant clausos.

De timore iudicis, & iudicij Apocal. 22. Vidi Thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu Throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitae, & iudicati sunt mortui ex his, quae scripta sunt in libris secundum opera eorum. Libri aperti erunt electi, in quibus expressa videbuntur, & exhibita opera, mandata Dei, & iudicabuntur mortui ex his, quae scripta erunt in libris, quia in vita iustorum, quam mali uidebunt legent, quasi in expansione librorum bonum, quod omiserunt, & facere noluerunt: Gregor. Est visio iudicis aduenientis, in quo scilicet scriptum est mandatum, quia quisquis ipsum uiderit, mox teste conscientia quicquid fecit, intelliget. ut patet 24. lib. Moral. Aut certe liber uitae, quia electos liberabit ab aeterna morte, & in futuro remunerabit perpetua libertate. Hic est liber de quo ait Hugo. Hic est liber cuius origo aeterna, incorruptibilis essentia cognitio, vita, scriptura indelebilis, aspectus desiderabilis, doctrina facilis, scientia dulcis, profunditas imperscrutabilis, uerba innumerabilia: & tamen unum uerbum omnia: Huius libri litterae scriptae sunt Christi humanitate auro diuinitatis illuminatae, & quicumque ad aspectum huius libri perueniet, erudietur omni sapientia, & in aeternum uiuet. Matth. 24. Videbunt filium hominis, uenientem in nubibus caeli cum uirtute magna, & maiestate, Apocal. primo, Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus terrae. Inde est quod Ieremias uidebat eum sub metaphora uirgae uigilantis: & Ollam succensam uidebat, & faciem eius à facie Aquilonis. Virga uigilans est ille oculus uigilis, & insopitus, qui omnia contempletur, uigilans ad uidendum, uirga ad conterendum. Ollam succensam, mentem peccatis inflammatam; unde loelis: Ollae combustae facies eorum. Olla combusta nigredinem habet, & rubedinem: rubor ad culpam, nigredo ad poenam. Mens enim iniqua succensa est modo uelut olla. Impietas portanda est in terra Senaar, id est spurcitia eius Infernalis: incendijs relinquenda est: quia ignis eorum non extinguetur, & impietas, & uermis non morietur. Hec est Olla fictilis, fragilis, uolubilis: quia eius natura terrea ad poenitentiam: mens infirma ad culpam, plena exterius, tumida per superbiam, interius uacua per gratiam, non habens puram conscientiam, & tamen profunda per inscrutabilitatis malitiam. Sed Olla succenditur, si ad faciem Aquilonis uertatur: quia cum malignis spiritibus se exponit, flatus suggestionis eorum ipsam succendit. De sententia iudicis potest exponi illud Esaiae 5. Et nunc ostendam tibi quid faciam uinea: meae: diripiam sepem eius, non putabitur, & non fodietur. Ezech. 47. Vir qui habebat funiculum lineum in manu, metiebatur longitudinem, latitudinem, & altitudinem templi. Ille est Christus cuius iudicium, est districtum. Funiculus habet equitatem, lineum subtilitatem, ipse iudicabit omnia opera nostra si sint moderata, si fuerimus longanimes, uel longanimes in poenitentia, lati in misericordia, alti per celestia desideria. Vnde Apostolus 11. Datus est calamus similis uirgae. Et dictum est ei, quod surgeret, & metiretur templum, quae longitudo, quae latitudo, quae altitudo eius.

Nota de iudicio Dei contra peccatores. Anima enim terrenis immerita,

Timor.
Iudicium.

Libet.
Christus.

Olla.

Opera.

Nihil sentit nisi terrena. sed eleuata in cœlum sentit celestia; Quæ sursum sunt sapire, non quæ super terram: vnde Dan. 4. Leuauit oculos meos ad cœlum, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi.

De desperatis 4. Reg. 4. De puero, in quo non erat vox, neq; sensus, quæ suscitauit Helisæus. Quære in tabula de desperatione. Apoc. 22. Omnis, qui non est inuentus scriptus in libro vitæ. i. qui non fuerit inuentus con- figuratus vitæ Christi, qui est liber, & exemplar omnis perfectionis vitæ missus est in stagnum ignis. Fugiendæ sunt extremi iudicij miseria. Ab increpatione tua fugient, à voce tonitruu tui formidabunt. Qui .n. non fugiat ad tuam conscientiam: immo ad penitentiam, vt effugiat illam æternam miseriam, quando audietur vox diuinæ increpationis; & tonitruum horrendæ condemnationis: Ite maledicti in ignem æternum. Oportet ergo ista,

Matth. 25. & causas istorum fugere. Quia tunc fugere, vel latere erit impossibile, ap- parere intolerabile, sustinere interminabile. Dedisti metuentibus te signifi-

Psal. 59. cationem, vt fugiant à facie arcus. Assimilatum est regnum cœlorum homi-

Matth. 23. ni regi, qui voluit ponere rationem cum seruis suis. Ad litteram hoc erit in iudicio, vbi de talentis. i. de bonis naturæ, fortunæ, gratiæ nobis collatis, & de prolatis sermonibus, de patris operibus, de concessis temporibus, de collatis muneribus oportebit reddere rationem: quando dicetur nobis, redde rationem villicationis tuæ. Redde, quod debes. Vel ponit rationem cum seruis suis: quia quilibet debet requirere rationem de affectionibus, & sen-

Luc. 16. sibus suis, quæ debent esse sub imperio rationis: quia si nos ipsos iudi-

Matth. 18. caremus, non vtiq; iudicaremur. Cum istis seruis debemus districte com- putare, hoc est nos in nostris cordibus post casum recolligere. Prudentes

1. Cor. 11. virgines acceperunt oleum in vasis: media nocte clamor factus est. Nox

Matth. 25. est vita præsens plena aduersitate pœnæ, nigredine culpæ, caligine ignoran- tiæ. Surgunt in hac prudentes virgines quæ sunt animæ sanctæ, & incor-

ruptæ quæ se preparauerunt, & de futuro iudicio sibi prouiderunt. Sed quidam iacendo, & torpendo, nolunt in hac nocte cõsurgere, sed sero sur- gent cum viderint Solem in ortu suo mundum vniuersum irradiare. Deut. 32. Gens absq; consilio est, & sine prudentia: vtinam saperent, cum discre- tione, præsentia disponendo, intelligerent, cum amaritudine præterita re- cogitando, nouissima prouiderint, cum sollicitudine futura pericula præca uendo, & prouidendo.

Nora districta Dei iudicia in expulsionem Angelorum de cœlo, in exclu- sione hominis de Paradiso, in submersione humani generis in diluuiio, in submersione Pentapolis sulphureo incendio, in submersione Pharaonis, & populi Aegyptiaci in mari rubro. Quid putas facturus est in extre- mo iudicio.

Num. 16. Attende iudicium Dei datum contra Datan, & Abiron propter inobe- 2. Mac. 6. dientiam, quos terra viuos deglutit. Multo tempore non sinere peccato- ribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est iudicium. Non. n. sicut in alijs nationibus dominus patienter expectat, vt eas cum iudicij dies venerit in plenitudine peccatorum puniat: propter quod nunquam à nobis misericordiam suam amouet corripiciens, non in aduersis populum suum dereliquit.

Ecd. 2. Quis non cito contra malos profertur sententia, absq; vilo timore filij hominum perpetrata mala, contra quos Roman. 2. Ignoras quoniam be- nignitas Dei ad penitentiam te adducit? secundum duritiam tuam, & im- penitens cor tuum thesaurizas tibi iram.

A. De iudicio Dei contra peccatores Dan. 2. Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis. Huius statuæ caput erat ex auro purissimo, pectus, & brachia de argento, venter, & femora ex ære, tibiæ ferreæ, pars pedum si- ctilis: videbas ista donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & per- cussit statuam in pedibus eius ferreis, & sicilibus, & comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, aurum, & argentum.

Puto, quod si homo seipsum consideret, & intra se intret, istam sta- tuam intra se videret. In auro, quod aia metalla precij dignitate præcel- lit superbia, quæ ceteros sui æstimatione despicit, in argento, qui sua- uem habet sonum iactantiam, sine laudantibus se blandam, & iocundam exhibet, in ære durabili pertinacia mali propositi, in ferro, quod alia me- talla domat, sequitia, quæ alios premit, & opprimit, in testa, quæ facilliter frangitur impatientia. Aurum ergo caput fabricat, qui sibi sanctitatem,

B. vel valorem præ alijs arrogat, pectus, & brachia argentea, qui se iactat de opere exteriori, vel de sapientia interiori, quasi ventrem, & femo- ra habet ænea, quæ pertinax est in eis, quæ debet despiciere propter v- tilitatem, vel erubescere propter inhonestatem: ut sunt opera iuxta nu- tritiuam, & generatiuam. Tibias habet ferreas, qui contra superiorem se erigit per audaciam, & inferiores præmit per sauitiam. Pedibus uero te- steis utitur, qui terrenis incumbens, occasione ipsorum per impatientiam frangitur, & quia in his ferreis, & obduratis mentibus Deus aliquando melius operatur in terrena inspiratione, tam per comminationem, quam per flagellorum percussione, ideo utitur lapis abscissus de monte sine manibus, quia extrinsecus non feriens per stahella, & in ictu lapidis deiicitur statua, & opus destruitur monstruosum, quia sicut initium peccati super- bia, vel timor, ita omnis sapientiæ initium timor Domini. Et in pedibus ferreis, & sicilibus statua percutitur, & comminuitur; quia mens, su- perbia inspirata diuino timore ex consideratione suæ infirmitatis, & mor- tis humiliatur, & in sui paruitate, & suæ originis vilitatem, quasi in ci- nerem, & puluerem reducitur. 1. Corint. 10. Qui stat, videat ne cadat, quod quidem exponunt, qui stat per gratiam, videat per prudentiam, ne cadat per culpam, iuxta illud Apocalyp. 3. Tene quod habes, ne alius ac- cipiatur coronam tuam, vel qui stat in tempore, videat cum timore, ne cadat ab amore. In via enim periculosum est stare viatori, & maxime nobis, cum inter profectum huius vitæ, & defectum nihil reperitur medium, sed quoquomodo corpus nostrum quando continue, aut crescit, aut de- crescit insensibiliter, ita necesse est semper spiritum aut desicere, aut pro- ficere, quia vt ait Bernardus in via Dei non progredi est regredi, quod pro- bat, quia nunquam homo in eodem statu permanet, vnde non ascendit, aut descendit, & si attentas stare, necesse habes ruere, propter quod Gene. 33. Vidit iacob scalam, Angelos ascendentes, & descendentes, non stantes, vel sedentes, aut ociantes. Sciebat enim quod penduli sunt gradus ipsius scalæ, & via lubrica, stare autem in lubrico, & pendulo dispositio est ad præcipitium, vnde patet quod minime bonus est, qui melior esse non conatur, quia secundum Bernardum: Vbi incipit nolle fieri melior, ibi desinit esse bonus. 3. Reg. 5. dicitur Naaman leproso, vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, & mundaberis. Ior- danis interpretatur riuus iudicij, in quo significatur iudicium mortis, ad quod debet homo ire per frequentem mortis considerationem, nihil

C. enim secundum Gregor. tantum valet ad mundanda carnis desideria, sicut

D. sicut

Via-

is. la. 2

scilicet

is. 10. sicut

Gula.

Gula.

sicut cogitatio qualis erit ipsa caro mortua. Septena lotio est perfecta huius rei consideratio, & sicut caro recipit sanitatem cum tenemus in cibo sobrietatem, ualde est infirmus gulosus, cui non possunt satisfacere, terra, mare, aer, & modicus saccus uentris, omnibus quæ in eis nascuntur, impleri non potest. Quærit ut expoliet uenatibus alites, pisces, gustus humanus. Matth. 18. Redde, quod debes &c. Nora totam histò. & quale iudicium datum est contra seruum nequam, qui noluit dimittere debitum seruo suo, & concluditur, sic & pater uester cœlestis faciet, si non dimiseritis de cordibus uestris.

Dei iudicia non sunt a nobis iudicanda, & arguenda, sed timenda, ueneranda, diligenda. Dan. 4. Iustus es in omnibus, quæ fecisti nobis, & uniuersa opera tua uera, & uia tua recta, & omnia iudicia tua uera. Psal. 118. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum. Iob. 39. Nunquid qui contendit cum Deo tam facile quiescit, ut qui arguit Deum debet respondere ei. Si ergo non possumus ei respondere unum pro mille, non debemus eius iudicia tanquam iniusta arguere, sed patienter, ut uera, & iusta tolerare.

De duto iudicio dato contra Angelos Apostatas, contra primos parentes, contra totum mundum in diluuiò, cõtra Sodomitas, contra Dartham, & Abiron, quos cum tota sua substantia propter vnam inobedientiam terra uiuos absorbit, contra Pharaonem & populum suum, cõtra Saulem, contra Hely, quia non correxerat filios, contra Nabuchodonosor, qui septem annis expulsus à regno cum bestijs habitabat, & maxime quale erit extremum iudicium de pœna æterna.

Contra omnia pericula signo crucis munimur, si tamen exemplum crucifixi ad iustificationem suam imprimant moribus, qui signum crucis ad munimen sui imprimunt frontibus, & illius uiuant lege, cuius armantur fide alioquin fallaciter miles characterem regis gerat, cuius præceptum non seruat, à cuius voluntate deuia, nec recte illius se tuetur signo, cuius non contra imperio. Quare amici mundi, & carnis inimici sunt crucis Christi, nec quæ fallaciter signum crucifixi usurpant sibi, se poterunt per illud tueri in suprema necessitate, quando non arbitrio hominum, sed iudicio, & mysterio Angelorum signabitur Thau super frontes gementium, & dolentium, ut discernantur electi a multitudine reproborum, triticum à zizania, sicut pauca grana derelicta, & electa à millibus palearum, & zizania fasciculis alligata ponetur in ignem, triticum autem in horreo Domini reponetur. Matth. 3. Cuius ventilabrum in manu sua, & mundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum suum paleas autem comburet igni inextinguibili. Quære ista supra. 108. a. in margine. Sicut enim manus domini sunt apertæ ad dandum in præsentem, sic ad ferendum in futuro: unde sicut paruuli habent oculos ad manum magistræ, & ancillæ ad manum dominæ, ne feriantur. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, ne verberet ultimarum feriamur sententiæ, quando illa area ex toto mundabitur in die iudicij. Nam sicut tritici primo tritatur, & tritaturum iacet cum paleis in vno cumulo confuse, & postea ventilatur, ut distinguatur, & locis separetur, sic in ecclesia confusus est populus, & commixti sunt mali cum bonis: conteruntur autem, & trituntur fideles persecutionibus, mali non & sic trituntur manent commixti, & mouetur persecutio quasi ventus, ut qui diuincti fuerant: actibus, separent diuincti locis, illi in supplicium æternum, isti in vitam æternam. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia

Psal. 21.

Ecclesia.

Psal. 142.

A quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens: quia persecutus est inimicus animam meam. Benedicit non intres in iudicium, quia si per amicos nostros deberemus iudicari, non possemus iustificari: unde Hieronymus super illum locum dicit: Tale fecit Cyrus rex Persarum, & Medorum regi Amoreorum Armeniorum, quoniam transgressus est amicitias eius, vinxit eum, captiuum accepit, & proprios illius cognatos, & uxorem, & filios cepit iudicari inter illos, ut Iustinus refert aut miserebitur, aut puniet, addit, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens: Gregorius Linguum rectum creditur, si ad regulam non ducatur: sed cum regulæ iungitur, per quam fortitudinem intumescit, inuenitur, sic iustitia humana per se iustitia videtur, sed comparata diuinæ iustitiæ non inuenitur, sicut lucerna, quæ in tenebris lucet, sed sole caligat additur omnis uiuens, quia tunc incipit spiritaliter viuere, cum incipit Dei iudicia timere, & credere.

B 1. Paralipomenon vigesima primo. Monemur in figura considerare supplicia reproborum: Eleuans Dauid oculos, vidit angelum domini stantem inter celum, & terram, & euaginatam habentem gladium, versus contra Israel. Angelus domini stans inter celum, & terram est Christus in iudicio existens in medio iustorum, & reproborum, cœlestium, & terrenorum, habens gladium euaginatam, sententiam ad diffiniendum. Apoc. 1. Gladius ex vtraque parte acutus ex eius ore exibat: gladium versus contra Israel, contra populum Christianum: quia qui non credit, iam iudicatus est: unde cum ipse christianis disceptabit de operibus pietatis, nõ cum alijs: ad istum gladium vitam leuaremus oculos mentis, sicut legimus de Dionysio tyranno Siculo cuius bona cum Democles Siracusanus extoleret: is ait Dionysius in hac mensa pariter bonis meis, & malis uti? uolo, inquit. Tunc induus est regio cultus, & propositis regijs ferculis, subito cepit gladius districtus è lacunaribus vibrari, qui videbatur in iugulum

C purpari iam iamque ruiturus filo seræ equinæ ligatus: vnde post mixtas stertibus preces tandem prosiliens, illas refugit celeritate diuitias, deliciasque regales, quæ solent appeti. Ezechie. 11. Spiritus leuauit me, & adduxit me in Caldæam ad transmigrationem. Caldæa quasi feritas, vel Dæmonium interpretatur, feritatem ferocitatis diuinæ iustitiæ significans, quæ erit in illo iudicio, & societatem cum demonibus perpetuam. Luc. 7. Cũ appropinquaret Iesus ad portam ciuitatis, suscitauit mortuum tangendo loculum: estimo quod porta ciuitatis est consideratio extremi iudicij, nam & porta finis est ciuitatis, & à porta vel ingredimur ciuitatem, vel egredimur a ciuitate, & in extremo iudicio, vel ingressus fiet finalis in ciuitatem cœlestem, vel egressus. Loculus, in quo iacet mortuus, tangitur cum conscientia peccatrix timore iudicij stimuletur: Quem enim non concussit illud Apostoli: Oportet nos omnes manifestari ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum.

D Solet interdum corporale fastidium ad aliquod acre edulium releuari, quia tam acerba, quam terribilis illa expectatio iudicij: cum audiamus nos ad generale consilium conuocatos vbi nullus deerit, nihil ualebunt plena marsupia, nihil humana potentia, astutia, sapientia, sed pura conscientia, nullus defender, vbi crimine euidens toti mundo, accusabit, dæmon testificabit, conscientia approbabit, omnis creatura affirmabit: nullæ personæ acceptio, nulla appellatio, nulla dilatio, nulla tergiversatio, nulla dissimulatio, vbi reddemus rationem de prelati sermonibus, de patris operibus, de concessis temporibus, de collatis muneribus, vbi multo magis discutietur

tur

rar quem gradum in ecclesia quisque tenuerit, qualiter, qua intentione, & quibus meritis, quibus suffragijs ad eum introierit. qualiter in eo vixerit, qualiter alijs præfuerit, vt recipiat in corpore suo. Quam felices, qui receperunt malum in vita sua, vt recipiat bona. O quã infelices, qui ducunt in bonis diis suos, & in puncto ad inferna descendunt recepturi æternũ malum. Hæc omnia si non læduntur, cum leguntur, cum non creduntur, cã non timentur, tamen vnusquisq; recipiet prout gessit, vbi nihil cognatio, nihil diuitiã, nihil gratia quælibet humana præstabit.

Reddere
nem.

Timor.

Timor ex consideratione diuinorum iudiciorum, & æternorum suppliciorum redimit, & liberata præsumptione, qui enim considerat distinctionem extremi iudicij, & illius examinationis, non præsumit de operibus bonis. Exemplum huius est de nauclero, qui dum nauem regit, non in protra residet, sed in puppi, sicut recte per hoc mare mundi nauigabimus, si extremis nostris vacauerimus, Fili memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Nouissima nostra sunt mors, iudicium, & gehenna, morte

Eccles. 7.

Considera-
tio.

Nouissima

nihil est nec cogitari potest horribilius, gehenna nihil intolerabilius, iudicio, nihil inuitabilius, & in æternum non peccatis, quia horum recordatio facit hominem timoratum, timor autem peccatum expellit, & negligentiam non admittit. Daniel. 7. Iudicium sedit, & libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui, ex his, quæ scripta erant in libris, hoc est in conscientijs: & ideo nihil tibi occultum, nihil deceptorium: & quanto magis differetur iudicium reprobatorum, tanto grauius in fine punientur: Quia quanto arcus plus tenditur & chorda trahitur, tanto cum maiori impetu sagitta egreditur. Gregorius distractus iudex quo tardius venit, eo seuerius percutit.

Gregor.

Secundum dictum saluatoris, Arguentur homines de peccato, & de iusticia, & de iudicio: & arguentur homines de quadruplici iudicio, scilicet, de iudicio ordinario, temerario, purgatorio, remuneratorio: de ordinario, quia imperfectis occasiones scandali præbentur: de temerario, quia illud discrete non exercemus: de remuneratorio, quia illud debitè non timemus. De primo, 1. Cor. 6. iam quidem oïno delictũ est in vobis, quia iudicia habetis inter vos, quia non magis iniuriam accipitis, quia non ad fraudem magis patimini, sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus: quibus quã enim licet, & expedit repetere sua in iudicio, vt in firmis, & imperfectis sine contentione, & dolo, sine lite prælatis, licet hoc non expediat, anachoritarum non, licet per eum sint tres in lite petite, & notabiliter dicit iniuriã facitis, & fraudatis propter fraudes multiplices, quæ sunt in istis iudicijs contentiosis, sicut patet in aduocatis, qui animas suas diabolo vendunt. Quæc. 11. b. & 12. a.

Job 16.

Gregor.

De secundo iudicio temerario. Matth. 9. Nolite iudicare, & non iudicabimini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Gregorius: Duo sunt, in quibus temerarium iudicium cauere debemus, cum incertum est, quo animo quisque factus sit, vel cum incertum est qualis futurus sit, qui nunc bonus, & malus apparet: Hugo tamen de sancto Victore optime determinat, quã debeat vnusquisque, vel se, vel alium iudicare, exponens illud Matth. 6. Indicabo tibi homo quid sit bonum, & quid dominus requirat a te, vtique facere iudicium, & diligere iustitiam, & solum ambulare cum Deo tuo, dicens tria sunt, quæ offerre debet iudicium, filio iudicij misericordiam, Spiritui sancto charitatem, sollicitudinem paternitatis: ad sapientiam pertinet discretio, ad charitatem pietas, ad paternitatem sollicitudo in iudicio quo iudicas teipsum debes esse discretus, in eo, & quòd iudicas pro

aximum debes esse discretus. De proximo hoc iudicare debes: vide quid facit si certum bonum, si dubium bonum, si certum malum, si dubium malum. Si certum bonum facit paruum, magnum, maius existimes si dubium bonum facit, puta bonum, si certum malum est, magnum puta paruus: paruus minus existima, vel iudica. Si dubium malum est, bonum puta: hoc est iudicium verũ, & iudicium bonum, iudicium Deo placidum. De tertio, scilicet de iudicio purgatorio, vel discolorio. 1. Corinth. 11. Si nos metipsums iudicemus, non vti que iudicemur. Glo. Verferur ante oculos imago futuri iudicij, ascendit homo tribunal mentis suæ, & constituto in corde suo iudicio, adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnis timor, inde quidam sanguis animæ penitentis per lachrymas profluit: postremo a mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo iudicet pro receptione corporis, & sanguinis domini, & qui separari à regno timet per vltimam sententiam, separetur ad tempus à sacramento per ecclesiasticam disciplinam. De hoc iudicio Ierem. 46. Castigabo te in iudicio, non quasi innocenti parcam tibi. In iudicio, quo iudicamus nos per penitentiam, vel cum diligimus inchoatam, seu inlicitam à nobis per disciplinam, & sic redimemur à culpa, & restituitur nobis nostra patria. Esa. 1. Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitiam. De quarto iudicio, scilicet remuneratorio Deut. 32. Si acvero ut fulgur gladium meũ, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hostibus meis, & his, qui oderunt me, retribuam. Tunc omnis creatura insurget contra re-

Iudicare.
Proximus.
Correctio.

Iudicium.

Pœna.
Infernus.

probos, quia pugnabit pro eo orbis terrarum cõtra insensatos. Eccles. vlt. Cuncta quæ sunt adducet Dominus in iudiciũ pro omni errato, siue bonum, siue malum. Erit ibi malicia accusans. Apocal. 20. Iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera eorum, deferent enim literas mortis suæ, sicut 2. Reg. 10. Diabolus allegans, conscientia testificans. Sap. 4. Ven et in cognitionem peccatorum suorum timida anima desperans. Sap. 5. Turbabantur timore horribili, & mirabantur in subitane insperata salutis, &c. Iere. 15. Factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis: Deus sententians. Matth. 25. Ite maledicti in igne æternum, idem iudex testis Malach. 3. Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, adulteris, & peruris. Testis enim erit, contra quem excipi non poterit, nec de visu, nec de auditu. Omnia enim sunt oculis eius nuda, & auris nuda, audit omnia. Iudex qui corrumpi non potest prece, vel precio, amore, vel odio. Prouer. 6. Non acquiescet cuiusque precibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima, cuius sententia non poterit vitari, nec ab illa appellari. Non enim poterit pro telari, nec pœna terminari, nec misericordia valet suffragari: ignis comburens, de non terrenis, vermibus corrodens, mors non moriens, Heb. 10. Terribilis est quedam expectatio iudicij, & ignis emulatio, quæ consumptura est ab aduersario, &c. Exod. 3. Apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbatur Moyse quod rubus arderet, & non combureretur: abscondit Moyses faciem suam, non enim audebat aspicere contra dominũ. In iudicio dominus apparebit in flamma ignis, vt luminæ gloriæ suæ illuminet beatos, & ardore suæ iracundiæ comburat reprobos, & sicut ad litteram in rubo lux sperabitur ab ardore, ita erit in purgatorio igne, prout Basilius dicit n. 6. Hexameron dicens. Apposuit rubus flammam ignis, vt solã eam claritudinis eius dempto monstraret, sicut, & pater testatur, dicens: Vox domini intercedentis flammam ignis, sic etiam in retributionibus

de-

de-

Pœna.
Infernus.

Sal. 28.

de-

August.

Christus.

Passio. Signare.

Sacra.

Signum.

Prælati. Religiosi. Clerici. Ecclesia. Gre. 2. q. 3. c. precipue Ecclesia. Templum. Psalm. 88.

Prælati. Venite.

delictorum, quæ in vita contraximus, ratio nes quædam secretior docet, E
 patiendam ignis esse naturam, cuius lux ad illuminandos iustos deputabitur, ardor autem ad concremandos peccatores proficiet. Qui ergo ita videt ista, vix lenare oculos ad Deum audeat, sed magis quasi itupentibus oculis, ut dicit Augustinus recumbit, & hoc est, quod Moysem non audeat aspiciere, sed se abscondit. E zec. 9. Vidit virum indutum lineis inter viros, qui portabat vasa mortis in manibus suis, & habebat attramentarium scriptoris ad renes, & dixit Dominus ad eum, Transi per mediam civitatem Ierusalem, & signa Thau super frontes virorum dolentium, & gementium. Et sequitur quomodo viris, qui portabatur vasa interfecionis præcepit, quod nec viro, nec mulieri, nec seni, nec iuveni parceret, qui omnes, super quos signum Thau impræsum non viderent in frontibus gladio interficerent: à sanctuario meo incipite, & concluditur iniquitas domus Iuda, & Ierusalem magna est valde, vir iste indutus lineis est Dei filius indurus carne humana munda, & candida, in cuius tunica virgo Maria ministravit artifex spiritus sanctus, Attramentarium scriptoris portat ad latus, quia sanguine fluente de eius vulnere, laterali consignantur omnes ciues Ierusalem, id est, ciues ecclesie in baptismo. Octo viri vasa mortis portantes sunt diuinae scientie in finali iudicio executores, vel diuinam sententiam peccatoribus denunciantes, quales debent esse prælati, & prædicantes. Nam per istos fidei ciuitatis Ierusalem Thau consignantur, aut sacramentorum administratione, aut verbi Dei prædicatione. Signum Thau, id est crucis Christi in fronte habere est virtutes, & opera Christi in sensibus, & in operibus demonstrare: quia in fronte vigent sensus, & in fronte, siue vultu quilibet cognoscitur, & ab alio distinguitur: Sed multi portant signum Thau in lingua, vel in habitu religionis, de quorum frontibus, id est operibus est deletum, sed per opera quasi faciem, seu frontem ab alijs scilicet bonis distinguuntur, & discernentur, quando eis illa quaestio terribilis proponitur: Cuius est imago hæc, & superscriptio. Ideo tales cuiuscumque sint ætatis, status, sexus, conditionis, professionis, audient contra se sententiam mortis æternæ. Hanc sententiam euadent illi soli, quia signum Thau id est opera crucis habebunt in operibus, cui concordat quod dicitur in Apocalyp. 7. Auidiui numerum signatorum centumquadragintaquattuor millia, id est, soli obedientes, penitentes, perficientes, perseverantes, habentes nomen agni, id est Christi, & nomen patris eius, id est fidem humanitatis, & diuinitatis scriptum, id est, per opera impræsum. Attende verbum terribile contra clericos, & religiosos, qui nomine sanctuarij designantur à sanctuario, ait, modo incipies. Nam illi priores, & maiores erunt in pena, qui priores, & maiores fuerunt in dignitate, & culpa, quia ut ait Sapiens, iudicium durissimum his, qui præsumunt fiet durum, quia malè intrauerunt, H
 durius, quia malè vixerunt, durissimum, quia malè rexerunt, mala exempla dederunt, de quibus dicit Gregorius. Quia tot mortibus digni sunt, quot mala exempla ad alios transmiserunt: incipiet ergo dura sententia ab isto sanctuario, nec mirum, quia sanctuarium istud est pollutum immundicia, conculcatum ignominia, incensum, & iam combustum auaritia, depopulatum in deuotione, & irreuerentia. Deus, ait Propheta venerunt gentes, gentilitate, & infidelitate viuentes, in hereditatem tuam, scilicet ecclesiam quam tu sanguine tuo emisti: sed quomodo venerunt, certe, ut fures ad depredandum, ut mercatores ad emendum, ut ambitiosi ad se ingerendum, polluerunt templum sanctum tuum omni genere pollutionis

nis, omni genere peccati, posuerunt Ierusalem in pœnorum custodia. Multi enim hodie custodiunt ecclesiam, sicut cultus. Iuntur pomeria, pomeria enim communiter non putantur, nec fodiantur, nec ligantur, nec pastinantur, sed dominus pomerij, qui nullam curam, nullum laborem circa exercuit, fructus inde capit, sic multi sunt suas ecclesias, sicut pomeria custodientes, fructus ecclesie suo tempore rapientes, nullum commisso populo, seruitium impendentes, nec celebrantes, nec prædicantes, nec confessiones audientes, qui secundum veritatem ad restitutionem tenentur. Iusto iudice dicitur Marc. vltim. Iesus assumptus est in celum, & sedet ad dexteram Dei. per dexteram iustitia designatur: quia in dextera est motus rector ad iudicandum, virtus perfectior ad mensurandum, Motus rectus iudex lectus Iustitia est plena dextera tua. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum Matth. 25. Statuer oues ad dexteram, hædos ad sinistram: tunc enim pugnabit per arma iustitie a dexteris, & à sinistris. B
 Matth. 25. Cum venerit filius hominis in sede maiestatis sue, & omnes Angeli eius cum eo, &c. Cum enim venerit comitantibus Angelis, assistentibus sanctis, apparentibus passionis instrumentis, conuulsantibus flammis: quia ignis ante ipsum præcedet, & inflamabit in circuitu inimicos eius. Colidentibus elementis, conuenientibus iudicandis bonis, & malis libris, conscientiarum, qui nunc clausi sunt, apertis cunctis cogitationibus, locutionibus, operationibus omnium omnibus nude ostensis. Cum itaque sic iudex venerit, tunc sedebit, etc. Qualiter autem sedit, & quomodo iudicabit dicitur Malach. 2. Ecce venit dicit Dominus, & quis stabit ad videndum eum. Sedebit confans, mundabit actiones, purgabit locutiones, colabit cogitationes. Et in omnibus istis multæ impuritates inueniuntur, ideo sanum esset consilium, quod dum tempus habemus, ista omnia in fornace confessionis, & penitentiae purgaremus. C
 Vniuersale autem iudicium futurum certitudinaliter colligitur ex iusta prouisione Dei, debita punitione mali, condigna remuneratione boni, perfecta reformatione vniuersi: has quattuor rationes deducit August. 22. de ciuit. Dei cap. 1. Hoc ergo iudicium est prudenter expectandum, & caute præueniendum, iuxta illud, ante iudicium para iustitiam. Eccles. 18. Ut papirus conscientie inueniatur correctæ, & lampas bonorum operum sit accensa, ne cum fatuis virginibus careamus oleo deuotionis, excludamur à regno consolationis, audiamus verbum reprobationis: Amen dico vobis, nescio uos. Circa iudicem nostrum Christum tria debemus considerare, quæ est auctoritas conscientie excellentie ad disceptandum, claritas scientie ad discernendum, ueritas iustitie ad exequendum, & remunerandum apparebit quidem in illo extremo iudice, qui secundum Bernardum: Male iudicata re iudicabit auctoritas, & potestas excellentie ad disceptandum, & citandum, quia omnes stabimus ante tribunal, ut recipiat vnusquisque prout gessit, hic bonum, siue malum. Ioann. 5. Omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectione uitæ, qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicij, pater enim omne iudicium dedit filio, ut dicitur in Ioan. 5. Ut enim dicitur 20. de ciuit. Dei. Iudicabit in illa die tota trinitas quantum ad autoritatis iurisdictionem, Christus quantum ad sententiae promulgationem, Apostoli, & uiri Apostolici quantum ad sententiae approbationem. Esa. 3. Dominus ad iudicium ueniet cum senioribus populi sui. Iob. 30. Iudicium pauperibus tribuit. Tunc

Custodes.

Veniret. Christus. Iudicium. Psalm. 96.

Bernard.

Augu. 20. de ciuit. Dei

Tunc dicent mali montibus cadite super nos, & abscondite nos à facie ire
agni, quia dies illa dies iræ, dies clamoris, & caliginis. Sopho. 1. Dies illa dies
iræ, dies tribulationis, & angustie, dies calamitatis, & miserie, dies tenebra
rum, & caliginis, dies nebulæ, & turbini, dies tubæ, & clangoris: Quando
dicitur peccatori, ligatis pedibus, & manibus, proijcite eum, sicut cadaver
fetidum in tenebras exteriores: tibi erit sterus ex fumo resolvente, & excæ
cante, & stridor dentium ex frigore constringente. Erat in illo iudice cla
ritas notitiæ ad discernendum, omnia enim nuda, & aperta oculis eius. Vt
dicitur ad Heb. 4. Nihil enim opertum, quod per istum iudicem non reue
letur, & occultum, quod non sciatur. Psalm. 36. Iudicium tuum tanquam
meridies: quia secundum iura clarior luce, debet esse sententia iudicantis.
Vnde sicut esse, nec excogitari potest perfectior iudex Christo homi
ne Deo, sicut nec perfectius, nec rectius, nec clarius iudicium suo. Tunc
enim idem erit omnium iudex, actor, testis, secundum Augustinum libro
meditationum, cap. 15. & in cap. aliorum. 90. quaest. 3. Quando dicit. Esu
riui, & non dedistis mihi manducare, ideo concluditur. Ite maledicti: Et veni
te benedicti. Tunc dicitur est falsis consiliarius, iudicibus iniquis, aduoca
tis peruersis illud Hier. 5. Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupil
li non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt: Nunquam se
per his non visitabo, dicit dominus. Immo visitabo in virga iniquitates eo
rum, & in verberibus peccata eorum. Cum accipero tempus ego iustitias
iudicabo. Attende tertio in isto iudice veritatem iustitiæ ad exequenda cū
accipero tempus, &c. Modo enim est tempus miserendi, tunc erit tempus
punienti. Hanc iustitiam declarat Apostolus quasi ad Cor. 5. Omnes vos
oportet manifestari ante tribunal Christi, vt recipiat vniquisque prout
gessit in corpore, siue bonum, siue malum: Ecce edictum citationis: Quia
citatio erat vniuersalis sine exceptione: omnes ait. Omnes enim, qui in mo
numentis sunt excusatione, & procuratoris institutione, quia nox erit pa
tens, quia non agitur in occulto, ideo sine occultatione manifestari. Mo
do enim sicut stulti timemus crimina nostra manifestari vni homini, cui
in occulto loquimur, tanquam Deo, sed tunc omnia omnibus manifesta
buntur, cunctaque cunctorum cunctis arcana parebunt. Erat perempto
ria sine dilatione, vnde ait oportet in momento in icu oculi. Erat infalli
lis sine deceptione, quia ante tribunal, vbi iudex nō fallitur verbis, nec fle
ctetur donis. Erat inrefragabilis sine appellacione, vt recipiat vnusquisque
prout gessit. Tunc enim vindicta carnis in pij ignis, & vermis, quia ignis,
grando, nix, glacies, spiritus procellarum pars calicis eorum. Tunc mitte
tur in stagnum ignis ardentis, & sulphuris, & ascendet fumus eorum in se
cula sæculorum. De extremo iudicio dicitur illud Apocalyp. 20. Iudicati
sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera eorum: Li
bri autem isti, ex quorum scriptura omnes iudicabimur, sunt nostræ con
scientiæ, quorum scriptura opera nostra sunt. In isto libro de anima, scilicet
in nostra conscientia, tria debemus legere diligenter, commissa ad de plo
randum, omissa ad supplendum, amissa ad recuperandum, quid, commisi
mus nefanda seclera, quid omisimus necessaria tempora, quid amisimus æ
terna gaudia, quid incurrimus æterna supplicia, vnde salubre est cõsiliũ,
vt antequam intruat morbus, corrumpat corpus, deficiat tempus, deficiat opus,
legatur, & corrigatur huius libri de anima textus: cum Balthazar rex Babi
lonis fecisset grande conuiuium, vidit manum scribentem in pariete, Ma
ne Techel, Phares, si itaque rex iste cuius esset manus scribens non cogn
oscebat,

Aduocati.

Pena.
InfernusLiber.
Cõscientia.
Opera.

A scebat, scripturam legere nesciebat, nec scripturæ sententiam intelligebat,
& tamen tantum timebat, quod omnia ossa corporis quasi frangebatur, &
compages soluebantur, quantum debemus nos timere, quod manum Dei
nobis comminantem cognoscimus, quam euadere non possumus, qui scri
pturam, & sententiam de æterna damnatione intelligimus, qui iam digitũ
scribentem in pariete mortem scilicet & continuam infirmi aem in cor
pore iam sentimus, continuè comedendo ad mortẽ currimus. Omnes mo
rimur, & quasi dilabimur super terram. Modum, locum, tempus, horam
mortis ignoramus, certe multum deberemus Dei iudicium, & scribentem
contra nos manum formidare. Hic est ergo liber de anima, modo dum tẽ
pus habemus cum diligentia corrigendus: quia post hanc vitam non pote
rit corrigi, sed si corruptus inuentus fuerit, sicut liber errores continens
igni tradetur. In hoc libro de anima scripta sunt insignia imaginis diui
næ, consilia legis nature testimonia conscientia, facta omnia presentis vi
te. Hunc librum de anima non scripsit Arist. sed digitus Dei viui, qui crea
uit animam ad imaginem sui, ex cuius scriptura omnes in iudicio iudica
buntur, sicut per instrumentum publicum manu nostra propria scriptum,
sicut dicit illud verbum Apoc. 20. iudicati sunt mortui. Iste liber a quibus
dam pessimis scriptoribus scribitur enormiter peccati perpetracione, clau
ditur damnabiliter peccati impenitentia, & obstinatione aperitur vtiliter,
& salubriter pura confessione, aperietur finaliter illis, qui modo claudunt
in enarrabili confusione, quia ut ait Aug. 20. de ciuit. Dei cap. 13. Vi diui
na fiet, vt in iudicio vni cuique omnia opera sua bona, & mala ad memo
riam reuocentur, & omnia omnibus manifestentur, quando ueniet domi
nus, qui illũ minabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilium a cor
dium. Corruptus est liber iste de anima, corrupta glosa. quia a intentio per
uersa: corrupta, & falsa interlinearis propter utilitatem, & immunditiam
cordis, & cogitationis, corruptus, & falsus textus, quia immundus, fe
tidus, iniquus actus. Corrupta, & falsa ortographia, quia multorum locutio
est simulata, & dolose: Corrupta quia ficta, & falsa est eorum confes
sio. Hodie consentitur, & eras ad peccati vomitum reuertuntur. Et sic fa
ciunt p̄ntem continuatum, non dimittunt peccandi propositum, cum
tamen deberent duo p̄ntia facere, quorum unus esset finis, & principium
honestæ conuersationis. Talis liber tanquam errores continens com
buretur.

In iudicio complebitur illud: Homo quidam peregre proficiscens uoca
uit seruos suos, uni dedit quinque talenta, &c. Iste homo Christus est,
qui peregre profectus est, dum in celum assumptus est, serui sui sunt fi
deles Christiani. Et est aduertendum, quod illa bona à Christo nobis tradi
ta dicuntur talenta, dicuntur quinque, dicuntur duo, dicuntur vnum. Tal
enta dicuntur, quia ad negociandum, & lucrandum nobis sunt tradita.
Quinque talenta designant omnia sensibilia, quinque sensibus apprehen
sibilia, quæ sunt extra nos, per duo bona naturalia, quæ sunt id, quod nos
corpus, & anima: per vnum donum gratiæ, quod perficit nos: quia quod
per superabundantiam dicitur, uni soli conuenit: Donum autem gratiæ ex
cellit alia dona Dei, quia maior horum est charitas. Ita quod per quinque
significatur omnia sensibilia, quæ data sunt nobis ad quinque, in spe ulũ
contemplationis, vt in omnibus Dei potentiam, sapientiam, & bonitatem
contemplemur, & in omnibus, & de omnibus adificamus creatorem. n co
gnoscere, & laudare in solatium consolacionis, & regratiando Deo de om
nibus

Confessio.

. 91. 221

Matth. 7.

Christus.
Ascensio.

inibus, in exercitum perfectionis, ut mala, & aduersa si conueniant per patientiam toleremus, in documentum informationis, ut aduertamus, quod omnis creatura, & insensibiles res inniolabiliter obseruant leges sibi a Deo inditatas, ut patet in cursu solis, lunæ, maris, & in omnibus alijs, solus homo ex sua malitia transgreditur omnem legem, & datam, & impressam in subfidium, & vehiculum nostræ peregrinationis & sustentationis, ut de omnibus accipiamus ad naturæ sustentationem. Tunc autem bene vitimur istis quinq; talentis, quando appetuntur citra licitum: non enim licet ea appetere, vel diligere quantum Deum, sed semper citra, quando acquiruntur iuxta licitum, quando expenduntur citra licitum, quando distribuuntur infra licitum. Qui autem sic negociatur, tunc alia quinque superlucratus est, quando dantur ei æterna pro terrenis. Per duo talenta significatur corpus, & anima. His autem talentis recte vitimur, dum omnia facimus ratione recte discernente, voluntate recte imperante, corpore promptè exequente. Talis negociator alia duo superlucratus est: quia duplex ei stola, scilicet corporis, & animæ dabitur. Per vnum talentum gratia siue charitas designatur: quia vnum dicitur, tum quia vnit cum Deo, tum propter suam excellentiam, tum quia sola omnes virtutes ornat, format, vniificat. Hoc talento recte vititur, qui ad susceptionem gratiæ diligenter se præparat, datam solícite conseruat, conseruatam per bona opera quotidie augere procurat: quia in via Dei non progredi est regredi. Tunc autem non solum talentum geminatur, sed maior gratia, quam prior esset, ei datur. Sed dicitur, quod seruus malus abscondit illud in terra, & eodem capit. dicitur, quod fodit ipsum in terra, tunc talentum gratiæ in sudario absconditur, quando immunda cogitatione animus maculatur, & gratia amittitur. In terra absconditur, quando peccatum opere perpetratur. In terra profundè absconditur, quando peccandi consuetudine animus induratur, & obstaculum gratiæ opponitur. Cuilibet autem bene negocianti dicitur. Euge serue bone, &c. 3. Reg. 5. In auare septies in Iordane, &c. Iordanis interpretatur riuus Iudicij: oritur in nobis timor, ex timore oritur Iordanis, id est fluuius lachrymarum, in quo Naaman peccator leprosus mundatur à lepra peccati: vnde in hoc fluuiio debet peccator lauari non solum intingi: quia magna lachrymarum copia oritur ex consideratione diuini iudicij, & sententiæ proferendæ.

Sententiæ extremi iudicij, qua dicitur: Ire maledicti, & venite benedicti designatur in diuisione aquarum. De primis aquis dicitur Numeror. 6. Aqua maledictionis, &c. Istæ aquæ maledictionis est sententiæ data contra malos: Ire maledicti, &c. In semore est vis generatiua, computrescit ergo semur, in quo significatur priuatio omnis spei, ut ex tunc nullam prole operis meritorij possit facere: disrumpitur vterus propter vehementiâ doloris. De aquis benedictionis. Ioh. 3. Fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam.

Item designatur ista diuisió per aquas viuas, & mortuas. De primis aquis Apoc. 22. Qui vult accipiat aquam vitæ gratis. De aquis mortuis Iosue 3. Aquæ inferiores: & illud Esa. 2. Dies Domini exercituum, &cæt. dies Domini, dies iudicij. Tunc enim superbi humiliabuntur. Per cedros Libani intelliguntur hypocritæ, qui gloriantur in candore exterioris apparentiæ: Libanus enim interpretatur candidatio. Psalm. 28. Vox domini confringentis cedros. Per quercus Basan intelliguntur qui de finis vitij gloriantur. Psalm. 47. In spiritu vehementi cõteret naues Tharsis. Sicut

A Sicut enim quercus est fructus porcorum, sic peccata sunt cibus Daemonum. Basan interpretatur confusio: nam tales gloriantur de his, de quibus confundentur. Per montes excelsos intelliguntur superbi, vel prelati. Montes sicut cetera fluxuntur à facie Domini. Per colles oliuarum intelliguntur sapientes mundi. Naum. 1. Montes. Per turrim excelsam intelliguntur gloriantes de nobilitate generis. Genes. duodecimo. De turri Babel, quam ædificauerunt, volentes sibi facere nomen. Ezechiel. 26. Turres suas. Per murum munitum intelliguntur gloriantes de potestate. Tre. 2. Cogitauit Dominus dissipare muros. Nota de muris Iericho, Iosue 6. Per naues Tharsis intelliguntur gloriantes in diuitijs. In spiritu vehementi cõteret naues Tharsis. Per visum pulchrum intelliguntur gloriantes de pulchritudine corporali, quibus dicitur Esa. 3. pulcherrimi, &c. Apocalyp. 2. Gladius ex vtraque parte acutus, &cæt. Vir ille est Christus in medio septem cadelaborum, id est omnium ecclesiarum. Gladius ex vtraque parte acutus est eius sententiæ contra malos, quæ ex vtraque parte scindet, quia in corpore, & in anima damnabit malos.

B Et nota de iudicio Dei contra peccatores illud: Signa Thau. Non perdat Oculum tuum, &c. Vir indutus lineis vestibus humanitatis mundis, & candidis, est Christus. Viri portantes vasa mortis in manibus sunt Angeli de mandato Christi, in manu, & potestate sua damnationem reproborum, habentes Thau, quod est signum crucis. Thau super nos portamus, quando mortificatione crucis Christi in corpore nostro habemus. Illi non portant Thau, qui a penitentia se excusant, & tangit aliquos status ad maiore timore. Alii qui dicunt senex sum, non possum facere penitentiam, alij adolescens sum, adhuc potero facere penitentiam, alij ratione bonitatis, alij ratione integritatis, & immunditiæ carnis, alij ratione munditiæ mētis dicunt. Virgo sum. C Alij ratione delicatioris, quos vocat mulieres: sed vt ostendat, quod nulla valet excusatio: ideo dicit, Senem adolescentem, &c. Et addit à sanctuario, id est, a clericis, qui ad custodiam sanctuarij deputati sunt, qui amplius sunt, in culpa, & in maiori erunt pena.

Vel Thau est charitas, qua distinguuntur filij Regni à filiis perditionis: quia in quocunque statu sint, quæcunque bona faciant nisi in charitate factauerint, omnia sunt mortua.

Et nota de iudicio Dei contra superbos, de Nabuchodonosor, qui propter superbiam electus est à regno, & cum feris, id est, demonibus fuit habitatio sua: Gen. 37. Fera pessima denorauit, &c.

Nullus iudex debet proferre sententiã donec ei constet de veritate, sicut docet dominus dicens in persona iudicis: Descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non sit ita, ut scierint.

D Iudices non debent in iudicij usurpare auctoritatem, nec in sententijs præcipitare veritatem. Quod figuratum est Matth. 13. Vbi dixerunt serui domino de zizania, quæ designat peccatores: Visimus, & colligimus ea: quibus ait: Sinite usque ad messem. Principes, & iudices non debent munera recipere. Legamus de Abraham per quem significatur principes, quod quando obtenta victoria de hostibus suis Abimelech uenit ei obuiã, & uoluit ei dare spolia: tunc ait Abraham: Leuo manum meam ad dominum Deum possessorem, quod non recipiam quicquam. Item per Moysen significantur Pontifices, qui quando murmurabant, quod contra ipsam dixit: Tu scis domine, quod nec a sellum tuli, nec oppressi aliquem, nec

calumniatus sum quæp am. Item Samuel, per quæ significatur iudices, qui ind cauit Israel in æquitate, & veritate, qui dixit præsto sum sicuti cuiusquam boue, aut asinû, si calumniatus sum aliquem, aut si oppressi quæpiã, aut si accepi munus &c. Item Elifauus, per quem significantur sacerdotes, quando curauerat Naaman à lepra sua, dixit Elifauo, quod acciperet ab eo munera, cui dixit Elifauus: Viuit dominus, ante cuius conspectû sto, quod nihil accipiam. Tales deberent esse sacerdotes: & vtiã recipientes efficerentur leprosi, sicut accidit Giezi, quia munera recepit.

Dan. 7. Ultimus per quem significantur Doctores, & consiliarij fuit Daniel, de quo dicitur in Daniele, quod cum Balthasar vidisset manum scribere in pariete: Mane, techel, phares, promisit munera magna dare ei, qui scripturam legeret, cum Daniel scripturam legisset, & interpretationem dixisset, rex voluit ei dare munera, cui Daniel: Munera tua sint tua, dona tua alter accipiat, ego scripturam legam tibi, &c. **3. Reg. vlt.** Iosaphat fecit naues, &c. **F.** Iosaphat iudicem significat: interpretatur enim iudicans Sap. 1. Diligite iustitiam, &c. Ophiur designat mundum: interpretatur enim infirmans: per aurum amor temporalium, siue auaritia figuratur: naus Iosaphat propter aurum vadit, quando iudex, vel prælatus non nisi pecuniã quarit. Quare de hoc in tabula de aduocatis, & consiliarijs.

De Mariæ Virginis assumptione.

Vidi in dexteram sedentis librum scriptum intus, & foris. Iste liber potest dici beata Virgo. Liber generationis Iesu filij Danid; dextera in qua est iste liber amplexus filialis: Dextera illius amplexabitur me. Iste liber est intus scriptus sanctitate, foris honestate, intus in mente, foris in carne. Iste liber est signatus septem sigillis: quia præsignata septem figuris, quæ sunt Arcus atheris, Arca fœderis, Virga germinis, Rubus visionis, Vellus Gedeonis, Thronus Salomonis, Horologium solis. Virgo Maria in scripturis per virgam designatur. Hæc est virga, cuius adoratur summitas Heb. 11. Adorauit fastigium; Ex qua liberatur captiuitas. Exod. 4. Eleua virgam, &c. Per quam inflammatur charitas. **Judic. 6.** Extendit Angelus, &c. Per quam confortatur infirmitas. Virga tua, & baculus. Hæc est virga per quam legitimus facta esse innumera miracula; hæc est virga data in liberationem peccantibus. Vnde figuratur per virgam Moysis, qua percutitur aqua, & vertitur in sanguinem; quia meritis Mariæ virginis fluxus carnalis affectus vertitur in pudorem. Hæc virga percutitur puluis, & fiunt cynifes pungentes: quia suffragio virginis affectus terrenus conuertitur in dolores: extenditur in cælum, sunt grando, fulgura, & tonitrua; quia suffragio Virginis incutitur peccatoribus tonitruum timoris diuini iudicij, fulgur, & grando pœnarum inferni. Est hæc virga in defensionem pugnantibus. Vnde pugnaturus populus Israel contra Amalech, stabat Moyses in vertice montis habens virgam Dei in manu: & sic Amalech, qui gens bruta interpretatur, & significat, Dæmones fugabatur. Est etiam in eruditionem studentibus, vnde per virgam, qua Ruth excutiebat hordeum figuratur. in: ante enim Ruth, hoc est deuota anima, agrum scripturæ, vel cuiuscunque alterius scientiæ tor manipulos colligit, quot veras sententias inde extrahit, quod fit a deuoris auxilio Virginis Mariæ, cuius auxilium granum a palca excutitur, dum uera sententia à falso intellectu se-

Aparatur. Est etiam in deuotionem orantibus: vnde figuratur per virgã, qua Angelus sacrificium, Gedeonis tenuit, & igniuit. Gedeonis sacrificium significat orationis affectum, azimi panes, panis cogitationis, carnes, piæ affectiones: In scriptura enim cor carneum, per unum figurat affectum: Dabo vobis cor carneum. Summitate vero virgæ ab angelo tangitur sacrificium, & ignitur, qui dum rore supernæ gratiæ per virginem impetrat mens orationis perfenditur, affectus eius per deuotionis incendium inflammatur. Moy. ergo, id est eu liber Christiano de aquis baptisimi sumpto dicitur; Virgam sume in manu tua, in qua facturus es signa, & prodigia, id est Mariæ temper suffragium inuoca, per quem impetrare poteris postulata.

B De assumptione Virginis exponitur illud. Visa est arca testamenti in templo. Dicitur enim in arca propter gratiam sanctificationis. Et sic dicitur arca arca artificiosa. Secundo propter gratiam conceptionis, & sic dicitur arca arca capacissima. Tertio propter gratiam fructificationis, & sic dicitur arca arte cathedrata. Quia ergo secundum corpus fuit arca continens thesaurum nostre redemptionis: ideo de ipsa quantum ad corpus dicitur illud Verbum Visa est arca, &c. De eodem exponitur illud: Multiplicatae sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. Multiplicatio aquarum, plenitudo gratiarum: arca pulchritudo, Mariæ sanctitudo, arca sublimatio, Mariæ gloriatio in corpore, & anima. **Psal. 121.** Surge Domine in requiem tuam: tu, & arca sanctificationis tue.

C De assumptione Virginis exponitur illud: Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: in ipsa enima fuit signum detentionis uerbi. **Blata** trigesimo octaavo. Hoc erit tibi signum fecundationis uteri. Iudicum sexto. Ne irascatur furor: Generationis filij. Dabit Dominus i, te uobis signum: Ecce virgo concipiet; propterea fuit signum fœderationis. **Numer. 16.** Refer virgam Aaron, &c. Propitiationis rei. Hæc quarto. Virga aurea pro signo clementiæ. Amicta fuit sole in sua assumptione propter quattuor dotes corporis, quæ sunt impassibilitas, subtilitas, agilitas, claritas. Est autem mulier non infirmitate, sed singulari dignitate, qua præordata diuino intuitu, sanctificata in ortu, dignificata in conceptu, magnificata in partu, glorificata in transitu, ideo benedicta tu in mulieribus. Luna autem cum libet mutabilirat, sub pedibus eius fuit, quia in corpore, & anima glorificata existit. Corona duodecim stellarum est ornatus duodecim privilegiorum. Quorum quattuor sunt a Deo, sanctificatione uerbi, saluatio Angeli, obumbratio Spiritus sancti, conceptio filij Dei: Quattuor a parte animæ, sollicitudo conuersationis, sollicitudo examinationis, certitudo intelligens, promptitudo assentientis; quattuor a parte corporis per animam, uirginitas sine exemplatione, fecunditas sine corruptione, granda sine grauatione, puerpera sine dolore & læsione vel afflictione. Propter prima quattuor dicitur, Aue Maria gratia plena: propter alia quattuor, Dominus tecum: propter alia quattuor, Benedicta tu in mulieribus.

D De eius assumptione exponitur illud Apocalyp. 12. Datae sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, ut volaret in locum suum, ubi habet locum para-

res Isabel præter mulieres disparitate status. Benedicta tu: Super mulieres in paritate gradus Hester 2. Adamavit. Alæ autem, quæ matrè Dei leuauerunt, fuerunt virtuosa: ideo erectiua respectu Dei speciosa, ideo ordinatiua respectu sui: Gratiola, ideo protectiua respectu nostri. Duæ alæ dicuntur erectiua respectu Dei, quia sublimata illis fuit ad Deum ultra omnem puram creaturam. Istæ sunt generositas genitricis & autoritas imperatricis. Ezech. 17. Aquila grandis, & c. Duæ alæ ordinatiua respectu sui, vt multa reducantur ad duo sunt puellaris virginitas, singularis fecunditas. Esa. 8. Erit extensio alarum. Duæ alæ protectiua respectu nostri, quamuis multipliciter protegat nos, possunt dici propiciatio offensorum: Sub umbra alarum tuarum protege me: Procuratio gratiarum. In velamèto alarum tuarum exultabo: Volatus autem suum ad æthereum scilicet thalamum habuit infinitus situm, & initium per humilitatem, quæ eam impulit, quia humilitas exaltat agilitatis motum per virginitatem, quæ eam pertulit. His alis eleuata ascendit, & volauit super pennas ventorum, id est super choros Angelorum.

Esa. 8.
Psal. 16.
Psal. 62.

In Sabbato sepulturæ Christi fides remansit in sola Virgine Maria, quod significat illa candela, quæ accensa remanet in triduo hebdomadæ sanctæ alijs extinctis. Et ob Virgini Mariæ in sabbato specialiter solemnizat ecclesia. Non enim poterat ignorare ipsum esse verum Deum, quem conceperat Angelo nunciante. Can. 3. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum ascensum purpureum media charitate constravit propter filias Ierusalem. Salomon rex pacificus, magnificus, munificus, opulentissimus, sapientissimus, fecit ferculum, id est, dedicauit Virgini vterum, qui dicitur ferculum, id est, sedem, et solum propter constantiæ firmitatem de lignis libani, vt simul attendans in lignis veram fecunditatem, in libano mundissimam virginitatem, columnas argenteas, vt in columnis attendans rectitudinem vitæ, in argento pulchritudinem famæ, reclinatorium aureum, vt in reclinatorio attendas tranquillitatem conscientiæ, & in auro limpidi tatem sapientiæ: ascensum purpureum media charitate constravit, vt simul in ipsa cognoscas claritatem cognitionis, & igitam charitatem dilectionis. Et hoc propter filias Ierusalem, id est fideles animas informandas, & reformandas. In secundo Paralipo. 3. Strauit Salomon pavementum templi preciosissimo marmore decore multo. Salomon rex pacificus est artifex spiritus, scilicet marmor preciosum, virginis pavementum humilitas, decore virtutum varietas. Ex quibus concluditur Virginis gratiositas. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus: odor agri virginalis vterus, vt sol splendor, stipes flos, et odor, sic Virgo genuit Saluatorem, vnde hæc benedictio, quæ est Christus, fuit de rore cæli, & pinguedine terre, id est de spiritus sancti gratia, & Virginis substantia, fuit Christi conceptio benedicta, vnde fluuius egrediebatur de loco voluptatis, id est, Christo de Virgine, rivus, vel fluuius à fonte Virgo Maria protegit peccatores, occurrens Christo iudici, vt mediatrix loquens, vt aduocatrix, prohibens, vt supplicatrix, vnde ait Dauid ad Abigail: Benedictus dominus Deus tuus, qui misit te in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & vicissem me manu mea.

Christus.
Solium.
Cathed.

Gen. 2.
Benedict.

2 Reg. 15.

De eius assumptione 2. Reg. 6. Dauid, & omnis Israel adduxit arcam domini cum gaudio, erant cum Dauid 7. chori, scilicet, celestium spirituum,

A patriarcharum, prophetarum, Apostolorum, martyrum, confessorum, virginum.

Conceptio filij Dei ex Virgine fuit designata in Virgi Aaron, de qua Numer. 22. Inuenit Moy. germinasse virgam, & turgentibus gemmis, id est, manifestis virtutibus, vel donis sancti spiritus eruperat per manifestam conuersationem, flores manifestabantur virtutes, qui folijs dilatari per conuersationem in amigdala, id est perfectionis opera dilatati sunt. Genes. 2. Fons ascendebat de terra, qui abundans gratia scaturit de Virgine Maria irrigans vniuersam superficiem terræ: quia de plenitudine suæ gratiæ accipiunt vniuersi, vt dicit Bernardus: Agris curationem, tristis consolationem, & c. Hester 10. Fons paruus creuit in fluuium magnum, & in lucem, solemque conuersus est, & in aquas plurimas redundauit. Hester ista virgo beata creuit in fluuium solem lucem: sic nos vegetet ad uitam, vt flumè per humiditatem gratiæ, vt sol per caliditatem misericordiæ, & lux per splendorem forme, & conuersationis honeste, vt flumen enim vegetat ad humiditatem, vt sol ad caliditatem, vt lux consilians contrarietate, ideo ipsa inteligitur per illum fontem solis Iosue, Terminus filiorum Iuda pertransit ad aquas, quæ vocatur fons solis.

De Ecclesia.

A Poc. 2. vidi in medio septem candelabrorum aureorum. Iste est Christus, qui sicut cor in medio animalis influit sensum, & motum, sic Christus in totum corpus ecclesiæ influit sensum fidelis cognitionis, & motum meritoria actionis: septem candelabra sunt vniuersalis ecclesia, quia per septennium vniuersitas figuratur. Ista candelabra sunt aurea per charitatem, de auro ductili per obedientiam, in triplici pede in fide trinitatis fundata, sursum erecta per fidem, lumine veritatis fidei accensa. Iste habet in dextera sua septem scilicet sacramenta, quibus ornatur ecclesia, ut cælum stellis, quæ dicuntur in Christi dextera: quia ab eius potentia recipiunt efficaciam, & virtutem. De ecclesia intelligitur illud: Vineam factam est dilectio in cornu filio olei, sepiuit eam, lapides elegit ex ea, edificauit turrim in medio eius torcular extruxit in ea, & expectaui vt faceret uas, & fecit lambruscas: & nunc ostendam uobis, quid faciam uineæ mee, auferam sepem eius, & erit in conculcationem, diripiã maceriem eius, & erit in direptionem, & ponam eam desertam: non putabitur, neque fodietur, & ascendent super eam uepres, & spinæ, & nubibus madabo, ne pluãt super eam imbrem. Quæ sit ista uinea, quia Christi ecclesia, & congregatio clericorum. Ipsemet ista dicit, uinea, ait, domini exercituum domus Israel est, hæc uinea facta est dilectio filio Dei in cornu olei, quia fracto cornu fracto alabastro corporis sui in cruce, effudit sanitatis, & medicinæ olei sanguinè. suū, cuius humore sic tota ecclesia irrigatur, ut nulla uitis, nullus. f. fidelis uinã Deo sapida operationis possit producere, nisi humor huius olei intingatur, huius uineæ uites sunt, cuncti fideles cultores uineæ sunt patriarchæ, propheta, doctores, & omnes qui ab origine mundi missi sunt ad istam uineam excolendam, Sicut dicit Greg. in hom. 19. super illo: Simile est regnum cælorum homini patri familias, qui exiit primo mane conducere operarios in uineam suã. Torcular in uinea extruxit, dū in ara crucis botrum sui corporis compriui uoluit, unde fuit illud uinum omni sapore plenum, quo mentes fidelium inebriantur, & lætificantur. Quia

Sacramenta

Esa. 5.

Passio.

Sanguis.

Ecclesia. vinum iustificat cor hominis. Lapidem ex illa elegit, quia errores amovit, & corda per errorem indurata confregit, & infideles, qui corda habent lapidea maxime iudeos à fidelibus separauit. Turrem aedificauit, quia magna autoritate, & potestate ecclesiam vallauit. Sic Christus ad istam vineam se habuit. Sed quoniam edo se habet vinea ad Christum. Et expectauit, ait, ut faceret vvas, fecit autem labruscas: quia & si caranus, legimus, predicamus, & alia opera, quae videntur bona faciunt multi, non tamen sunt Deo accepta, nec sapida, nec grata: quia procedunt ex conscientia infecta, non intentione peruersa. Respexit. n. Deus ad Abel, & ad munera eius: non. n. acceptat manum, nisi prius acceptet animam, ideo ait talibus Kalendas vestras, & solennitates vestras odium anima mea, incensum abominatio est mihi, iniqui sunt ceterus vestri, cum multiplicaueritis orationes vestras. non exaudiam, manus vestrae sanguine plene sunt, uel turris protectionis est Christus in medio ecclesiae, quia turris fortissima nomen domini: ideo timendum est, quid iratus dominus faciat huic vineae, quod sequitur, Sepē aufert, & detur in direptionem: maceriem destruat, & detur in conculcationem. Quod enim iam vepres, id est, pruritus carnalis concupiscentiae, & voluptatis, quod spinae auaritia, & temporalis cupiditas vineam operiat, & vvas bonorum operum impediunt, satis patet, quod nubes imbrem gratiae defusa non pluant, id est, quod suffragia sanctorum peccatis nostris exigentibus nobis deficient, est etiā formidandum. Ecclesia est domus illa, quae uir sapiens, id est, Christus aedificauit supra petram, & descendit pluuia carnalis uoluptatis, & uenerunt flumina mundialis auaritia, & uanitatis: Fluuerunt uenti superbia, & fastuositas, irruerunt in domum istam: quia ab istis semper impugnatur ecclesia, & religio sancta, & non cecidit nec ecclesia, nec religio; fundata enim est earum quaelibet supra petram firmam. Petra autem erat Christus.

Gcn. 3. Ecclesia est illa arca, quam aedificauit Noe, id est Christus de ligno leuitatis, & de sanctis uiris sine peccatis, linita intus, & foris bitumine charitatis. Qui extra istam arcam fuerint, in diluuiio extremi iudicij peribunt: quia extra catholicam Ecclesiam non est salus, tertio Regum 13. Hoc erit signum, quod locutus est Dominus, ecce altare scindetur, & effundetur cinis, qui in eo est. Altare scindetur, ecclesia persecutionem patietur. Et effundetur cinis, qui in eo est, quia uilitas multiplicis peccati, quae nunc latet, toti mundo apparebit. Simile est regnum celorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam, &c. Hic describitur prouidentia Dei, circa totum decursum ecclesie militantis, quia

Matth. 20. Ista dicta sunt beati Gre. ho. 9. Hora mundus. Tempus. Predicatio. primo mane mundi, quod fuit ab Adam usque ad Noe; hora tertia, quae fuit à Noe usque ad Abraham; hora sexta, quae fuit ab Abraham usque ad Moysen; hora nona, quae fuit à Moysen usque ad Christum; hora undecima, quae durat ab aduentu Christi usque ad diem iudicij. Operarios ad excollandam vineam, id est, ecclesiam misit, eo quod per sanctos patres. Postea per legis Doctores, & Prophetas. Ultimo per Apostolos, Doctores, & alios uerbi Dei praedicatorum non cessauit fideles ecclesiae erudire. Quibus operarijs promisit unum denarium, cuius maceria est aurum purae humanitatis, cuius est impressio imago Dei patris. Est autem Hierosolymus probatica piscina, &c. Hierosolyma ecclesiam catholicam designat, in qua sola est piscina sacramentalis, & medicinalis curans a quacunque infirmitate homo decineatur. Huius aquam mouet Angelus, quia sacramentis dat efficaciam, ipse Christus hic est, qui baptizat. Prouerb. 24. Per agrum hominis pigri transiit

A transiit, & per vineam viri stulti. Et ecce totum repleuerant uiticam: operauerant superficiem eius spinam, maceriam lapidum destructa erat. Ager iste, & vinea est Christi ecclesia, vel religio sancta: quia diligenter excultes inde colligunt triticum sanctae operationis, & uinum spiritualis consolationis. De ista vinea Psal. 79. Vineam de Aegypto trastu isti, dux itineris fuisti in conspectu eius, extendit palmites: exterminauit eam aper de silua. Ista est ergo vinea viri stulti, praelati mali, curati diabolici, quam aper, id est Diabolus depascit singularis, ferus est auaritia, vel luxuria. Istam operuerunt spinae auaritia, & cupiditatis, uiticam immunditiae, & seditionis, destructa est maceria, quia perijt timor Dei, honestas, & obediencia, & totum proccedit. Vineam perijt ex hominis pigri, praelati scilicet mali negligentia, ideo sequitur, quod à talibus agricolis vinea auferetur, & dabitur alijs, qui reddant fructum, &c. Ioh. 19. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Ista Christi tunica est fides, & catholica ecclesia, quae est inconsutilis, eo quod non habet petas diuersitatis. Nam vna, & eadem est omnium fidelium ab origine mundi usque ad finem fides, & vna ecclesia: desuper contexta per totum ratione operum charitatis, & ornata sanctitatis, & ratione sacramentorum. Sed hanc nituntur haeretici diuidere, quos Christi crucifixores in hoc eis minus mali, arguant, dicentes: Non diuidamus eam, sed fortiamur cuius sit. Si quaeris cuius est ista tunica, respōdetur quod collegij Christianorum non Saracenorum, aut infidelium. Gen. 3. Collocauit dominus ante Paradisum Cherubin, & gladium, &c. Paradisus deliciarum, & locus voluptatis est catholica ecclesia, in qua produxit dominus omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suauem, id est omnia carismata gratiarum, & omnia sacramenta salutis humani generis necessaria, vel oēs differentias sanctorum, Patriarcharum, Prophetarum,

B Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, quorum exempla sunt ad vescendum, id est imitandum suauia, lignum uitae in medio Paradisi ipse Christus. Quia sicut Sol in medio Planetarum, & cor in medio animalis, à quo omnia membra recipiunt sensum, vitam, & operationem, sic sacramentum Eucharistiae est in medio sacramentorum, à cuius concentu omnia sacramenta habent totam suam efficaciam. Cherubin est plenitudo, id est certitudo fidei, gladius flammens, & versatilis est autoritas, & potestas ecclesiae, quibus Christi ecclesia ab haeticis, & à malis christianis protegitur.

C Ezechiel vidit templum quadratum, quod sanctam ecclesiam figurabat. Primus angulus fundatur in contemptu terrenorum, & istum angulum fundauerunt Apostoli, in quorum persona ait Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Secundus angulus fundatur in tolerantia tormentorum, & patientia aduersorum, & istum angulum fundauerunt Martyres: isti enim sunt, qui uiuentes in carne plantauerunt ecclesiam sanguine suo. Tertius angulus fundatur in contemplatione superiorum: & istum angulum fundauerunt Doctores, & Confessores. Quartus angulus fundatur in repressiōne omnium carnalium desideriorum, & istum Virgines fundauerunt, de quibus dicit Apostolus, quod carnem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentijs, qui cum sapientibus uirginibus lampades paraauerunt, Christo sponso obuiam exiuerunt, quibus ait Saluator: Sint lumbi uestri praecincti, &c. Vnde templum Domini, quod est ecclesia Christi, fundata est in paupertate, ut patet in Apostolis: in austeritate, ut patet in Martyribus, in deuotione, & doctrinae ueritate, ut patet in Doctoribus & Confessoribus: in castitate, & puritate, in uirginibus. Sed hodie auaritia & cupi-

In Clem. vnica desū ma Tri. & fide catholica. Haetici.

Sancti.

Mediana Euchar.

Ecclesia.

Matth. 6.

Ad Gal. 6.

Matth. 15. Luc. 12.

A cupiditas primum angulum, carnalis voluptas secundum, indeuotio, & sa-
cularis conuersatio tertium, carnalis corruptio, quartum angulum fundi
tus destruxerunt: ita quod templum Domini funditus est destructum: ideo,
quia Christus non habet, in quo habitat, videtur ecclesiam totaliter deser-
uisse. In ecclesia & in mundo omnis ordo hodie peruertitur, & ordinatio
vniuersi subuertitur: Ante fit retro, quia dimissis bonis operibus mala
quotidie multiplicantur. Facti sunt retro, & non ante. Abundauit enim
iniquitas, & refriguit charitas; cum tamen dicit Apostolus: Quæ retro sunt
obliuiscens ad interiora extendo. Fir dextrum sinistrum, tum quia boni
opprimuntur, mali prosperantur, honorantur, & promouentur à Deo,
quod Abacuch Propheta de diuina iustitia, quæ hoc tolerat admirans ait:
Quare domine taces iniquo conculcante iustiore se? Completur hodie
mysterium, quo Jacob cancellauit dexteram in sinistram. Fit sursum deor-
sum: quia dimissis uiris morigeratis & literatis, pueri illiterati, effeminati
principantur, & promouentur. Vidi stultum positum in dignitate sublimi,
& diuites scilicet spiritualibus diuitijs, sedere deorsum, uidi seruos in equis,
& Principes ambulantes quasi seruos: unde ad litteram hodie currit mun-
dus, & ecclesia, sicut Salomon præuidit, & prædixit. Eccl. 9. Vidi sub sole,
nec uelocium esse cursum, nec fortium esse bellum, nec sapientium esse
panem, nec doctorum esse diuitias, nec artificum esse gratiam, sed tempus
casumque in omnibus. Et ideo ut ait Ioann. in Apoc. Hic sapientia est istis
diebus malis, ut in omnibus reuersemur diuinam prouidentiam, nec pro-
sterneamur per diffidentiam, armemur per patientiam, animemur ad per-
seuerantiam, quia sic ueniemus ad gloriam.

A De ecclesia, quæ à Christo illuminatur, ut Luna à Sole dicitur: Luna
facta est tota sicut sanguis, quod uerum apparet, tum propter sceditatem,
tum amorem parentum, & carnaliter: unde hodie potest dicere eccle-
sia Christo: Sponsus sanguinum tu mihi es, quia ipso permittente, & pa-
tienter tolerante filios sanguinum concipit, & parit seditiosos discordia,
voluptuosos insolentia, pomposos excellentia, & arrogantia, frontosos ir-
reuerentia, maculosos luxuria, excæcatos parentum amicitia. Rebecca igitur
ecclesia quasi moriens ex conceptu talium filiorum clamat ad domi-
num dicens: Si sic futurum erat, quid necesse erat concipere? immo melius
fuisset abortum de talibus fecisse.

M Ecclesia est ille mons superius luminosus fidei ueritate, inferius spacio-
sus charitate, interius humorosus deuotionis uertate, exterius pascuosus
exemplorum honestate, in quo Christus adduxit, & assumpsit Petrum,
Iacobum, & Ioannem, qui figurant fideles, fidem Trinitatis habentes. Ibi
transfiguratur ante eos, ostendens eis gloriam futuræ resurrectionis, ne
alteri sectæ non ostenditur. Exod. 27. Facies candelabrum de auro. Hoc cā
delabrum est ecclesia in triplici pede Trinitatis fundata, de auro per cha-
ritatem, habens hastille eleuatum, per spem superius, illuminatum per fi-
dem, aurum est ductile propter obedientiam præceptorum.

C Ecclesia uniuersalis designatur per septem candelabra aurea, inter quæ
Christus ambulat, & per septem stellas, quas tenet in dextera sua: ideo au-
tem uniuersalis ecclesia in septenario designatur, quia per septennium u-
niuersalitas figuratur: tum quia decursus militantis ecclesie sub septem
temporibus, ætatibus, statibus, consummatur: septem donis sancti spiritus
illustratur, septem sacramentis quasi septem dotalijs à suo sponso Chri-
sto subarratur. In quarum medio Christus ambulare dicitur propter gene-
ralem

A ralem curam, & circumspectionem totius Ecclesie, propter communem
influentiam, propter præsentialem assistentiam, propter intimam & uir-
tualem influentiam: quia lignum uitæ in medio Paradisi. Dicuntur autem
ecclesie candelabra propter diuini luminis susceptionem, propter docu-
menti seu salutarij radij diffusionem, & prædicationem. Aurea sunt pro-
pter ualorem charitatis, & splendorem ueritatis, ualorem sanctitatis. In
medio itaque ecclesiarum Christus ambulat, qui est similis filio hominis
per carnalis assumptionem, uelutis potere, scilicet sacerdotali ueste ad sui-
patis in uolationem, præcinctus zona aurea propter ignem dilectionem,
cuius caput candidum per sensum incorruptionem. Similiter & capilli
per cogitationum munditiam. Dicitur Paulo in persona cuiuslibet infide-
lis. Surge, & ingredere ciuitatem, & dicitur tibi quid te oporteat facere.
Ciuitas ista ad quam, uel cuius ingressum infidelis quilibet inuitatur, est
ecclesia, & religio sancta. Ista ciuitas tam ecclesie, quam religionis habet
gradus celsitudinem à superiori, sinus latitudinem ab interiori, situs firmi-
tudinem ab inferiori, status solitudinem ab exteriori. Habet, dico, gradus
celsitudinem à superiori propter fidei, uel propter professionis altitudinem,
ut patet in religione beati Francisci: sinus latitudinem, & amplitudinem,
quia tam ecclesia, quam religio sancta de omni gente, de omni sensu, de
omni ætate comprehendit; unde de utraque dicitur: Simile est regnum ce-
lorum, sicut missæ in mari, & ex omni genere piscium congreganti. Et
quia non omnes, qui sunt in ecclesia numero sunt in ea merito, nec etiam
in religione, ideo dicitur, quam cum impleta esset. i. qn̄ completus erit nu-
merus electorum, educentes, & secus litus sedentes, quod erit in die iudi-
cij, qn̄ erimus quasi in exitu uindictarum huius mundi, elegerunt bonos, &c.
Quia ibunt mali in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam.

C Habet situs firmitudinem ab inferiori, quia ista est domus fundata supra
firmam petram. Petra autem erat Christus. Habet status solitudinem ab
exteriori, quia ritu, & fide à sectis omnibus est diuisa, sed lugens clamat
Propheta, quod huius ciuitatis murus, & antemurale pariter dissipatus
est; unde uidens Iesus ciuitatem fleuit super illam. Hæc ciuitas habet fidem
pro fundamento, uirtutes pro ornamento, scriptura pro munimento, a-
cramenta pro alimento. Hiere. 2. Dedi te in ciuitatem munitam. Psal. 45.
Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Hæc est illa ciuitas parua, quam
uir sapiens liberauit per sapientiam suam. Sed hodie huius ciuitatis fun-
damentum euerit uanitas ostentationis Esai. 24. Attrita est ciuitas, Orna-
mentum polluit uolupta delectationis. Erit Babilon illa ciuitas. Muni-
mentum elidit error infidelitatis & curiositatis; Ciuitas munita de solata
est; alimenta subtrahit siccitas indeuotionis Famem patientur, & circui-
bunt ciuitatem. Vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.

Inuidia.

F Rares Ioseph ex inuidia ipsum uendiderunt, Iudæi Christum, Cain Psal. 58.
Abel, Saul ex inuidia persequabatur Dauid, quia dixerat mulieres cā-
tantes. Percussit Saul mille, & Dauid decem milia. Cain ex inuidia inter-
fecit matrem Abel fratrem suum, propter quod posuit Deus in eo signum
tremorem capitis, quia ad litteram inuidia mentem reddit tremulam, &
inconstantem. Deut. 30. Circumcidet dominus Deus tuus cor tuum, &
cor se: nisi tui, ut diligat dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in
tota

totam animam, & possis viuere. Inuidia priuat vitam animæ. Est enim quædam putredo inossata, quam circumcidit charitas, quæ debet esse nimia, & incordata, quia Inuidia non vult homines circumcidi, sed magis vitam circumcisorum occidi. Mulieres quæ circumcidebant pueros, trucidabantur secundum iussu regis Antiochi, qui interpretatur pauper silens designans inuidum, qui semper reputat suam paupertatem aliorum felicitatem, silens de bonis aliorum trucidans eos qui bene faciunt, dentibus, & gladijs detractionem, & post publicam detractionem mouet eis violentam persecutionem. 2. Machab. 6. Duæ mulieres delatæ sunt natos suos circumcidisse, quas infantibus ad vbera suspensis cum publicè per ciuitatem circumduxissent per muros præcipitauerunt, sed fati sunt, qui propter inuidorū detractionem, & nequiciam dimittunt actionem bonam. 1. Mach. 2. Circumcivit Maratias, & amici eius, & destruxerunt aras, & circumciderunt pueros incircumcisos quotquot inuenerunt in finibus Israel.

Inuidia est ille vermis corrodens hederam quæ obumbrabat caput Ione. Iona vir iustus, viridis hedera actio bona, sub qua vir iustus obumbratur, sed inuidus corrodit illam actionem detrahendo, & denigrando, non tamen debet Iona irasci, sed patienter tolerare. Apoc. 15. Exierunt de templo angeli habentes plagas iracundiæ Dei, & impletum est templum Dei fumo, & nemo poterat intrare templum, donec contumarentur plagæ Angelorum. Sicut n. fumus excæcat oculum materiale sic inuidia spirituales, quæ torquet interius, vt inuidus torqueatur: vnde Bernardus. Vis uidere oculum nequam, inuidiam cogita: vnde inuidi faciunt de templo Dei templum Dagon, quod interpretatur piscis tristitiæ, quia inuidi in sua tristitia pascuntur, & depascuntur. Propter hæc, quæ dicta sunt Naum 3. Portæ fluitiorum apertæ sunt per concupiscentiam, templum ad solum dirutum est per ignorantiam, & ancillæ gementes, & murmurantes in cordibus suis per inuidiam. Hoc ergo fuit templum sanctum, quando illa, quæ dicta sunt, fuerunt in ecclesia. Quarum loco successerunt contraria: & ideo qui recolit statum primitiæ ecclesiæ, & videt statum modernæ, gemit amatè 1. Esdræ. 3. Seniores qui viderant templum, quod erat in oculis eorum, flebant voce magna.

Sicut charitas vnit Deo, sic inuidia facit hominem à Deo recedere: sic Saul recessit à Domino: Spiritus domini recessit à Saul, & agitabat eum spiritus nequam à domino. Nunquam enim dominus recedit ab homine, nisi ille prius recedat à Deo. Spiritus nequam est Diabolus, renans per inuidiam, quia Diabolus maxime habet potestatem super inuidum: Quia inuidia est proprium Diaboli peccatum. Sap. 1. Inuidia Diaboli, mors intravit in orbem terrarum. Imitantur eum, qui ex parte illius sunt. Et quia inuidi nunquam habent inuidendi rationem, sed querunt occasiones: deo dicit tibi, quando dicitur. Mihi dederunt mille, & filio Esai. &c. Prou. 18. Occasionem querit qui recedere vult ab amico. Leni. 13. Dicitur quod leprosus habebat vestimenta diluta: hæc lepra est inuidia quæ procurat diffusionem, & scisma. Nituntur ergo inuidi illam à fratre tunicam inconsutilem deluperi contextam per totum rumpere, & tamen crucifixorum nolunt eam scindere. Hæc est lepra Simonis, inuidebat fratrem gratia agrè ferens, quod dominus faciebat Magdalene: sed dominus ad eum: Aquam pedibus meis non dedisti, osculum mihi non dedisti, oleo caput meum non unxisti: quia inuidi non habent lachrymas contritionis in corde, nec osculum pacis in ore, nec oleum pietatis, aut deuotionis in operando Dent. 24.

Obserua

A Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ: plaga est dissolutio cõtinua-tis, & inuidia dissipatio unitatis.

Sicut gratia locat animam in Deo, ita peccatū locat eam extra Deum: vnde inuidus habet suum locum in quadam mentis duritia: Matth. 13. Alia ceciderunt in petrosâ, vbi non habebant terram multam, & continuo exorta sunt, sole autem orto æstauerat, & quia non habebant radicem, aruerunt. Ibi sunt inuidi corda habentes petrosa propter mentis duritiam, & quia non fructificant, non habent terram altam, quæ de celo expectat pluuiam, sed æstuant orto sole: quia irascuntur, & tristantur de aspectu proximi prosperitate, & quia sunt sine radice, arefcunt, hoc est quia sine charitate in seipis contabescunt, hoc enim est Diabolus. Apoc. 2. Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanæ. Inuidus statim prorupit ad diffamationem, & detractionem. Luc. 15. Dixit filius senior de fratre suo. Filius tuus, hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit. Peccata enim carnalia, & si minoris sint culpæ, sunt tamen maioris infamiæ. Inuidia est pondus, quo inuidus demergitur. Exod. 15. Electi principes eius submersi sunt in mari rubro, abissi operuerunt eos, descenderunt in profundū quasi lapis. Illi submerguntur in mari rubro, qui subfunduntur nimia ruboris verecundia pro peccato, adeo ut non sequitur confessio, vel satisfactio: vnde, & dicuntur principes, quia non timent de offensa aqua abissi, operiuntur, quia delectatione domina ante non se exercent in emendatione, descendunt in profundum quasi lapis, quia desperant de venia, impius enim cum in profundum venerit peccatorum, contemnet. Et hæc sunt contra illa, ad quæ Deus vocat peccatorem, & impletur illud. Nequam est oculus inuidi, & auertens faciem: vnde inuidus non potest uidere bonum proximi sui, sicut de Saul legitur quod non rectis oculis aspiciebat Dauid, postquam audierat laudem eius, quia spiritus inuidiæ uexabat eum: Exagitabat eum scilicet Saul, spiritus nequam à domino. Et nota ex illa historia quomodo Saul propter peccatum inuidiæ traditus est spiritui malo uexandus ab eo, & quoquomodo traditus inimicis, & ab eis interfectus, & à regno expullus: exagitatur enim inuidus in corde suo dicens, Cur illis, uel equalis, uel superior non es. In quo illis minor, vel inferior es. Vales quod illi non ualent, non ergo superiores te esse debent. Sed si omnes vnum corpus sumus in Christo, quod in nobis non habemus, habemus in proximo, & ideo tibi nocet dum proximo inuides. Qui sibi inuidet, nihil cum illo nequimus. Inuidos condemnat dominus. Cum enim dixissent, & murmurassent quidam: Pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstulos, ait dominus: Oculus tuus nequam est, quia licet mihi facere, quod uolo. Spiritu inuidiæ fuit agitatus lucifer. Ascendam in cælum, similis ero altissimo. Detestatur eum dominus, qui seminat inter fratres discordias: isti sunt agricolæ Diaboli, qui in agro religionis superfeminant zizaniam, qui extirpant bona semina, & superfeminant mala, inimici Christi; sicut ait inimicus homo hæc fecit. Quia inuidi bona proximorum, si possunt, extirpant, si non possunt, debilitant, & si aliqua sunt eorum mala, illa seminant, & augmentant, sicut dicitur Iob 5. Cum seminasset Israel, Madian, & Amalech cuncta uastabant. Madian contraditio, siue iniquitas, siue indicans. Amalech populæ lambens, hi sunt inuidi, qui corrupti intra per iniquitatem, iudicant alios per temeritatem, & contradicunt si audiunt de eis aliquam sanctitatem, qui quando detrahunt, aliorum immunditias lingua detractoria quasi canes lambunt. Sic etiam Holofernes in diebus mes-

Detractio
diffama.

Oculus.
1. Reg. 16.

Rom. 12.
Eccl. 14.

Matt. 2.

Esa. 14.
Prou. 6.
Discordia.

sis

Jud. 2. **Iude:** **Vrsus.** **Num. 12.**

his succendit omnia sata; quia ex inardescente rancore animi mundus exterminat opera matura, & sancta. Genes. 42. Merito hoc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Ex inuidia. n. vendiderunt fratrem suum. Hoc peccatum maximè arguit dominus. Ecce venit dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & omnibus duris, quæ locuti sunt contra Deum peccatores impij. Impij sunt inuidi, qui dolent de pietate Dei, quasi aliquid eis, depereat, si gratiam suam dominus, & dona sua alijs tribuat, vnde sicut lumen arguit, & conuincit tenebras: ita lux diuinæ claritatis arguit inuidiæ maculam. Loquuntur impij, inuidi cōtra Deum, quia iudicia Dei reprehendunt. Murmurant enim contra iustitiam Dei in aduersis suis, & contra Dei bonitatem in bonis alienis, & quasi molestius ferunt alienum profectum, quam proprium defectum. Hæc est secunda bestia de qua Daniel. 7. Ecce alia bestia similis vrsō, in parte stetit, & tres ordines dentium erant in ore eius, & sic dicebant ei: Surge comede carnes plurimas. De ista bestia inuidia dicitur fera pessima deuorauit filium meum Ioseph, quia ad litteram inuidi persequuntur bonos. Benè dicitur inuidia secunda bestia, quia est prima auersio à Deo sic per superbiam superbus, dum propriam nimis diligit excellentiam, cadit immediatè in inuidiam, vrsus autem animal turpe est habitans in abditis: quia inuidus dum propriam fedtatem erubescit, latere querit, vel dum locum gratiæ, quæ est in alio non diligit, vel dum peccatum suum quibusdam friuolis rationibus cooperit, vnde inuidia est lucifuga, & latebrosa malitia. Et sicut vrsus est animal inquietum, ita quod ad stipitem ligatus nunquam penè desinit, uel in circuitu pergere, vel pedibus fixis caput suum modo in vnā partem, modo in alia iactare, ita inuidia vix permittit in aliquo momento cor quiescere. Dicitur autem hæc bestia stare in parte, quando alia opera, quæ sunt de genere honorum non desinit facere, quia ad apertam malitiam adhuc non effrenatur, sed restringitur, vel timore, vel pudore. Et in ore eius, & dentibus tres ordines: in dentibus nota inuidiæ morsus, rodunt enim vitam alienam, quia manifesta mala multiplicius exagerrant, duobus hoc est de quibus apertè non videtur, vtrum fiat bona, vel mala. Illa in partem deteriorem interpretantur, aperta vero bona, quia negare non possunt, quæ manifesta sunt, obfescant, & diminuant. Primum est oblocutionis, secundum derogationis, tertium detractionis. Oblocutio est malæ opinionis disseminatio: Derogatio bonæ opinionis euacuatio; Detractio bonæ opinionis attenuatio. Et isti sunt tres ordines dētium, in multitudine obloquentium, derogantium detrahentium Sequitur: Surge, comede carnes plurimas: qui enim alienam vitam liberè rodunt, qui derogationibus studiosè deseruiunt, qui proximorum infirmitates delectabiliter carpunt, quid aliud quam carnes proximi comedunt contra legem? Carnem aut cum sanguine non comedetis. Psal. 26. Appropriant super me nocentes, vt edant carnes meas. Et vrinam ita carnes lacerarent, quod saltem ossibus parcerent, id est bonis, & virtuosis. Inde est quod vrsus, vel plantas suas lambendo suggit, vel carnes alias deuorat, & comedit. In aqueo inuidia Achitofel suspendit se, Maria soror Moysi, ex inuidia murmurauit contra eum, & facta est leprosa. Esa. 1. Vultus, & liuor, & plaga tumens, & c. Quia inuidia infert vultus in corde, liuorem in facie, plagam detractionis in ore. Job 5. Paruulum occidit inuidia. Isti moriuntur percussu aitu, Iudith 8. Instabat Manasses, 4. Reg. 4. Cum isser ad messorum dixit ca-

put

Aput meum doleo, & c. Num. 11. Misit dominus in populum ignitos serpentes. Est enim inuidia ille vermiculus corrodens hederam Iona, id est prosperitatem proximi corrodens.

Et nota quanta mala oriuntur ex inuidia, quia Iudæi ex inuidia persecuti sunt Christum: sciebat enim Pilatus, quod per inuidiam tradidissent eum. 1. Reg. 5. Templum Dagon, & c. Dagon interpretatur piscis tristitiæ, & significat inuidos. Inuidus semper querit, quæ sua sunt, nō autem quæ Christi, & proximi sunt: ideo directè opponitur charitati, quæ non querit quæ sua sunt. Inuidit Cayn Abel prosperitati: Rachel, Lyæ fecunditati: Saul Dauid prosperitati; Diabolus primi hominis felicitati, & breuiter per inuidiam procuratus est lapsus mundi.

Esa. 14.
Gen. 3.
Gen. 29.

De Hypocritis.

B **H**ypocriti ficti & simulati sunt angeli Sathana, quæ transfigurant se in angelum lucis. Quia cum sint sues immunditia, canes malitia, vulpes astutia, volucres inani gloria: tamen transfigurant se in sanctitate quadam, vt in templo Dei sedeant, & colantur vt dii. Sed cum videritis abominationem stantem in loco sancto, qui videt dolere.

Hypocritis impedit orationem, quia hypocritæ non volant sursum orantes, per rectam intentionem, sed repunt deorsum querentes popularem fauorem. Job 8. Spes hypocritæ peribit. Sicut tela aranearum fiducia eius: & stultus est hypocrita, quia regnum æternum emere potuit, vnde laudem humanam quæsiuit. Et merito eorum opera telæ aranearum comparatur: videmus enim quanto labore araneæ de proprijs intestinis saniem egerunt, ægestam in fila extenuant, & fila in texturam subtilissimam disponunt; tamen modico vento, quod textum est impellitur, impulsa totaliter dissipatur, nec reintegratur; sic hypocrita quicquid cum labore agit, aura humani fauoris tollit. Perdix oua alterius perdicis furatur, & fouet, sed laborem suum amittit, quia pulli recognoscentes uocem matris propriæ ad eā reuertuntur. Hierem. 17. Perdix fouet quæ non peperit. Sic multi præsumptuosi nolunt pœnitentiam operari, sed quasi aliena oua furari, dum confidunt in meritis alienis, facientes sanctos uiros rogare pro se, ex quibus non reportant aliquando fructum; quia opus sequitur auctorem suum. Opera illorum sequuntur illos. Secundum legem claudi non intrant templum Domini. Isti sunt hypocritæ, quia non incedunt rectè in viam Domini. Vnde rectè hypocritæ dicuntur claudi, quia sibi, & alijs claudunt regnum cœlorum. Vt vobis hypocrite, quia clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare. Isti ergo, qui claudicant, non intrant templum cœli, quia aliud dicunt uerbo, aliud probant facto.

Hypocritæ sunt sicut Prophetæ Baal, qui clamabant quotidie, & incidebant se lanceolis usque ad effusionem sanguinis, & tamen Deus non exaudivat eos; sic hypocritæ affligunt corpora sua, & tamen Deus non exaudit eorum orationes. Vnde eis dicitur. Usquequo claudicatis in duas partes. Deut. 32. Claudicauerunt à semitis suis. Quamuis omnia vicia templum Domini impugnent, hoc maximè facit hypocritis, quæ maximè habet locum in illis, qui in templo Domini deseruiunt. Osee 8. Oblitus est Israel factoris sui, & delubra ædificauit. Obluiscitur hypocritæ Dei, quia non ponunt in Deo suam intentionem, & ideo non habent deuotionem, non

2. Cor. 11.

Matth. 24.

Apoc. 14.

Matth. 23.

3. Reg. 18.

Osee 8.

non edificant templum, sed delubra, id est simulachra, quia omnia sunt in eis simulata. Simulatio impugnat orationes, & dissimulatio oblationes, quæ duo erant in templo: quia cum orat hypocrita, simulat se esse bonum: cum elemosynam dat, dissimulat se esse malum. Aurum sua natura excellit puritate alia metalla, & significat puritatem intentionis. Tale autem obtulerunt Reges Tharsis domino, & tale munus à domino acceptatur. Sed hypocritæ offerunt aurum sophisticatum per apparentiam, & simulationem, quia solum habet auri colorem: vnde isti sunt alchimistæ Diaboli facientes res non existentes, apparentes sicut sunt. Sicut sunt litargiria, & auricalcea, quæ videntur aurum, & non sunt. Sic isti simulant se sanctos, & non sunt: vnde hoc figurabat aurum quod erat amixtum luto in statua Nabuchodonosor: In statua apparentia, & in luto vilitas illorum operum designantur.

Sicut ex humore radicis provenit fructus arboris, sic ex intentione mentis procedit meritum operis: quia secundum Ambrosium. Intentio finem imponit operi; ideo ait Saluator: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus id est totum opus lucidum erit. Vnde de iustis dicitur: Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, &c. In hypocritis non est fructus humilis, sed aridus, & vermiculosus. Osee 9. Radix eorum exsiccata est, fructum nequaquam facient: quicquid enim videretur esse humoris in hypocritis, asportat ventus elationis.

Sunt enim similes formicæ, quæ dum exponit frumentum soli ad exsicandum aliquando porci comedunt, aliquando ventus asportat.

Hypocritæ non occurrunt obuiam domino cum floribus, & palmis, sicut pueri Hebræorum, sed cum floribus simulationis. Iob 8. Nunquid viuere potest scirpus, aut caretum sine aqua? Cum enim sit adhuc in flore non carpitur manu, ante omnes herbas arefcit. Scirpus exterius viret, & interius vacuus est. Sic est hypocrita: vnde Saluator comparat eos arundini vento vanæ gloriæ agitato, qualis non erat Io. Baptista. Talis dicitur esse in flore, quia eius intentio est in laude, sed non crescit sine aqua, quia non proficit sine gratia, nec manu carpitur, quia non sustinet quod reprehendatur: quia hypocritæ laborant illo morbo, qui dicitur: Noli me tange re, vt assimilentur floribus pictis. 3. Regum. Fecit Salomon in templo Dei quasi lilij flores. Bernardus dicit quasi non sunt veri, sed ficti flores.

Sunt enim hodie multi hypocritæ in templo Dei, in dignitatibus constituti, quasi vitam angelicam ducant in terris, & opera nefaria perpetrant in occultis. Tanto impudentius, quanto occultius, & bene quasi lilij flores, quia habent similitudinem veritatis, & apparentiam, non existentiam. Pictura enim nihil habet de interioribus, sed tota sua realitas consistit in exterioribus vnde Deus formauit primo cor in animali, sed pictor faciem. Bene enim dicitur: Flos in pictura, non flos in figura, qui pingit florem, non pingit flori odorem. Iste sunt vulpeculæ, quæ demoliantur vineas florentes, deprauant alios bona facientes, seipos commendantes. Can. secundo. Capite nobis vulpes. Hypocrita est sicut sepulchrum pictum, & dealbatum, quod intus est plenum fetore, & ossibus mortuorum, id est operibus mortuis Deo fetidis, & ingratis. Isti sunt, qui fingunt se mortuos mundo, sicut vulpis in medio auium, donec accipiat quod intendit.

Et est exemplum Polypedis piscis, de quo ait P'asilius in Hexameron 8. Non præteribo calliditatem fraudulentam, furantisque polypedis, qui cum aliquod

A aliquod saxum porrectis crinibus amplexatur, illius assumit colorem, multiq; pisces imprudenter illapsi, velut ad portam simpliciter se trahentes, decipiuntur, facillè sui captionem maligno protinus existentes: tales sunt hypocritæ, qui in nullo proposito perdurantes, alij sunt, qui alios se esse demostant, & assidua mentis varietate mutantur; vnde Dan. 7. dicitur. Et ecce alia bestia similis Pardo. Et Dan. 3. Succidite arborem, præcindite ramos eius, & exsiccate folia eius, & dispergite fructum eius. Fugiant bestiæ, quæ sub ipso sunt, & volucres de ramis eius. Arbor ista est hypocrita, quia affectiones suas, quasi radices cordis fixit in terra. Hæc arbor succinditur, & rami eius præcinduntur, quando habitus virtutis deficit in occulto, & exercitium boni operis deficit in aperto: excutiuntur folia, dispersitur fructus quando subtrahitur verbum prædicationis, & fructus ædificationis: fugiunt ab ea volucres, & bestiæ; quia seculares contemnunt eius doctrinam, & spirituales abhorrent eorum vitam. Et sic arbor succisa arefcit, sic mens simulata nullam deuotionem sentit. Vnde si habet hypocrite lachrymas, habeat eas, vt violenter extractas, & Deo infructuosas, & aridas. Aquæ enim Nemarim desertæ erunt, quia aruit herba, deficit germen, viror omnis interit secundum magnitudinem operis, & visitatio eorum. Nemarim interpretatur pardus, quod est animal varium, & maculosum, quod motibus congruit hypocritarum, & simulatorum, quia extra cædidi, intus fordidi. Vilitas in veste, cupiditas in mente, aliud ostendunt, aliud agunt. Lachrymas habent faciles, & desertas, ideo inutiles, indeuotas, infructuosas: arefcit herba, quia bonæ conuersationis nuacium in eis vanitate corrumpitur; deficit germen, quia in laudabili opere, & recta intentione non moratur; viror omnis interit, quia intentionis impuritas ardente cupiditate deseritur secundum magnitudinem operis incitatio eorum; quia secundum magnitudinem sceleris retribuetur eis magnitudo suppliciorum, quia, & hic nautis subiacent miseris, & in futuro penis perpetuis.

B mens simulata nullam deuotionem sentit. Vnde si habet hypocrite lachrymas, habeat eas, vt violenter extractas, & Deo infructuosas, & aridas. Aquæ enim Nemarim desertæ erunt, quia aruit herba, deficit germen, viror omnis interit secundum magnitudinem operis, & visitatio eorum. Nemarim interpretatur pardus, quod est animal varium, & maculosum, quod motibus congruit hypocritarum, & simulatorum, quia extra cædidi, intus fordidi. Vilitas in veste, cupiditas in mente, aliud ostendunt, aliud agunt. Lachrymas habent faciles, & desertas, ideo inutiles, indeuotas, infructuosas: arefcit herba, quia bonæ conuersationis nuacium in eis vanitate corrumpitur; deficit germen, quia in laudabili opere, & recta intentione non moratur; viror omnis interit, quia intentionis impuritas ardente cupiditate deseritur secundum magnitudinem operis incitatio eorum; quia secundum magnitudinem sceleris retribuetur eis magnitudo suppliciorum, quia, & hic nautis subiacent miseris, & in futuro penis perpetuis.

C Hypocritæ faciunt contra legem, Leuit. decimonono. Præcipe filiis Israel, ut non serant agrum diuerso semine, nec induantur veste, quæ ex duobus contexta est, scilicet lino, & lana. Agrum seminat diuerso semine, quicumque super cathedram Moyses sedens, bonum loquitur, & malum operatur, & quicumq; habet sanctitatem exterius, simulationem interius, in agro ecclesiæ triticum seminat verbo, zizaniam spargit exemplo; veste virtutum se palliat ante homines, & veste vitiorum indutus est ante Deum, & sic vestis hypocritæ contexta est lino spiritualitatis, & lana molliciei, & carnalitatis. Hi sunt filii dolosi. Actu. 7. O plene omni dolo, & fallacia filii Diaboli, non desinis subuertere vias Domini rectas. Efficacius trahit homines exemplum, quam verbum. Matth. 4. Genimina uiperarum quis demonstrauit vobis fugere à uentura ira? Genimina uiperarum dicuntur hypocritæ propter uarietatem simulationis, & dissimulationis, & uenenum intrinsece corruptionis, qui arguendi sunt à spiritualibus uiris, unde in Iob. Ille arguet mundum, id est hypocritam mundanorum de peccato, quod habent de iustitia, quam non habent, uel non exercent, de iudicio, quod non timent. Eccles. 2. Vae duplici corde, & labijs scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori ingredienti terram duabus viis; in hypocritarum corde nulla p'etas, in labijs nulla veritas, in manibus nulla operis sanctitas, quia omnia simulata in eis, dum speciem sanctitatis habent, & rem non habent, ideo dicuntur; duplices corde, & terram ingredi duabus viis.

Quercus. Hypocrita habent lucem, sed non vigorem, sicut quercus putrida, & noctiluca, & squamæ piscium de nocte lucent non luce vera, & propria, seu viua, sed mortua, vana, & aliena, & licet aliquando videatur lux in operibus eorum: tamen statim deficit. Sed quantumcunque videantur lucere in presenti, quia nunc sumus in nocte, in die iudicij quando veniet dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, quando videbuntur sub colore proprio, inueniuntur putridi, & in ignem mittentur, & à Diabolo sicut suppellex propria regentur. Ios. 7. De hypocritis in persona Achor qui furatus pallium coccineum, regulam auream, & ducentos scielos; quia hypocrita mentiuntur mortificationem carnis per conformitatem ad Christi passionem, hoc est pallium coccineum: similiter regulam auream rectam, scilicet charitatem, & dilectionem, ducentos scielos duplicem perfectionem, scilicet mandatorum, & consiliorum, sed omnia sunt in eis velata, & palliata, ut in eis sit illud: Ecce hic gladius Goliath Philistæi inuolutus pallio post Ephod: quia iuxta sanctitatem apparentem hypocrite palliant nequitiam, & crudelitatem latentem. Matth. 22. Cognita Iesu nequitia cordis eorum ait: Quid me tentatis hypocrite. Sunt enim hypocrite nequitia pleni, & tētores astuti: unde dicitur, quod in Antichristo, & discipulis eius erit maxima hypocrisis. Est autem hypocrita, ut generaliter loquamur de eis cuius opus infructuosum, doctrina perniciosa, conscientia luteola, & scabiola, peccata ignominiosa, de quo Job 15. Lædetur, quasi vinea Botrus eius in primo flore, & quasi oliua proiciens florem suum: congregatio enim hypocrite sterilis: per florem vinee intentio: per botrum bonum opus, quæ duo destruantur in hypocrita quantum ad meritum vitæ æternæ quasi oliua, quæ florem, quæ proposuit proicit, sic boni operis rudimenta hypocrita ad perfectum non perducit. Congregatio hypocritarum sterilis: quia quicquid apparentis operis congregatorum est infructuosum propter vanitatem intentionis: nam elemosyna eorum clamosa. Matth. 6. Cum oratis non eritis sicut hypocrita, qui amant in Synagoga, & in angulis platearum stantes orare, Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Eorum ieiunium, seu carnis mortificatio ficta, non vera. Matth. 6. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes, exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes; quia hypocrita quibusdam argumentis pingit in facie sua venalem pallorem quasi ieiunij signum. Displicet enim natura sua, quia non potest mentiri, quod non facit, & misera facies carnis quasi argumentis quibusdam innocens castigatur, quia fraudibus non consentit, ut dicit Chrysostomus de eorum doctrina. 1. Thim. 4. In nouissimis temporibus descendunt quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum in hypocrisis loquentium mendacium, de 3. Luc. 12. Hypocrite faciem cæli nobis probare de eorum conscientia luteola. Esa. 33. Possedit tremor hypocritas. Matth. 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisei hypocrite, qui decimatis mentam, & cimum, & anetum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem; iudicium in se, misericordiam in proximum, fidem ad Deum.

Hypocrite Hypocrite sunt, qui dicunt, & non faciunt, de quibus dicitur. Vox quidem vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. Gen. 27. Tædet me vitæ propter filias Eth, si acceperit Iacob uxorem de stirpe huius terræ, nolo uiuere. Hæc interpretatur uita, & pavor hypocritas significans, qui prætentant exterius, unde uidentur uiuere, & habent interius, unde debent time

re, ha-

A re, habent supercilia demissa, trementes, faciem exterminatam, & pallore suffosam, labia quasi iugiter in silentio pressa, ruminantia, exterius induti vestimentis ouium, cum interius lateant, aut dolose vulpes, aut lupi rapaces. Talibus non coniungitur simplex Iacob, sed pilosus Esau. Deuter. 22. Non indueris veste, quæ ex lana, & lino contexta est. Lana grossior, significat opus visibile, & manifestum, lino quod est subtilius, significat odiū occultum. Vellem ergo ex lana, linoque contextam hypocrite induunt, de quibus scriptum est: loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Non cognouit Isaac Iacob filium suum, quia pilosæ manus, similitudinem maiori expresserant, unde ait: Vox quidem vox Iacob est sed manus, manus sunt Esau: verba enim hypocritarum sunt celestia, & quasi deuotionis, sed opera sunt carnalia, & plena dolo, & veneno iniquitatis.

Psal. 27.
Gen. 27. c.

B Hypocrite est quasi pardus, quod est animal maculis respersum: quia hypocrite bona faciunt in aperto, & mala in occulto, unde Dan. 7. Ecce alia bestia quasi pardus, & habet alas auis quattuor super se, & quattuor capita erant super bestiam, & potestas data est ei: quia sicut aues se per inanes, & aera suspendunt, quando volant: ita per inane gloriæ se quodammodo supra possibilitatis humanæ mensuram extendunt, cum duras distinctiones obseruant, hoc autem fit simulatione, dissimulatione, ostentatione, excusatione, quibus quasi quattuor alis volant hypocrite, simulant occulta bona, dissimulant occulta mala, ostentant manifesta bona, excusant manifesta mala. Habet etiam hæc bestia multa capita, dum eorum intentio, quæ in capite designatur non est circa unum, & verum, sed circa multa, & falsa occupata, quicquid enim intendit, ambitioni deseruit, & in quattuor capita se diuidit, quæ sunt affectio libertatis, per quam non vult alij subesse: affectio dignitatis, per quam ambiendo superiora, semper vult de gradu in gradum ascendere; affectio auctoritatis cum vult vir sanctitatis, & consilij apparere, & omnia ad eius consilium reddere: affectio potestatis cum ambit alijs præesse, & sequitur; Potestas data est ei, quia miro, & occulto Dei iudicio ferè maiora sunt, quæ hypocrite faciunt, & districtioris vitæ obseruantias custodiunt quam illi, qui se propter Deum affligunt, & blas eis hodie creditur, quam sanctis viris. Secundo Reg. 10. dicitur quod Amon qui gerit typum Diaboli nuncijs, quos miserat ei Dauid, id est religiosi, & uiris ecclesiasticis fecit mediam barbam radi, & vestes vique ad nates præscindi. Barba est signum virilitatis, & virtuosæ operationis, hypocrite mediam habent barbam; quia apparent virtuosius exterius coram hominibus, & sunt defectuosi coram Deo interius. Luc. 13. Maledixit Christus ficulnæ, in qua non erant nisi folia, per quam designantur hypocrite in quibus non est fructus boni operis, sed sola apparentia. Esaia quinto, maledixit Dominus vineæ, quia expectabat ut faceret vvas, & fecit labruscas: quia labrusca habet colorem vvæ, sed non saporem, sic opera hypocritarum uidentur bona, & Deo grata, tamen sunt ingrata, & Deo insipida.

Bestia-

C Magis detestatur Deus hypocritas, quam apertè malos, unde ait Apoc. 3. Vt inani calidus esses per charitatem veram, aut frigidus per apertam malitiam, sed quia tepidus es &c. tepidum habet partem de calido, partem de frigido; sic hypocrita habet exterius apparentem sanctitatem, & interius defectum charitatis; ideo Deus nauſeatur super hypocritis. Incipiam ait te euomere ex ore meo.

Esa. 5. 4.

Apoc. 3. c.

E

Ira

Inuidia mater est iræ, vt in persecutione Abel à Cain, Christus à Iudæis, Dauid à Saule, Ioseph à fratribus suis, Christi ab Herode: quia vt ait Augustinus in sermone de innocentibus: Omnis qui alium persequitur in corpore, prius ipse persecutionem patitur in mente. Quare de ira in tabula de inuidia, de odio, & de detractioe. Deuteron. 21. dicitur, quoddam mulier capta in bello assumenda in coniugem debebat habere vngues circumcisos. Vngues qui nascuntur ex fumositate superflua, significant impetus iræ, & rapacitatis, qui ex superfluo ardore sanguinis nascuntur. Est enim ira accensus sanguinis circa cor: anima itaque capta, & rapta de manu Diaboli in bello, quod Christus in cruce contra ipsum commisit si Christus debet spirituali coniugio copulari debet ab omnibus motibus iræ, & iracundiæ circumcidi. Lex enim detestatur aues rapaces, acutos vngues habentes, sicut immundas.

Ira facit hominem ferinum, & brutalem, quia totaliter excæcat lucem, & iudicium rationis: in cuius signum Cain eiectus est à facie Domini, & cum bestijs habitauit. Quia ira contra Abel exarsit, & non solum auferit ira iudicium rationis: immo ad litteram obfuscat visum corporalem. Quia homo ira inflammatus non videt clare, desiccatur etiam totum corpus, sicut e contrario gaudium impinguat, iuxta illud sapientis: Animus gaudens ætatem floridam facit; spiritus tristis exsiccat ossa.

Ira opponitur charitati, & paci: vnde cum iracundis non potest homo cohabitare. Gen. 13. Ne quæso sis iurgiu inter me, & te, & pastores meos, & pastores tuos. Fratres enim sumus.

Ira turbat rationem, & excæcat per deliberationis inconsiderationem, similis coruo, qui cum impetit cadaver primo currit ad oculos. Poeta.

Ira impedit animum, ne possit cernere verum.

Voluntatem inflammatur ad malam affectionem, memoriam euacuat per honorum impensorum obliuionem. In his tribus, ratione, voluntate, memoria: consistit imago Dei in nobis. De his tribus, conturbatus in ira oculus mens, anima, id est voluntas, venter memoria. De secundo patet, quia sicut alibi dicitur, Dæmones semper irascuntur, nunquam reconciliantur, Angeli nunquam irascuntur, nec recõciliantur, homines quandoq; irascuntur, & semper reconciliantur, vnde patet, quod ira, quæ placari non potest iracundia est. Eccl. 27. Homo homini feruat iram, & à Deo quaerit medelam. Ira est quædam lepra spiritualis, vnde sicut leprosi eiciebantur extra castra, sic iracundi quia sunt iurgiosi, contentiosi, periculosi eiciuntur extra societatem aliorum. Prouerb. 22. Eijce derisorem, & exibat cum eo iurgium. Hæc est lepra Mariæ sorpris Moyse: quia rixata est contra Moyse, & eiecta est à castris. Numer. 12. Maria apparuit candens lepra quasi nix. Sequitur, quomodo eiecta est, sic enim porci leprosi habentes granum sub lingua ab alijs eiciuntur, ne per eos alijs inflammarentur, sic iracundi eiciendi essent ab hominibus, ne per eos alijs inflammarentur, & turbarentur. Numer. quinto. Præcipe filijs Israel, vt eiciant de castris omnem leprosum ne contaminent ea, cum habitauerint vobiscum. Matth. 18. Quomodo ille seruus iracundus, cui dominus dimiserat omne debitum, affligebat confertuum suum, & volebat eius misereri, sicut dominus misertus fuerat eius: ideo dure fuit à domino condemnatus. Exod. 10. Post tonitrua &

gran-

Agrandinem, per quæ designatur ignis iracundiæ, & peccatum impatientiæ dixerunt serui Pharaonis. Nonne vides quoddam perierit Aegyptus: Aegyptus interpretatur tenebræ: Quia iracundia serenitatem mentis obtenebrat, quæ procedit à luce increata ad superiorem partem animæ, sicut serenitas à luce solis in aere. Sicut ventus validus turbat mare, & facit tempestatem, sic ira turbat mentem, & causat in ea fluctus, & tempestates, ideo in ira est magnum periculum, quia per ipsam obscuratur serenitas à superiori, voluitur iniquitas in interiori. De primo. Exod. decimo. Post tonitrua, &c. De secundo. Leuit. 7. Anima, quæ ederet sanguinem peribit. Tunc sanguinem, & carnes cum sanguine edimus, quando iracundie spiritu in proximum exardescimus. De tertio. Omnis qui irascitur fratri suo, &c. Remedia contra iram secundum Cassianum hoc, ait, erit ire perfecta medicina, vt primitus credamus nullo modo sine iustis, siue iniustis causis licere nobis irasci, scientes nos discretionis lumen rectique consilij firmitatem ipsam quoque honestatem, & iustitiæ moderamina protinus amissuros, si principale mentis lumen tenebris fuerit obscuratum. Deinde puritatem mentis nostræ mox perturbandam complumque eam sancti spiritus effici non posse, iracundiæ in nobis spiritu commorante. Postremo, vt cogitemus nequaquam licere nobis orare, nec orationes habere preces ad Deum, & præ omnibus vicerunt statum conditionis humanæ præ oculis habentes quotidie, vt nos credamus à corpore migraturos, nihilque continentia castitatis, neque abrenunciatione omnium facultatum, nil diuitiarum contemptum, nihil ieiuniorum, vigiliarumque laboribus conferendum, quibus propter iracundiam solam, & odium ab vniuersitatis iudice supplicia promittuntur æterna. Matth. 11. Dicitur quod demoniacus erat mutus, & surdus, iracundi enim non habent oculos mentis ad discernendum, nec linguas ad rationabiliter, & humane loquendum. Non enim loquuntur, vt homines, sed garrunt, & rixantur, vt canes, possidentur à Demone: quia sicut fatiosi, qui ligandi essent, se habent in omnibus gestibus inordinatè, & quoddam diabolus statim cum impetu nituntur exequi. Ephes. 3. Nolite locum dare diabolo. Glo. In ira perseverando. Apoc. 12. Væ terræ, & mari, quia diabolus descendit ad vos habens iram magnam. Iracundi enim sunt sicut terra per ariditatem deuotionis, sicut mare, per tempestatem turbationis, & inflammationis, ad quos descendit Diabolus in ira magna, quia eorum conscientia repletur amaritudine, & appetitu vindictæ. Et Augustinus in quadam epistola, sicut acetum vas corrumpit, si diutius ibi fuerit, sic ira corrumpit cor, si diu durauerit. Cain iratus quia dominus non respexit ad munera eius, interfecit fratrem suum, vnde maledictus fuit à domino. Iracundi moriuntur grandine. Exod. 9. Percussit grando. Iob 38. Thesaurus niuis. Ira enim est quædam tempestas mentem deuastans quasi grandine, & dicitur ibi. Quod ignis, & grando mixta pariter ferebantur, quod fit quando impatientia prorumpit ad contumelias exteriores. Apocal. 16. Grando Magnæ. Et nota quod detestatur dominus iracundos, de quorum manibus munera non recipit, nisi prius deponant iram. Matth. 5 Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, &c. Quia prius respexit dominus ad Abel, quam ad munera eius.

Et illud non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.

Religio.

Olim.
Matth. 12.

Iuuenes & pueri debent esse abstinentes, & talibus dat Deus gratiam suam, & homini dat etiam sapientiam, & intelligentiam scripturarum visionem. Tales liberat de fornace regis Babilonis de omni scilicet tribulatione. Exemplum omnium prædictorum in tribus pueris in Danielē. Boni pueri tria debent habere, obedientiam cordis, verecundiam sermonis, penitentiam & abstinentiam oris. De primo 1. Paralip. 22. Et propter hoc Deus infudit sibi sapientiam. Samuel ministrans coram domino, erat obediens: nam ter vocatus à Domino cum dormiret semper respondit: Ecce ego quoniam vocasti me. Sed aliqui dicunt prælato aliquid eis præcipienti illud quod dixit Petrus Christo de Iob: Domine hic autem quid, ita dicunt aliqui mihi præcipitis hoc facere, sed isti qualiter non præcipitis illud, quibus debet prælatus respondere illud, quod dixit Christus: Quid à te tu & me sequeris.

Societas.

De secundo, de veritate sermonis habetur exemplum in Ioseph: cōprehensus. n. à muliere maluit vestem in manibus quam secum loqui, & verecundiam perdere: hæc enim. s. verecundia optima comes est pudicitie custodiendæ, quæ etsi in motu, gestu, statu, & incessu corporis habeatur, in verbis tñ maxime necessaria est, ut modum loquendi iuuenis non excedat, nihil prædictorum eius sermo ostendat: speculum enim mentis refluet in verbis, & bona domus in vestibulo cognoscitur. Non sic illi pueri loquaces, & derisores, qui dicebant Eliæ seniori ascende calue: ideo ab vris deuorati sunt. Non sic illi pueri filij Hely, filij Belial, qui carnes sacrificij auferrebant comestationi, & immunditiæ vacabant, ideo percussit eos dominus. Thobias ab infantia docuit filium suum timere dominum, & abstinere ab omni peccato. Roboam quia secutus fuit consilium iuuenum cum quibus fuerat nutritus, ideo amisit regnum.

De tertio. Heb. 12. in disciplina perseverante, &c. Sed in pueris modernis paternam obedientiam impedit proteruitas, verecundiam mentis leuitas, penitentiam gulositas, & viuendi falsa securitas.

De primo, Deut. 21. Si genuerit homo contumacem filium, &c. De secundo, scilicet de leuitate mentis, quæ declaratur in conuiujs spectaculis decursibus locutionibus superfluis otiosis, & inhonestis. Exemplum de filio prodigo, qui dissipauit substantiam suam perdita omni verecundia, & pudicitia, &c. Luc. 15. Et de hoc exemplū in libro Boethi de disciplina scholaria. de illo filio, qui præcidit dentibus patri suo nasum dicens: Quare primis erroribus meis incastigatus euasi? & Hely reprobatus est à sacerdotio, quia malos filios non correxit. De tertio credunt. n. præ nimia securitate esse filij, & hæredes, qui partem non habent in hæreditate Christi, & Dei: quia nō sunt legitimi, sed adulteri. Hebr. 12. Si extra disciplinam estis, &c.

Societas mulieris.

Quidam stultus iuuenis dixit audiente Pytagora Philosopho mallē morari cum mulieribus, quam conuersari cum philosophis: respondit ei philosophus, & sues ait libentius in ceno quam in aqua munda morantur. Dixit Abbas Antonius cuidam iuueni monacho studenti in philosophia, & philosophum non fecisti, & monachum perdidisti.

Iuuenes debent viriliter pugnare contra tentationes, exemplo David. 1. Reg. 17. Non vales resistere Philistæo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es. Si enim memoriam quinque vulnerum Christi in memo-

ria

Aria quasi in funda posuerimus cum vno lapide, id est cum vna acerbitate collecta, & considerata de omnibus Christi vulneribus. Goliath, id est omnem tentationem Diaboli vincemus. Ioannes Baptista dedit exemplum, pueris quomodo debent prauas societates fugere, & suam innocentiam conseruare, & à cibis inflammati, & indumentis abstinere: quia cum septem esset annorum desertum intrauit, societatem hominum fugit ne leui saltem maculare vitam fame posset. Iudith 13. Erit puer Nazareus Domini ab infantia sua, &c. 1. Reg. 2. Samuel ministrabat ante faciem Domini, puer accinctus epho lineo Samuel interpretatur ex auditio Domini significans deuotos pueros, & deuotos ministros ecclesiæ, qui mediatores sunt inter Deum, & homines, utpote per cuius ministerium exauditur populus. Epho super humerale, vel indumentum exterius, indumentum carnis significat. Linum indumentum interius munditiam

Societas.

Religio. Epho.

Bmentis designat, accinctio est restrictio. Hæc autem comperunt deuotis pueris, & ecclesiæ ministris, & implentur quando ille, qui est medius inter Deum, & homines, qui assistit præsentia Dei restringit concupiscentiam carnis, & motus lubricæ, & corruptæ mentis. 1. Reg. 21. Dixit Sacerdos ad Dauid, non habeo panes laicos ad manum, sed tantum sacerdotis mundi sunt pueri, quasi dicat si non sunt iuuenes, & ministri ecclesiæ mundi, & continent non ministrent domino. Condicio puerorum describitur. Daniel. 1. Præcepit rex, ut introducerentur de filiis Israel, & de semine regio pueri, in quibus nulla esset macula, quantum ad vitam, decoros forma, quantum ad famam, eruditos sapientia, quantum ad saporem contemplationis, doctos disciplina, quantum ad exemplum conuersationis, cautos scientia, quantum prouidentia actionis, ut possint stare in palatio regis, id est Christo in ecclesia ministrare. Debent autem

Castitas. Pueri.

Religio.

Cpueri abstinere, & corpora mortificare. Apparuerunt enim vultus puerorum, qui noluerunt contaminari cibo regio meliores, & corpulentiores præ omnibus alijs pueris, quia ad litteram cibus sobrius multum operatur ad sanitatem, & pulchritudinem corporalem. Sequitur. Pueris illis dedit Deus scientiam, & disciplinam, & sapientiam in omni libro: sed hodie in pueris, & clericis contra tria prædicta regnant opposita pro sanctificatione carnalis, concupiscentia, pro cognitione ignorantia, pro mortificatione gula, lasciuia, desidia. Primum significatur in 1. Reg. 2. Per pueros Hely, qui ut ibi dicitur erant immundi propter quod terrahebant homines à sacrificio: quia ad litteram propter peccatum clericorum, & immunditiam ministrorum ecclesiæ fides tepescit in laicis. Erat aut peccatum puerorum grande nimio coram domino. Ignoratur figuratur Hierem. 1. Puer ego sum ex defectu sapientia, nescio loqui ex defectu doctrina, quia committitur hodie precium sanguinis Christi. sanimarum cura, quibus non committeretur ad custodiendum pira. Pigros, & uanos, ac vagos iuuenes sub typo mortui Christus alloquitur. Luc. 7. Adolescens tibi dico surge: & est verbum boni prælati ad iuuenem insolentem: est autem adolescentia ætas virtutis improvida, laudis auida, complexionem calida, conuersatione lubrica. Improuidentia pertinet ad ignorantiam, uel stultitiam. Act. 7. Testes, tunc enim peccauit Paulus per ignorantiam. Laudis auditis pertinet ad superbiam, complexionis caliditas ad auaritia, conuersationis lubricitas, ad luxuriam. Luc. 15. Dixit filius adolescentior, patri suo, Da mihi portionem. Est autem ignorantia adolescentis in tribus, quia sapientiam non habet ad præsentia disponenda. Nemo enim eligit

Scientia. Clerici sibi doctes.

Prælatas. Adolescentia.

Ignorantia. Adolescent.

Iuuenes in duces, quia non constat eos esse prudentes. Impetuosè enim **E** se, & alios regunt. Gen. 34. Non distulit adolescens: quia non habet intelligentiam ad præterita deploranda, & plangenda, ac corrigenda. Prou. 1. vt detur paruulis astutia adolef. Tertio quia non habet experientiam ad futura sollicite prouidenda, & præcauenda. 3. Reg. 12. Habuit Roboam adolefcentes qui nutriti secum fuerant. Superbia adolescentis est in tribus, Primum est inobedientia, Hier. 22. Hæc est via tua adolescentia tua. Cyprianus, de duodecim abusionibus seculi qualiter in senectute alijs ministeriâ imperabit, qui in adolescentia sua se senioribus obedientem exhibere contemnit, hæc inobedientia significatur per illum adolescentem, qui noluit acquiescere socio suo. Iud. 19. Secundum est propria voluntas in agendo, vt possit dici de eo illud: Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu. Excedunt, & excidunt, qui lege rationis proposita appetitum sensualitatis sequuntur, & faciunt, vnde Cyprianus adolescens sine disciplina, est adolescens sine obedientia: sicut ergo fructus non inuenitur, nec expectatur de arbore, in qua flos non apparuit, sic in senectute honorem suum consequi non poterit, qui in adolescentia disciplina exercitatione non laborauerit. Tertium est pertinacia in perseverando. Prouer. 22. adolescens iuxta viam suam.

Auaritia. Auaritia adolescentis est in tribus, quæ sunt labor in acquirendo, timor in possidendo, dolor in relinquendo. De primo, Iud. 17. Fuit adolescens de Bethleem Inda, &c. de secundo. Iob. 20. Ossa eius implebuntur vitijs. de tertio, Matth. 19. Si vis perfectus esse.

Luxuria iuuenis, & adolescentis consistit in tribus. Machinatur enim in copia possessionis. Hier. 48. Fertilis fuit fornicatio in concupiscentia affectionis. Ezech. 23. In adolescentia, publicatur in ignominia diffamationis. Luc. 15. Dixit filius adolescentior.

Sapientia iuuenis apparet in tribus, verecundia locutionis, honestate conversationis, prouidentia actionis, & circumspectionis.

De primo, Eccl. 32. Audi tacens, & pro verecundia accedet tibi bona gratia: adolescens loquere in tua causa vir cum necesse fuerit: si his interrogatus fueris habeat caput responsum tuum: in multis esto quasi inscius, & audi tacens simul, & querens, & loqui in medio magnatorum non præsumas, & vbi sunt senes non multum loquaris pro reuerentia dicit: quia proprium ornamentum iuuenum est sermo verecundus: vnde **Ambros.** lib. de officijs. Sicut in senibus grauitas, in iuuenibus alacritas, in adolescentibus verecundia velut quadam dote commendantur naturæ, & Bernardus: Si videris adolescentem eloquentiæ, istudentem cum sapientie disciplina sit inanis, non aliud quam iustitiæ hostem reputes. De secundo 1. Thim. 4. Nemo adolescentiam tuam contemnat. De tertio. 3. Reg. 11. Videns Salomon adolescentem bonæ indolis. Sydonius. Tales adolescentis sunt assumendi, qui habeant efficaciam de iuuentute, & consilium de senectute.

Humilitas iuuenis apparet in tribus, primo vt superiorem non contemnat, secundo vt seipsum deiciat, & contemnat, tertio vt verba disciplina in corde retineat. De primo 1. Pet. 5. Adolescentes. De secundo 1. Reg. 17. Ait Saul ad Dauid, de qua progenie es tu, &c. Et ibi apparet, quod Dauid non fuit gloriatus de nobilitate generis. Vnde Chrysost. super Matth. Quid prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara, aut quid nocet ei generatio vilis, quem mores adornant: Vacuū se ostendit à bonis actibus,

A actibus, & virtutibus, qui gloriatur in patribus: aurum nascitur, & non est terra, aurum eligitur, terra contemnitur. Et econuerso: Stannum de argento egreditur, & non est argentum, sed aurum seruatur, stannum autem foris expellitur. Gemmula carbunculi in ornamento auri est, humilitas in iuvene nobili. Sola enim superbia maculat omnia, si comitetur. De tertio quærit. Psal. 118. Et ibidem respondet. In quo corrigat adolescentior viam suam? Sequitur responsio: In custodiendo sermones tuos. Castitas, & honestas iuuenis in tribus apparet, quando exterius fugit luxurie occasionem, & mulierum familiarem, & locutionem in carne se affigit per mortificationem, in mente gerit Christi passionem, & horæ ad modi mortis ignorantiam, & suspicionem. Exemplum de istis in Ioseph. Gen. 39. Quare in tabula de custodia sensuum. Boni pueri sunt in comitatu pueri

B Iesu: Sinite, ait, paruulos venire ad me. Apocaly. 14. Cum eo centum quadraginta quattuor millia, &c. Illi autem pueri sunt familiares Christi, quæ sunt parui humilitate. Matth. 18. Accipiens Iesus paruulum, statuit illum, &c. Si sunt pueri castitate: exemplum de Ioseph 1. Regum 21. Si mundi sunt pueri, &c. Si sunt passi austeritate. Dan. 1. Nolebant vesci cibo regio, si sunt prom obedientia, & subiectione ad similitudinem pueri Iesu, de quo dicitur, quod erat subditus illis parentibus: si sunt pleni deuotione. 2. Paralip. 34 dicitur, de Iosia, cum adhuc esset puer cœpit quærere dominum. Sapient. 8. puer ingeniosus eram, & sortitus sum animam bonam. Quare quomodo iuuenis se debeat habere in locutione in tabula de detractione, & de disciplina.

C Mali & inuoluto pueri figurantur per seruum Centurionis. Puer, ait, meus iacet in domo paraliticus, male torquetur. Quamuis. n. iste puer sit sanus ad discurrendum per villam; in domo tamen iacet paraliticus, & male torquetur propter ocium euagationis, in choro silet, vt mutus, propter defectum deuotionis, in dormitorio languet, vt surdus, vix vnquam audit maritimum propter abusum deordinationis; quia protrahit vigilas non in orationibus, sed in murmurationibus, in claustro ridet, vt fatuus propter excessum dissolutionis, in campo respondet, vt temerarius propter contemptum correctionis, & fastum præsumptionis, & sic iacet paraliticus ad omne opus bonum ociosus: ergo male torquetur, vique à Diabolo. Debet autem dicere prælatus ego veniam, & curabo eum, visitando, castigando, monendo.

Pueri alij boni, alij mali, pueri boni sunt gratiosi innocentia. Dan. 1. Pueri autem ingeniosi sapientia. Sap. 8. Obsequiosi reuerentia. 1. Regum 2. Puer Samuel. Osee, 11. Puer Israel, & dilexi eum secundum istum triplicem sensum, dicuntur pueri sinceritate, periti veritate, parui humilitate. Tales pueros innocentes, intelligentes, reuerentes, obsequentes vult Christus secum habere. Esai. 8. Ecce, & pueri mei, quos mihi dedit dominus. Alij sunt pueri mali incontinentes, inobedientes, ignorantes, insipientes, irreuerentes, ociosi, vagi, dissoluti, loquaces, mendaces, edaces. Omnes isti digni sunt morte: exemplum de ipsis in filijs Bely. Erat ait peccatum puerorum grande nimis coram domino. 1. Regum 2. Sed per correctionem curatur ab istis morbis, vnde Naaman leprosus lotus septies, id est perfectus in Iordane, qui interpretatur iudicium, & designat visitationem: quia dum tales pueri quasi morbis leprosi durè visitantur, & iudicantur, restituntur caro eorum, id est carnalis mens, sicut caro pueri parui, vt dicitur in 4. Regum 5. de Naaman.

Sunt septem differentia honorum operum puerorum, primi sunt continententes, & mundi, Apoc. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Dan. 1. Pueris &c. Alij sunt sapientes, & docti Eccl. 4. Melior est puer pauper, & sapiens, &c. Alij sunt domino ministrantes, qui significantur per puerum Samuelem 1. Regum 2. Samuel ministrabat, &c. Alij sunt iusti, innocentes. Sap. 18. Pueri iusti. Alij sunt humiles, & deuoti. Hier. 1. A. a. a. nescio loqui quia puer sum. Alij sunt rationabiles, & industrij Sap. 8. Puer ingeniosus, septimi sunt contemplatiui, & deuoti dicentes Matth. 21. Osanna filio Dauid, Psal. 112. Laudate pueri dominum. Septem etiam sunt differentia malorum puerorum, quidam delicati sunt superbi, qui nullam reprehensionem possunt sustinere. Hierem. 31. Si puer delicatus est. Alij sunt lasciuui. Prouerb. 22. Stultitia alligata est in collo pueri: stultitiam vocat carnalem lasciuuiam, quam purgat virga disciplinae. Ideo dicitur Prouerb. 23. Noli distrahere a puero disciplinam. Alij sunt inobedientes, qui confundunt matrem suam ecclesiam, & religionem sanctam, de quibus loquitur Apostolus Rom. 1. Prouerb. 29. Puer qui dimittitur voluntati suae. Alij sunt iridentes, qui designantur per Canaan puerum, qui videns pudenda patris derisit eum: ideo maledictionem incurrit. 4. Reg. 2. Illi pueri dissoluti deridentes Eliseum, dicentes: Ascende calue, deuorati sunt ab vrso. Alij sunt glutones, qui significantur per pueros Hely glutones, & incontinentes, qui veniebant ad caldariam, & cacabam pro carnibus, &c. Alij sunt iracundi, & contentiosi. Esa. 3. Tumultuabitur puer contra senem. Alij sunt inuidi. Job 5. Paruulum occidit inuidia. Mali pueri sunt similes pullis perdicis, qui mox ut nati sunt currunt post matrem, quae est concupiscentia, in qua Diabolus generat tales Eccl. 30. Curua ceruicem dicitur de parentibus. In aetate iuuenili inuenitur caecitas inexperta, pronitas infirmata, leuitas indiscreta. Inficit caecitas aspectiuam per ignorantiam, Pronitas affectiuam per concupiscentiam, Leuitas effectiuam per insolentiam. Primo iuuenes caeci sunt, & inexperti: quia communiter iuuenis est incautus in admittendis, ignarus in discernendis, imperitus in eligendis, impeditus in exequendis, imperfectus in assequendis. Prouerb. 30. Via viri in adolescentia sua. Haec caecitas est dirigenda per eruditionem. Tre. 3. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Iugum eruditio disciplinae, quam bonum est portare a principio adolescentiae: quia tunc capitur citius, intelligitur leuius, retinetur firmitus, exercetur agilius. Prouerb. 22. Adolescens iuxta uiam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea, quia quod noua testa capit, inueterata sapit. Secundo iuuenes sunt proni, & infruniti, quia passiones maxime dominantur in eis. Gen. 8. Senfus, & cogitatio cordis humani prona sunt in malum ab adolescentia sua: sic filius adolescentiorum portionem suae substantiae, quam petijt infrunitate, petitam, distraxit, distractam, consumpsit, dum luxuriose vixit Luc. 15. Dum committens culpam, amittens gratiam, incurrens offensam, prosterneus naturam, abiit in regionem longinquam: haec autem pronitas est refrananda per cohibitionem. 1. Pet. 5. Adolescentes subditi estote senioribus. Adolescentes senioribus subduntur, cum sensuales motus, carnales in sultus, brutales appetitus, mundiales tumultus, ratione reguntur, gratia compescuntur, virtutibus subiguntur. Alias iuuenes mutantur, concupiscentiis consentientes, desiderijs uacantes, illecebris carni, & sanguinis, excluduntur ab aeternis gaudijs. Caro enim, & sanguis regnum Dei non possidebunt. Tertio iuuenes sunt leues, & indiscreti: & ideo praesumptiuo

in

A si in aggrediendis, temerarij in prosequendis: ideo insolentes, & periculosi in actibus suis. Job 20. Ossa eius replebuntur vitijs adolescentiae suae. Talis potest dicere. Adolescentulus sum ego, & contemptus. Talis leuitas est corrigenda per castigationem. In quo corrigit adolescentior uiam suam. Respondet, in custodiendo sermones tuos, & recta est responsio ista, quia custodia diuini sermonis, expiratrix malorum, informatrix morum, inflammatrix desideriorum, impetratrix praemiorum. Adolescens ergo sit disciplinabilis sensibus, castigabilis moribus, suadibilis actibus. 1. ad Thimor. 4. Nemo adolescentiam tuam contemnat. Deuter. 1. Date ex vobis viros sapientes, & gnaros, quorum conuersatio probata sit in tribus vestris, ut ponam eos vobis principes. Vbi glo. Viros, ait fortes robore, & aetate 1. Reg. 16. Vidi filium Isai. &c. aetate non tempore, sed ordinis: nam Ieremiam, & Dancem pueros legimus prophetaisse, secundum Gregor. Bernardus. Mirandum est potius, quam imitandum sapientes in spiritualibus, & gnaros in saecularibus, secundum Glo. Signanter autem dicit sapientes, non scientes: quia scientia dicit habitum pure speculatiuum, sapientia autem aliquam liter practicum, & speculatiuum. Praelati autem magis indigent practica experientia, quam speculatiua scientia, vnde subdit: Quorum conuersatio probata sit: utique probata, non probanda. Est enim vltus rectae conuersationis, ut praesse non audeat, quae subesse non didicit. Nec obedientiam subiectis impetret, quam praelatis non nouit exhibere, vel probatam, hoc est approbatam, non reprobam. Glo. ut ex priori vita probetur futura. Non igitur inuenire poteris talem virum, qui spiritu Dei plenus sit: Vir enim insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget haec. Prouerb. 26. Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, est lapis in serie calculi, qui positus pro obolo, denario, solido, libra, marca, vncia semper tamen retinet eundem valorem. Sic vir insipiens, quantumcunque sublimetur honore, nunquam tamen mutatur discretionis, aut morum pondere, vel valore. Iuuenis debet esse profundus humilitate, pius munditia, & castitate. Exemplum de Ioseph, de quo dicitur: Cum esset sexdecim annorum pascebat oues adhuc puer, quo ad primum, cui ait pater; Veni mittam te ad fratres: praesto sum ait, quoad secundum: adhuc puer, quo ad tertium.

De ingratitude.

Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui, Israel autem in e non cognouit, & populus meus non intellexit. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit Deum factorem suum. Quid ultra debui facere vineae meae, & non feci ei? Expectaui ut faceret vvas, & fecit labruscas, & nunc ostendam vobis quid faciam vineae meae. auferam sepea eius, & erit in direptionem, non putabitur, & non fodietur, & ascendent super eam vepres, & spinae, quia verè dum cultus vineae conscientiae, vel sanctae ecclesiae negligitur, dum putatur per correctionem, negligitur per virtutum exercitationem, nec foditur per timoris incussionem, rumpitur sepes conscientiae, diruitur maceria diuinae gratiae, & succrescunt vepres prauarum affectionum, & spinae peruersarum actionum. De beneficio enim collatis huic vineae praemiserat in principio capituli cum dixit: Aedificauit turrim in medio eius, &c.

De ingratitude illud: Homo quidam fecit cenam magnam, & vocauit multos

Isa. 1.

Deut. 32.

Esa. 5. 2.

multos, unus dicit: Vxorē duxi, alius, villam emi: alius, iuga boum emi **E**
 quinque, &c. Quære istam historiam expositam in tabula Matth.
 Quamuis peccata semel dimissa non redeant quantum ad maculam, redeunt
 tamen aliquando quantum ad æqualem penam. Qui peccatum ingrati-
 tudinis tantam aliquando meretur penam, quantum peccata dimissa. Exem-
 plum de vxore Loth, quæ conuersa est in statuum sal s. Sodoma mundus,
 Angeli prædicatores, & confessores. Loth anima bene contrita, & con-
 fessa, qui saluatur in ciuitate praua in humilitate conuersationis: vxor
 Loth, quæ retro respexit, anima confessa ad peccatum reuertitur. Ista
 vertitur in statuum salis, quia perdit uitam, & efficitur ab omni ope-
 re sterilis.

Gen. 16.

Et nota de ingratitude, & eius pena illud Matth. 18. Serue nequã om-
 ne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne oportuit te misereri cõ-
 serui tui. Ligatis pedibus, & manibus, &c. **F**

Gen. 40.

Et nota de ingratitude pincerna Ioseph succedentibus prosperis obli-
 tus est interpretis sui.

De infirmitatibus varijs.

Ist infirmitas capitis, id est in peruersa intentione. Esa. 1. Omne caput
 languidum; sequitur, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sa-
 nitas. Planta pedis est finis operis, per verticem principium operis. 2. Hier.
 2. Filij Memphes. Et illud 4. Reg. Caput meum doleo. Matth. 6. Si oculus
 tuus fuerit simplex per intentionem rectam. Iudic. 9. Nota histo- iam Abi-
 melech. Per Abimelech designatur prædicatores, qui obsident turrim, &
 castrum. Matth. 2. 1. Ite in castellum, quod contra vos est. Illud castellum
 est mundana conuersatio, siue congeries peccatorum, quam destruere ni-
 tuntur per prædicationem, mulier est concupiscentia, mola est uolubilitas **G**
 mundanæ prosperitatis diuitiarum, uoluptatum, & bonorum, & talia; frag-
 men molæ est aliqua particularis prosperitas, quam proicit mulier super
 caput, cum prædicator, vel quilibet faciens aliquod bonũ opus, non habet
 intentionem rectam in Deum, & si consentiat tentationi, excerebratur.
 Quare de hoc in tabula de intentione operis.

Inuidia.

Est etiam infirmitas oculorum; cogitando enim discernimus, videmus
 1. Reg. 3. Oculi Bely caligauerant, & per hoc instituitur illi, qui defectus
 suos non videt, sed solum defectus aliorum, nec lucernam boni operis pos-
 sunt videre in alijs. Et Lya erat lippis oculis. Hi sunt debiles visu, qui non
 possunt videre bonum in alijs ex inuidia, & tales excluduntur à ministerio
 altaris.

Psal. 23.

Psal. 12.

Est etiam duplex infirmitas oculorum, scilicet aggrauatio, & pruritus. **H**
 Per primum designantur, qui verba prædicationis, & correctionis audire
 non possunt. Esa. 6. Excaeca cor populi huius, & aures &c. Per secundũ de-
 signantur illi, qui omnes rumores, curiosa uana, & inutilia uolunt audire.
 2. Thim. 4. Prurientes auribus.

Est etiam infirmitas nariũ. Et huiusmodi, ut dicitur Leui. 21. Qui habet
 nimis longum nasum, &c. Magnum nasum habet, qui de alienis factis ni-
 mis se intromittit, & quare sic, uel sic factum est, rationem quarit: paruũ
 nasum habet, qui nec de factis suis, nec de alienis discernere curat; ortum
 habet, qui defectum suum non requirens, & aliena diuicicans subimer
 non præcauet ab immundis. Sicut dicitur Can. 7. Nasus tuus sicut tur-
 ris

Aris Libani, quæ respicit contra Damascum, quia discretio mentis debet
 esse sicut munitio in modum turris, contra delectationem immundæ cog-
 itationis.

Est etiam infirmitas oris, quæ respicit defectum linguæ, & locutionis.
 Sepulchrum patens est guttur eorum. Disperdat Dominus vniuersa labia
 dolosa, & linguam magniloquam. Sicut cum sepulchrum aperitur nihil ex-
 it inde, nisi fætor: sic tales nihil loquuntur, nisi detractiones, immundities,
 curiositates, vanitates.

Est etiam infirmitas manuum, quæ est in operatione, & hæc est duplex
 ariditas, & lepra: ariditas est ociositas, quæ priuat motum, & inducit pigri-
 tiam. Matth. 12. Extende manum: infirmitas lepræ est infirmitas prauis ex-
 pli: nam sicut lepra inficit, sic malum exemplum: hac percussus fuit Ozias.
 2. Paral. 26. & Moy. Exod. 4.

B Est etiam infirmitas ventris, quæ est duplex, scilicet torsiones, & fluxus
 per ventrem, in quo cibaria reponuntur, designatur memoria, in qua reci-
 piuntur cogitationes, quibus debet resciri anima: tunc autem surgunt torsio-
 nes, quando recordatur se dimisisse diuitias, honores, & huiusmodi: tunc
 enim torquetur. Esa. 13. Torsiones, & cætera. Tunc fluxum patitur:
 cum recordatur se fecisse aliquam immunditiam, & ibi delectatur. Prop-
 ter ista duo dicitur Hier. 4. Ventrem meum doleo. Hæc duo debent ama-
 ricare ventrem. Apoc. 10. Accipe librum, & faciet amaricare ventrem. A-
 poc. 10. Vnde debet purgare ventrem per confessionem. 1. Reg. 24. Ingres-
 sus est Saul, &c.

Est etiam infirmitas lumborum: & ista est in delectatione. Iob. 16. Circun-
 dedit me lanceis, &c. Lanceæ sunt concupiscentiæ, quibus Diabolus percu-
 tit per quinq; sensus, quod fit cum apprehenditur quod non decet. Hier.
 9. Intrauit mors per fenestras vestras. Vulneratur homo in cogitatione, cir-
 cum vulneratur in delectatione, intus operatione.

Est etiam infirmitas in humeris, & hoc est in voluntate: nam sicut ma-
 nus dependent ex humeris, sic opera à voluntate. Hi sunt sic incuruati ad
 temporalia, quod fere nihil habent de spiritualibus in voluntate. Figura-
 ti sunt per illam mulierem curuam. Luc. 13. Quæ habebat spiritum infir-
 mitatis.

Est etiam infirmitas narium, & hæc est detestatio vitiorum: sicut enim
 pars illa est corpori necessaria, licet sit turpis, quia per illam purgatur ven-
 ter, quod nisi fieret, corrüperetur homo: sic in anima spiritualiter est qua-
 dam pars inferior, per quam purgatur per cõtritionem, & confessionem:
 sed tunc patitur homo infirmitatem in parte illa, quando non conteritur,
 nec confitetur. Deutero. 28. Percutiat te Deus, &c.

D Est etiam infirmitas in genibus, scilicet in concupiscibili infirmatur, qui **Confessio.**
 de his, quæ videt: concupiscendo tentatur, vt curiosi: & bene per genua de-
 sideria designantur, quia sicut per genua inflectitur corpus ad gradiendũ,
 sic anima per desideria ad ingressum. Esa. 35. Genua Psal. 108. Genua mea
 infirmata sunt.

Est etiam infirmitas pedum, & ista est in affectione: affectus animæ
 sunt duo, timor, & amor, isti pedes tunc infirmantur, quando animæ
 timore, vel amore descendunt à veritate. 2. Regum. 9. de claudicatio-
 ne Myphi: bofer.

DE imagine. Quare 156. In tabula de homine, & illud Can. 1. Si ignoras te o pulcherrima mulierum, id est, creatura rationalis pulcherrima creaturarum, quia Dei imagine insignita.

De lachrymis.

Ioh. 5.

Hier. 10.

Psal. 147.

ESai. 15. dicitur de Ezechia. Audiui orationem tuam & vidi lachrymas tuas, & patet ibi, quomodo fuit sententia Domini mitigata. In piscina. Cuius aquam Angelus mouebat, id est, Christus, significatur piscina lachrymarum, cuius ablutio mundat ab omni infirmitate. Dat multitudinem aquarum in celo, & eleuabit nebulas ab extremis terræ, fulgura in pluuiam facit, & producit ventum de thesauris suis, multitudo aquarum in celo, affluentia lachrymarum in celesti vitæ. Nebula eleuata ab extremis terræ est anima eleuata in Deum, oblita omni terrenitate fulgura in pluuiam facit: quia ex timore diuini iudicii fluunt lachrymæ. Fulgur penetrat, pluuiam distillat: quia tales penetrant secreta diuinæ sapientiæ, effundit alijs pluuiam doctrinæ.

Sicut imber profluit ex distillatione caloris, sic lachrymæ resoluantur, & cor de deuoto ad feruorem prædicationis, & tactum diuini amoris. Flauent aquæ. Eccl. 39. Spiritu sapientiæ replebit illum, & ipse tanquã imber mettet eloquia sapientiæ suæ, nota quod axa, id est, descendente super omnia, petit à Patre suo Christo asinam, id est, existens in carne pigra, & arida irriguum superius, & irriguum inferius: quia tam pro peccatis, quæ hic inferius commisimus, quod pro cælestibus gaudijs, quæ speramus, & differuntur, flere debemus.

Diluuium, quo purgatus est mundus, significat abundantiam lachrymarum, quarum inundantia dant fluere à superiori, & inferiori: Quia propter bona cælestia, quæ amisimus, propter mala, quæ commisimus, & penas æternas, quas incurrimus, flere debemus, ubi submerguntur, & auer, id est, motus superbiæ, bestia avaritiæ, reptilia immunditiæ, homines malitiæ. Gen. 2. Fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terræ: quia dñs de anima nostra arida: Quia anima mea sicut terra sine aqua tibi, ex consideratione peccatorum fluit abundantiam lachrymarum dum recogitamus peccata nostra, & annos perditos, id est, in amaritudine anime nostræ, tunc ex tali inundantia anima efficitur fertilis, ut fructus afferat meritorum sicut hortus aridus, dum adaquatur. Esa. 55. Quomodo descendit imber, & nix de celo, & illuc vitæ non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum, quod egredietur de ore meo, uerbum, quod egreditur de ore domini, est verbum dilectionis interne, quod imprimatur menti. Quod non reuertitur vacuum, quia infundit amoris affectum, quod ad similitudinem imbris fuit, & sicut nix de celo descendit, quia animam inbre lachrymarum irrigat, & puritate dealbatur, & ab omni astu illicito refrigerat. Nix est candida, & frigida, & inebriat terram, quia modica stilla de pelago æternæ beatitudinis nobis instillatur, & tamen mens in fide perfusa inebriatur, eo, quod omnis delectatio humana per huius suauitatem superatur, ita quod in excessum rapitur, de qua ebrietate scriptum est, visitasti

A terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam, scilicet uirtutibus, & donis cælestibus, & benedicit terram, non aerem. Mens enim quæ per uana desideria fluctuat, quã adhuc secularium curarum procella exagitat, ad illum inreina delectationis gustum, & gaudium non admittitur, nec torrente uoluptatis potatur, quanto minus inebriatur. In libro Iudicum 1. legitur, quod Axa filia Caleph, sedens super asinam suspirauit, cui dixit pater: Quid habes? Cui illa, da mihi benedictionem. Terram australem, & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam: Deditq; ei pater irriguum superius, irriguum inferius.

Axa super asinam sedit, cum illicitis motibus carnis, & mentis anima præsidet, quæ suspirans a patre irriguum petit, quia à Christo patre nostro cum magno suspicio querenda est pluuiua lachrymarum. Sunt namq; non nulli, qui iam pro dono receperunt libere pro iustitia loqui, oppressos ueri, **B** indigentibus possessa tribuere, ardorem fidei habere: sed adhuc gratiam lachrymarum non habent. Tales enim australem terram, & arentem habent, sed adhuc irrigua indigent: quia oportet licet in bonis operibus sint positi, uel timore supplicij, aut amore cælestis regni, mala quæ antea perpetrarunt, deplere. Sicque duo sunt compunctionis genera: dedit enim pater ei irriguum superius, quod anima accipit cum se in lachrymis cælestis regni desiderio affigit, dicens: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Irriguum inferius accipit, cum inferni supplicia, & peccata in hac uita commissa fiendo pertimescit, & quidem prius inferius, ac post irriguū superius datur. Sed quia compunctio amoris dignitate præuenit, necesse fuit, ut prius irriguum superius, & post irriguum inferius commemorari debuisset. Gen. 37. Scidit uerba sua cum fletu. Ruben peccator, cisterna sine aqua, eius conscientia sine gratia, de qua extractus est Ioseph, id est, **C** Christus Saluator per peccatum: plange ergo tu peccator, cum Ruben, quia Dei imaginem deturpasti, baptismalem innocentiam perdidisti, societate supernorum, ciuium amisisti uiam, ueritatem, & vitam, quæ Christus est dereliquisti: Quid ergo peccator faciet, quo ibit sine uia, nisi in præcipitium: sine ueritate, nisi in errorem, & dubium, sine uita, nisi ad mortis supplicium. Ergo miser peccator, reuertere ad puteum conscientie, si forte Ioseph Saluatorem ibi ualeas inuenire. Quod si non plangens, & rugens cum Ruben uerba turpitudinem uelantia per apertam confessionem, & peccatorum denudationem scinde cum fletu, & dic, puer non comparet Iesus, & ego quo ibo? In suscitacione Lazari lachrymatu est Iesus in signum, quod uirtute lachrymarum per peccatum mortui suscitatur.

Fleuit Petrus, & respexit Christus eum, fleuit Magdalena, & remissum est ei peccatum. multum: sic filius prodigus, Dauid, Ezechias, Achab, publicanus, & inuenire ueniam meruerunt.

Dixit Angelus Thobie: Quando orabas cum lachrymis, &c.

Dauid ascendebat per fluuium oliuarum flens nudis pedibus opero capite, & sic reconciliatus est Deo. 4. Reg. 5. Dixit Elisæus Naaman; Lauare in Iordane, &c. Elisæus interpretatur Saluator, iste est Christus, saluatorrem expectamus dominum Iesum Christum: Naaman interpretatur pulcherrimus, & significat rationalem animam Dei imagine insignitam, cui dicitur Can. 1. Si ignoras te o pulcherrima mulierum, &c. Est autem leprosus, quia multi ei macula infecta. Iste dines ex diuinorum donorum infusione in baptismali regeneratione, sed leprosus ex actuali transgressione, cui ait Elisæus, id est, Christus: uade ad confessionem, uel uade per passus Iordanis.

affectionum, & bonorum operum: lauare septies, &c. Jordanis interpreta- tur riuus iudicij: quia ex timore diuini iudicij oritur in nobis riuus lachry- marum, in quo debet Naaman leprosus peccator infectus lauari non so- lum ingredi quia magnum debet esse diluuium lachrymarum, vt tota ter- ra animæ purgetur. Et sic debet non solum intingi, sed lauari, & immergi, & confricari, & septies, id est, de omnibus peccatis, & omni tempore, & perfecte. Genes. 26. Apparuit Dominus post solitionem puteorum. Puteorum fossio lachrymarum effusio, sed tres putei debent fodi: quia nunc pro culpa, nunc pro miseria, nunc pro cœlesti patria flere debe- mus.

Luna existente plena augetur aqua, & medulla. Luna anima. Sol Chr. stus, a quo illuminatur. Eccl. 30. Quasi luna plena in diebus suis. Me- dulla fletus interior, aqua fletus exterior. Tunc est luna plena, cum solem respicit, quod fit cum homo non habet in oratione cordis tractum, sed in- tēse, & directe Christi passionem, & eius beneficia recognoscit. Fugere de lachrymis in tabula de deuotione, de oratione, de contem- platione. 3. Reg. 19. Fugit Elisæus a facie Iezabel, cui attulit Angelus panem subcinericium, & vas aquæ, &c. Progressus Eliæ significat impletionem cōsiliorum quod pertinet ad religiosos. Fuga à facie Iezabelis, quæ interpretatur fluxus ster- quiliniij significat contemptum mundi. Arbitratus sum ut stercora: aduen- tus in desertum religionis ingressum. Iuniperus arbor aculeata, est discipli- na religionis, quæ tot habet aculeos pungentes, quos habet pœnalitates, austeritates, & correctiones: subter hanc obdormit Elias, quia oportet animam consopiri in pœnalitatibus, ut nihil sentire videatur. Affert An- gelus panem subcinericium, quia Christus magni consilij Angelus affert laboranti in religione, consolationem ex mortis recordatione, & hoc si- gnificat sacramentum cineris. Memento homo quod cinis es, & in cin- rem reuerteris. Quomodo contritabitur quis in desertione mundi, facu- li, parentum, amicorum, & huiusmodi si bene recogitet mortem incer- tam, & propinquam. 1. Thimor. 6. Nihil intulimus in hunc mundum. Iob. 1. Nudus egressus sum de utero. Quomodo etiam non consolabimur, quibus regnum cœleste promittitur. Matth. 5. Beati pauperes. Apoclayp. 2. & 3. Qui vicerit, &c. Additur pani aqua lachrymarum, quæ in modum potus defert cibum consolationis ad interiora virium animæ. Cibabis nos pane lachrymarum: bis autem manducauit ad ambulandum per dies, & noctes. Nox tempus aduersitatis, dies tempus prosperitatis, deo anima du-plici consolatione reprobatur, vt nec prosperitate possit deficere, nec in ad- uersitate tristari: sic reprobatus ambulat quadraginta diebus, & noctibus usque ad montem Dei Oreb, id est, usque ad æternam resurrectionem. Oreb interpretatur mensa. Parasti in conspectu meo mensam.

Lachrymæ interpretant remissionem culpæ. Luc. 7. De Magdalena, & de Petro Matth. 26. Egressus foras: factum in tribulatione: Exemplum in Ezechia 38. Conuertit faciem ad parietem. Sequitur: Vidi lachrymas tuas Triumphum de hoste Iudith 4. Indulgētiā ipsius fassis lachrymis sancti- ditatem in opere. 1. Reg. 1. Anna coram tabernaculo, &c. Sic debet facere anima, dum se considerat sterilem a bono opere: augmentum gratiæ. Gen. 29. Flebat Iacob. Oieæ. 7. Inualuerunt ad Angelum. Exuberantiam in de- uotione: Hinc suspirat Ax a sedēs in asino, anima in corpore misero, terrā arentem dedisti mihi, da mihi, & irriguam. Item impetrat reuelationem di- uinitatis, vnde Daniel qui fuit uir contemplatiuus dicit, flebam. Ioan. uir

Philip. 3.

Mors.

Psal. 79.

Psal. 22.

F

G

H

con-

A contemplatiuus Apoclayp. 5. Ego flebam nimis. Impetrat adoptionem gloriæ, pro qua flebam Apostoli Iob. 15. Matth. 5. Beati qui iugent. Num- mero. 20. percussans petram bis filice egressæ sunt aquæ largissimæ: pri- ma percussio pœnarum, quas incurrimus, & gaudij quod perdidimus. 1. Seu pœnæ, & culpæ consideratio. Ex qua percussione lachrymæ oriun- tur. Genes. 9. Cumque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus. Est autem arcus ex reflexione radiorum solarium inbē um- brosam, aquosam, concauam, subintranter: cum erge homo in peccatis conceptus filius iræ natus. Informis natura, deformis culpa, recogitat, quam frequenter, quam impudenter, quam irreuerenter, quam impenitē- ter offendit suum creatorem, & redemptorem, & amaritudine uitiorum oritur in cœlo mentis uapor suspiriorum, quod fit radio diuine gratiæ pene- trante intimum conscientiæ, demonstrare sceditatem culpæ, quantitatem **B** offense, breuitatem uitæ: talis autem vapor condensatur uirtute diuina nu- bem umbrosam confusione, & confessione, cōcauam humilitione, aquo- sam contritione, & lachrymarum effusione. Tunc subintrante radio diui- næ gratiæ, apparet in æthere conscientiæ, arcus conuersationis honeste- core quadruplici insignitus, rubeo de cœlo per charitatem, iacinto ex ære per puritatem, & castitatem, ceruleo ex aqua per pietatem, & deu- otionem, gramineo ex terra per humilitatem. Augustinus in suis medita- tionibus: Da mihi Domine hunc panem lachrymarū, quem esurio super omnem copiam diuitiarum. Num. 20. Percussans uirga bis filicem, egres- se sunt aquæ largissimæ, filix, & petra, cor in peccato induratum, uirga ti- mor, bis petra uirga percussit, quando cor peccatoris induratum dup- lici timore, scilicet damni, & supplicij concutitur, & tunc egrediuntur aquæ lachrymarum largè inundantes, culpam largiores remittentes, concupi- scentiam, & pronitarem malam largissimè placantes offensam, & impetrā- tes ueniam. Bernardus, O humilis lachryma, tuum est regnum, tua est potes- tia, tu sola uincis inuincibilem, & seuerissimam iudicem cōuertis in man- suetissimum patrem.

Consideratio.
Gratia.
Nubes.

Virtutes.

Con-
Timor.

De Luxuria.

Luxuriosi figurantur per Samsonem, qui cor suum Dalilæ aperuit, cri- nes, uirtutū, & fortitudinem, & uisum amisit. Quare 12. a. b. 49. a. b. luxuriosi significantur per Absalon suspensum in quercu, quæ portat cibū porcorum, quare 37. b. 59. b.

De Lux-
ria uide 52.
68. de Gula
castitate
2. Reg. 13.

Figurantur per asinos, & per Thobiam exæcatum calidis stercoreibus licundum quare 57. b.

D Qui uult fugere luxuriā debet fugere a mulieribus, & cōsortio earum, sicut fecit Ioseph. Quare 49. b. Item figurantur per Sodomitas qui consū- pri sunt igne, & sulphure, & pœna, scilicet peccato proportionata. Quia in illo peccato est ardor, & fœtor. Quare 50. b.

Tho. 2. b.
Genes. 19. c

De ira Dei contra tales in 2. Machab. Et ibidem de periculo familiarita- tis mulierum in Esdra.

Quod luxuria est plaga vnde fuit sanies 98. b.
Diabolus habet potestatem super immundos. Quare 69. a.

De luxuriosis dicitur Genes. 49. Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui. Luc. 14. Vxorem duxi. De illo & si- milibus dicitur, quod non gustabunt carnem Christi. Quia dicitur Apo- calyp.

calyp. quod foris canes impudici, nihil enim coinquinatum intrabit in illam: quia luxuriosi designantur per illos porcos immundos, in quos demones intrauerunt, & præcipitati sunt porci in mare, sic illi in infernum.

Eccles. 7. d. Inueni mulierem amariorem morte, quæ laqueus est, &c. Quia mors aufert animam, & uitam breuem, mulier aufert Deum, & uitam æternam. Genes. 29. Et os qui foris erant percusserunt cæcitate, quia omnes immundi sunt spiritualiter excæcati. Iob. 8. Moyfes mandauit huiusmodi lapidare.

Marc. 6. Mulier est fera pessima, quæ tunicam tingit sanguine, & deuorat Ioseph, scilicet Iuuenem, & maxime religiosum. Luxuriosi sunt manifeste in crepandi: vnde Ioan. increpabat Herodem dicens: Non licet tibi habere uxorem fratris tui.

Nota de pena talibus debita, quia Sichem, & populus suus periit, quia violauerant Dinam.

Neruus scemoris Iacob emarcuit ad tactum Angeli: quia donum diuinæ gratiæ est, quod ardor libidinis extinguatur. Esa. 1. Incensum abominatio est mihi, quia sacrificium, & oblatio immundorum maxime clerico rû abominatio est Deo: vnde de talibus intelligitur quod sequitur: Solennitates uestras odiuit anima mea.

Gre. ho. 13. Psal. 194. Si luxuriosi uideantur aliqua bona facere: illa tamen sunt sicut fructus, qui foris uidet bonus, & intus est putridus: Quia castitas nulla est sine bono opere, nec aliquod opus bonum est sine castitate. Venit locusta, & bruceus, & comedit omnem fructum terræ eorum. Locusta salit, bruceus totus est in uentre. Et significat carnales, & immundos qui non faciunt fructus humanos, sed fructus porcorum, scilicet glandes, qui est cibus porcorum. Filius prodigus consumpsit omnem suam substantiam uiuendo luxuriose. Sic luxuriosi omnia bona sua expédunt: quia corpus, animam, opes, oculos, famam, perdunt, patriam suam, scilicet cælestem fugiunt & demones, qui designantur per porcos pascunt, vel porcos, id est, carnem suam porcinam, immundam, & luxuriosam in sceditatibus nutriunt. Mar. 5. Cum tetigisset mulier Iesum confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit corpore, quia sanata est. Quia anima mollis, & effæminata, quæ non cessat fluere sanguinem peccati per immunditiæ delectationem tangit Iesum memorando Christum crucifixum, & sentiendo in seipsum acerbitatem passionis per experimentum, iuxta illud: Hoc sent te in uobis, quod, & in Christo Iesu. Et ex tali tactu subtrahit uoluptatem illicitam, & sic curatur eius peccatum, & sanguis sanguinem tangit, dum sanguis Christi sanguinem nostrum sistere facit.

Luc. 15. c. Dormientes, & consopiti sunt, qui uacant dulcedini carnis, quasi delectationi somni breuis. Isti dormiunt cum Thobia in lecto uoluptatis, & calidis stercorebus irundinum, ardētibus cogitationibus carnalium uoluptatum excæcantur. Isti dormiunt cum Iona in sentina, cum Samsone in gremio Dalidæ, cum Gebozet in meridie quando percutitur in inguine, immo cum Beemot in locis humentibus. Isti non sentiunt passionem Christi per deuotionem Prouer. 23. Eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices. Verberauerunt me, & non dolui, traxerunt me, & ego non sensi: quia carnalis aia consopita in carnis dulcedine, non sentit passionem Christi in deuotione, licet eam arguant prædicatores, licet trahant ad bonum conscientia, arguentis remorsiones, sed

Tho. 2.

Tho. 1. b. Ind. 16. c. 2. Reg. 4. b. Iob. 40. b. Prou. 23.

H sem-

A semper recedit in pristinas hebetudines quasi sensibilis facta: quia uino fornicat onis inebriata. Gen. 19. Dederunt filiæ Loth patri uinum bibere, & nihil quidem tunc sensit, quando concubuit, vel quando surrexit. Solent remedium quærere, qui fuerunt læsi ab igne, accedendo ad ignem, ut quem grauior intulerat, grauior temperet ignis ardorem: quia remediū singulare est tentationes carnis signare, & exercere cor suum in meditationibus, & affectionibus castitatis, passionis Christi. Luxuriosi sunt sicut canes venatici circumeuntes ecclesias: discurretes per carerías, ut possint satiari aspectu mulierum, non attendentes, quod dicitur Hierem. 9. cap. Intrauit mors per fenestras nostras. Ecclesiast. 7. Inueni mulierem amariorem morte, quæ laqueus uenatorum est; sagena cor eius, vincula sūt manus illius. Sed utinam tantum in minoribus, & non usque ad maiores hæc macula extenderetur in contrectatis carnibus meretricis, pro dolor manibus nefarijs, & pollutis domini sacramenta contingunt. Propheta, & sacerdos pollutus sunt, & in domo mea inueni malum eorum, ait Dominus. Marth. 8. Grex porcorum impetu magno mortuus est in aquis, pastores autem fugerunt; Porci suffocantur in aquis, quando commutata Dei similitudine in similitudinem pecoris, carnales uoluntantur in desiderijs. Vnde Pithagoras philosophus eadem dicenti se libentius conuersari cum mulieribus quam cum philosophis, ait: Et fues libentius in cæno, quam in aqua limpida.

B Si luxuriosi experirentur dulcedinem castitatis, eis displiceret omnis factor carnalitatatis, sicut si aliquis uellet dulcedinem mellis indicare ei, qui nūquam mel gustasset, nunquam dulcedinem illam auribus perciperet, quā gustu non sensisset, sed qui gustauit, ille sentit, & admiratur in seipso dulcedinem quia quanto fuerit quis purior, & mundior carne, tanto limpidius, & delectabilius uidet in corde suo. Genes. 39. cap. Ioseph relicto pallio in manu mulieris fugit, &c. Quia nisi Ioseph fugisset, continentiam diuinius custoditam forsitan perdidisset. Et est notabile quod primo dicitur, quod iniiecit domina oculos in Ioseph, deinde dicit: dormi mecum. Tertio apprehendit lasciuia uestimentum eius: quia primo petulans est libidinis, deinde proca, postmodum importuna aspectibus, & tactibus impudicis, quasi telis vulnerans longe positos, cui opponitur oculorum pudicitia: Verbis lenocinij quasi hastam nibrat, cui opponitur cordis mundicia, uenenata enim colloquia non recipit puritas cordis: tactu illicito quasi gladio cominus extracto interficit, nisi resistat carnis continentia. Sed cur fugisti Ioseph, qui eras vir sanctus, & non potius familiaritatem cum domina contraxisti, saltem ut posses eam corrigere, & a malo proposito renouare? Respondet Ioseph: De carbonibus scintilla desiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos aspides sibilant, de uestimentis procedit tinea, & a muliere iniquitas uiri. Difficile quis uenenum bibit, & uiuet.

C Verendum est dormienti in ripa, ne cadat. Nunquam securus thesaurus cum latrone tenetur inclausus, nec intra unum caucam habitans cum lupo tutus est agnus. Impossibile est flammis circumdari, ne ardeat: Leones domuit hæc infirmitas delicata: stultus est, cui non incutitur timor alio pretempo. Nemo ergo sibi proponat, & dicat: Habere uolo, quod uincam, quod est dicere: uolo uiuere sub ruina, uolo arctari ad laborem, & periculum, qui possum delicatus triumphare. Habes carnem tuam, quā superes: nemo super unam febrē cupit habere peiorem, ne incutit hemitrit eo inuenabil: labo: are. Ideo sanctus Ioseph respuit actū adulterē, rupit ueffimē-

Cor. 23. c.

Psal. 48.

Sea sus. Gradus peccati.

Eccles. 4. c.

tum, ne separet contagium, & ne quod diutius conseruauerat, perderet ad momentum.

Gula.

Quia propinqua sunt venter, & genitalia: ideo qui epulis vacant, contumantes prandio cœnam, qui ventris distentione rumpuntur, quorū corpora uino inundata uelut cuiusdam naufragij fluctibus animam obruunt. Vbi nec oculus, nec lingua, nec pes propriis possunt officijs deservire. Vino ligati grauius quam cathenis, pleni infirmitatibus varijs, vitam semper ducunt cum medicamentis, & medicis sensus habentes graues, & obtusos, &, quodammodo iam sepultos, medij, ut ita dixerim, inter brutum, & hominem: immo brutiores brutis contra naturam suam, luti uolutabro, & stercore inuoluti. Secundi Regum 4. Hisbofeth iacens in lecto immunditiæ dormiebat in meridie carnalis concupiscentiæ, percussus in inguine, ubi abundat calor immunditiæ. Iob 21. Dulcis fuit glareis Cocyti, & post se omnem hominem trahit. Cocytus est fluuius infernalis. Glareæ sunt lapilli, quos trahit iste fluuius, & significat illos, quibus non sunt dulcia promissa cœlestia, de quibus Psalm. 106. Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt usque ad portas mortis. Sed sunt illis dulcia carnalia, & fœda desideria, mulierum colloquia, & consortia, quæ Diabolus secum trahit sicut fluuius lapillos. Post se autem iste dulcis, & infernalis fluuius trahit omnem hominem, id est, homines de omni statu, vel omnes homines, hoc est eos, qui carnali tērationi consentiunt. Peccatum immunditiæ causa est omnium malorum, nā ex hoc surgunt iurgia, vulnera, mortes, ut patet de Ioan. decoliato, qui arguebat Herodem de incestu.

Gradus peccati.

Castitas.

Qui vult pugnam luxuriæ vitare primo oportet ne carnali impugnatione vigilans elidatur: secundo ne mens uoluptuosis cogitationibus immoretur: tertio ne ad concupiscentiam, vel leuiter ex aspectu fœmine moueatur: quarto ne vigilans, vel simplicem perferat carnis motum: quinto, ut nihil amplius de muliebri recordatione concipiat, quasi operationem laterum, vel cuiuslibet alterius officinæ mente ratiocinetur: sexto ne illecebrosis fantasmatibus mulierum, vel dormiens illudatur: licet enim hanc ludificationem non credam esse peccatum, tamen certum iudicium est concupiscentiæ interiori latitantis. Sed utrum hoc impossibile sit in uita ista, nullus diffinire poterit, nisi qui per longam experientiam, & cordis puritate peruenierit ad confinia carnis, & spiritus, ut sciat quid humana conditioni necessarium sit, attribuunt, quid ex consuetudine uitiosa. Ad uincendam carnis tentationem multum prodest occupare mentem fortiter circa alia, exemplum de monacho, qui grauem carnis tentationem patiens reuelauit hoc abbati suo, qui cum uidisset iuuenem tentari, nec tentationem posse uincere ordinauit, quod fratres eum quotidie in capitulo de suis defectibus accuserent, sicque iuuenis audiens contra se clamorem quotidianum fratrum cepit dolere, & tristari. Quadam die dum abbas uideret, eum quasi tristē ambulare dixit ei, si adhuc sicut prius a carne tentabatur, cui dixit iuuenis, uere non licet, & fornicari libet. Quare de ista materia in tabula de castitate, & uirginitate, de custodia sensuum, de cogitationibus, & concupiscentiis, & uoluptate. Greg. Nihil tam utile ad frangenda carnis desideria, quantum considerare qualis erat ipsa mortua.

Est quidam fons in Thyo insula, de cuius aqua bibentes sunt hebetes. Hæc est aqua carnalium uoluptatum, de qua bibentes sunt hebetes ad intelligentiam presentium, & futurorum periculorum. Hæc sunt aquæ profundæ, quæ non

pernit-

A permittit eos qui vacant carni, & immunditijs pericula latēria, & feces amaras, quæ latent in fundo uidere. Aqua profunda meretrix, id est, uoluptas carnalis. Apoc. 17. Ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, id est, carnalis concupiscentiæ, quæ sedet super aquas multas, id est, super fluxum carnalium desideriorum. Sunt etiam istæ aquæ tempestuosæ, & fluctuosæ, ita quod inter eius undas naues submergunt, & franguntur etiam fortes naues. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum. Sunt etiam istæ aquæ tenebrosæ. Tenebrosa aqua in nubibus aeris, id est, carnalis concupiscentia in uoluptatibus, & delirijs.

Pro 1. 23.

Psalm. 67.

Psalm. 17.

Virginitas significatur per uirgam Moysis quæ deuorauit dracones Magorum, qui maxime displicent Deo homines immundi, & carnale, qui ad similitudinem draconum latitantium in cauernis latitant in prostibulis, & tabernis. Et sicut draco statū suo uolando aerem inficit, sic ipsi alios pueros socios. Luc. 14. Vxorē duxi, &c. Quia ligatus cum carnali concupiscentia non intrabit illam curiam. De qua dicitur: Foris canes, & impudici, &c.

Apoc. 22.]

Sunt quattuor genera latronum habentia speluncam suam in domo Dei, quæ significatur per quattuor genera latronum, quos immisit dominus contra Iudam, scilicet latrunculos Syriæ, latrunculos Caldeorum, latrunculos Moab, latrunculos filiorum Amon, de quibus 4. Reg. 24. Quorum astutijs miser homo, qui forte ascenderat in Ierusalem, ut oraret, cum descenderet de Ierusalem in Ierico incidit in latrones. Primi sunt latrones Syriæ motus scilicet superbia: Syria enim sublimis interpretatur superbiam designans, qui semper alta appetit, & omne sublime uidet, ut ad illud festinet exemplum de Lucifero. Ille latro cum habet speluncam suam in domo domini, & spoliat eam obsecratione procedente ex humilitate, abominatio est enim superbo humilitas. Ecclesiast. 13. Superbia enim uult peccata sua occultari, & humilitas confiteri, & Deum obsecrare, exemplum de Pharisæo, & publicano. Abissus: Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuisse? quasi dicat. O peccatrix anima flere non debes: immo clamare in confessione, cum sis spoliata bonis spiritualibus, sicut clamat ille, qui per fures spoliatus est bonis temporalibus.

Luc. 10.
superbia.
Esa. 24.

Addit.

Secundi sunt latrones Moab, quæ interpretantur ex parte motus carnalis significant, quos in carne traduximus per proprios parentes, sicut in ortibus lepræ sepe a parente traducitur in prolem. Ille latro quando habet speluncam in domo domini, spoliat eam affectu mundo, qui procedit ex sanctitate castitatis. Osee. 6. Galaad ciuitas operantium idolum supplantata sanguine, & quasi fomes virorum latronum. Galaad aceruus testimonij est carnalis anima, quæ sibi sufficit ad testimonium suæ damnationis, quæ est ciuitas operantium idolum, quando format, & retractat in se imagines carnalium delectationum, & sanguine supplantatur, quia in tali formatione sepe mortaliter uulneratur, & quasi fauces virorum latronum, ut in faucibus auditas delectationis illicitæ in latronibus notetur atrocitas tentationis noxiæ.

Tertij sunt latrones Caldeorum, quæ feroces interpretantur, & significant motus auaritiæ, qui dum faciunt speluncam suam in domo Domini, spoliat eam supplicatione, quæ prouenit ex pietate. Hier. 7. Ecce nos conuersi sumus uobis in uerbis mendacij, qui non proderunt uobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalam, & ire post deos alienos. Sequitur: Nunquid ergo spelunca latronum domus ista? Furari dicuntur

cuntur, qui malè meriti beneficia ecclesiastica rapiunt, occidere qui famam virorum spiritualium detrahendo auferunt, adulterari, qui quod docent verbis, destruunt factis, iurare mendaciter, qui fidem, quam ore confitentur, exemplis non astruunt: libant Baalim, qui causa emolumenti temporalis venerantur, & colunt praelatos, vel alios indignos, quæ omnia ex avaritia proueniunt, propter quam anima appellatur spelunca latronum, vos, ait, praelatis, & avaris, fecistis domum meam, quæ est domus orationis, speluncam latronum, & indigne ascendentes ad ecclesiasticas dignitates, vocat fures, & latrones.

Luc. 19.

Quarti sunt latrones filiorum Amon, qui interpretatur populus dolens, vel murmurans, per quos significantur motus accidia, qui faciunt animam dolere, & murmurare de bono. Vnde accidiosus sepe simulat dolorem, cum debet aggredi aliquid arduum. Isti latrones faciunt speluncam suam in domo Dei, & spoliant eam gratiarum actione, non promittentes in laudem Dei assurgere. 2. Reg. 4. Duo principes latronum ingressi sunt feruenti die domum Iehoseth, qui dormiebat in stratu suo meridie, & interfecerunt eum. Leuit 13. Lex leprosi erat, quod contaminatum se clamabat, in quo significatur lepra luxuriæ, per quam maxime contaminatur anima, & corpus inficitur. Hierem. 3. Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alienum, &c. Nunquid non contaminata, & polluta erit mulier illa? Contaminatum ergo clamat, qui publice per luxuriam peccat. Et hoc est lepra Iob fluxum seminis sustinens, & leprosus tenens fufum, & cadens gladio, & indigens pane. Iob interpretatur, quia formosior notorius aliorum pater, & per sui imitationem fluxum seminis sustinet per continuam passionem. Hoc enim peccatum vix in aliqua ætate dimittit hominem, quia intus habet radicem, leprosus est infectus medullitus per mentis corruptionem vniuersalem, quia ibi totus homo efficitur caro, tenens fufum dicitur propter volubilem, & momentaneam, quæ in hoc peccato est delectationem: aut tenens fufum propter efficacioris æstimationis confusionem; magna enim confusio est virum nere, & vacare colo, & magna spiritus eneruatio uacare tam uili peccato. Cadens gladio propter iugem conscientiaepunctionem: hoc enim proprium habet carnis peccatum conscientiaestimulantis aculeum, & pœnitundinem mentis: quia lex naturalis arguit hominem. Et indigens pane, quia talis indignum se reddit omni spirituali consolatione. Et quia ad litteram tales ad paupertatem, & miseriam finaliter deducuntur. Hæc omnia in domo Iob non deficiunt, quia carnales, & viles homines hæc in in sua conscientia experiuntur, & sentiunt. Genes. 39. Mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum. Sequitur, quod relicto in manu dominae pallio fugit, & egressus est foras. Notabile est quod præmittitur, post multos dies iniicit domina oculos in Ioseph, & ait: Dormi mecum, quia post multos triumphos, & multas virtutum glorificationes concupiscentia postquam ad tempus siliuit, veteris domini recordata rediuiua confurgit. Sed Ioseph reliquit in manu mulieris palliū, & egreditur foras, quoniam virilis animus non præbet carnali concupiscentia consentum, sed fugit omnes opportunitates, & occasiones illicitas. Exod. 8. Ebullit fluius ranas, quæ ascendunt, & ingredientur domum tuam, &c. Ista rana significant luxuriosos, qui ascendunt ut rana contra fortitudinem, nihil enim virilitatis, sed totum molle, & feminineum, & immundum est in eis, gaudent in fœtore quasi ranæ coxan-

Ecclesiast.

Ranae.

166

Ates in palude. Genes. 27. Vocans Rebecca filium suum Iacob dixit ad eum: Esau frater tuus minatur, ut occidat te. Nunc ergo confurgens fuge ad Laban fratrem meum in Aram, habitabisque ibi cum eo dies paucos, donec requiescat ira fratris tui. Hæc est gratia diuina, quæ appetitum humanum ad se trahit, & contra carnalem affectum, qui semper est ex parte carnis, & semper minatur ipsum munit suadens, ut confurgens à carnis illecebris, & in finis desiderijs secularia fugiat, & ad mentis candorem tendat. Laban enim candidus dicitur Aram non irascens, vel electus interpretatur. Forte in hoc innuitur, quod fieri non posses electus nisi carnalibus illecebris semper inueniaris iratus. Vnde de ista eadem cura dicitur ibidem, vocauit Isaac Iacob, & benedixit, præcepitque ei dicens. Noli accipere coniugem de genere Canaan, sed uade, & proficiscere in Mesopotamiam ad domum Batuel fratrem matris tuæ, & accipe ibi uxorem de filiabus Laban auunculi tui: hæc uocatio est interior inspiratio, hæc benedictio est uirtutum multiplicatio. Dicit ergo Isaac, id est, diuina gratia, uel ipse Christus. Iacob uiro fideli, nel religioso. Noli accipere, &c. Canaan negotiator interpretatur Laban candidus, Mesopotamia eleuata uocatio, Syria sublimis, Batuel uirgo Dei. Vnde sensus est: Noli adhære illecebris voluptatum carnalium, quæ sunt de genere Canaan, scilicet negotiatorum. Eorum, scilicet qui fidem, & opera uendunt pro uili concupiscentia expleta, & secundum veritatem non expletur, quia magis exercentes magis ad libidinem prouocantur: sed assimuleris mentibus illis, quæ in rore puritatis filia sunt æterni candoris, sed uade in Mesopotamiam, &c. id est, Eleuatam uocationem, quæ est abrenunciatio carnalitaris, aggredere ut sublimis per meritum, & in sublimibus per præmium ualeas eminere. In illis sublimibus est domus Batuel uirginis Dei ecclesiæ triumphantis, maculam non habentis, frater tamen est matris nostræ iste Batuel, quia populus ille cœlestis germana affinitate coniungitur matri nostræ, quæ adhuc est in terris. Luxuria est infirmitas, sicut spasmus, quæ est curuitas corporis Lucæ 13. Mulier habebat spiritum infirmitatis decem, & octo annis, & erat inclinata, nec poterat sursum respicere. Nihil enim ita incuruat animam, sicut peccatum luxuriæ, quod facit eam reiecta rectitudine sua esse sicut equum, & mulum, quibus non est intellectus. Apocalyp. 2. Balaam docebat Balaac mittere scandalum coram filiis Israel, scilicet edere, & fornicari. Balaac elidens, Balaam populus uanus. Hi sunt doctores uani, qui docent carnem quæ spiritum elidit, ut se exerceat in gula, & luxuria, propter quod Apostolus 1. Thi. 2. Docere mulieres in ecclesia non permitto, neque dominari in uirum, sed esse in silentio. Mulieres homines muliebres carnales, & molles, qui allegant carnis fragilitatem non spiritus uirtutem, unde Deuter. 20. Interficies in ore gladij Ethæum, Amorrhæum, Cananæum, &c. ne forte doceant uos facere cunctas abominationes, quas operati sunt in dijs suis, & pecceris in dominum Deum uestrum. Genes. 14. Vallis siluestris habebat multos puteos bituminis, quia caro nostra multis abundat carnalibus desiderijs, & tamen uallis, quoniam eis impleri non potest. Non enim satiatur oculus uisu, nec auris auditu, sed si meatus corporaliū uoluptatum obstruamus, si terram in uallem, proijciamus ualle implebimus: hoc fit abiiciendo uoluptatem, & considerando mortis necessitatem, & propinquitatem: quia cito resoluemur in terram, & uermen. Hæc enim duo implent omnem concupiscentiam, quia facile continent omnia, qui se semper cogitat moriturum. Esa. 7. Sibilabit dominus mu-

Gen. 27.

Apoc. 21.

Voluptas.
Mandus.

scæ, quæ est in extremo fluminum Aegypti, & apis, quæ est in terra Assur, & venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, musca immunda peccatrix anima, quæ est in extremo fluminis Aegypti, quæ est in carnis concupiscentia, & luxuria. Habet enim septem ostia fluminis Aegypti, scilicet vitia, quæ oriuntur de superbia, quæ fuit initium omnis peccati, quorum extremum est luxuria, cui sibilat dominus, cum infunditur ei gratia: apis in terra Assur superbia in diuitiis: apis. n. iracunda est, Assur diues interpretatur; conueniunt autem & simul requiescunt in torrentibus vallium, quando carnis concupiscentia, & mentis superbia implentur suum considerando defectum, & sic valles exaltantur, quia qui se humiliat exaltabitur. Anima, cui dominatur concupiscentia, dicitur infidelis, quia prodiciosè nos subijit inimicis nostris. Eccles. 18. Post concupiscentias non eas: Si enim præstes animæ tuæ concupiscentias, faciet te in gaudium inimicis tuis. Istæ sunt nuptiæ inter Samsonem, & Dalidam. Iudith 16. Quæ eum dedit in manibus Philistinorum. Dalida situla, vel paupercula, semper enim concupiscentia inhiat ad carnis voluptatem, nesciens saturitatem, habens breuè pauperem, & foetidam voluptatem. Carnalis concupiscentia sterilis est, Job 24. Pauit sterilem, quæ non parit. Quare supra 105. b. Deuter. 32. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Delectatio carnalis est venenum aspidum, &c. Quare 105. Iudith 16. Cum dormiret in sinu meretricis rasis crinibus, perdidit virtutem corporis, excæcatus est oculis: fecerunt eum molere in exaggerationem opprobrii, quia cum spiritu à carne superatur, ad literam enervatur virtus corporis, hebetatur intellectus mentis, efficitur homo vilis, contemptibilis, infamis. Dæmones dominantur immundis, & quomodo quiescunt, & habitant in eis. quare 35. Sicut vestimentum corroditur, & consumitur à tineis, sic mens nostra à tentatione carnis: huiusmodi autem motus carnis, pungunt ad instar vermis, qui motus egrediuntur de corrupta carne, sicut vermes de veste. Eccl. 42. c. De vestimentis procedit tinea, & à muliere iniquitas viri, hoc est à concupiscentia carnis prauitas spiritus effeminatur. Isti vermes corroduunt vestimenta, quia vulnerant quantum ad bona naturalia, & spoliant quantum ad bona gratuita. Job 30. Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt, non dormiunt, in multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi captio tunicæ succinxerunt me. Certum est secundum historiam, quod corpus eius scatebat vermibus, quorum multitudo, & corrosione non percipiebatur somnus. In quo significatur tentationes carnis, quæ super nos irruunt, nos consumunt, & ne consisteamus impediunt: quia capicio tunicæ collum constringunt: vel ne clamemus ad Deum per orationem, vel ne proximo faciamus cleemosynam, & consolationem. Generaliter omne peccatum mortale, specialiter peccatum luxuria aufert corporalem substantiam, spiritualem notitiam, præsentem gratiam, æternam gloriam. Primum patet, peccatum enim mortale, & maxime luxuria debilitat naturam corpoream, corrodit conscientiam, aufert pecuniam, & infert infamiam. Fugere ergo debemus omne peccatum, & maxime peccatum luxuriæ. Si consideremus, quid afferat, quid inferat, quid auferat. Afferat enim peccatum gratiam & famam. Aufert odium omnis creaturæ, quia offenso creatore, offenditur omnis creatura, discedit natura, dum corrumpit modum, speciem, & ordinem: infert supplicium gehennæ: peccans enim sententialiter condemnatur. Sed quia misericordia superexaltat iudicium, idcirco executio suspenditur, & tardatur; & tamen quia

NON

- A** non cito contra malos profertur sententia, idcirco absque villo timore filij hominum perperrant mala. Prædicta patent specialiter in peccato gula, & per peccata alia discurrendo. Peccatum enim gula multos interficit ex superfluitate, & corpora putrescunt ex superfluitate. Et de peccato luxuriæ pater, quia qui fornicatur in corpus suum peccat: quia ad litteram corpus suum debilitat: corrodit etiam conscientia: nemo. n. reus se iudice absoluit, & panis delectationis transitorie intra vterum in se aspium veritur, quando conscientia amaricatur. Aufer pecuniam secundum illud. Reuelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. i. gressus tui sunt pollutati, & infames: magna enim infamia est cum homo liberatus, & libertus reducitur in seruitutem, quod fit per peccatum. Io. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Quod auferat pecuniam, famam, & substantiam, patet in filio prodigo. Secundo dico, quod auferit spiritualem notitiam Sap. 1. In maleuolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: aufert enim peccatum omnes sensus spirituales: sicut lepra corrodit, & corrumpit omnia membra corporis: visum excæcat, ne videat Deum. Omnis qui peccat non videt Deum, nec nouit eum. Auditum claudit, & indurat, ad obediendum: Excæca cor populi huius, & aures eius agegraui. Odoratum discretionis reddit foetidum, & corruptum: quia non sentiunt foetores peccatorum suorum, sed delectantur in eis, & voluntantur sicut porcus in luto: vnde Lazarus quadriduianus foetebat. Tollit etiam escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Corruptit tactum, quia ita putrida sunt, quod quando tanguntur, & corripuntur non sentiunt Ioelis 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Aufert præsentem gratiam. Iniquitates vestra diuiserunt inter vos, & Deum, & peccata vestra absconderunt faciem eius ne exaudiret. Hæc est facies gratiæ, quam dominus abscondit à peccatore: vnde petit propheta: Ne auertes faciem tuam à me. Cain post peccatum eiectus est à facie domini. Amora autem gratia ab anima ipsa efficitur inflata per superbiam, toxicata, & liuida per inuidiam, turbulenta, per iracundiam, tristis, & pigra, per accidiam, dilaniata per auaritiam, fetida per luxuriam, imunda per gulam: ideo ait Augustinus: Plangis mortuum, & non plangis impium, plangis cadauer, à quo recessit anima, & non plangis animam à qua recessit Deus. Item amittit æternam gloriam. Eccl. 26. Qui transgreditur à iustitia in peccatum dñs parauit eum ad rumpheam, & Eccl. 21. Stupa collecta Sinagoga peccantium, & consummatio eorum flama ignis. Anima. n. quæ peccauerit, ipsa morietur morte æterna. Quem, ait Apostolus, fructum habuistis in his, in quibus nunc erubescitis: nam finis illorum mors. Sicut. n. videmus quod homo prius infirmatur, & postea moritur, ita infirmantur homines in peccatis, & postea moriuntur in pœnis æternis. Veniat mors sit per illos, & descendant in infernum viuentes: nam desiderabunt homines mortem, & fugiet ab eis, quia peccata mortalia sunt infirmitates. Quædam enim sunt sicut scabies, in qua feruor viscerum ad cutem trahitur, & corpus fatidum redditur per quod feruor libidinis intelligitur. Amos 4. Ascendere feci putredinem, castrorum vestrorum in nares vestras, & est peccatum luxuriæ febris quæq; calida, vt in appetitus anxietate, quæq; frigida, vt in operis consummatione. Gula generat Vulisimum, i. appetitum caninum, quando præ nimia auaritate cibus sumitur, & cum magna anxietate desideratur; auaritia facit hidropicum, quia quanto amplius bibit, tanto amplius

sunt.

stet, & ira de alijs. Quære de hoc supra in tabula de infirmitate. Apoc. 18. **E** Facta est Babilon habitatio Dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, quia luxuriosus habet immunditiam in corde per affectionem, in ore per locutionem, in opere per illicitam commixtionem. Apoc. 16. Vidit Io. exire de ore draconis tres spiritus immundos in modum ranarum, id est tres immunditias ex parte luxuriosorum, & bene in modum ranarum: Rana enim saltum facit, in luto moratur, quietem tollit, hæc enim sunt luxuria lasciuiæ saliens, immunditia fetens, conscientia numquã quietem habens. Iudith 16. Fecit Dalida Samsonem dormire super genua sua; ubi rasis septem crinibus eius, hoc est septem tricaturis crinium, vt dicunt, recessit ab eo spiritus domini, & fortitudo eius, quia nihil à Deo mentem eueruat, sicut cum aliquis ad carnalem concupiscentiam mentem inclinat. Hæc. s. carnalis concupiscentia est meretrix illa, quæ dormiendo filiũ suum extinguit. 3. Reg. 3. Quia voluptas carnis spiritum decipit, & vitam gratiæ tollit, vnde Amos 6. Dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Ad litteram ista dicuntur ad exaggerationem voluptatis, quæ est in clericis, & peccatis, qui gratiam Christi in luxuriam transferunt, & patrimonium crucifixi voluptuose, & illicite expendunt, & maximè in diebus festiuis delicijs intendunt, comedunt de grege agnum, &c. Hoc est quod ita habent delicatum palatum, quod in magno grege vix inuenitur agnus, vel hœdus, qui eis placeat ad comedendum, & vt magis protrahatur eorum prandium, in musicis instrumentis cãtari faciunt, & hoc est quod sequitur: Qui canis ad vocem psalterij. 2. Reg. 4. Luxuriosi dormiunt cum Isboseth in meridie, hoc est in feruore libidinis, qui obiit percussus in inguine, & quia luxuriosi dormiunt in luto, & fetore, & in talibus Diabolus requiescit: ideo dicitur Iob 40. Behemot dormire in locis virentibus: quia mentis oculos luxuriosis claudit, & in carnali concupiscentia iumenta sua quiescere, & putrescere facit. **G**

Fluxus carnalis concupiscentiæ impedit oculos mentis, ne illum videat mundi cordis, quem soli cernere possunt oculi, sicut fluxus humoris impedit corporalem visum. Gen. 49. Effusus es sicut aqua, non crescas.

Nota de ira Dei generaliter contra peccatores, & specialiter contra immundos. Gen. 6. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, & sequitur: quomodo omnis caro submersa est in diluio: contra peccatum in generali patet in expulsionem Angelorum de celo, primorum parentum de Paradiso, in punitione totius posteritatis grauius flagello, in submersione humani generis, in diluio, in subuersione Sodomorum sulphureo incendio, & sic de alijs Dei iudicijs datis contra peccatores.

Fluxus carnalis concupiscentiæ designatur per aquam. Ista est aqua infectiue voluptatis, & sceditatis: ista aqua oritur ex carnis corruptione, hauritur sensuum abusu, & delectatione, quia intrauit mors per fenestras nostras, reponitur in cisterna cordis praua cogitatione, bibitur consensu & delectatione. Iste sunt aquæ turbidæ, & infectæ, quas bibunt Aegyptij. Iste sunt aquæ amaritudinis, quas bibit mulier adultera anima à Deo per immunditiam separata, ex quarum corruptione venter intumescent per culpam. Factur putrescit per damnationem æternam. Qui biberit ex aqua ista sitiet in æternum. Dan. 7. Ecce alia bestia similis vrsi, & tres ordines erant in ore, & in dentibus eius, & sic dicebant ei: surge, & comedede carnes plurimas. Vrsus est animal immundum, inquietum, gulosum, & ni-

Voluptas.

A & nimis diligit dulcia: ideo per vrsus carnalis concupiscentia, & luxuria designatur, quia semper est inquieta, immunda, gulositas, & ociositas, in cuius ore sunt tres ordines dentium: quia quidam deuorantur fæda cogitatione, quidam damnantur praua, & fæda operatione, quidam ligantur iniqua assuefactione, & damnabili consuetudine. Joel. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Greg. Iumenta in stercore computrescere, est carnales homines in fetore luxuriæ uitam finire.

Ideo huic vrsi dicitur: Surge comedede carnes plurimas: quia carnales homines in diuersis statibus ab isto vrsi deuorantur. Aut tres ordines dentium, sunt tres gradus in isto peccato, cogitatio inchoans, consensus maculans, opus consummans. Cogitatio inficit, consensus interficit, opus consuetudinem inducit. In primo ordine dentium, qui est in cogitatione, & delectatione, iste mortalis cibus quasi intra fauces recipit, in secundo ordine, qui est in consensu, iste cibus mortis quasi in ventrem traiecitur: in tertio, qui est in consuetudine, iste cibus quasi in naturam conuertitur, quia consuetudo est altera natura: cogitatio inficit, quia si teneat consensui, & morte perit, sicut dicit Bernardus in libro meditationum. Ardor, ait, libidinis pro praua occasione consensum parit, & nisi illico respuat, & expuat, subito totum corpus occupat, & æstuat,urit, & incendit. Prædictos tres ordines dentium tangit Augustinus in libro de verbis Domini, sermone 22. Sunt, ait, qui res illicitas suis cogitationibus obuias, prorsus ita abiciunt, vt non delectentur, sunt qui non abiciunt, sed delectantur, & non consentiunt, & addit, nondum hic perfecta est mors, sed quodammodo inchoata. Ecce primus gradus, & primus ordo dentium. Sequitur: Delectationis accedit consensus, & fit plena damnatio: ecce secundus gradus, & secundus ordo. Sequitur, post consensum in factum procedit, & factum in consuetudinem vertitur, & fit quædam desperatio, hic est secundus ordo dentium vrsi. Tertius, et pessimus ordo, scilicet peccandi consuetudo, et vix in isto ordine dentium interceptus euadit, quin damnabiliter à bestia deuoretur.

Peccatum luxuriæ occasionem sumit ab ociositate, et à cogitationibus illicitis. Vnde Thob. 2. Iacens in lecto, qui designat ociositatem, à calidis stercorebus hirundinum ab ignitis affectionibus malarum cogitationum, fuit excæcatus, vt nec oculo dextro uideat, aut cogitet gaudia beatorum, sicut ille voluit eruere viris labe Galaad oculos dextros, nec sinistro uideat supplicia damnatorum, sicut Samson captus à Dalida à Philistiim, id est à Dæmonibus captus ligatur consentiendo, excæcatur delectando, incarceration operando, molam trahit assuefaciendo, quia in circuitu impij ambulat, vulneratur sensus per lasciuiam, et dissolutionem, quia intrauit mors per fenestras nostras. Rex enim Israel vulneratus fuit in bello cum sagitta inter stomachum, et pulmonem, et lingebant canes sanguinem, qui ex eius vulneribus defluebat: pulmo enim vt dicit Constantinus ex molli carne, et aerea substantia causatus, spumæ coagulatae simillimus est. Vulnerat ergo diabolus, et caro corrupta clericos, qui debet alios regere inter stomachum gulositatis, et pulmonem molliciei delectationis, et sceditatis, quia gula, et mollicies inducunt vt plurimum clericos ad peccatũ istud. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ gula, et ociositas, quæ quasi duoligna incendunt ignem luxuriæ, superbia, saturitas panis, et ocium. **Voluptas.** Lingunt ergo canes, sugunt, et bibunt famelici Dæmones sanguinem immundorum, dum effusis virtutibus, quibus viuunt, gratiam subtrahunt animam

animam interficiunt, & trahunt finaliter ad Infernum.

Iaco. 1. c. Concupiscentia concipit & parit peccatum, qđ cū consummatum fuerat, generat mortem. In huius figura dicitur. Genes. 40. Adhuc tres dies sunt, post quos auferet Pharaon caput tuum, ac suspendet te in cruce. Tres dies triduum suggestiois, delectationis, consensus, post quos caput pistoris abscinditur. i. ratio peccatoris subuertitur, post crucifigitur, quia funiculis peccatorum suorum quisq; constringitur. Vel constringitur tribus clauis. scilicet consensu voluntatis, effectu operis, contemptu consuetudinis. Hęc crux habet sursum auersionis, deorsum conuersionis, dextrum confisionis, sinistrum damnationis. In ista cruce suspenduntur qui Deo animas suas, quas ipse emit suo sanguine, furantur sicut homicida sui. Absalon comptus significat adulteros, & immundos qui suspenduntur in quercu, cum Absalon, in quo est cibus porcorum immundorum. Quod sedent luxuriosi super pelliceas cum getris. 1. Reg. 5. Luxuria est sceleris intolerabilis, hoc est sceleris, & vermis defluens de carne Antiochi. 2. Machab. 9. Exemplum de Angelo, qui dimisit viam, quando ibat cum quodam sancto ad pellicendum uendam heremitam, & obuiauerunt cuidam iuueni pulchro corpore, corrupto, & fetido mente: tum autem peruenerunt ad cadauer, quod diu iacuerat inhumatum, & fetebat Angelus non fugit, nec nares clausit: quia sceleris corporalis non displicet Angelis, sed spiritualis multum.

Sedere.

Vulnus, de quo fuit sanguis, est concupiscentia carnalis immunditiae. Ezech. 16. Transiens, &c. & hoc dicitur luxuriosis: hoc autem significat, quod anima luxuria inquinata vix potest separari ab hoc peccato in hac vita. Liuor est auaritia. Ecl. 14. Neque est oculus inuidi, plaga tumens est superbia. Hier. 30. Infanabilis plaga tua. Exemplum de Lucifero propter tria predicta. Esa. 1. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, &c.

Castitas per tria corrumpitur per moram in carnali delectatione. Gen. 39. Ioseph castissimus fugit colloquium mulieris relicto pallio, meretrix est caro, spiritus est Ioseph, cui dicit caro: Dormi mecum; pallium, id est omnem excusationem peccati beguinationis, & familiaritatis mulieris debet dimittere, & vitare, qui vult cum Ioseph castitatem seruare. Sunt enim qui quando impetit eos caro, habent pallium dicentes, quod non curant, quia talibus motibus non consentiunt. Item corrumpitur per curiosum aspectum, vel verba inhonesta. Gen. 34. De Dyna. Item per superfluitatem ciborum. Apoc. 17. De muliere meretrice, &c. Ezech. 16. Hęc fuit iniquitas Sodomę saturitas, &c. & in Apoc. Balaac docuit filios Israel adire, & fornicari, quia ad vnum sequitur aliud. Item 1. Cor. 10. Ne fornicemur sicut quidam, &c. Num. 25. Vbi dicitur, quod Finees perfodit, &c. & propter peccatum luxurię Deus totum humanum genus perdidit; Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est; omnis quippe caro corruerat viam suam. Gen. 6. Et propter hoc peccatum quinque ciuitates igne, & sulphure perierunt. Gen. 19.

Societas. Mulieres.

Tria nos tentant, & impugnant quotidie, & quomodo vincuntur. Deut. 8. Ductor tuus fui in solitudine, in qua eras serpens statu adurens, scorpio, & dypsas; ponantur tria genera animalium in figura concupiscentię carnalis, postea serpens statu adurens, qui ad litteram est regulus, & statu suo inficit aera, vnde in Esa. 14. De radice colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem, id est virum contemplatiuum, & bene concupiscentię, & motus carnales dicuntur serpentes, quia serpunt in car-

ne

A ne donec effundant uenenum in consensu, & voluntate: status serpentis suggestio carnalis cogitationis, adustio est libidinosā delectatio, ad quam sequitur mors consensus in figura concupiscentię mundi, postea scorpio quę facie blanditur propter apparentem prosperitatem, & cauda pungit propter finalem aduersitatem. Prouer. 5. Fauus distillās labia meretricis, id est concupiscentię mundi: sed nouissima eius ducunt ad mortem, in figura superbię introducit Dypsas, qui est genus serpentis, cuius morsu inflammatur sensus, vt sitiendo moriatur, & hoc etiam significat ambitionem, vel cupiditatem. Vnde Dypsades sunt serpentes, de quibus Num. 21. Immisit Dominus in populum ignitos serpentes: tale est uenenum ambitionis ex cupiditate honorum, & rerum temporalium, quę procedit ex superbię, quę ita ascendit animum, vt pereat sitiendo. Remedium contra istos serpentes est consideratio crucifixi. Num. 21. Fac serpentem Aeneū.

B Christus dicitur serpens propter similitudinem: quia nitetur habere carnem peccatricem, & ueneno plenam sicut nos, sed non habebat. Aeneus propter patientiam in passione, qui hunc deuote, & attente aspiciunt sanantur a moribus predictorum serpentum. Iob 31. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans ignis ignibilis est ignis sulphureus, qui est valde fetidus, & corruptus luxuriam designans, in cuius signum pluit dominus super Sodomam, & Gomorram ignem & sulphurem. In sulphure fetor, in igne ardor, quia hæc duo sunt in illo peccato. Iudic. 20. Homines de Saba, & Benjamin incredibili feruore, &c. Iudic. 3. Iael interfecit Sisaram lacte potatum, figendo clauum in tempore, Iael interpretatur carnale coniugium, & significat gulam, & luxuriam, quia venter plenus de facili summat luxuria. Sisara interpretatur exclusio gaudij, & significat gulosum de fixio clauum in cerebro, suffocatio rationis, quia vis cogitativa viget in cerebro, & hoc fit per peccatum luxurię, per quod fit homo sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus: ideo dicitur Gen. 19. Percusserunt omnes cecitate a minore vsque ad maximum. Vel dic quod Iael interpretatur expectans dominum, & significat castos, & virgines, qui expectant dñm pro mercede: Sisara interpretatur excludens gaudium, quia hoc peccatum excludit multos a gaudijs Paradisi. Clauus, quem Iael. i. amator castitatis, inficit in cerebrum Sisara, est memoria clauorum, quibus affixus est Christus in cruce, quibus tentatio carnis debet configi, & interfici, lacte potatur, dum consideratione illius terrę, quę fuit lacte uisionis humanitatis, & melle dulcedinis diuinitatis tentatio consopitur. Iudith 4. In delicijs periclitatur castitas. Exemplum de Daud, qui donec in delicijs non fuit, adulteriũ nõ commisit. Iudith 16. De Samson, qui deceptus fuit a Dalida, &c. Samson interpretatur sol eorum, & significat prælatum, vel religiosum, qui debet suo exemplo alios illuminare. Dalida interpretatur situla, vel paupercula, & significat tentationem, aut mundanę cupiditatis, aut carnalitatıs. Crimen Samsonis sunt animi nostri cogitationes, & affectiones, quę debent esse comptę per honestatem conuersionis, lotę per lacrymas confessionis, tensę per renunciationem, et abdicacionem terrenorum, aureę per desiderium supernorum. Septem funes neruice, quibus crines ligantur, sunt septem animę vires, scilicet quinque sensus, et uis appetitiua, et motiua. Nam ad litteram per septem paria nummorum, iste septem vires administrantur, et unum par uadit ad oculos, aliud ad aures, et sic de alijs. Cum ergo Samson, id est religiosus has septem vires ad res mūdanas, vel voluptuosas inclinatur, tunc dona Spiritus sancti, quę designantur per septem

Gen.

Psal. 11.

prem crines comptos, in quibus est fortitudo spiritualis inuoluuntur, & debilitantur: per nouem funes, significantur nouem vires, scilicet septem prædictarum vitium, & intellectus, ac voluntatis: hæc enim quasi funes nos inuoluunt, & ligant, dum. s. curiosa vicia aspiciunt, tægimus, & sic de alijs viribus. Sed crines lincio, & clauo in terram figuntur, quando cum forti cogitatione, & ardenti appetitu mentem nostram, & vires animæ in prædictis figimus. Sed tunc crines raduntur, cum dimisso sancto proposito, vel religionis habitu, mundanis, vel immundis operibus vacatur ex tunc à Philistijm excæcatur, i. potestati Diaboli supponitur, ut non seipsum, nec Deum cognoscat, incarceratur, ne bonum agat, molam trahit peccandi cõsuetudine. Sed resumptis criminibus per penitentiam, & confessionem, fortitudo sancti Spiritus reuertitur, & tunc Philistijm, id est dæmones interficiuntur. Exemplum de Nabuchodonosor, qui postquam leuauit oculos ad cælum, per veram confessionem, restitutus est ad regni perditum honorem. Exo. 7. Dicitur quod Moyses orando fugauit ranas: quia orando, & ieiunando vincitur luxuria, quæ in luto habitat sicut rana. Exemplum de Dauid, qui tangendo citharam, i. per orationem deuoram, in qua sunt corde de pelle animalis mortui per sensum mortificationem fugabat malum spiritum carnalis tentationis à Saule.

Dan. 4.
Exod. 3.

De mandatis Dei.

Vide de Obedientia. Gen. 17. Gen. 22. **I**acob. 2. Abraam pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens filium suum super altare, & impleta est scriptura dicens: Credidit Abraam Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est: Isaac risus, vel gaudium interpretatur. Si ergo Dominus tibi præcipiat, vt immoles ei tuum gaudium temporale, debes ei fideliter obedire. Non morietur Isaac, sed aries, quia non peribit tibi uera latitia, sed carnis contumacia, & Isaac super ligna leuabitur, quia spiritus in cruce domini mortificata carne glorabitur. Nos ergo, vt dicitur Iudith 8. Quoniam pater vester Abraam tentatus est, & per multas tribulationes probatus amicus Dei effectus est: sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Exod. 34. Scripsit in tabulis lapideis, &c. quia mandata Dei, & cuiuslibet prælati sunt in intellectu per recogitationem, in affectu per dilectionem, quasi in duabus tabulis indelebiliter imprimenda, vel in affectu per dilectionem, in effectu per impletionem indelebiliter imprimenda Io. 21. Domine hic autem quid? per hoc significantur mali subditi, quibus cum prælatus aliquid præcipit, statim dicunt, & ille quid facit? quare illi non præcipitis? Cui debet prælatus respondere: Quid à te? tu me sequere, hoc est imple mandatum superioris sine murmure. Aliqui implent mandatum solo verbo, alii non verbo sed facto. Et ad hoc nota illam parabolam de illo, qui in Euangelio mandauit duobus filiis suis, quod irent ad operandum in vineam, vnus dixit vadam, & non iuit, alius dixit, non vadam, & tamen iuit, dicitur ibi quod primus non impleuit mandatum patris, sed secundus. Quære de hoc vbicunque agitur de seruo, vel seruitio.

De Morte.

DE morte, & mortuis tria sunt scribenda in cordibus nostris, iuxta illud Apoc. 14. Scribe, beati mortui qui in Domino moriuntur. Primum

A mum est conditio naturæ, cum dicitur: Mortui omnes enim ex conditione naturæ nascimur, vt moriamur, ideo ait Apo. ad Heb. 9. Statutum est hominibus omnibus semel mori. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram, quæ non reuertuntur. Terra enim cum ore suo venit ad hæredes. i. caro ad nos cum mortalitate, & infirmitate. Eccl. 12. Indicium mortis aduenit omni carni: quia dictum est illi pro se, & successoribus suis, in quacunque die comederis morte morieris. Secundum est correctio gratiæ, cum dicitur: Qui in domino moriuntur. Sancti enim faciunt de necessitate virtutem, quando mortem, quam introduxit culpa, commendat gratia, quia Deum glorificant ex morte sua. Iob vlt. Hoc autem dixit significans, qua morte esset clarificaturus Deum. Tertium est consummatio gloriæ: à modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Eccl. 51. Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. Est ergo sensus mortui per naturam, qui moriuntur in domino per gratiam, beati sunt per gloriam. Si bene scribamus mortem in cordibus nostris, quattuor operatur, primo quod debemus sine dilatione ad Deum conuerti, mors enim semper, & vbique parata est percutere, vnde sicut auis videns sagittam extensam non differt fugere, & volare, nec ille, qui videt domum cadere, differt exire nisi stultus sit, ita nec nos debemus conuersionem differre, nec ad mortem nos præparare: Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Eccl. 17. Vitus & sanus confiteberis. Isidorus de summo bono: O vox coruina semper dicis. cras, cras, & nescis si eris cras. Sequitur: Mors parata est omnibus locis, omnibusque momentis, sed multi sunt similes aui fatuæ, quæ videns sagittantem, tamdiu super ramum deliberat, & huc atque illuc collum extendit donec sagitta percipiatur. Nescit homo finem suum, sed sicut capiuntur aues laqueo, & pisces hamo, sic comprehenduntur homines in die malo, cum extemplo superuenerit. Iob 34. Subito moriuntur, & in media nocte curuabuntur populi, & pertransibunt, quia ducunt in bonis dies suos, & in punto ad infernum descendunt. Luc. 16. Mortuus est diues & sepultus in inferno. Exemplum de illo diuite. Stulte hac nocte rapient animam tuam à te. Nota historiam.

Secundo docet nos, quod debemus incessanter bene operari, mors nunquam cessat venire, quotidie enim fit breuior uita nostra, quia uita nostra non est nisi cursus velox, & continuus ad mortem, sicut aqua fluminis currit quotidie, & continue ad mare, infantiam amisimus, deinde adolescentiam, quicquid transit temporis vsque ad istam horam, omnino nobis perit, & diem hodiernum, immo istam horam cum morte diuidimus, vitima enim hora vitæ non facit mortem, sed consummat, sicut clepsedra non exhaurit vltimum stillicidium, sed quicquid ante defluit. Seneca: Quotidie morimur, quotidie demitur aliqua pars vitæ nostræ, & tunc quoque cum crescimus, vita decrescit, quia ergo mors incessanter venit, quilibet incessanter debet bene operari. Operari oportet, dum dies est, venit nox quando nemo poterit operari. Quodcumque potest manus tua instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia apud inferos, quo tu properas. Opera enim illorum sequuntur illos. Ergo secundum consilium Sap. in Prouer. Vale ad formicam o piger. Virginibus enim fatuis se parare negligentibus dictum est; Amen dico vobis, nescio uos. Eccl. 14. Si habes bene fac, & Deo dignas oblationes offer, memor esto, quoniam mors non tardabit, viator enim cum uidet noctem appropinquare citius uadit, ne insidat in manus latronum.

Eccl. 5.

Eccl. 9.

Luc. 12.

Iob 9.

Eccl. 9.

Apoc. 14.

Prou. 6.

Matth. 24.

Tertio docet nos, quod debemus ex cordis affectione terrena despiciere. **E**
 Hieronymus. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum.
 Mors enim nihil permittit homini de rebus temporalibus secum portare.
 Nudus egressus sum de utero matris meae, & nudus reuertar illuc: Cum
 interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. **Iob 14.**
 Homo cum mortuus, nudatus, atque consumptus fuerit, ubi quaso erit?
 Intrans enim in locum arctum, ubi nouit omnia sibi esse auferenda, non
 multum curat multis, & magnis onerari: in morte enim est sicut de bestia,
 quam carnifex excoriat, vxor tenet vnum pedem, filius alium, canes expe-
 ctant sanguinem ad lambendum, ita in morte vxor, & filij, vel nepotes te-
 poralia, Daemones animam, vermes carnem. **Eccl. 10.** Homo cum morietur
 haereditabit serpentes, bestias, & vermes: quia putredini dixi, pater meus
 es, mater mea, & soror mea vermibus.

Quarto docet nos, quod ex mortis meditatione debemus latari sicut
 seruus, qui est in carcere latatur, quando cogitat libertatem, & liberatio-
 nem, sicut dicit Apostolus: Cupio dissolui, & esse cum Christo: Infelix ho-
 mo, quis me liberabit de corpore mortis huius? quid enim est viuere sub
 tot miseriis, nisi quaedam prolixitas mortis? vnde ait Augustinus 1. d. c. Ci-
 uitate Dei, quod magis esset eligendum statim mori, quam sub tot mori-
 bus viuere: quia mihi, ait, viuere Christus est, & mori lucrum. Quis enim
 non desideret continuas, & infinitas miseras euadere? quis non gaudeat
 de maris periculo exire, & ad portum salutis venire? quis peregrinus non
 gaudeat repatriare? quis in exilium ductus, non velit ad patriam remeare?
 quis denique nolit mortem in vitam perpetuam commutare? sed ista non
 possunt contingere, nisi contingat nos hinc exire, & mortis debitum solu-
 uere: vnde mors non est exitus, sed transitus, & ad veram vitam progres-
 sus: eius ergo est mortem timere, qui non vult, aut non sperat ad Christum
 venire, ille mori timeat, qui ad secundam mortem ex suis demeritis prope-
 rat, & latetur in morte, qui ad Christum sperat venire, quod enim quis no-
 lit mori, aut timeat multum mori, hoc est vel ex corporis mollitie, vel ex
 mentis pusillanimitate, vel ex fidei paruitate, vel ex peccati, aut saeculi dul-
 cedine: vnde Seneca dicit, vna est cathena, quae omnes ligatos nos tenet, sci-
 licet, amor vitae: vnde ait: Nemo tam senex, quae se vnum annum non pu-
 teret viuere posse, & verificatur illud Hieremiae: Va vobis, quia factae sunt
 longiores vmbrae vesperi: vmbra transiens, vita praesens, quae quanto plus
 vesperi, & morti approximat, tanto diutius viuere sperat, & desiderat.
 Stultus ergo est, qui timet magis mortem, quam senectutem: quia sicut
 senectus sequitur adolescentiam, ita mors inuitabiliter senectutem: re-
 medij ad istum timorem dat Seneca dicens: Vt mortem nunquam ti-
 meas, semper cogita. Illi qui secure volunt mori, debent elemosinas fa-
 cere. Iuxta illud: Peccata tua elemosynis redime: quia pura elemosy-
 na a morte liberat, &c. Vnde aduerte, quod boni trankunt ex hac vi-
 ta liberet: quia nihil portant vnde habeant poni in carcere, vel pedagium
 soluere. Lucae decimosexto: Mortuus est Lazarus, & portatus ab An-
 gelis in sinum Abrahae. Non sic est de illis, qui moriuntur in peccato
 mortali: illi enim statim, vt lapis descendunt ad infernum. Exemplum
 de Aegyptiis, veniat mors super illos, & descendant in infernum viuen-
 tes, supple semper in praemis, sicut ille diues Epulo: Mortuus est diues, &
 sepultus est in inferno. Vnde mirandum est de diuitibus vsurariis, qui mo-
 riuntur capti cum fardello de rapina, & cum animae eorum sepeliuntur in
 infer-

Iob. 1
Psal. 48

Iob 17

Ad Phil.
Ad Ro. 7.

Philip. 1

Vita.

Dan. 4
To. 4 & 12

Psal. 54

Luc. 16

A inferno, perunt quod eorum corpora sepeliantur in ecclesijs. Gregor. Hi
 quos peccata grauiora deprimunt, in sacro loco sepeliri se faciunt, restat etiam,
 vt sua praesumptione puniantur quatenus eos sacra loca non liberent. sed
 etiam culpa temeritatis accuset. De diuitibus qui quasi in hac vita florent
 modico tempore, & postea non appareret, dicitur in Baruch: Quid est Israel,
 quod in terram inimicorum es, terra miseriae, & tenebrarum, ubi nullus
 ordo, &c. Inueterasti in terra aliena coinquinarus es, cum mortuis deputa-
 tus es, cum his qui sunt in inferno: dereliquisti fontem sapientiae. Nam si
 in uia Dei ambulasses, habitasses vtiq; in pace super terram. Vbi sunt prin-
 cipes gentium qui dominantur super bestias, quae sunt super terram, qui
 in aurbis caeli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo con-
 fidunt homines, & non est finis possessionis eorum, & tamen exterminati
 sunt, & ad inferos descenderunt, & huic alludit propheta: Vidi impium
 superexaltatum, & eleuatum transiui, & ecce non erat, &c. vbi ait super
 principes, &c. Certe quia modo non aduertunt, ubi sunt, ideo non prauid-
 ent ubi erunt, non enim vident, ubi sunt prostrati culpa, spoliati fama, ni-
 dati gratia, obligati gehenna; contra quos clamat Hier. Leua oculos tuos
 in directum, & vide, ubi nunc prostrata sis: vbi ergo sunt principes, qui
 aurum thesaurizant, &c. quia non prauident ubi erunt. Erunt quippe ibi,
 ubi est carentia visionis Dei, ignis combustionis, vermis corrosionis, hor-
 ror caliginis, timor formidinis, stridor dentis, dolor mentis. Hoc ubi bea-
 tus Iob formi dabat, dicens: Dimitte me, vt plangam paululum dolorem
 meum, antequam vadam ad terram tenebrosam, ubi vmbra mortis, & nul-
 lus ordo: Homo, cum mortuus, nudatus, atq; consumptus fuerit, ubi qua-
 so erit, postulat paululum temporis ad planctum peccatorum, ne veniat
 ad vbi, & locum tormentorum.

C Diuites huius mundi sunt similes araneae. Videmus enim cum quanto
 labore araneae de proprijs intestinis, & suis visceribus saniem egerunt, ege-
 stam in fila extenuant, & fila in texturam subtilissimam disponunt, & cum
 modico vento quod textum est impellitur, impulsa dissipatur, dissipata non
 integratur. Sic multi clerici & laici cum multo labore, & multa mala,
 & subtili astutia congregant diuitias, & praebendas, & modico vento in-
 firmitatis, & mortis totus eorum labor euanescit, & finaliter perditur the-
 sauros, & seipsos. Vnde ait sapiens: Vnus est, & secundum non habet:
 & tamen non cessat laborare, &c. Thesaurizat, & ignorat, cui congrega-
 bit ea: quia frequenter sic congregata deuoluuntur ad manus inimico-
 rum, &c. Cum Absalon esset suspensus in quercu, mulus, per quem desi-
 gnatur corpus, transiit, &c. Quere istam historiam 45. b. & 48. Boni viri
 mortem non timent, sed desiderant: quia per mortem sanantur, & liberan-
 tur a morte. Sanauit aquas, & non erit vltra mors, neque sterilitas; in mor-
 te enim natura nostra sanabitur, & inueterata renouabitur: vnde legimus
 de Pharaone, quae est auis orientalis, & semper vnica, quod cum dia vixe-
 rit, collectis in nido aromatibus ex illis plausu alarum, & radio solis succedat
 ignem, & ita cremata de cineribus suis iuuenis resurgit: quia postquam
 sancti incinerati sunt ex igne charitatis, quem habuerunt, & aromatibus
 virtutum, quas congregauerunt, & radio solis iustitiae innouati, & sana-
 ti, ab omni mort: resurgunt.

De differentij: viuorum, & mortuorum, quae significantur per liuer-
 sas diuisiones aquarum in scripturis, quere 2. a. b. De breuitate vite nostrae,
 & quomodo debemus nos disponere ad mortem, illud secundo Regum.

Baruch 3.

Iob 10.

Superbi.
Diuites.
Venatio.

Psal. 36.
Princeps.

Hier. 3.

Infernus.

Iob 10.

Iob 14.

Diuites.

Praelati.
Clerici.

Eccl. 4.

Psal. 33.
4. Reg. 2.

Phoenix.

Omnes mortui, &c. 21. a. De crudeli sententia mortuorum, qui male vixerunt illud Ezech. 9. Super quem non videris Thau. 44. b. De morte illorum qui confidunt in iuuentute, & pulehritudine in Absalon, cuius mulus, id est corpus recessit ipso suspenso in quercu. 2. Reg. 66. b.

De diuitibus qui in morte non loquuntur, nisi de pecunijs, non de salute animæ, & dicunt sibboleth, non schibboleth. & in transitu iugulantur, in libro Iudicum. 72. a.

De illis, qui confidunt in iuuentute, & in diuitijs quomodo morte præueniuntur, & de sententia diuina contra eos, in Daniele, cui apparuit manus scribens. Mane, Techel, Phares. Quære 5. 1. a. & 12. b.

Homo intelligitur per illam statuam in Daniele, cuius caput de auro, &c. Et percussa lapide in morte tota gloria eius redigitur in puluerem. 5. 2. Quærum valet consideratio mortis, quod figuratum est in lucerna, quando Christus tangendo loculum filium viduæ suscitauit. 63. a. b. Post mortem non purgatur culpa: quia malleus, & securis non sunt audita, dum ædificatur domus. 100. Consideratio mortis multum illuminat nos, quod figuratum est, quando Iesus lutum fecit ex sputo. 101.

Quomodo multi decipiuntur sperantes diu viuere, & subito subtrahuntur, exemplum de diuite, qui dicebat, anima mea habes multa bona, &c. 100. 86. b.

Mortis memoria multum refranat nostram cupiditatem. 50.

Quod sepeliri in loco sacro, & cum sanctis viris est bonis vtile, malis nocuum, & temerarium, vt dicit Gregorius, vnde sanctus Ioseph præcepit, quod ossa eius asportarentur de Aegypto ad sepulchra patrum suorum sanctorum. Et 3. Reg. 13. dixit ille Propheta: Sepelire me in sepulchro, vbi vir Dei sepultus est, & iuxta ossa eius ponite ossa mea.

Per bona opera debemus nos parare, immo omni hora esse parati ad mortem suscipiendam, Apocalyp. 3. Age pœnitentiam, si non vigilaueris veniam ad te, & mouebo, id est amouebo candelabrum, id est vitam sine animam, quæ illuminat, & viuificat corpus de loco suo. Exemplum de fatuis virginibus, quæ non separauerant, nec lampades cordis mundauerant, nec oleo deuotionis repleuerant, nec lumine ædificationis, & sanctæ operationis accenderant: ideo præuentæ ab æternis nuptijs sunt exclusæ: Amen dico vobis nescio vos. Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, id est mors, quæ deprædatur domum meam, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam: ideo & uos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. Sicut enim in tempore Noe vacabant operibus carnis: quia edebant, bibebant, dabantur ad nuptias: donec venit diluuium, & tulit omnes, sic erit aduentus filij hominis: & quia sic nescimus horam: ideo omni hora debemus esse parati, & omnino debet nobis esse suspecta, ne forte dicatur illud Saluatoris verbum, clausa est ianua: in quo verbo ostenditur fideli animæ quid debeat formidare, si non inueniatur parata in morte. A tempore enim peccati primi hominis, vsque ad tempus passionis Christi fuit clausa ianua; sed tempore resurrectionis suæ aperta est in signum uictoriæ. Neamix decimotertio. Præcepit Neamix, vt clauderent ianuas, & non aperirent eas vsque post Sabbatum. In sabbato autem resurrectionis Christi, ianua fuit aperta, nec vsque ad consummationem mundi ex toto erit clausa, sed in fine mundi post iudicium penitus claudetur, sicut in vespere ianuæ ciuitatis clauduntur. Ezech. 66. Porta non claudetur vsque ad vesperam. Et sicut

porta

A porta iam in vrbe Romana aliquando clauderetur, ita etiam pro peccatis nostris quantum in nobis est ianua cœli nobis clauditur, & per confessionem, & gratiam aperitur. Ezech. 46. Aperitur porta, quæ respicit ad Orientem, & facies holocaustum, & pacifica, & claudetur porta postquam exierit, id est Christus animam reliquerit, & bene formidandum est, ne claudatur ianua: quia si clausa fuerit finaliter, hostes non ingredientur ciuitatem propter diffinitiuam sententiam, nec ciues egredientur ad eos per aliquam miseriam, & ipsi confundentur propter verecundiam, & miseriam, & exponentur ad omnem molestiam: sicut pater Abraam dixit diuiti: Caos magnum firmatum est inter nos, & vos, &c. De primo Lucæ 13. Intrauit. Cum intrauerit paterfamilias, & clauerit ostium, &c. Quære de isto, & de alijs 108. b. per totum.

B Cum Alexander vagaretur in India in obsidione cuiusdam vrbs, dum circuibat muros sagitta percussus institit, sed dum represso sanguine vulneris dolor excresceret, & crus suspensum equo paulatim obtorpuisset, vel obliuisset, coactus est desistere, & ait: omnes iurant me esse filium Iouis, sed vulnus hoc hominem me esse clamat: sic nos dum credimus diu viuere languor corporis, dolor capitis, tussis pectoris, & aliæ miseriæ infinitæ, quas patimur clamant, quod mors instat, & breuis erit vita nostra. Cum obtulissent domino vinum myrrhatum noluit bibere, significans iuuenes, qui recusant amaritudinem pœnitentiæ portare, & carnem macerare, sed forte expectant senectutem, nescientes, quoniam meliora præteruolant, & deteriora succedunt quemadmodum, quondam egredietur primum de amphora purissimum effluit, quodque turbidissimum, & grauissimum est, in fundo subsistit: sic ergo stultus eris, quia quod melius est uanitati, & mundo consecrabis, & fæces domino referuabis: panem de simila dabis mundo, & Diabolo, et panem de furfure dabis domino. Virgilius:

Optima quæque dies miseris mortalibus eius:

Prima fugi, subeunt morbi, tristisq; senectus.

Quare optima: quia iuuenes de facili flectuntur ad pœnitentiam, senes difficiliter: nescis quod vitis quælibet infertionem non patitur, si vetus, si excisa est, surculum, vel non recipit, vel non alit.

Ad hoc quod bene moriamur, expedit, vt nobis moriamur primo per carnis mortificationem, secundo mundo per veritatis manifestationem, tertio commoriamur Deo, per passionis Christi imitationem. De prima morte Ecclesiastici decimooctauo. Non verearis vsque ad mortem iustificari: vsque ad mortem dicit, quia quantumcumque proficiamus in bono, dum tamen in corpore mortis huius sumus, non sunt in nobis mortua vitia, sed compressa; velimus, nolimus, nobiscum habitat Iebusæus; subiugari potest, exterminari non potest. Hoc autem vnum est consilium, vt si capita renascentium motuum apparuerint, iterum succidantur, ne iterum crescant. Propter te mortificamur tota die. Sunt enim isti motus quasi latratus canum, qui viatoribus molesti sunt latratu, & tamen dum latrant, præcauentur: sed incautos occidunt morsu, dum non præcauentur. Job. 18. Consumat brachia eius, primogenita mors: quia in illis, qui nunquam per pœnitentiam se mortificant, motus isti, qui sunt primogenita: quia ex naturali corruptione tracti, quia primogenita Aegypti totam virtutem spiritualem eneruant. De secunda morte Eccles. 4. Pro iustitia certa vsque ad mortem. Noli esse citatus in lingua, & inutilis, & remis-

Bb 2 ius

Consideratio.

Parare.

Matth. 25.

Matth. 24.

Gen. 6.

Matth. 25.

Ianua.

Luc. 16.

Matth. 27.

Pœnitentia.
Religio.

Virgilius.

Eccles. 18.
Peccata.
Fenatio.
Pugna.
Bellum.

Psal. 43.

E sus in operibus tuis. Tunc enim morimur pro iustitia, & veritate: quia restitutum veritatis non dimittimus pro tribulatione aliqua, sed ad instar mortui, nec mouentur ad damna corporalia, nec sentimus opprobria: sic enim Paulus fuerat in mortibus frequenter. Timeant ergo qui cibum Dei detinent in iniustitiam, & secum literas Vriæ portant ad tartara, vt illi, qui quod prædicant ore, non implent opere, qui dicunt, & non faciunt.

Purgatio.

De tertia morte Philip. 2. Hoc sentite in vobis, vsque ibi. Factus est obediens vsq; ad mortem. Luc. 2. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, tulerunt Iesum in Ierusalem, vt sisterent eum domino in templo. O quam felix est, de quo potest dici, Impleti sunt dies purgationis eius, vt iam nihil superfit, nisi vt ferant eum Angeli in templum coram domino. Symeon timoratus iam impleuit dies purgationis, & susceptionis. Dies autem purgationis nobis dati sunt quadraginta. Quia in isto numero præsens vita, &

Gen. 7.
Exod. 16.

perfecta pœnitentia designatur, vt patet in quadraginta diebus diluuij. Et in quadraginta annis transitus filiorum Israel per desertum. Sed va vobis, si dies purgationis transeunt, & purgatio non fiat: quia necessariò fiet igne acerbissimo in purgatorio. Dicitur, q̄ in quadam ciuitate singulis annis eligebatur in regem vir extraneus, omnino legum, & cōsuetudinum ciuitatis ignarus, qui per annum potestatem habebat faciendi quicquid volebat, sed in fine anni deportabatur in insulam valde remotam, & fame, & frigore ibi consumebatur, sic multi regnauerunt ibi, qui nihil cogitantes de futuro perierunt fame, regno amisso. Contigit quendam eligi, cui per quandam familiarem suam innotuit consuetudo regni, qui omnes thesauros regios quos tunc habebat in potestate sua, præmisit in insulam in quam deportandus erat: vnde cum in fine anni nudus illuc à ciuibus mitteretur, omnium bonorum copiam ibi reperit, de thesauris quos eò præmiserat: Sic nos sciētes, quod in huius mundi ciuitate non possumus diu manere, thesauros bonorum operum debemus congregare, & lucrum nostrum in illud regnū, vbi manere debemus perpetuò portare, secundum consilium Saluatoris:

Matt. 6.

Nolite vobis thesaurizare, &c. sed thesaurizate vobis thesauros in celo, quòd fur non appropinquat, neque tinea corrumpit. Et Prover. 6. Vade ad formicam ò piger, &c. Chrysoft. Ibi tuam mitte substantiam, vbi tuam habes præsentiam. Luc. 13. Arborem ficus quidam plantauit in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Sequitur: Dimitte illā, &c. Et dixit Dominus, Succide illam, vt quid etiam terram occupat. Sic quia dimittimus tempus transire, & fructus bonorum operum non fecimus, timendum est nobis, quod præcipiat Dominus, vt ficulnea succidatur, vt vita finiatur. Exemplum, de Balthasar in Dan. 1. Mane, Techel, Phares. Alii qui sic sunt mortui, quod non possunt suscitari cum baculo Elifæi, nisi Elifæus veniat, & super mortuum incumbat. Quære 4. b.

Vita.
Diuitia.
Fluuius.
Iob. 14.

Fluxibilitas humanæ naturæ mari, & flumini merito comparatur, tum quia semper fluit, quia oēs morimur, &c. Fugit enim velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet: tum quia sicut in corpore humano hepatis est locus cōs totius sanguinis, & organale principium, licet totus sanguis non sit in hepate. Sic mare omnium aquarum est radicale principium, cum sit aquarum primum elementum, licet omnis aqua non contineatur in mari, ex illo principio contrahit amaritudinem: in quo designantur amaritudines culpæ, & multiplicis miseræ, quas contrahimus à principio nostræ compositionis, & primæ originalis transgressionis. Vel amaritudo pœnæ, q̄ habemus in fine nostræ resolutionis, sicut dicitur Eccl. 1. Omnia flumina

A flumina intrant mare, & ibidem, ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Et ita est in omni carnali delectatione, cuius concupiscentia suscitatur conscientia stimulum, cuius experientia dum expletur, nescit terminum, & amplius habet concupiscentia de anxietate, quam habebat experientia de voluptate. Et sicut luna velocissimè peragrat Zodiacum, inter planetas, ita aqua fluminis, quæ sequitur cursum lunæ, mouetur: Sic fragilitas vitæ nostræ citissimè peruenit ad suum finem; quia vita nostra va-

Vita.

B frequentior recordatio patriæ celestis. Super flumina Babilonis illic sedimus & fleuimus, dum recordamur tui Sion. Comparatur etiam fluuius, quia fluuius inquietatur ex motu continuo, & pluuiæ, & ventorum impetu, Matt. 7. Descendit pluuiæ, & stauerunt venti, & irruerunt in domū fundatā super arenā, & cecidit. Cor enim habens intentionem ad infructuositatem, & sterilitatem temporalium, modò inquietatur ex pluuiæ carnalitati, modò ex flumine cupiditatis, modò ex vento elationis, & fastuositatis. Et ideo cadit, quia nō est fundata supra petram, verā paupertatē Christi, sicut quasi insensibiliter aqua fluminis cauat terrā; sic possessio, & amor temporalium, cōscientiam terrenā. Bern. Si potest torrens transire per agros sine læsione factorum, & cute corruptibilia ista sine vulnere mentis possidere posse reconfidit. Quære de hoc in tabula de diuitiis, & cupiditate. Matth. 24. Si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret, & non sineret perferri domum suam. Et alibi. Videte, vigilate, & orate. Circa quod est aduertendum,

Pal. 134.

C quòd vigilare debemus in operibus contritionis, & pœnitentiæ. Apoc. 3. Pœnitentiam age, si ergo non vigilaueris veniā ad te quali fur, & nescies qua hora veniā ad te: & idè semper debemus vigilare, & pœnitentiæ vacare, ne præueniamur sicut fatuæ virgines, de quibus dicitur, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Luc. 12. Si sciret paterfamilias, qua hora fur, &c. De hac v. gilia Tren. 2. Consurge in nocte in principio vigiliatum, effunde si. ut aquam cor tuum ante conspectum domini: vt cor tuum sit aquosum, post lachrymabilem compunctionem, totum effusum per fidelem confessionem: Non sicut oleum, quod post sui effusionem, relinquit in vase pinguedinem: sic fit in illis, qui continentur peccatorum partem, & retinent partem, aut redeundi ad peccatum malam, & carnalem voluntatem: Non sicut mel, quod relinquit in vase dulcedinem; quia post istam confessionem, retinent peccati delectationem: Exemplum de vxore Loth: Non sicut vinum quod relinquit in vase odorem postquam effusum est; quia postquam sunt confessi audiunt libenter recitari illa, quæ pertinet ad odorem peccati: Non sicut lac, quod relinquit eadorem, & sui colorem; quod fit in eis, qui retinent gustus peccati vt aspectus & colloquia: Sed sicut aqua, quæ tota effunditur, vt nihil remaneat de substantia, aut circumstantia culpæ, de dulcedine, de odore, de colore. Et bene dicit in principio vigiliatum, in quo habemus exemplum de patrone, qui post primum somnum eniglat, & clamat; quia vt dicitur pulchritudinem suam se amisisse ætimit, & homo gratiam per culpam, aut negligentiam. Secundo debemus vigilare in operibus sanctificationis. Marc. 13. Iamtori precepti vt vigilet. Iamtor est timor, qui semper dēt vigilare, ne remissi simus in operibus iustitiæ.

Confessio.

D cut vinum quod relinquit in vase odorem postquam effusum est; quia postquam sunt confessi audiunt libenter recitari illa, quæ pertinet ad odorem peccati: Non sicut lac, quod relinquit eadorem, & sui colorem; quod fit in eis, qui retinent gustus peccati vt aspectus & colloquia: Sed sicut aqua, quæ tota effunditur, vt nihil remaneat de substantia, aut circumstantia culpæ, de dulcedine, de odore, de colore. Et bene dicit in principio vigiliatum, in quo habemus exemplum de patrone, qui post primum somnum eniglat, & clamat; quia vt dicitur pulchritudinem suam se amisisse ætimit, & homo gratiam per culpam, aut negligentiam. Secundo debemus vigilare in operibus sanctificationis. Marc. 13. Iamtori precepti vt vigilet. Iamtor est timor, qui semper dēt vigilare, ne remissi simus in operibus iustitiæ.

Hæc est virgo vigilans. Hier. 1. Sicut enim Luc. 2. Pastores erant custodientes vigilias noctis super gregem suum, scilicet consensum, locutionum, cogitationum, affectionum. Sic habemus exemplum de vigilia passeris. Vigilauit, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Passer est avis parua volatilis, quæ tenerrimè diligit pullos suos, & in foraminibus petre, ne capiatur ab accipitre, nidum facit, vigilare non cessat: quicquid deglutiuit, citò digerit, quia venter eius nullum habet diuerticulum, in quo recipiat cibum; vnde cibus ille corpus non impinguat, sed sustentat, & confortat: quia vir iustus se paruum & abiectum reputat, proximos amat, Demone[m] formidat, quia circuit quærens quem deuoret: vigilat, vt nihil superfluum, aut alienum retineat, sed restituat: Vitur temporalibus, non ad voluntatem, sed ad necessitatem.

Tertio debemus vigilare in operibus compassionis, & misericordiæ. Apoc. 3. Esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant: siue mortura per peccatum, siue propter temporalium defectum. Et idè per duplicem elemosynam spiritualem, & corporalem est proximis satisfaciendum. Hic habes exemplum de gruibus, qui alternatim vigilant pro se inuicem, habentes sollicitudinem, disponunt vigiles de nocte, explorant aliæ ex qua parte tententur insidiæ; præcedit vna cæteras, & per vices suscipiunt vigilias: isti sunt vigiles, qui custodiunt ciuitatem: qui diligenter circumierunt, vt suppleant aliorum necessitatem. Quarto debemus vigilare in operibus deuotionis, & sapientiæ. Can. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Vigilat cor dormientis, quando viget affectus cordis in gratia deuotionis, & contemplationis. Esa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte, sed, & spiritu meo, & præcordijs meis de mane vigilabo ad te. Quia in operibus deuotionis, & sapientiæ nox est, eò q̄ dum homo istis vacat, debent arceri omnia sensibilia, & claudij sensus corporales, qui sunt sensibilibus ostia, & sic intrare debet anima ad sua intima. Et bene dicit de mane vigilabo ad te, quia tunc effulget in anima nouum mane ex nouæ lucis infusione. Prover. 8. Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Hic habes exemplum de philomèna, & huiusmodi auibus nocticanis, de quibus dicitur, quod cum cantauerint, & per totam noctem vigilauerint, diligentius vigilant & cantant, cum perpendunt diem appropinquare: sic contemplatiuus dulcius cantat in oratione, & deuotione immissa sibi cælestij infusione, Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Hoc enim mirabile est de cantu philomene, & c.

Sed, proh dolor, econtrariò vigilant voluptuosi in delitijs, non in penitentia, & c. Quære 84. a. Esa. 11. Dixi, quid clamabo? omnis caro fenum, & omnis gloria eius quasi flos agri: exsiccatum est fenum, & cecidit flos. Corporalis sanitas, pulchritudo, vanitas. Superbia est sicut fenum, quod in principio habet virorem, & in fine marcorem. Similiter caro vires in iuuentute, quæ marcescit in senectute. Homo tanquam flos agri sic efforebit: unde in præsentia Papæ stupa accensa solet cremari, & clamari, se trā sit gloria mundi. Sap. 2. Vmbra transitus est tempus nostrum. Sed vtinam hæc umbra sic inclinaretur, quod minueretur; hæc est natura umbrarum corporalium, vt quandò magis inclinantur, tantò magis sunt longiores; & quandò magis surgunt, tantò sunt minores; vnde poëta vespertini describens dicit, Maiore[s]q; cadunt altis de montibus umbræ. Et Hier. 6. Væ vobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt umbræ vesperti: in hoc plangens illic, qui quandò magis ad finem accedunt, tantò magis vmbra-

tempo-

A temporalium diligunt. Sic spiritualium umbrarum hoc est inclinari, quod deponi, vel deficere, vel minui. Dicuntur autem Arabes habere quattuor umbras, eò quod his in anno sol transit super capita eorum, quorum capitum summitas est inter Aequinoctialem, & tropicum cancri; vnde Lucretius de Arabicis loquens venientibus Romam in auxilium Pompeio, dicebat: Ignoram vobis Arabes venistis ad urbem, Vmbra[m] mirati nemorum non ire sinistras. Et nos similiter quattuor umbras habemus in uia ænigmata, errorum sophismata, spirituum malignorum fantasmata, terrenorum paradigmata, & similitudinem diuinorum. De 1. Job 8. Extremi sumus, & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram. Sicut. n. umbra causatur ex lumine, & obiecto grosso, lumini opposita error originem, & occasionem habet, & c. De secundo Job 11. Sub umbra, & c. De tertio. 4. Reg. 19. Obdormiuit in umbra, & c. De quarto. Can. 2. Sub umbra illius, & c. Quære de istis supra. 135. a. b. Matth. 25. Prudentes virgines acceperunt oleum in uasis suis, & c. Quære 160. a. 108. b. h. Sap. 5. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Transferunt hæc omnia tanquam umbra. Et præmittitur, uiam domini ignorauimus. Umbra cum nihil sit, aliquid esse videtur, sic uita nostra diuitiarum, & vanitates mundi. Act. 9. Surrexit Paulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Et Hier. 8. Transijt metis, finita est æstas, nos saluati non sumus: Hæc dicunt damnati. Aestas dies habet longiores, noctes uerò breuiiores: quia ipsi æstimabant se in delitijs diu uicturos, & pœnam nullam, uel modicam habituros. Luc. 16. Fili recordare, quia recepisti bona in uita, & Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu uerò cruciaris: nota triplicem aduersitatem: quia opposita iuxta se posita magis elucescunt: idè statum aperit bonorum, per oppositum malorum, & hoc tam in presenti, quam in futuro: unde exprimit in his uerbis malorum temporalem prosperitatem, secundo eorum æternam calamitatem, tertio ex parte bonorum breuem aduersitatem, quartò futuram felicitatem. Sed quia contra bonum malum. Eccl. 33. ideo ordinatur contra prosperitatem aduersitas, contra calamitatem felicitas. De primo, Fili recordare, quia re-

1. Elca. c. 5.

Luc. 16.

Bona.

Eccl. 1.
Vanitas.
Vanum.Sap. 2.
Voluptas.

figura introduciunt mendicus Lazarus, vlceribus plenus, ad ianuam, contra illa tria prædicta. **E**

Luc. 16. Terribis sequitur æterna felicitas cum dicitur: Nunc autem hic consolatur, vnde nunc æternitatem significat, non enim mensuratio siue duratio sine fine. Aeterna enim felicitas notatur in consolatione, quæ significatur in tribus, quia curabitur infirmitas in sinu diuinæ pietatis; remunerabitur vilitas ex reuerentia Angelici seruitij, & societatis paupertas ex obtentu iudiciali potestatis: vnde & Lazarus visus est in sinu Abrahamæ, portatus est ab Angelis, dare guttam aquæ petitus est.

Luc. 16. Exprimitur etiam malorum æterna calamitas, quæ triplex est, cruciatur enim in flamma contra ardorem concupiscentiæ diuitiarum: vnde clamat diues, crucior in hac flamma: sicut in lingua, contra venenum deliciarum **Apoc. 9.** dictum est locustis: per quos Dæmones in altum se erigentes signantur, ut non occiderent eos, sed vt cruciarent eos mensib. quinque & tormenta eorum cruciatus scorpionum, cum percutit hominem: Mensibus quinque cruciantur pp defectus quinque sensuum, vel mensib. sex secundum aliam litteram: propter defectum sex operum charitatis, quibus dicitur esuriri, & non dedistis mihi manducare, &c. Et cruciatus scorpionum, &c. Quia plerumq; cõtingit, quod homines toxicati sũnt, & ideo merito diues ille cruciatus in flamma guttâ aquæ petijt, qui micam panis Lazaro negauit. Tertio confunditur extrema ignominia, vnde sepeliebatur in inferno in præsentia Lazari, & Angelorum contra ambitionem honorum. **Apoc. 14.** Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu, hic bibet de vino iræ Dei, quod est mixtum mirra in calice ipsius, & cruciabitur igne. & sulphure in conspectu Angelorum, & ante conspectum agni. Imago bestie est superbia, per quam assimilatur Diabolo, quæ in fronte, & in manu accipitur, quando signo & effectu ostenditur; & ita patent illa quattuor, prosperitas, aduersitas, felicitas, calamitas. **4 Reg. 5.** dicitur Naaman leproso, vade & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iordanis interpretatur riuus iudicij, in quo significatur iudicium mortis: nihil enim aded valet, secundum Greg. ad mundanda carnis desideria, sicut cogitare, qualis erit mortua; Septena lotio, perfecta huius rei cõsideratio, & sic caro recipit sanitatem, cum tenemus in cibo sobrietatem.

Valde infirmus est gulosus, cui satisfacere non possunt terra, mare, & aer. Querit vt expoliet venatibus, alite, piscem, Gustus humum, gustus aquas.

Psal. 48. Cum mors nulli parcat, non debet homo cõfidere de sua potentia, nec de diuitijs, **Baruch 3.** Vbi sunt principes gentium, qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? Qui in anibus cœli ludunt, qui argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum. Sequitur: Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Hi sunt qui confidunt in virtute sua, & multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Sed cum fragilis sit humana potentia, & lutum istæ diuitiæ temporales, innitentem eis diu sustinere non possunt. **Prou. 11.** Qui confidit in diuitijs suis, corruet.

Et hic nota de illa statua in Dan. quæ habebat caput aureum, & pedes fictiles, quæ percussa à lapide, ictu, scilicet, mortis, & diuinæ vindictæ, redacta est in fauillam. Non debet quis confidere de sua sapientia, **Prouerb. 28.** Qui confidit in corde suo, stultus est. Multa enim fantasmata patitur

A patitur cor humanum, vnde in eius cogitatione nihil solidum, nihil verum. Non debet quis confidere in sanctitate sua, quia qui se existimat stare, videat ne cadat. Nam Petrum, Dauid, Salomonem, legitur turpiter cecidisse. **Luc. 18.** Dixit dominus ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros. contra quos Amos: **Amos 6.** Væ qui opulenti estis in Syon, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientiés pompaticè domum Israel. Hi sunt prælati, & clerici, & hypocritæ, qui, ad litteram, cum pompa equorum, & sociorũ, intrant domum domini. Hi etiam sunt hypocritæ, qui se reputant inter alios singulares, de suis meritis confidentes. Qui ergo confidit in sua potentia, quasi qui innititur baculo arundineo: qui verò confidit in sua sapientia, quasi in via innititur ductori cæco: qui vero in sanctitate sua, quasi qui innititur picturæ, & idolo.

B Mors contrahitur in anima sicut in muliere quattuor modis; aut quia habet nutrimentum, inflatum & nociuum; aut custodem proditorium; aut sponsum impium, aut in vtero abortiuum, & infame puerperium: hoc fit spiritualiter in anima, quando nutritur in bonorum excellentijs, custoditur in voluptatibus & delitijs, traditur adhærendo diuitijs spretis Dei consilijs, secundatur vitijs & nequitijs; quod sciens peccator debet dicere illud. Filia mea modo defuncta est, sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. Sed talis filia mortua per culpam, resuscitatur per passionis dominicæ memoriam, & viuit per gratiam; hæc est manus, quæ nos mortuos suscitatur, cum se virtus dominicæ passionis cordibus communicat, & se eis representat: quod ostendit propheta dicens, emitte manum tuam de alto, eripe me, &c. **Dan. 10.** Manus domini tetigit me. Sic erexit me super genua mea. Si erraueris per ignorantiam, si febricitaueris per concupiscentiam, si langueris per fragilitatem, & impotentiam, si lepra infectus fueris per immunditiam, uel malitiam, si hæc manus te tetigit, inuenies medicinam.

Animæ peccatrici mortem non consideranti, dicitur illud prophetæ quousque delitijs dissolueris filia vaga. Qui enim mortis necessitatem, & amaritudinem cogitaret, facile delicias fugeret, diuitias contemneret, penitentiam faceret, & austeritatis carnis faciles reputaret; quia ut dicit Seneca. Omnia ista facile perferemus, & quicquid videtur intolerabile delicatis, luxurijs fluentibus, magisq; animo, quam corpore morbidis tantum mortem desinamus horrere. Desinamus autem si fines bonorum & malorum cognouerimus, ita nec uita erit, nec mors timori.

D Nota illud quod ait Sap. Laudam mortuos magis quam uiuentes, quia hæc uita misera est ignominiosa propter culpæ sæditatem. **Ezech. 16.** Vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi. Cum esses in sanguine tuo uiuens odiosa propter transgressionem voluntatis diuinæ. **Prouerb. 15.** Abominabilis domino vita impij. Damnoza propter amissionem gloriæ. **1. Thi. 5.** Vidua anima Christo derelicta uiuens mortua est, periculosa propter illationem pœnæ. Veniat mors super illos, & descendent in infernum uiuentes. **Luc. 16.** Fili, recordare, quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. **Apoc. 3.** In mente habe, qualiter acceperis, & audieris, & serua, & age penitentiam. Si ergo non uigilaueris, veniam ad te quasi fur, & nescies quando veniam ad te; in mente habe, de præsentis siue de futuro; age penitentiam de præterito; si non uigilaueris, &c. **Luc. 12.** Si sciret paterfamilias, qua

qua hora fur veniret, &c. Mira charitas Saluatoris, qui pro eruditione nostra rebus se comparat indignis, veniet ut fur ad negligentem, non sicut fur ad uigilantem, improuisus ergo nunquam veniet ad eum, qui nunquam improuisum cum inueniet: unde qui semper prouidet semper timet.

Et nota quantum debent timere diem iudicij qui modò non timent peccare. Esa. 13. Ecce dies domini veniet crudelis, & indignatione plenus, ira, furoris, quia crudelitas est quando pena modum excedit. Indignatio quando persona, quæ iniuriam fecit, apparet indignitas, & quæ iniuriam passa est, dignitas. Ira innotescit in uoce, vel vultu, furor in actu. Dies ergo iudicij erit crudelis, quia in eo maxime crudelitatis species apparet, clarus ignis calore soluetur, Ignis in conspectu domini exardescet, & in circuitu eius tempestas valida plena indignationis, quædo apparebit hominibus infirmitas, & Dei maiestas: ut omnibus manifestum sit, quantum debeat indignari rex gloriæ, qui tantam passus est iniuriam a uilissimo puluere, plenus ira, quando illa uox terribilis audietur. Matth. 25. Recedite a me maledicti in ignem æternum: plenus furore, quoniam sententiam iudicis sequitur mox actio tribulantis.

Et nota quomodo debemus eleuare oculos nostræ considerationis ad considerandum sententiam districti iudicis, & supplicia reproborum. Paral. 21. dicitur in figura: Eleuans Dauid oculos uidit Angelum Domini stantem inter cælum, & terram. Christus in iudicio existens, &c. Quare fol. 110. b. timor mortis, & consideratio eius, & supplicii damnatorum nos liberat a præsumptione. Qui enim considerat mortem propinquam, & districtum Dei iudicium, multum debet timere, & de nullo præsumere. Exèplum huius est de nauclero, qui dū nauim regit nō in prora residet, sed in puppi. Sic recte per hoc mare mundi nauigabimus, si extremis, si nostris vacabimus, & ibi attenda consideratione sedeamus. Eccles. 7. c. Fili memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Bern. in quosdam sermone: Nouissima tua sunt, mors, iudicium, gehenna. Morde nihil est, nec cogitari potest horribilius; Gehenna nihil intolerabilius; Iudicio nihil terribilius: quando dicent montibus, cadite super nos, & abscondite nos a facie ire agni, &c. Quia horum recordatio facit hominem timoratum, timor uero peccatum expellit, & negligentiam non admittit. Dicitur est Naaman Syro, & leproso. Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitate caro tua, atque mundaberis. Syrus sublimis interpretatur. Ecce lepra elationis, & superbiæ: Naaman interpretatur decorus. Ecce elatio in decore operum iustitiæ, aut nobilitate generis, uel diuitiarum: dictū est ergo ei, quod vadat ad Iordanem, quod interpretatur humilis descensus: quia lepra superbiæ mundatur per humilem suæ originis, & mortis considerationem. Putredini enim dixi: Pater meus es, mater mea, & soror mea uerbibus. Ad mundandum enim tumorem mentis, debet homo infirmitates, & uilitates suas, ad mentem ante oculos ponere, & culpas suas, sine quibus hæc uita non transitur ad memoriam reuocare, quam inhonesta in corde, quam temeraria in opere, quam indigna in ore, quam immunda in cogitatione perperauerit diligenter attendere, ut inde manifeste colligat, quam multa in suis moribus inuenire queat, quæ iure debeant amputari, si uere uult, & non imprudenter gloriari. Apoc. 13. Comminatur dominus, qui in delictis uiuunt, & mortem non cogitant, Omnia pinguis, & præclara perierunt à te. Et sequitur quod una hora desinita sunt tanta diuitia, &c. Hic enim comminatur dominus Babiloni, quæ interpretatur confusio, & significat pec-

A peccatorem, qui in puncto mortis a diuitijs, & delictis destruitur.

Mortis memoria est illud desertum, desertum per quod ueri filij transeunt a seruitute Aegypti in terram promissionis. Ingressi enim per considerationem mortis, & memoriam, nihil ex omnibus, quæ hic uidetur, amplectitur; sed potius quasi uastam solitudinem aspicit, & uilipendit. Viam aut trium dierum ibimus, &c. Per hoc desertum graditur, qui ex memoria mortis ad perfectam contemptum transitorie uoluptatis incitatur, & ad studium orationis, & ad obediendum in minimis mandatis. Est autem prima dieta in hoc deserto, incipere carnem mortificare per penitentiam. Secunda dieta medicina mortis, & ad eum refugere, cui competit post mortem medicinam ferre: cum enim caro nitatur nos deprime infra nos, per luxuriam, mundus nos trahere extra nos, per auaritiam, diabolus leuare nos supra nos, per superbiam, quid facit homo miser sicut ouis inter lupos, sicut columba inter accipitres, sicut lepuleculus inter canes, nisi quod memor mortis confugiat per orationem ouis ad pastorem ut columba in summo foramine petreæ nidificet, ut lepuleculus in petra cubile suum collocet, ut uirgula furni gracilis ex thure formata magno impetu in sublime tendat, ubi est in thuribus cordium nostrorum foramina angusta, quia parua est in nobis secretorum cœlestium notitia, sit ignis, & multus ardor, quia sacri desiderij immensus feruor: & eo amplius intus ferueat, quod minus inuenit, unde foris erumpat. Tertia dieta est, memoria mortis nihil negligere ex his quæ si bene parauerit, quod est uniuersi pulueris pigmentarij exhibere: pigmentarius est ipse Deus, tu minister eius. Si in tuo sensu pigmenta eligis cito, dum adhuc species sunt in herba, deciperis, dum pro cinamomo colligis cicuta, pro mirtho uiticam. Et sicut magna uirtus est in hoc pigmentorum tenui puluere: ita etiam magna est efficacia in uera cordis humilitate. 2. Regum 15. Rex transgrediebatur trans torrentem Cedron, & cunctus populus incidebat contra uiam oliuæ, quæ respicit ad desertum. Qui enim transit de hac uita magis debet confidere in Dei misericordia, quam in sua iustitia, & hoc est respicere ad oliuam. Et sic patet, uiam trium dierum in deserto.

B memor mortis confugiat per orationem ouis ad pastorem ut columba in summo foramine petreæ nidificet, ut lepuleculus in petra cubile suum collocet, ut uirgula furni gracilis ex thure formata magno impetu in sublime tendat, ubi est in thuribus cordium nostrorum foramina angusta, quia parua est in nobis secretorum cœlestium notitia, sit ignis, & multus ardor, quia sacri desiderij immensus feruor: & eo amplius intus ferueat, quod minus inuenit, unde foris erumpat. Tertia dieta est, memoria mortis nihil negligere ex his quæ si bene parauerit, quod est uniuersi pulueris pigmentarij exhibere: pigmentarius est ipse Deus, tu minister eius. Si in tuo sensu pigmenta eligis cito, dum adhuc species sunt in herba, deciperis, dum pro cinamomo colligis cicuta, pro mirtho uiticam. Et sicut magna uirtus est in hoc pigmentorum tenui puluere: ita etiam magna est efficacia in uera cordis humilitate. 2. Regum 15. Rex transgrediebatur trans torrentem Cedron, & cunctus populus incidebat contra uiam oliuæ, quæ respicit ad desertum. Qui enim transit de hac uita magis debet confidere in Dei misericordia, quam in sua iustitia, & hoc est respicere ad oliuam. Et sic patet, uiam trium dierum in deserto.

C Cedron, & cunctus populus incidebat contra uiam oliuæ, quæ respicit ad desertum. Qui enim transit de hac uita magis debet confidere in Dei misericordia, quam in sua iustitia, & hoc est respicere ad oliuam. Et sic patet, uiam trium dierum in deserto.

Num. 33. Item Esa. 66. Eredientur, & uidebunt cadauera uirorum, qui præuaricati sunt in me. Cadauera enim sunt peccatorum fetidas animas quasi sepultas habentes in corporibus suis, licet ad tempus florere uideantur, & delicate pascantur: tamen in morte tanquam uilia cadauera relinquuntur, & cito sub terra, ne suo factore aërem inficiant, absconduntur: sicut accipiter, & nifus, qui ponuntur in perticis, super pugnum portantur, & carnibus pascuntur, & in morte in sterquilinum ponuntur. Sed gallina quæ patrum suum cum labore quærit, ut sustentetur, & saepe fugatur, tandem ad mensam domini cum honore portatur. Exemplum de Lazaro, & diuite Epulone. 3. Reg. 16. dicitur quod Elias comedit panem subcinericium, & bibit uas aquæ, &c. & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, &c. Quia quando dominus conuertit aliquem, ut consideret uilitatem suam, & quod cinis est, & continue in cinerem resoluitur, uidet seipsum iam cinerem, & quod anima separata a corpore in morte, corpus iam tabescit, & post in cinerem resoluitur, & in puluerem, & putredinem, putredo resoluitur in uermem, uermis in cinerem. Et istud diligenter, & frequenter considerando: comedit subcinericium panem, quando in prosperitate, & in aduersitate ex hac consideratione pertulerat in penitentiam: tunc ambulat in fortitudine cibi illius per quadraginta dies, id est, toto tempore uitæ, quod

Index.
Iudicium.

Psal. 49.

Eccl. 10.
Apoc. 5.

4. Reg. 5.

Iordanis.

Iob 17.
1. Iob 1.

Exod. 32.

1. Dieta.
2. Dieta.

3. Dieta.

Can. 3.

Considera
tio.

quod est tempus penitentiae, donec ueniat ad montem Dei Oreb, id est, ad mensam gloriae. Item 1. Cor. 11. Si nos ipsos iudicauerimus, &c. Glo. Ver-
 farur ante oculos, &c. Quare sol. 111. 1. Regum 15. Agab pinguis, & tremens oblatu-
 est Samueli, per quem significatur Christus. Et dixit. Sic ne separat amara mors. Hoc dixit: quia licet mors sit omnibus formido, ma-
 gis tamen diuitibus, & uoluptuosis, qui propter nimium amorem ad car-
 nem in separatione animae nimium sentiunt dolorem. Eccles. 41. O mors
 quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantia sua. Et
 causa istius doloris, & amaritudinis est unio, & colligantia, quam per affe-
 ctum habet anima cum carne, & cum diuitijs, quae in morte separatur, &
 diuiditur: ideo quantum plura diligibilia temporalia, quae in morte oportet
 amittere, congregat sibi homo, tanto maiorem, & magis dolorosam mortem
 sibi quilibet procurat: Quoniam cum interierit non sumet omnia, neque
 descendet cum eo gloria eius: isti autem quia e contrario uniti, & colligati
 sunt cum Deo, non carn, aut diuitijs, non habet effectum alligatum cum
 aliquo, quod in morte timeant amittere: ideo istum dolorem amarum non
 sentiunt in morte, unde ait Apostolus: Cupio dissolui, & esse cum Chri-
 sto: omnis enim dolor causatur ex separatione rei per amorem unitae.
 Illi qui non habent signum Thau, id est, signum crucis Christi, & uirtu-
 tum eius in fronte, id est, in operibus suis, condemnantur morti. Quare in
 Ezech. 30. b. 40. 42. a. 44. a. 41. 5. 167. a. Multum expedit quod ante mortem
 purgemus conscientias nostras quia ueniet Iudex, qui constabit, purgabit,
 colabit, mundabit. Quare in Malachia 111. b. Item quare de hoc historias
 collocaras in principio tabulae de iudicio 161. b. de timore, de uita nostra mi-
 sera, ut colligitur ex dictis sanctorum, triplex est differentia defunctorum,
 quidam sunt simpliciter mali, quia mortui impenitentia finali, & isti in in-
 ferno aeterno supplicio cruciantur: quidam sunt simpliciter boni nulla cul-
 pa infecti, nullius poenae debito obligati, & isti in caelo aeterno premio co-
 ronantur: quidam sunt mediocriter boni, qui etsi aliquam commiserunt,
 uel omiserunt, finaliter tamen penituerunt, sed de poena eis debita non ple-
 ne in hac uita satisfecerunt. Et isti in purgatorio temporaliter, scilicet do-
 nec satisfecerint, purgantur, mundantur, & dure cruciantur, ut sic purga-
 ti, mundati, dolari tanquam politi lapides, in superna Hierusalem, quae edifi-
 catur, ut ciuitas, ponantur, & construantur, & ab omni debito poenae,
 & culpae soluti sanctorum consortio adscribantur. Quia nullus culpae, uel
 poenae debito obligatus, potest esse in illa ciuitate, cuius ciues sunt liberi, &
 Dei formae: quia nihil inquinatum intrat in illam: quia foris canes, & ue-
 nefici, &c. Hoc fuit figuratum de templo Salomonis, quod gerit figuram
 templi caelestis: domus autem de lapidibus dolari, a que perfecti aedifica-
 ta est, & malleus, & securis & omne ferramentum non sunt audita in do-
 mo domini, dum aedificaretur: sic fidelium animae poliuntur, & parantur
 in purgatorio, non in caelo: praedicto modo distinguit Greg. Status defun-
 ctorum quarto libro dialog. dicens sic: Sicut electi a die exitus sui corpo-
 ris beatitudo letificat, ita credi necesse est, ut a die exitus sui reprobos ignis
 exurat. Nunc autem secundum fidem ecclesiae nec beatis, qui iam sunt in
 caelo, nec damnatis, qui iam sunt in inferno, sed solum animabus, qui sunt
 in purgatorio, profunt suffragia quae hic fiunt pro defunctis. Sic enim ait
 Aug. in Enchirid. Non est negandum animas defunctorum releuari pietate
 suorū, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, uel elemosynae,
 aut orationes in ecclesia fiunt: Sed haec eis profunt, qui dum uiuerent, haec
 sibi.

A sibi prodesse meruerunt. Si uero quæras unde est, quod defunctis profunt
 suffragia ecclesiae, cum iam non sint de foro ecclesiae, dico quod huius ratio
 est una influenza Christi capitis, una connexio mystici corporis, una ef-
 ficacia passionis, una concordia charitatis, & dilectionis. Apocalyp. 10. Iudi-
 cati sunt mortui ex his, quae scripta erant in libris, secundum opera eorum:
 cum continuo moriamur, secundum illud. Omnes morimur, &c. ideo
 deberemus totum tempus in bono expedere, quia praecipuum est in le-
 ge: Non apparebis in aspectu Domini uacuis, opera enim illorum sequu-
 tur illos. Et ideo contra pigros ait Salomon: Vade ad formicam o piger,
 & considera uias eius, &c. Et Saluator in Iob 9. Operari oportet dum dies
 est, ueniet nox, quando nemo poterit operari. Eccles. 9. Quodcumque po-
 test manus tua, instanter operare; scilicet antequam praueuiaris morte:
 quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quod
 tu properas. Et Galat. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad om-
 nes, maxime autem ad domesticos fidei. Super quo uerbo dicit Glo. tem-
 pus operandi est praesens uita, qua currimus, in hac licet nobis quod uolu-
 mus, operari, cum uero haec uita transierit, operandi tempus auferretur: Et
 ideo sicut sapientes peregrini, dum uident noctem instare, terminum dista-
 re, incipiunt accelerare, & passum ampliare, ne forte a nocte praueuiantur,
 & ad manus latronum deueniant. Sic nos qui secundum Apostolum sum-
 mus peregrini & aduenae in hoc mundo, & scimus noctem, & mortem im-
 minere, debemus commissis plangere, omnia supplere, & merita aggrega-
 re. Defunctorum animae debent parentibus, & amicis illud: Amice accom-
 moda mihi tres panes. Primus panis est immolationis sacramentalis, missas
 celebrare: Quia si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in aeternum: secun-
 dus est, orationis uisceralis: quia dicunt, cibabis nos pane lachrymarum, &c.
 Tercius est oblatio
 nis liberalis, scilicet elemosynae: Frange, ait, esurienti panem tuum. His e-
 nim tribus panibus anima, quae est in purgatorio recreata facilius cum Elia
 qui comedit panem subinericium, & bibit aquam orationum, & lachry-
 marum transit usque ad montem Dei Oreb, quod interpretatur mensa. Et
 nota, quod ut dicit Plato in Phedro: Summa Philosophia est assidua mor-
 tis consideratio: quia ut ait in prologo bibliae. Facile contemnit omnia, qui
 se semper cogitat moriturum. Ex tali consideratione inducimur ad cele-
 re peccatorum confessionem, ad ueram humiliationem, ad temporalium
 abdicationem, & ad meritorum accumulationem.
 Unde legitur in uita Ioannis Eleemosynarij, quod antiquitus statim cum
 imperator fuerat coronatus intrabat ad eum adificator monumentorum, Hierony-
 dicens ei: De quali metallo iubet imperium tuum fieri monumentum tuum?
 & hoc a sapientibus ideo fuit introductum, ut quamuis Imperator esset,
 tamen semper cogitaret se moriturum. Sic, & quando Papa coronatur
 consuevit itupa accendi, & clamari, sic transit gloria mundi. Mundana
 enim prosperitas est sicut uinum nimis forte: quod hominem inebriat, & tol-
 lit usum rationis, nisi diluatur aqua frigida, scilicet memoria mortis.
 Et de hoc habemus exemplum de Balchazar, qui comedens, & bibens, uident
 manum scribentem contra se mortis sententiam. Quare supra fol. 51. a. b.
 Eccles. 12. Circuibant in platea plangentes antequam rumpatur funicu-
 lus argenteus, & recurat uita aurea, & conteratur hydria super fontem,
 & conringatur rota super cisternam, & reuertatur puluis in terram suam,
 unde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illi. In hoc uerbo pulchre
 expri-

2. Reg. 14.
 Exod. 25.
 Deut. 18.
 Opera.
 Apoc. 14.
 Prouer. 6.

1. Pet. 1.
 Luc. 9.
 Ioan. 6.
 Psal. 79.
 Psal. 123.
 Esa. 58.

3. Reg. 19.

Dan. 5.

Cóplexio.

exprimit Sapiens humanam fragilitatem, dignitatem, uilitatem. Nam **E** uicitur. Funiculus argenteus continuè rumpitur, uita aurea retrahitur, hydria conteritur, rota confringitur, uocat autem funiculum argenteum continuationem medullæ, quæ ligat ossa spondilia, quæ à quibusdam phisicis nucæ uocatur, dicitur autem illa eadem funis, quia extenditur ab ultima parte cerebri, & inde descendit ligans ossa spondilia usque inferius.

Homo.

Funem argenteum uocat propter uilitatem, & nobilitatem. Nam ut dicit Constantinus sua caliditate frigiditatem ossium temperat, sua uictuositate, & humiditate ariditatem ossium rigat, sua substantiali proprietate uirtutem animalem nutrit, & conseruat, mediantibus quibusdam neruis sensum & motum continuum ad modum argenti uini, omnibus membris sub collo positis administrat. Vitam auream uocat Sapiens spiritum uitalem, qui est in corde, qui dicitur uitta: quia sicut uitta mulieris continet capillos capitis ne defuant, & dispergantur, ita ut spiritus uitalis continet omnia, quæ sunt in corpore humano ne corrumpantur. Ideò uita aurea dicitur tum propter preciositatem, tum propter perpetuitatem, quia cor semper est in motu perpetuo quam diu uiuit homo: hydriam uocat sapiens quandam pelliculam, quæ est fellis cistula super gibbum hepatis collocata, rubei coloris contentiuæ. Fons uocatur hepar, ubi est origo caloris naturalis. Rotam uocat continuam uolubilitatem appetitus sensitiui, qui est in toto corpore immittendi, & emittendi istam aquam. Est ergo sensus, cum continue uadas ad mortem, prouide tibi, ut antequam rumpatur funis argenteus, id est, antequam ossa spondilia dissoluantur, antequam retrahatur uitta aurea, quia spiritus uitalis quotidie retrahitur, & redit ad corruptionem, antequam hydria, fellis scilicet cistula conteratur super fontem, quia illa cistula, quæ est super hepar, quod est fons sanguinis quotidie conteritur, & decinat ad corruptionem, antequam cesset motus rotæ, quia talis uolubilitas appetitus in morte omnino cessat, antequam reuertatur puluis, &c. Quasi dicat eum tota textura tui corporis continè dissoluatur, plange tempora, quæ amissisti, mala quæ commisisti, bona, quæ omisisti, gratiam quam perdidisti, penam quam incurristi. Iob 10. Dimitte me ut plangam paululum dolorem meum, id est toto tempore uite meæ, quod est paululum, & modicum respectu penæ æternæ, dolorem meum, id est, peccatum, pro quo summè est dolendum, cum per seipsum summum bonum sit amissum. Circumdedere me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Et nota de illis qui confidunt in diuitijs, & delictijs: Stultè hac nocte rapiet animam à te; quæ autem paralli cuius erunt Iericho. 7. die bus circumdata, muri corruerunt: Quia ex consideratione æternitatis penæ quæ inceptio designatur, cadit amor temporalium, qui designatur in Iericho, nam interpretatur defectus.

Psal. 14.
Luc. 12.

Iosue 6.

Nota de illo sapiente, qui portauit Alexandro Magno unum paruulum lapidem, qui discopertus positus in statera tantum ponderabat, quod omne pondus ex alia parte positum ad se trahebat, dum autem terra cooperiebatur, non ponderabat nisi quantum alius lapis: tu ait sapiens Alexandro es lapis iste; quia dum uiuis, totus mundus tibi non sufficit, scilicet, totum ad te trahis, sed dum mortuus fueris, & terra cooperitus, modica fouea tibi sufficet sicut & cuilibet alteri. Et no. quomodo debeamus nos purgare antequam ueniamus ante illum iudicem, qui nos colabit, constabit, purgabit, mundabit, ut dicitur in Malach. Quære 24. b. 11. b. Luc. 13. Arborem fici habebat quidam in uinea sua. Sequitur: Ecce anni tres sunt, quod non

inue-

A inuenio fructum in ficulnea; succide illam, ut quid etiam terram occupat. Nos autem in uinea ecclesiæ multis annis uiuimus, & paruulum aut nullum fructum facimus, ideò diuinam sententiam timere debemus, ne per mortem subito succidamur, & tanquam arbor sicca, & infructuosa in ignem mittamur: sicut ait Saluator, Omnis arbor, quæ non facit fructum excidetur, & in ignem mittetur. Et ibidem, iam securis ad radicem posita est.

Ecclesia.
Opera.
Timor.
Mors.
Matth. 17.

De morte amicorum debemus consolari. Exemplum de Dauid: Nam cum eius filius infirmaretur, nelebat recipere consolationem, sed audita morte lauit faciem, & induit se, &c. 2. Mach. 12. Iudas duodecim millia dragmarum argenti misit Hierosolymam, offerri eas ibi pro peccatis mortuorum, iuste, & religiosè de resurrectione cogitans. Ex quo patet quomodo nos debeamus subuenire defunctis, elemosynis, & orationibus.

2. Reg. 3.
2. Mach. 12.
Suffragia.

B Consideratio doloris, & amaritudinis mortis, est secur piscis Thobæ, Thob. 6. quod ponitur super prunas considerationis ignis æterni. Fumus, id est, consideratio excæcat omne genus prauæ considerationis ignis æterni. Fumus, id est, consideratio tentationis. 2. Reg. 14. Omnes morimur, &c. In aqua notatur decursus uitæ humanæ, & mortis. Quære 2. a. b. Matth. 3. Erat Ioan. indutus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos eius: pili de animali mortuo detrahuntur, pili camelorum sunt hispidi. Quia continua mortis memoria ualet, ut libenter penitentiam cum Iob faciamus; & austeritas ac maceratio carnis multum iuuat, ut cum Ioanne tentationes uitemus.

Thob. 6.

Considera.

C Mos fuit antiquis condire corpora mortuorum aromatibus: quod fit quando ipsos iuuamus elemosynis, & orationibus; quia ista uelut aromata præseruant mortuos à corruptione, & pena, & fragrant suauiter coram Deo. Iud 12. Occupauerunt Galaaditæ uada Iordanis, & non poterant dicere Seboleth, sed Theboleth, & iugulabantur in transitu aquæ. Nota histor. Eufrates frugifer interpretatur, significat diuites: Iordanis descensus, & significat mortem: Galaaditæ aceruus testimonij, unde Galaaditæ congregatio sanctorum, & quorum comparatione iudicabuntur diuites peccatores. Dicunt ergo in morte Sebolet, quod interpretatur palea, quia non loquuntur nisi de paleis diuitiarum suarum, in quibus non est granum ædificationis, id est, in peccato mortis iugulantur, quia paleas exprimere non valent. Matth. 3. Paleas comburet igni inextinguibili. Et non possunt dicere Thebolet, quod interpretatur spica, quia nihil loquuntur de quo possit eorum anima nutriri in alia uita.

D Nota quod lapis ille descendens de monte confringens & in fauillam reducens statuum auream, id est, omnem mundanam pompam, est diuina sententia procedens ex altitudine suæ potentia. Quære 66. b. in Dan. Dan. 2. Item 164. a.

De misericordia & pietate.

Misericordia Dei ex sola uoluntate non peccandi impetratur. Exemplum de Magdalena, cui dictum est: Remittuntur tibi peccata multa. De Dauid, cui post homicidium, & adulterium dictum est: Transtulit dominus peccatum tuum. De Rege Ninuæ, & saluatione Ionæ de Achab humiliato, cuius Deus mutauit sententiam. de homine vulnerato, qui descendebat ab Ierusalem in Iericho: De Ezechia, cui Deus mutauit sententiam; de filio prodigo, qui eò, quod à mala uoluntate surrexit, & ad patrem

Vide de elemosyna
Luc. 7.
2. Reg. 12.
Ionæ 3.
3. Reg. 21.
Luc. 10.
Esa. 38.

ruit,

ait, pater misericordia motus osculatus est eum, & amplexatus conuiuium fecit, vestimentum siue stolam primam innocentiae, annulum fidei forma-
 ta, calceamenta virtutum ei restituit. Quomodo enim miseretur pater fi-
 liorum, miseretur est Dominus omnibus timentibus se.

Psal. 102.

Matth. 8.

Ad Ro. 8.

Nota totam illam historiam. Misereor super turbam, quia ecce iam tri-
 duo sustinent me .

Et nota de misericordia Dei ad nos, quia proprio filio Deus pater non pe-
 percit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quia quantumcumque irreuc-
 renter, & frequenter, imò si infinitis vicibus offendamus eum, semper pa-
 ratus est nos misericorditer recipere, si volumus penitere. Non sic nos ad
 proximos. Matth. 18. Serue, ait, nequam, omne debitum dimisi tibi, quan-
 do rogasti me: Nonne oportuit & te misereri conferui tui, sicut ego miser-
 tus sum tui? Sequitur: Sic & pater vester caelestis faciet vobis, si non re-
 miseritis vnusquisque de corde suo. Et istud: Non dico tibi vsque septies, F

Misericor-
 dia.

Luc. 21.

Homo.

Luc. 15.

Pastor.

Christus.

sed vsque septuagies septies. Et in Trenis. Misericordiae domini, quia non su-
 mus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Nota quanta est
 misericordia Dei in peccatores, qui quotidie offendunt: & tamen vsque ad
 vltimum spiritum ad misericordiam expectantur. Exemplum de latrone,
 cui dixit, hodie mecum eris in paradiso, & de crucifixoribus: Pater igno-
 sce illis, quia nesciunt quid faciunt. Luc. 15. Cum inuenerit homo ouem,
 quam perdidit, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum,
 conuocat amicos, & vicinos dicens illis: Congratulamini mecum, quia
 inueni ouem, quam perdideram. Dico vobis, gaudium erit Angelis Dei su-
 per vno peccatore penitentiam agente. Non est dubium quin Angelicis
 spiritibus fuerimus connumerati à principio, quando homo ille habebat
 centum oues, & illa mulier decem dracmas: quis ergo non doleat se per
 peccatum ab illo numero cecidisse? Quid ergo tardamus angelicis spiriti-
 bus, immo Christo noua inferre gaudia? Emiliamus in humeros pij pasto-
 ris, qui se nobis pastorem exhibet, sollicitudine, & affectione mulierum, vt
 reuocemur ad numerum, vnde excidimus, aut, pro Deo, si minus congau-
 demus peccatori, quia conuertitur, saltem Christo cum amicis eius con-
 gratulemur affectu, quia recuperat quod amisit. Luc. 19. Ait Zachaeus di-
 midium bonorum meorum do pauperibus. Ecce misericordia. Et si quem-
 piam defraudauit, reddo quadruplum; Ecce perfecta iustitia, cui non suffi-
 cit reddere equa mensura. Beatus enim qui intelligit super egenum &
 pauperem. Hic enim defert litteras patentes Euangelij, scilicet, quod con-
 sequetur misericordiam. Beati, ait, misericordes, quoniam ipsi misericor-
 diam consequuntur: vnde ait Greg. Non legi compassiuum malo sine pe-
 rite: misericordiam ergo talis consequetur, quia exemplo Christi per com-
 passionem in se assumpsit alienam in se seriam. H

Psal. 4.

Matth. 5.

Eleemosy-
 na.

Luc. 16.

Matth. 15.

Eccles. 4.

Passio.

Et nota de pena, quae debetur in misericordia; quia diues ille guttam aquae
 petiit, & non accepit; quia micas panis Lazaro negauit. ¶ Illi pio oculo.
 Christum respiciunt, qui pauperis miseretur, quibus dicturus est: Esurini,
 & dedistis mihi manducate, &c. Sed quidam habent oculos lippos, aut te-
 nebrosos: quia nec videre possunt, nec compati infirmitatibus, contra id:
 Fili eleemosynam pauperis ne defraudes & oculos tuos ne auerras à pau-
 pere. quare istam expositionem in tabula de eleemosyna. Io. 20. Infer digi-
 tum tuum, & mitte in lauis meum. Loca clauorum sunt fontis membro-
 rum Christi, in quibus defixi sunt clauus Christi, vt inde iugiter scaturiant
 incessanter riuuli misericordiae, de quibus possit quilibet sitiens haurire;
 nun-

A nunquam isti fontes, ex quibus fuit misericordia siccantur, nulli volenti
 haurire clauduntur. Dan. 4. Leuati oculos meos ad caelum, & sensus meus
 redditus est mihi, & ad honorem regni restitutus sum, & altissimo benedi-
 xi, quia in omni statu, in omni casu, qui deuote & humiliter misericordiam
 postulat apud dominum, inuenit misericordiam copiosam. Peccator.
 Confessio.

Miseretur nobis dominus tripliciter, sicut mater filio, cui prouidet in
 necessitate, quem sustinet in fragilitate. Esa. 49. Nunquid potest obliuisci
 mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Ecce in manibus
 meis descripsi te, hoc est in sanguine passionis mee genuite, vel in manibus
 meis, &c. quia sicut homo facit nodum in sudario, vel in cingulo, vt re-
 cordetur de aliquo, sic Christus fecit sibi signa in manibus suis, vt miserea-
 tur, & recordetur de nobis: stente filio, quia matrem offendit, stet quandoq;
 mater cum filio. Sic Deus compatitur nostrae fragilitati. Hier. 31. Con-
 turbata sunt viscera nostra super eum, miserans miserebor eius, ait Domi-
 nus. Cuius exemplum est de filio prodigo, quem videns pater eius, miseri-
 cordia motus, cecidit super collum eius. Secundo sicut Dominus seruo, qui
 delinquentem corripit, & corripiendo parcit. 2. Machab. 6. Non peccato-
 ribus ex sententia &c. Nunquam à nobis misericordiam suam amouet,
 corripiens verò in aduersis, populum suum non derelinquit. Huius exem-
 plum est. Cum percuteret Angelus Domini Ierusalem miserans Domi-
 nus ait: Sufficit, &c. Tertio sicut magister discipulo, quem informat & do-
 cet: sic Dominus informat per tribulationem exteriorem, docet per illu-
 minationem interiorem. Eccl. 36. Miserere nostri Deus omnium, & respi-
 ce nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum. Huius exemplum
 Matth. 9. Secuti sunt Iesum duo caeci clamantes: Miserere nostri fili Da-
 uid. Soli Deo proprium est misereri per excellenciam, & in omni casu: ideo
 in nullo casu debet homo de eius misericordia desperare. Iob 13. Etiam si
 occiderit me, in ipso sperabo, nec terminum miserendi ei imponere: sicut
 dixit Iudith: Qui estis vos, qui tentatis Dominum?

Et nota illud: Extendat nubem in protectionem eorum, & ignem, vt lu-
 ceret eis per noctem. Nubes per diem praestat refrigerium, ignis per diem
 incendium: quia verus misericors in die prosperitatis reprimat incendium
 animositatis, & in nocte aduersitatis, tollit refrigerium pusillanimitatis, si-
 cut. n. luna lucet plena, quae est ministra humoris & roris. Luc. 6. Estote
 misericordes, sicut pater vester misericors est. Miseretur autem Christus
 nobis, vt medicus agrotis, duobus modis. Primo visitando per corporalem
 praesentiam, vt patuit in primo aduentu: secundo curando per artem, & sa-
 pientiam. Sic visitat nos quotidie, cum per virtutem Dominicae passionis
 patefactis visceribus, per aperturam cordis distillat sanguis Christi ad nos,
 in rubore & verecundia peccati commissi, & aqua in suauitate gratiae &
 amoris dimissi. Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos
 oriens ex alto. Bern. Dne cogitabas cogitationes pacis, & ego nesciebam.
 Et clauus penetrans factus est clauis referans, vt mihi pateant viscera mi-
 sericordiae tuae, & sic misericorditer nos visitat per suam praesentiam. Secun-
 do curat nos per munditiam congruam. Samaritanus videns spoliatum & vul-
 neratum misericordia motus est, & appropinquans alligauit vulnera eius,
 infundens vinum & oleum, & imponens illum in iumentum, duxit in stabulum,
 & cura illius egit: & protulit duos denarios, quos dedit stabulario, & sic
 curatus est. Samaritanus custos dicitur: Custos noctis est Christus. Miser spolia
 tus & vulneratus, peccator spoliatus gra, & vulneratus concupiscentia, q di-
 Iudith &
 Psal. 102.

Et nota illud: Extendat nubem in protectionem eorum, & ignem, vt lu-
 ceret eis per noctem. Nubes per diem praestat refrigerium, ignis per diem
 incendium: quia verus misericors in die prosperitatis reprimat incendium
 animositatis, & in nocte aduersitatis, tollit refrigerium pusillanimitatis, si-
 cut. n. luna lucet plena, quae est ministra humoris & roris. Luc. 6. Estote
 misericordes, sicut pater vester misericors est. Miseretur autem Christus
 nobis, vt medicus agrotis, duobus modis. Primo visitando per corporalem
 praesentiam, vt patuit in primo aduentu: secundo curando per artem, & sa-
 pientiam. Sic visitat nos quotidie, cum per virtutem Dominicae passionis
 patefactis visceribus, per aperturam cordis distillat sanguis Christi ad nos,
 in rubore & verecundia peccati commissi, & aqua in suauitate gratiae &
 amoris dimissi. Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos
 oriens ex alto. Bern. Dne cogitabas cogitationes pacis, & ego nesciebam.
 Et clauus penetrans factus est clauis referans, vt mihi pateant viscera mi-
 sericordiae tuae, & sic misericorditer nos visitat per suam praesentiam. Secun-
 do curat nos per munditiam congruam. Samaritanus videns spoliatum & vul-
 neratum misericordia motus est, & appropinquans alligauit vulnera eius,
 infundens vinum & oleum, & imponens illum in iumentum, duxit in stabulum,
 & cura illius egit: & protulit duos denarios, quos dedit stabulario, & sic
 curatus est. Samaritanus custos dicitur: Custos noctis est Christus. Miser spolia
 tus & vulneratus, peccator spoliatus gra, & vulneratus concupiscentia, q di-

Miseretur.

D patefactis visceribus, per aperturam cordis distillat sanguis Christi ad nos,
 in rubore & verecundia peccati commissi, & aqua in suauitate gratiae &
 amoris dimissi. Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos
 oriens ex alto. Bern. Dne cogitabas cogitationes pacis, & ego nesciebam.
 Et clauus penetrans factus est clauis referans, vt mihi pateant viscera mi-
 sericordiae tuae, & sic misericorditer nos visitat per suam praesentiam. Secun-
 do curat nos per munditiam congruam. Samaritanus videns spoliatum & vul-
 neratum misericordia motus est, & appropinquans alligauit vulnera eius,
 infundens vinum & oleum, & imponens illum in iumentum, duxit in stabulum,
 & cura illius egit: & protulit duos denarios, quos dedit stabulario, & sic
 curatus est. Samaritanus custos dicitur: Custos noctis est Christus. Miser spolia
 tus & vulneratus, peccator spoliatus gra, & vulneratus concupiscentia, q di-

Luc. 9.

Luc. 10.

Christus.

vidit appetitum rationis, & sensualitatis: sicut vulnus soliditatem continui-
 ratis. Motus Samaritani est misericordia Christi: alligatio vulnere, est
 refrigeratio sensuum carnalium, & concupiscentiarum: infusio vini, mor-
 dax representatio peccati: infusio olei, alleuatio, & dulcedo spei. Ponitur
 in iumentum, quia incipit adiuuari orationibus sanctorum, & fieri par-
 ticeps meriti eorum: in stabulum ducitur, quia in conscientia sua secreto
 foetorem peccati contemplantur, & detestatur, dantur duo denarii stabula-
 rio, quia ratio illuminata ad verum, & veritas inflammata ad bonum dat
 libero arbitrio, & sic vnguentum efficitur, vnde eger nosler curatur, de quo
 vngueto quidam super illo: Domine non est exaltatum cor meum: Sicut vnguentum
 in capite: Vnguentum hoc necesse est non stare, sed fluere, & decur-
 rete vsq; ad miserum hominem, qui vulneratus a latronibus iacet in uia, &
 plurima indiget medicina. Fluit ergo vnguentum de uiuo fonte angelicæ
 regionis, & rigat latitudinem terræ tuæ. Emanuel a summo cælo egressio
 eius, & occurfus eius vsque ad vallem Iericho, ubi occurrens vulneratis,
 & languidis curationem infirmitatum adhibuit, & omnem languorem a-
 monuit. Secundo miseretur nobis, ut mater filio: primo quia procurat suam
 nec essitatem, secundo quia sustinet patiens suam imbecillitatem, & huma-
 nam fragilitatem. Es. 49. Nunquid potest obliuisci, &c. Sic dominus peni-
 tentibus in necessariis prouidet, & defectus ex infirmitate, vel ignorantia
 procedentes patienter sustinet. De primo, Treno. 3. Misericordiam domini,
 quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. De se-
 secundo. Luc. 15. De filio prodigo reuertente ad patrem per penitentiam dic-
 tidum vidit illum pater, & misericordia motus, &c. Poterat. n. pius pater videns
 re honorum dilapidationem, fornicationem, necessitatis comparationem, sed dñs
 loco omnium istorum ostendit piam compassionem, & consolationem, sicut mater fle-
 te filio, flet cum eo Hier. 3. 1. Conturbata sunt viscera mea super eum, miserans
 miserebor eius, ait diuus August. Comparatur dominus quasi plus cruciet
 dominum compassio miseri, quam ipsum miserum passio sui.

Miseretur. Tertio miseretur nobis sicut dominus seruo, quo ad proficientes, &
 hoc duobus modis: primo quia delinquendi corripit, & penitenti reatum dimittit, sic dominus, & parcit simul, & flagellat, & ora-
 tionis instantia reatum populi relaxat. De primo Paral. 21. Cum percute-
 ret Angelus Hierusalem vidit Dominus, & miseratus est super magnitu-
 dine mali: & imperauit Angelo, sufficit, iam cesset manus tua. Magna enim
 misericordia Dei est in presenti flagellare aliquantulum, & per flagellum
 purgare. Sicut magnum beneficium fit puero, cum verber acerbissimum
 euadit pro leui ictu. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex-
 sententia agere, sed statim ultionem adhibere magni benefici est indicium:
 non enim sicut in alijs nationibus dominus patienter expectat, vt eas, cum
 iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat, & sequitur. Pro-
 pter quod nunquam a nobis misericordiam suam amouet corripit, non
 in aduersis populum suum derelinquit: De secundo Hebræ. 4. Ad eam
 cum fiducia ad Thronum gratiæ eius, ut misericordiam inueniamus in tem-
 pore opportuno. Exod. 22. Si clamauerit ad me ego exaudiam eum, quia
 misericors sum.

Quarto miseretur ut magister duobus modis, quia illuminat intellectum,
 & consolatur affectum: sic dominus suis discipulis aperit mirabiles uisio-
 nes, & ineffabiles consolationes: de primo. Luc. 1. Suscepit Israel puerum
 suum re. mi. suæ. In susceptione, eleuatio mentis superna: in puero pura co-
 scien-

A scientia: Israel vir uidens Deum interpretatur, qui enim aptus est, &
 dispositus ad contemplandum, oportet quod eleuetur sursum, quod purum
 habeat intellectum, & tunc ei Dominus misericorditer manifestat suam lu-
 cis radium. De secundo. 2. Cor. 1. Benedictus Deus, & pater domini nostri
 Iesu Christi pater misericordiarum, &c.

Ergo estote misericordes, sicut pater uester misericors est; ut misereamur
 proximo. ut medicus ægroto, corporaliter uisitando, spiritualiter cu-
 rando. Iob 19. Miseremini mei saltem uos amici mei. Secundo ut mater fi-
 lio, & hoc indigentibus necessaria ministrando, & defectus eorum æquani-
 miter toletando: de primo Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime, & iniqui-
 tates tuas misericordijs pauperum, forsitan ignoscer delicta tua, bene. n. cō-
 gruum est, ut si dominus supplet nostram indigentiam, quod nos similiter
 reuelemus alienam, & qui multum indiget misericordia, multum debet ali-
 iis misereri. Prouerb. 19. Homo indigens misericors est, pleni enim sumus
 omni miseria, & omnibus indigemus.

B Nam si creaturæ subtraherent nobis sua beneficia, subsistere non posse-
 mus. Si sol lumen, & calorem, si terra humorem, & ita de aliis elemen-
 tis, & eleuatis: vnde omnes creaturæ reprehendunt immisericordes, & qui
 misericors est multiplicationem prætolatur. Prouerb. 19. Fœneratur domi-
 no qui miseretur pauperi, & uicissitudinem suam reddet ei. De secundo
 Iacob 2. Superexaltat misericordia iudiciū. Tertio debemus misereri pro-
 ximo, ut dominus seruo, & hoc corripiendo, & castigando, quantum ad cau-
 telam futurorum, iniurias remittendo, quantum ad offensam præteritorum.
 De primo Prouerb. 3. Misericordia, & ueritas te non deserant, circūda eas
 gutturi tuo, & scribe in tabulis cordis tui, & inueniet gratiam, & discipli-
 nam bonam coram Deo, & hominibus: quia tempore opportuno debet esse
 ueritas correctionis in ore, & dulcedo dilectionis in corde. De secundo
 Ephes. 4. Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut &
 Deus donauit uobis. Quarto debemus misereri proximo, sicut magister di-
 scipulo consulendo, ut nant opera perfectionis oratio, ut sequatur effectus
 consolationis, & 1. Pet. 3. Omnes unanimes in oratione, estote compati-
 entes fraternitatis amatores misericordes.

C Oliua, per quam designatur misericordia habet in radice amaritudinem;
 in folijs uiridis pulchritudinem, in fructu dulcedinem; in oleo ubertatis
 pinguedinem; quæ quattuor ad affectum misericordiam pertinent, ut sit in
 animo compassio, in verbo consolatio, in facto miseratio, in orando deuotio.
 De primo Rex Dauid ascendebat per cliuum montis oliuarum scan-
 dens & flens opero capite, & nudis pedibus incedens: ille cliuum oliua-
 ram ascendit, qui rationem, qua proximo copati debeat, inuenit, siue qua-
 rit, scandit, & flet, qui interius compatitur, & dolet, opero capite, quia ne
 recundatur de alterius damno, uel confusione & egestate; nudis pedibus,
 puris & non simulatis affectibus. De secundo Ecclesiast. 24. Quasi oliua
 speciosa in campis, & quali platanus exaltata sum iuxta aquas. Oliua
 speciosa est, quæ habet folia uiridia, sic misericordia profert uerba pul-
 chra, & consolatoria, quæ surgunt de latitudine charitatis, & quasi platanus
 exaltata sum iuxta aquas, quæ refrigerium præstat obumbratione fo-
 liorum suorum exterius, contra tribulationes, & in erius contra tentatio-
 nes. Quod etiam platanus arbor est tenera, & abundat mollibus folijs; hæc
 est anima, quæ cito sentit nocumentum, & indigentiam proximi, & con-
 solatur cum dulcibus uerbis. De tertio Hierem. 1. Oliuam uberem, pul-
 chram

Vnguentum
 Psalm. 132.
 Vnguentum
 Gratia.
 Medicina.

Miseretur.

2. Mach. 6.

Ierem. 4.

Oliua.

2. Reg. 5.

Oleum.

Beneficia.
Præcepta.

Diues.

Ioan. 8.

Act. 9.

1. Thi 1.
Luc. 23.

Luc. 7.

2. Reg. 12.

Luc. 5.

3. Reg. 12.
Iona 3.

chram, fructiferam, speciosam vocauit Deus nomen tuum. Hæc oliua
habet fructus dulcedinem per eleemosynarum erogationem, non sicut oliua
sterilis, quæ est hypochrisis, uel auaritia, de qua Abacuch 3. Men-
tietur opus oliuæ. De quarto Iudith. 11. Noluît oliua regnare super li-
gna, quia nolebat relinquere suam pinguedinem. Hæc est pinguedo deu-
otionis, & orationis, qua afficiuntur viri misericordes, orando pro proxi-
mis, malentes esse in deuotionis pinguedine, quam in exterioris curæ regi-
mine: hic oleo misericordiæ dolores mitigantur, vulnera solidantur, cibi
condiuntur, facies exhilarantur: vnde uir misericors est columba, quæ af-
fert ramum oliuæ virentibus folijs, quæ est signum reconciliationis pec-
catoris. Leuitic. 26. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea
custodieritis, dabo nobis pluuiam temporibus suis, & terra gignet germen
suum, & pomis arbores replebuntur; apprehendet messium tritura
vindemiam, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem ve-
strum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra, & dabo pacem
in finibus vestris, dormietis, & non erit qui exterreat. Qui enim custodit
opere præcepta misericordiæ, obtinet in præsentî pluuiam gratiæ, & in fu-
turo fructum gloriæ: ideo suscepta pluuiâ gratiæ, terra in præsentî gignit
suum germen, quia mens impinguat Spiritu sancto, subueniendi indigen-
tibus concipit uoluntatem: & pomis arbores replebuntur: in arbore um-
bra est, quæ a solis ardore protegit, & fructus pascit. Est arbor fructi-
fera, uir misericors; qui indigentibus exhibet fructum suæ liberalitatis, &
umbram protectionis. Et apprehendit messium tritura vindemiam;
quia dum recolit se pro Deo laborasse, & pauperibus erogasse, concipit
spiritualem lætitiâ: Et vindemia occupat sementem, quia vindemia
messem sequitur, quando lætitiâ, quam de operibus nostris, & labori-
bus concipimus, ad alia agenda nos pertrahit, ut multiplicato semine
actionis, multiplicetur messis retributionis: Et comedunt panem in satu-
ritate, & habitant sine timore, quia delectantur quod tales fecerunt ami-
cos, qui eos defendent contra aduersarios: datur pax in finibus eorum, &
in pace dormiunt, quia nihil illicitè acquirere, nullum ledere, sed omnes
adiuare, secundum suas facultates, & oportunitates querant: non eos in-
quietat illicitus appetitus, vel mundanus quasi inquiete imaginationis som-
nus, sicut diuites cupidi, qui somniant se esse reges; sed cum euigilauerint
uidebunt se esse pauperes, nihil de omnibus bonis suis inuenientes. Quere
in tabula de pietate.

Nota de misericordia Dei varia exempla. Primo primo de muliere de-
prehensa in adulterio cui dixit: Nemo te condemnauit mulier, nec ego te
condemnabo, vade & amplius noli peccare. Secundo de Paulo, de quo di-
citur, quod persequebatur ecclesiam Dei, & tamen de ipso ait, vas electio-
nis est mihi iste, ut portet nomen meum. Et ipse ait misericordiam con-
secutus sum, quia ignorans feci: Tertio de latrone cui dictum est: Hodie
mecum eris in paradiso. Quarto in Magdalena, cui dictum est: Re-
mittuntur ei peccata multa. Quinto in Petro, qui postquam Christum
ter negauit, inde factus est princeps Apostolorum & caput ecclesie. Sexto
in Dauid, cui post adulterium, & homicidium uiri innocentis Uriæ di-
ctum est: Transtulit Dominus peccatum tuum a te. Septimo in Mat-
thæo, qui rapinis, & exactionibus vacabat, & cum esset publicanus in A-
postolum est sublimatus. Octauo in Achab, cui Deus dederat senten-
tiam, & tamen postea ait, nōne vidisti Achab coram me humiliatum, &c.
Nono

A Nono in Niniue, & rege eorum, contra quos dictum est, Adhuc quadra-
ginta dies, & Niniue subuertetur, & tamen ipsis humiliatis, & peniten-
tiam agentibus, dominus reuocauit sententiam. Decimo in Ezechia, cui di-
ctum est: De lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte mo-
rieris, & tamen post lachrymas & orationem Deus ei uitam prolongauit.
Item in Publicano iustificato, qui dicebat, Deus propitius esto mihi pecca-
tori, quia non solum propter centum, uel quinquaginta uel uiginti, sed e-
tiam propter decem iustos uolebat parcere toti ciuitati. In beatis apparet
eius misericordia, quos remunerat ultra condignum, quia non sunt condi-
gne passiones huius temporis ad futuram gloriam in damnatis, quos pun-
nit citra condignum: in uiatoribus, quibus usque ad ultimum uitæ termi-
num quotidie remittit peccatum, & quotidie non cessat dare bona tempo-
ralia in opere creati omni, quia propter nos creauit omnia, & maximè appa-
ret eius misericordia in opere redemptionis, quia apud dominum misericordia
& copiosa apud eum redemptio. 4. Reg. 4. Mulier, id est, anima misericors,
& compassiua ad modum mulieris congregauit, in domo sua uasa uacua,
id est, pauperes, & famelicos, non pauca immo multa, quos impleuit oleo,
id est cibo, & alimento.

Esaï. 32.

Luc. 18.

Gen. 47.
Ad Ro. 8.

Vide de e-

leemofyna
& de pietate.

De mundo.

Deut. 3.

D Vortuosus fui in solitudine, in qua erat serpens statum adurens, scor-
pio, & Dipas Mundus iste est solitudo, quia ut dicit Ioannes in ser-
mone sancti Ioannis Baptistæ. Desertus hic mundus ab omni cultura
fidei, & timoris Dei, & peccatorum spinis obsitus, deserto squalentis he-
remi comparatur, nobis itaque per istum desertum, & solitudinem tran-
seuntibus, & ad terram promissionis euntibus, occurrunt tria genera ser-
pentum, quæ sunt tria uitia mundum impugnantia; quia omne, quod est
in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut
superbia uitæ: quemcunque ergo isti serpentes mordiderint, intueatur
serpentem æneum in ligno eleuatum, Christum scilicet in cruce, & sta-
tim curabitur. Quare 4. a. 7. b. 73. b. Naas Amionis cepit pugnare ad-
uersus labes Galaad, cumque eos multum arctaret, & fortiter impugna-
ret, dixerunt ei habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. Responditque
Naas, &c. Quare 47. a. Item eadem 51. a. Exod. 10. Extende manum
tuam, & sint tenebræ in tota terra Aegypti. Aegyptus, ubi sancti afflun-
tur, est mundus; ubi adorantur idola honorum & uanitatum, aurum,
& argentum, quæ sunt similitudo hominum mundanorum. Istos se-
cundum Bernardum tria excæcant, tenebra superbiæ, humor immunditiæ,
pulus auaritiæ: Quia omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia
carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ; unde regio mu-
di est regio carcerum, regio Aegyptiorum: vnde quamuis ista Aegyptus
multis plagis sit percussa, una tamen, & maxima plaga est cecitas; quia
dicunt bonum malum, & malum bonum; ponentes lucem tenebras, &
tenebras lucem: unde postquam dixit lux in tenebris lucet, & tenebræ eam
non comprehenderunt: addidit: mundus per ipsum factus est, & mundus
eum non cognouit. Matth. 7. Vir stultus ædificauit domum suâ super are-
nam, & cecidit. Quare 45. b. 14. a. Posuit Salomou duas columnas in por-
ticu templi. Templum est anima sancta, secundum Apostolum; templum
Dei sanctum est, quod estis uos. Porricus mundi contemptus: Iachia

Ioan. 2.

Vide 70.
63 90. 97.
1. Reg. 11.

1. Ioan 2.

Esaï. 5.

Ioan. 1.

3. Reg. 7.
1. Cor. 3.

interpretatur infirmitas, contemptus; in quo est virtus mundi; ergo contemptus duplicem in anima debet habere columnam, firmitatem, que est contra concupiscentiam à dextris prosperitatis, ne in uoluptatem incidat: uirtutem, siue fortitudinem à sinistris tribulationis, ne in aduersitate succumbat. Sifara bibit lac, & clauo interijt. Iael interpretatur uanitas, & significat mundum, vel diabolum, vel peccatum; hic peccatori pro aqua sapientiæ salutaris, propinat utrem lactis, id est, sapientiam carnis, quæ mors est secundum Apostolum. Romanorum octauo. Et operit eum ne uideat qual tatem culpæ, aut quantitatem pœnæ. Clauus: quo eius tempora perforat, est sollicitudo peccandi, aut aggregandi diuitias, qua stimulat anima peccatoris. Malleus est suggestio Diaboli, qui hanc sollicitudinem imprimi, & impellit: hunc malleum Propheta miratur contractum uirtute Dominicæ passionis. Hierem. 5. Quomodo contractus est, & compressus malleus uniuersæ terræ? Luc. 19. Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam; quia si cognouisses & tu, &c. Quare eius expositionem in tabula Matthæ. decimonono. Ite in castellum quod contra uos est, hoc est, Babilon, quod interpretatur confusio; cuius turris est superbia, quæ est turris Babel, in qua confusum est labium, quia tota mundi astutia est, cor falsis, & simulatis uerbis tegere, cuius rex Diabolus, cuius septem uiri, sunt septem peccata mortalia; cuius ciues omnes peccatores, cuius fundator Cain, vel Diabolus; cuius ministri sunt, deceptores; cuius aggeres, peccandi consuetudo. Pone ibi mercatores, arma, & alia quæ spectant ad ciuitatem.

Mundus est illa statua quam uidit Nabuchodonosor, cuius caput aureum per diuitias; pectus argenteum, per mundanam sapientiam; æs per eloquentiam, ferrum per potentiam; lutum & testa per lasciuiam, & immunditiam; lapis percussus prædicta & in fauillam reducens omnia, est consideratio mortis. Daniel septimo. Quatuor uenti pugnabant in medio mari. Mare mundus fluctibus peccatorum, & tempestatibus tentationum plenus, in quo reptilia, quorum non est numerus; animalia pusilla, & magna, id est, diuersa genera inimicorum, qui secundum uirium nostrarum quantitatem, compensato nobiscum agone luctantur. Itaque in hoc mari ab Oriente, fastus superbiæ; ab Occidente, frigus auaritiæ; ab Aquilone, status inuidiæ, à meridie, æstus immunditiæ. De istis quatuor uentis Ezech. 37. A quatuor uentis uenit spiritus, &c. Ex istis sic fluctuat mare, quod periculum est submersionis, unde uidentes uentum ualidum, & nauiculam operiri fluctibus debemus clamare: Domine salua nos, perimus. Ipse autem imperat uentis, & mari, & obediunt ei. Tob. dedimo quarto. Nolite manere hic, dicitur de Ninive, quæ interpretatur germen pulchritudinis, & designat mundum, cuius fallax est gratia, & uana pulchritudo. Prouerb. ultimo. Hic erge non est manendum, quia status mundi est locus. exilis, lacus contagii, lapsus periculi, locus oculi, laqueus Diaboli: cuius casus defectiuus, quia qualitates quierabuntur, uoluptates terminabuntur, uanitates exterminabuntur, cupiditates adhibebuntur, præterijt enim figura huius mundi. primæ Iacob. secundo. Et mundus transit, & concupiscentia eius: status afflictiuus ratione contractæ infirmitatis peractæ, & patrata iniquitatis, inflictæ aduersitatis. Ioann. decimosexto. In mundo pressuram habebitis. primo Ioann. ultimo. Mundus in maligno positus est. Tactus infectiuus, quod probat uentus superbiæ, æstus auaritiæ, simus luxuriæ; primo Ioann. secundo.

Ado. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ: fructus damnatiuus, quia prouocat diuinam ultionem, tollit supernam dilectionem, adimit æternam benedictionem. Iac. 4. Amicitia huius mundi. primo Ioann. secundo. Si quis diligit mundum, non est charitas Dei in eo. primo Corinth. undecimo. Ut non cum hoc mundo damnemur; amor enim mundi aufert stipendium regni, affert incendium inferni, infert dominium diaboli. Ios. 6. Iericho erat clausa, &c. Iericho interpretatur luna, uel defectus, & figurat mundum, &c. Quare fol. 48. a.

Mundus est carcer: quia licet carcer tollit ueritatem ad iudicandum, pro testatem ad operandum, libertatem ad ambulandum, de his tribus Iuditha decimosexto. Cum apprehendissent Samsonem Philistij eruerunt oculos eius, quo ad primum; uinctum cathenis, quo ad secundum; & clausum in carcere molere fecerunt, quo ad tertium: mundus ergo aufert ueritatem discretionis, iudicii, & electionis; est etiam sophisticator mercium. quarto Reg. 9. Iesabel, id est, fluxus uanus depinxit oculos suos sibi. Est etiam præstigiator sensuum, alienator mentium. Nam uendit uinum amoris temporalium honorum, & uanitatū, quo homines inebriantur; idem ne inebriet, debet permisceri aqua memoriæ continuæ mortis. Nam facile contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum. Beatus qui de hoc carcere peccati cum Petro euadet dissolutis cathenis de manibus eius; quod non potest fieri, nisi tactu angeli, id est, Christi. Ezech. octauo. Ingressus uidi, & ecce omnis similitudo animalium, &c. Qui enim diligenter statum mundi considerat, uidet in eo animal uolubile tumidum, animal reptile cupidum, quia a maiori usque ad minimum omnes auaritiæ student, animal gressibile stolidum, animal aquaticum lubricum.

De muneribus.

Quinq̄ sunt status qui debent cauere a munerum receptione, quia scriptum est: Beatus qui excutit manum suam ab omni munere, & alibi. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. Primus istorum fuit Abraham, per quem designantur principes seculares, fuit enim sibi dictum: Da mihi animas, cetera tolle tibi, qui ait: leu manum meam ad Dominum Deum excelsum, quod a filo subtegminis usque ad corrigiam caligæ, &c. Secundus qui excussit manus suas ab omni munere fuit Moyses, in exemplum Pontificum; ipse enim ritum sacerdotii; & tabernaculi disposuit, unde habetur Num. 16. Tu scis, quod nec assellum accepi ab eis, &c. Tertius est Samuel, in exemplum Iudicum, de quo habetur. 1. Reg. 12. Loquimini coram Domino, & Christo eius. Quartus fuit Elisæus, in exemplum Sacerdotum, de quo habetur quarto Reg. 5. Respondit ei Naaman, uiuit Dominus, in cuius conspectu. Quintus fuit Daniel, in exemplum Doctorum, & Aduocatorum, & consiliatorum, unde de ipso habetur Dan. 5. Munera tua alteri da, scriptum autem, &c. Isti sunt quinque status hominum, qui non debent accipere munera, Principes, qui ipsi habent stipendia populorum sibi subditorum: Pontifices, propter dispensationem beneficiorum: Iudices, propter sententiæ executionem: Sacerdotes propter dispensationem sacramentorum: Doctores, ad uocati, consiliarij propter consilij peruersionem. In istis receptio munerum

est sacrilegium: Nam experimentaliter probatur, quod receptio mtherum perturbat conscientiam, ligat linguam: statim quando aliquid recipiunt, habent oculos Argi, quia post munus aliquid uident, quod ante non uidebant. Item dona mutant sententiam, & subuertunt iustitiam, sicut experitur illi, qui habent in curijs expediri, & non habent quid dent. Quare de hoc in *libro de aduocatis*.

De numero quadragenario.

Quadragenarius numerus multis modis legitur insignitus: designat enim mysterium remissionis peccatorum, quantum ad confitentes; secundum tres partes confessionis: inuenitur enim quadragenarius inundationis diluuij, & significat contritionem; duplex enim legitur locus emanationis aquarum, superior, pro quo dicitur; Apertæ sunt cataractæ cæli, &c. Dicuntur autem cataractæ, uix per quas emanant pluuia: inferior, pro quo dicitur; Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ: Abyssus est locus originalis aquarum, ex qua prorumpunt fontes. Similiter in anima sunt duæ partes, superior, qua concipiuntur, & cogitantur cœlestia; inferior qua cogitantur pœnæ inferni. Vterque est locus generationis aquarum lachrymarum, & compunctionum: cum enim cogitat anima gaudia cœlestia, quæ amisit per peccatum, & resoluatur in lachrymas, tunc aperiuntur cataractæ cæli: id est, anima, quæ debet esse ornata stellis uirtutum: cū uero ex consideratione pœnarum inferni, quas per peccatum incurrit, erumpunt lachrymæ, tunc aperiuntur, & rumpuntur fontes abyssi magnæ: Tunc abyssus animæ peccatricis, abyssum diuine misericordiae inuocat, in uoce cataractarum, id est, per confessionem culpæ, & effusionem lachrymarum a superiori, & inferiori, sic diluuium compunctionis, quibus purgatur anima, siue homo, qui est minor mundus sicut in diluuiio purgatus est maior mundus. Dicit autem omnes fontes esse ruptos, & aquas diluuij operuisse uniuersam terram, quia oportet compunctionem inundare ex omnibus peccatis super animam. Nam si de uno peccato dolerem, & non de alio, nulla esset purgatio: Verantamen in diluuiio aquarum multarum, s. per dolorem lachrymarum omnium peccatorum. Treno. 2. Effunde, &c. Quadragesimali ergo tempore factum est diluuium, quia est tempus ad compunctionem, & deletionem, seu purgationem peccatorum, & delera est omnis caro, quæ mouetur super terram, uolucrum, bestiarum reptilium, & hominum: quia corrueraz uiam suam, solo Noë iusto, atque perfecto excepto, cum generationibus suis in arca conseruato: sic in compunctionis diluuiio, extinguitur omnis carnalis affectus, siue sit ambitionis, quæ designatur in uolueris; siue sit cupiditatis, quæ designatur in bestia; siue concupiscentie carnalis, quæ designatur in reptili; siue affectus curiositatis, scilicet odii, & malitiæ, quæ in corrupto homine designatur. Nam in corrupto homine intelligitur ratio, siue susceptibilitas disciplinæ; in corruptione designatur intentio scientie corrupta; omnes isti affectus percunt in diluuiio contritionis: sed Noë cū generationibus suis, id est sanctum propositum, & boni mores, saluantur in arca conscientie. Genes. octauo. Hic significat oris confessionem aperiens Noe. Gen. octauo. Non est penitens, qui post contritionem debet aperire arcam conscientie, & fenestram, id est, os; coruus, & columba, duplex affectus, qui sunt in penitente ante confessionem in arcano cordis: unus affectus

Gen. 7.

Secundum Philoso- phū 8. phy sic.

Confessio. Lachrymæ

Psal. 32.

Gen. 7.

Confessio.

Actus est, pudor confitendi, qui designatur in coruo, cuius vox est cornina, scilicet procrastinatio pœnitentiæ. Isidorus: O vox coruina, semper dicitur, cras, cras, & nescis si eris cras. Sopho. 2. Vox cantantis, &c. Emittere est coruus, id est affectus pudoris nunquam iterum reuersurus. Columba est affectus & propositum confitendi, qui in modum columbae gemitum dat pro cantu in confessione: Columba emittitur cum pœnitens cum dolore, contritione, & suspirio confitetur aperta arca, id est arcano confessionis referato.

Ter emittitur: Primò emittitur, sed non reuertitur portando aliud; per quod significatur confessio, ubi non est firmum propositum emendandi, & dimittendi peccatum: talis confessio non affert veniam. Secundo emittitur, & reuertitur portans ramum oliuæ; per quod significatur confessio pura, quæ affert veniam peccatorum, & reconciliationem, atque gratiam diuinam quæ in oliua designatur. Tertio emittitur, sed non reuertitur, sed per terram volat, quia affectus iam purgatus à fordibus nõ debet amplius reuerti ad id, unde oportet iterum confiteri, sed per terram volare, & merita aggregare. Est etiam quadragenarius satisfactio, quod figurat est Ionæ 3. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, supple nisi penitentiam egerint. Niniue interpretatur fera, figurans bestialem animam, ciuitas contra Deum inimica; magna itinere dierum trium, per quod significantur tria peccata, scilicet cogitationis, locutionis, operationis, vel superbie, auaritiæ, immunditiæ. Sequitur modus satisfaciendi, predicauerunt ieiunium, &c. In descensu de folio, contemplatio humanitatis; in inditione facci, mortificatio carnis; in sessione, in cinere, contemptus mundi; & per quadragenarium significatur obseruantia præceptorum. Exod. 24. & Deuter. 9. Significatur etiam impletio consiliorum. 3. Reg. 19. Ambulauit quadraginta diebus usque ad montem Dei Oreb, & figuratur etiam impletio negligentiarum. Leuit. 12. Figuratur status religionis in Helia, qui obdormiuit sub iunipero, & comedit panem sub cineritium, & bibit aquam, & ambulauit quadraginta diebus & noctibus usque ad montem Dei Oreb.

Fugit Helias à facie Iezabel. Nota hist. Progressus Heliaz, significat impletionem consiliorum; quod pertinet ad religiosos. Fuga à facie Iezabel, quæ interpretatur fluxus Isterquilinij, significat contemptum mundi. Philip. 3. Omnia arbitratus sum ut stercorea. Aduentus in desertum, ingressum religionis: Iuniperus arbor aculeata, est disciplina religionis, quæ tot habet aculeos pungentes, quot habet pœnalitates: subter hanc obdormit Helias quia oportet animam consopiri in pœnalitatibus: non discutere quot, aut quantæ sunt, an rationabiles, vel obseruabiles sint. Affert Angelus panem sub cineritium, quia affert Angelus homini laboranti in religione consolationem ex mortis rememoratione. Et hoc significat sacramentum cineris; memento homo quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Quomodo ergo contristabitur quis in deserto mundi, seculi, parentum, amicorum, & similibus, si recogitat mortem. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, &c. Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Quomodo etiam non consolabitur, quia ei regnum celorum promittitur. Matt. 5. Beati pauperes. Apoc. 3. Qui vicerit faciam illum. Et iterum, qui vicerit, dabo illi. Additur panis aqua lachrymarum, quæ in modum potus deserti cibum consolationis ad interiora uirium animæ. Cibabis nos panem lachrymarum. Bis tamen manducauit ad ambulandum, per dies & per noctes. Nox tempus aduersitatis, dies tempus prosperitatis: ideo anima dupli-

Contristabitur quis in deserto mundi, seculi, parentum, amicorum, & similibus, si recogitat mortem. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, &c. Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Quomodo etiam non consolabitur, quia ei regnum celorum promittitur. Matt. 5. Beati pauperes. Apoc. 3. Qui vicerit faciam illum. Et iterum, qui vicerit, dabo illi. Additur panis aqua lachrymarum, quæ in modum potus deserti cibum consolationis ad interiora uirium animæ. Cibabis nos panem lachrymarum. Bis tamen manducauit ad ambulandum, per dies & per noctes. Nox tempus aduersitatis, dies tempus prosperitatis: ideo anima dupli-

Des. Nox tempus aduersitatis, dies tempus prosperitatis: ideo anima dupli-

Thi. 6. b. Iob 1.

Psal. 79.

plici consolatione roboratur, vt nec in prosperitate possit deficere, nec in E
aduersitate tristari; sic ambulat in fortitudine cibi illius quadraginta die-
bus & noctibus vsque ad montem Dei Oreb, id est vsque ad refectionem
æternam. Oreb interpretatur mensa: Parasit in conspectu meo mensam.
Leui. 7. Est quadragenarius impletionis negligentiarum: Circa impletionem præ-
ceptorum, figuratum est; In purificatione puerperæ quadraginta dierum,
propter feditatem originalis partus; similiter anima propter feditatem ori-
ginalis peccati quicquid boni operis pariat, indiget purgari: ex infectione
enim primi peccati vix aliquid facimus, quin vel negligenter faciamus, vel
non sic feruenter, vt debemus. Distinctio tamen est, quia si parit mascu-
lum purificatur vna quadragenaria: si feminam, duabus quadragenarijs. Ani-
ma tunc parit masculum, cum facit opus perfectum, hoc est perfectam vi-
tam; parit feminam cum producit opus, & vitam negligentem, & remis-
sam: ad primam sufficit purificatio per penitentiam in presenti, & hoc F
est mysterium vnus quadragenarij. Ad secundam exigitur non solum pu-
rificatio presentis temporis, immo etiam sequentis in purgatorio; quod re-
presentat quadragenarium geminatè. Quadragenarius etiam significat of-
ficium audiendi confessiones Num. 13. Reuersi sunt exploratores. Expo-
sitionem eius quære 68.a. Significat etiam modum orationis. Deuter. 9. Ia-
cui coram Domino. Significat etiam compassionem. Ezech. 4. Dormies
super latus, &c. Super latus dormire, hoc est pro peccatis more penitentiu
gemere, & orare. Num. 18. Portabis iniquitatem. Leui. 10. Cur non come-
ditis. Significat etiam hic numerus statum religionis, quod figuratum est
in consuetudine condiendi cadauera mortuorum aromatibus per quadra-
ginta dies; quod competit religionis contèplatiuis. Col. 3. Mortui estis, &c.
Aromata sunt, perfectionis exempla, quæ in modum aromatum, & cor-
pora ab omni corruptione, & putredine, & vermibus conseruant, & assi-
stentibus fragrant; Significat etiam hic numerus mortificationem & disci-
plinam. Math. 4. Cum ieiunasset quadraginta diebus, Exo. 24. De ieiunio
Moyse quadragenali in monte, & ieiunio Helix, 3. Reg. 19. & sic Beatus
Franciscus in monte Aluerniæ cum ieiunasset quadraginta diebus, fuit
stigmatibus consignatus. Significat etiam hic numerus iocunditatem con-
templationis. Act. 1. Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de re-
gno Dei.

Quadragenarius numerus purgat culpam; vnde post quadraginta dies,
coruus aperta fenestra per confessionem emittitur. Confert gratiam, vnde
post quadraginta dies Iesus venit ad templum conscientie cum colum-
ba penitentia, & turture gratia. Item parat victoriam, vnde post quadra-
ginta dies, Goliath Danie vincitur. 1. Reg. 17. Præparat ad gloriam, vnde
post quadraginta dies Iesus ascendit in celum.

Et nota illud. Cum agno erant, qui soli canticum dicere poterant, cen-
tum quadraginta quatuor millia, ibi, ternarius est numerus virginum: qua-
dragenarius continentium; quaternarius coniunctorum; Millenarius vni-
uersorum; quia competit integritati; fructus centesimus austeritati; huius
debilitati quadragenarius; Felicitati millenarius. Et super illo. Aadiui nu-
merum signatorum centum quadraginta quatuor millia. Centenarius
perfecta impletio præceptorum: quia denarius super se reflexus decies
decem facit centum. Quadragenarius perfecta detestatio peccatorum,
& perfecta satisfactio commissorum. Quia quadragenarius est numerus
penitentium, ut patet in filiis Israel transeuntibus per desertum. Et in tē-
pore

A pore quadragesimali. Quatuor perfecta exercitatio meritorum, per quatuor
virtutes Cardinales; millenarius, quia est omnium numerorum li-
mes vitium, perfecta consummatio inceptorum. Et sic centenarius obser-
uationis, quadragenarius remissionis. Quaternarius operationis, millena-
rius consummationis: Numerus quadragenarius incipientium, quaternarius Penitentia
perficentium, centenarius perfectorum, millenarius perseuerantiu. Quaternaria
Quia penitentia reformat, virtus exercitat, gratia triumphat, perseueran-
tia coronat.

Quaternarius est multipliciter insignitus: sunt namq; in Ecclesia qua-
tuor Euangelistæ; quatuor ordinum Patriarchæ; Quatuor discurrentes
quadrigæ; quatuor principales Leuitæ: Sūt itaq; quatuor principales Euā-
gelistæ: primus Matthæus, secundus Marcus, tertius Lucas, quartus Ioan-
nes. Quatuor ordinum Patr archæ, & patres, qui à summo Pontifice rati-
onem obtinuerunt, primus Benedictus, secundus Augustinus, tertius pa-
ter illorum qui portant pelliceas, quartus Franciscus. Quatuor principa-
les Leuitæ: primus Stefanus, secundus Laurentius, tertius Vincentius, quar-
tus Franciscus.

De nuptijs animæ cum Deo.

SI mulierem pulchram post bellum viderit, & adamauerit eam, &c. Vide de
Mulier ista pulchra est rationalis anima pulcherrimæ Trinitatis imagi hac, 14. 12.
ne insignita. Cant. 1. Signoras te ò pulcherrima mulierum, quia tota pul-
chra est amica mea; quam victis Dæmonib. in bello passionis cæpit Chris-
tus. Si ergo sponsa Christi vult esse, debet primò domum ecclesiæ per si-
dem introducere, radere crines superfluarum cogitationum de capite mē-
tis, ne increpant vermes, scilicet remorsiones conscientie. Ezech. 5. Sume
tib; gladium, cir umcide vngues, id est operum sordes. Illud enim virgini-
bus circumciditur, vbi sordes colliguntur, vel vngues cup ditatis, iniusto-
rum donorum, & lucrorum; sicut etiam vngues non solum semel, sed sæ-
pius circuncidimus, si sæpius fiat: vestem deponit, dum verustam conuersa-
tionem relinquit, veterem hominem exuit, & nouum, qui secundum
Deum creatus est, induit. Ephes. 4. Deponite veterem hominem. Item pa-
trem & matrem, id est Diabolum, & concupiscētiā, quibus deceptus est.
Ezech. 16. Pater tuus, &c. Hest. 2. Iussit conuiuium præparari, &c. Quære
20.a.

De Oratione.

DH Elias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt non
plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex; & rur-
sum orauit, & celum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Ecce
quanta est efficacia orationis viri iusti. Vide de
Oratio debet procedere de corde ignito, vt patuit in Martino, in cuius
signum globus igneus apparuit super caput eius. Hier. 10. Dat multitudi-
nem aquarum in celo, & eleuauit nebulas ab extremis terræ, fulgura, & Iaco. 5.
pluuiam fecit, & producit ventum de thesauris suis. Multitudo aquarum
in celo, affluentia lachrymarum in cælesti viro. Nebula eleuata ab extre-
mis terræ, anima eleuata in Deum, penitus oblita omnis terrenitatis. Se-
quitur. Fulgur, &c. Fulgur penetrat, pluuiā distillat: quia sic orantes deuo-
tè penetrant secreta diuinæ sapientiæ, & effundunt alijs pluuias doctrinæ:
vnde

unde Dionysius ad Titum, secundum vnam translationem: Cum teipsū, & omnia per mentis excessum nullum inferiori retinaculo præpeditas transcendens; ab omni concupiscentia, & cura absolutus, & purgatus: & tunc tandem sic cuncta auferens ab omnibus expeditus sursum ageris ad super substantialem radium diuinæ incomprehensibilitatis.

In coruo, & columba designatur duplex modus orandi: Coruus qui habet colorem nigrum, vocem raucam, & ingratam, & diligit cadauera, designat illos, qui missas dicunt, processiones faciunt, orant pro se, vel pro alijs ad Deum: sed quia conuersationem habent nigram, per malam ædificationem; vocem raucam, per inuentionem; cadauera diligunt, carnales scilicet delectationes; Idcirco coruus ipsi Noë nihil reportat; nam placationem iræ Dei insinuat: quia talis oratio apud Deum nihil penitus impetrat. De tali ait Greg. Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deterius prouocatur. Ideo frequenter processiones facimus, & oramus, sed non exaudimur, cuius ratio redditur Esa. 1. Kalendas & solennitates uestras odiuit anima mea, iniqui sunt cætus uestri; incensum, abominatio est mihi: cum extenderitis manus uestras, auertâ oculos meos à vobis; & cum multiplicaueritis orationes uestras, non exaudiam: manus enim uestræ sanguine plene sunt. Sequitur: Lauamini, mundi estote, auferete malum cogitationum uestrarum ab oculis meis, &c.

Alia est oratio, quæ per columbam designatur: quia columba est coloris albi: gemitum pro cantu habet, felle caret: sic deuotus orans, debet habere candorem honestæ conuersationis, gemitum contritionis, & compunctionis: quia cor contritum, & humiliatum, domine Deus non despicias: carere felle, scilicet omnis malæ voluntatis. Et debet à Noë, id est à deuotè orante ter emitti, corde, ore, operis boni impletionem. Non enim cessat orare, qui non cessat bene agere. Ita columba portat oranti ramum oliuæ uerentibus folijs, quæ est honestas exemplorum. Et in his tribus diuina ostenditur reconciliatio. Quæ tria fiunt per donum diuinæ gratiæ, quæ designatur in ramo oliuæ. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. Incensum in igne ardens prius per calorem dissoluitur, dissolutum eleuatur, eleuatum dilatatur, dilatatum acuitur, aciendo euanescit: quia cor deuotè orans spiritus sancti igne incensum dissoluitur in lachrymas compunctionis, ex intuitu culpæ propriæ, dissolutum eleuatur ex fiducia uenit; eleuatum dilatatur in consideratione alienæ miseriæ; acuitur gratias agendo diuinæ gratiæ; euanescit per extasim, & excessum ex intuitu gloriæ. Iudith 8. Ora pro nobis, quoniam mulier sancta es. Ibi nota totam historiam, quomodo cilicium ad carnem portabat, quomodo cum puellis in superioribus domus suæ clausa manebat; quomodo castitas sibi placebat, & de alijs uirtutibus suis, & quomodo qualibet nocte ad orandum exibat, & tali sua oratione Holofernis, id est diaboli caput amputauit, & suum populum orando liberauit. Quære. 2. a. 2. 5. a. 3. 5. a. b. 3. 6. b. 4. 9. a. 6. 2. b. 9. 5. a. 1. 0. 6. b.

Apoc. 7. De orantibus dicitur: Hi qui amici sunt stolis albis, qui sunt, & unde uenerunt? Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, &c. Anima enim, quæ perseverat in oratione, se ipsam lachrymis purgat, dum de Christi recogitat passione, & quia per amorem transformatur in se Christi passionem, ut iam ex passionis consideratione gladius, qui transferebat aut corpus Christi, transferebat animam eius: ideo dicitur uenisse ex magna tribulatione. Quære de oratione in tabula de deuotione, de anima deuota,

de

A de diuino officio faciendō. Præuenerunt principes, coniuncti psallentibus, in medio iuencularum tympanistrarum. Principes isti, qui secundum Gregorium hominibus præsumunt, sunt Angeli: ipsi enim nos regunt, protegunt, dirigunt. Dan. 10. Princeps regni Persarum restitit mihi. Ipsi præueniunt, assistunt, collaudant cum psallentibus & orantibus. Et sunt in medio iuencularum tympanistrarum, id est, animarum deuotarum, quæ innocentes, humiles, tympanacordis, & oris tangunt coram Deo, conformiter cum Angelis.

Orans debet esse unius charitate cum Deo, & proximo, Act. 1. Hi omnes erant perseverantes in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus suis. Et sic orans impetrat spiritum sanctum: quia orantibus Apostolis Deum uenisse nunciat. Cant. 7. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, &c. Quære 3. 3. a. Psal. 68. Laboraui clamans, rauca facta sunt fauces meæ. Ita rauco significat orationis instantiam; & ille clamor, cordis constantiam. De hoc Psal. 6. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Oratio enim deuota habet secum annexum laborem gemitus, & abundantiam luctus. Hæc enim ut plurimum comitantur deuotum orantem, ut intus gemat, & foris fleat: saxum enim pectus, lapideum cor, & ferreum habet animum, qui pro seipso non tam in corpore mortuo, quam in mente iam mortua gemitus non producit, & suspiria non emittit, ac lachrymas non effundit. Genes. 41. Clamat populus ad Pharaonem alimenta petens. Oratio enim est quasi quotidiana sustentatio. Unde clamare debemus quotidie orando, sicut mendici quotidie clamant ad ostia diuitum, sic nos ad ostia sanctorum. Hic ergo clamandum propter timorem naufragij, quia sumus in medio mari. Matth. 14. Cum Petrus cœpisset mergi clamauit: Domine saluum me fac. Propter ignem peccati. Ios. 1. c. Ad te Domine clamabo, quia ignis deuorauit speciosa deserti. Propter uiolentiam morbi. Esa. 38. Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor, ut columba. Verba sunt peccatoris infirmi: pullus etiam hirundinis quando sustinet incommoditatem, clamat ad matrem. Columba etiam pro cantu edit gemitum, & significat deuotum orationis affectum, & propter desiderium salutis proximi, & propter desiderium celestis regni efficax est clamor orationis, per quem obtemperamus, in periculis auxilium, & in dubijs consilium; in morbis remedium, in sanctis patrocinium. Ios. 3. Timuerunt etiam Ninuitæ, & clamabant ad Dominum, & liberati sunt. De secundo clamabo ad Deum altissimum, qui benefecit mihi. De primo Psal. 56. fundis clamaui ad te Domine. Ad Dominum cum tribularer clamaui. Clamori in toto corde meo. Talis clamor orationis, si fuerit seruens desiderio, frequens exercitio, fidens de auxilio, à Domino exauditur. 4. Regum. 20. Psal. 119. Et exaudiui orationem tuam & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me. Hier. 33. Clama ad me, & ego exaudiam te. Thobæ 1. Cum omnes irent ad uittulos aureos, quos Ieroboam Rex fecit, hic solus fugiebat consortia omnium, & pergebat in Ierusalem ad templum Domini, quia nil est quod ita ualeat ad effugiendum Diaboli tentationem, sicut recurrere ad Deum per orationem; in qua quedam securitas obtinendi infigitur; maximè cum procedit, uel ex innocentia, uel ex condigna penitentia; hoc est quando stenda non commisit, uel commissa digne fleuit, & quia nunquam est contra Diabolum uera securitas, nunquam deest orandi necessitas. Genes. 49. Neptalim. ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis.

Ceruus

Ceruus emissus, vt expedite feratur affectus in Deum: Dans eloquia pulchritudinis, vt per orationis efficaciam impetret gratuitum Dei beneficium, prout solet dici vulgariter, quod pulchrae preces trahunt argentum de bursa: De hac oratione expedita Esa. 35. Tunc saliet sicut ceruus clausus, & aperta erit lingua mutorum. Saliet enim ultra spinas temporalis lasciuiae, lutum auaritiae, foueam luxuriae, inhabitans illam caelestem patriam, in cuius montanis per oppositum inuenitur amenitas, charitas, & puritas. Luc. 6. Ascendentes in locum eminentem ad orationem, receperunt spiritum sanctum in linguis igneis: Declarans orantium, Deo acceptibilem deuotionem. Esa. 56. Adducam eos in montem sanctum, & latificabo eos in domo orationis meae: holocausta eorum, & victimae placebant mihi. Ignis enim descendens de caelo consumens holocausta carnalia signum erat diuinae acceptationis in lege. Ignis autem sancti Spiritus quicquid amoris carnalis est in deuote orantibus, purgat, & ignorantiam illuminat, & occulta reuelat, & sursum eleuat. 4. Reg. 3. Non videbis ventum, neque pluuiam, & alueus replebitur aquis: ventum, conflictum disputationum, & pluuiam doctrinae. hoc saepe videtur in viris spiritualibus qui nec scolas intrant, & replentur scientia spiritus sancti, cuius vnctio docet eos de omnibus. Quia plura & altiora penetrant, & vident orando, quam legendo, vel studendo. Greg. Mox vt mentem tetigerit, docet. Quia vt dicit Bern. Vnctio plus quam lectio, docet Theologiam. 3. Reg. 8. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, quia peccatum est tibi, & agentes poenitentiae, & confitentes nomini tuo venerint, & adorauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in caelo, & dimitte populo Israel peccatum eorum, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. Sancti enim qui fuerunt potentes in terra, potentiores sunt in caelis, vt eorum precibus, liberemur a peccatis, & reducamur ad caelestem patriam, liberati ab hostium insidijs. Et bene dicit in domo hac, scilicet in ecclesia, quia in locis pacificis & Deo sacratis est deprecatio facienda, vbi sunt reliquiae sanctorum, vbi etiam aliquid inflat nobis ex virtute consecrationis locorum, vbi etiam habitat frequentia Angelorum, quae omnia impediunt studium demonum. **Cum** Deus sit spiritus, maxime requirit locum spiritualem, hoc est cordis spiritualem deuotionem, & quia solitudo loci materialis & consecrationis, & alia quae diuina sunt cooperantur ad exauditionem orationis. Iudic. 9. Humilium, & mansuetorum tibi semper placuit deprecatio. Eccles. 38. Ipsi dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum, & sanitatem propter confirmationem eorum: clementes enim sunt sancti, & quanto magis cognoscunt miseras nostras, & experti sunt eas, tanto magis orant pro nobis, quia illa beata patria charitatem eorum non mutauit, sed magis augmentauit: unde licet sint impassibiles, potius mouent sibi viscera misericordiae, quia sicut ante fontem miser cordiae: immo quia Deus charitas est, & quanto sancti sunt Deo coniunctiores, tanto sunt clementia pleniores: vnde qui Deo misericordiae coniuncti, & conformes sunt, necessarii misericordes, non autem miseri sunt: affectus enim est mutatus, sed non diminutus; Charitas enim nunquam excidit. Et bene dicit, vt dirigat requiem eorum, &c. Oratio ecclesiae, & sanctorum multum est efficax ad liberandum hominem a peccato: in eius signum Petrus liberatus est de carcere, quia oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Ad hanc autem liberationem tria concurrunt, desiderium populi, & hoc est: oratio autem fiebat: Beneficium Angeli, vnde Angelus domini ait dicit: **Exerci-**

Religio.

Scientia
Doctrina.Ecclesia
Templi.

Cor.

Sancti.

F

G

H

A Exercitium, pertransientes ad primam & secundam custodiam, &c. Populus orauit, Angelus attitit, Petrus processit. Sic enim fit spiritualis liberatio per suffragia ecclesiae, beneficium diuinae gratiae, & liberum arbitrii quantum ad meritum personae. Dicit ergo oratio fiebat: oratio enim tunc exauditur, quando fit sicut debet fieri. Et hoc ostenditur per hoc sine intermissione orate. Luc. 18. Oportet semper orare, & non deficere. Et sic patet quomodo oratio debet fieri, quia sine intermissione. A quo debet fieri, quia ab ecclesia. i. ab his, qui sunt de ecclesia non separati a perceptio sacramentorum, vel vnione morum, neque per infidelitatem, neque per scismatis diuisionem, nec per excommunicationem. Iud. 6. Conuocatus omnis populus per noctem intra ecclesiam orauerunt, petentes auxilium a Deo Israel. Omnis populus. Ecce vnanimitas morum: intra ecclesiam, vnitas sacramentorum. 1. Pet. 3. Non impediatur orationes nostrae. In fide autem omnes vnanimis. Ad quem debet fieri, ad Deum non ad homines, sicut faciunt adulatores: nec ad demones, sicut faciunt magi, & aruspices: neque ad Angelos, vt idololatras. Apoc. 22. Dixit Angelus Ioanni. Cui sequus tuus, & fratrum tuorum, Deum adora. Vnde omnes orationes, quae fiunt in ecclesia, semper fiunt ad Deum, & terminantur per dominum. Pro quo debet fieri? Pro eo, scilicet pro Petro, vt in primo carcere, in necessitatibus eorum visitemur per dominum consolationum. In secundo, vt liberemur a tentationibus nostris per gratiam suam. A tertio seruet nos, ne subijciamur cruciatibus aeternis per suam omnipotentiam. De primo 4. Reg. 20. Audiui orationem tuam, & lachrymas tuas, & ecce seruauit tibi dominus: zech. Vidit, cum tribularentur, & audiuit orationem eorum. De secundo, 2. Paral. 33. Postquam coangustus est Manasses, orauit dominum Deum suum, & egit poenitentiam valde, & exaudivit dominus orationem eius, & reduxit eum in Ierusalem in regnum suum. De tertio, Oravit Moyses ad dominum, & absorptus est ignis. Pro hoc igne amouendo orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. 1. Regum 14. Applicuit Ionathas summitatem virgae, in qua erat mel ad os eius, & illuminati sunt oculi eius. Ionathas interpretatur columba, & designat purum affectum orantis, virga recta, oratio deuota. Ista extenditur vsque ad cellarium Paradisi, vbi inungitur dulcedine supernae consolationis. Et dum haec dulcedo ad palatum mentis reflectitur per spirituale degustationem, Ionathas fatigatus ex labore poenitentiae recreatur, & oculi eius illuminantur ad caelestia intuentia.

Deuota oratio designatur per virgam Moysis, quae deuorat dracones, id est omnes malas tentationes, & per illam filij Israel liberantur: vnde nobis dicitur in persona Moysis, virgam sume manu tua, in qua facturus es signa & prodigia, vnde designatur per virgam Numerorum 20. Percussit Moyses virga bis silecem, & egressa sunt aquae largi simae. Petra Christus, Moyses orans: Virga, oratio deuota. Bis percutitur petra, quando oratio procedit de corde, & ore. Inundantia aquarum est abundantia diuinorum beneficiorum, quae virtute orationis a Christo impetrantur.

Oratio consistit potius in seruire cordis, quam in sono vocis Ideo. 1. Corinth. 14. Siorem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.

Oratio vt sit exaudibilis, debet procedere ex affectu humiliter, & veterum do. Ex affectu mundo, ex affectu lato, ex affectu sublimato: vnde de corde, in quo sunt isti quattuor affectus dicitur: **Domus mea domus orationis** vocabi-

A. 12.

Ecclesia.
Suffragia.

Psal. 109.

Num. 11.

Exod. 4.

Num. 22.

vocabitur. Inde est quod quattuor spiritus orationis distinguit Apostolus. **E**
 1. ad Thim. 2. Dicens, obsecro, ait, primum fieri obsecrationes, & orationes, postulationes, gratiarum actiones. Obsecratio est, qua loquitur pauper ex affectu humili, & verecundo, quando aliquis considerans in se multitudinem peccatorum, paucitatem meritorum, compungitur, & ad alios, ut pro ipso rogent, conuertitur: quam speciem transformabit in se populus. Rom. 15. Obsecro vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, ut adiuuetis me orationibus vestris ad Deum. Et in Prouerb. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper, huius orationis efficacia apparuit in publicano, quia ascendit in templum, ut oraret, & non audebat oculos leuare ad cælum; & idè cælum per affectum exauditionis inclinatum est ad ipsum, quia oratio humiliantis se, nubes penetrat: Non Pharisæus, in cuius oratione duo ferebantur, tumor & tepor. Nam publicano improperebat, & nihil orabat. Secunda species appropriato sibi nomine sui generis vocatur. **F**
 Ita aut fit ex affectu mundo, quando post peccatorum compunctionem est intima cordis puritate Deo permittimus morum correctionem: Et hæc oratio votum appellatur à Cassiano in libro de primis collationibus. 1. Reg. 1. Cum esset Anna amaro animo orauit dominum flens largiter, & votum vouit. Talis oratio procedens ex affectu mundo figuratur per iliam columbam, quæ attulit Noë ramum oliuæ virentibus folijs. De hac munda affectione 1. Thim. 2. Volo vos orare in omni loco leuantes puras manus sine ira & disceptatione, hoc est, ut tempore orationis nulla occurrat iræ passio, nulla fantasmatum, quæ multipliciter cor humanum patitur, occurrat disceptatio. Quia quicquid ante tempus orationis per sensus corporis hausimus, totum tempore orationis occurrat. Inde est quod ad memoriam alicuius scurrilitatis, quam pudet dicere, interdum ridemus, & aliquando ad memoriam alicuius tristabilis, & in oratione dolemus. **G**
 Quales ergo volumus esse in oratione inuenti, tales ante orationem debemus præparari: Cum autem oraueris intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum, hoc est ut præpararetur secretum cordis & claudantur sensus corporis. Tertia species est postulatio, quæ egreditur ex affectu dilatato: post contritionem enim, & correctionis promissionem sinus mentis dilatatur, ut pro alijs oremus per postulationem. Coloss. 1. Non cessamus, pro vobis orantes & postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis Dei. Væ igitur illis, qui cum debent orare postulantes pro animabus apud Deum, sunt adulatorum in curijs potentum. Sicut quidam mali religiosi malentes esse de discumbentibus cum Herode, quàm in deserto cum Io. vel cum ipso in vinculis suarum constitutionum, & carcere suæ regulæ: qui, licet in conuiujs potentum non videant caput Ioannis in disco, vident tamen, quæ effuso sanguine acquiruntur, vaccam viduæ, porcum pauperis: in carcere potentis pauper moritur, & de substantia pauperis religiosus potenti blanditur. Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes vestras non exaudiam: manus enim vestræ sanguine pleuæ sunt, sequitur: Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam: hæc sunt enim officia, quæ competunt religiosi, qui sunt in curijs potentum. Quarta species est Gratiarum actio, quæ egreditur ex affectu sublimato & perfecto, quando mens orans sensibus humanis, & similitudinibus imaginarijs contemplans gaudia futura, beneficia collata, & de sua iam exauditione securam, in sono vocis, non lingue motu, non syllabarum discretionem, sed conglobatis sensibus spiritualibus, seruetissimis affectibus in diuinas laudes tota exsoluitur Esa. 51. Gaudium,

diuum, & iustitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Hæc est illa oratio perfectissima, de qua Apoc. 8. Ascendit fumus aromatum, & incensorum de orationibus, de manu Angeli coram Deo, in quo designatur gratiarum actio, per quam extenduntur in Deum tam Angeli, quam homines beati. De istis quattuor speciebus orationis Ad Phil. 4. In omni obsecratione, & oratione cum gratiarum actione, petitiones vestræ innotescant apud Deum.

Oratio habet duos comites. Ieiunium, & eleemosynam, vnde Thobiz 12. Ait Angelus, bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, magis quam thesauros auri condere. Iud. 4. Clamauit omnis populus ad dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiunijs: Ieiunium enim **Ieiunium.**
 dum carnem mortificat, fomitem extenuat, & per consequens mentem eleuat. Eleemosyna autem gratiam impetrat, & culpam relaxat, diuinam **Eleemosyna.**
 iram placat. Iud. 13. Cum ascenderet flamma altaris in cælum Angelus domini pariter in flamma ascendit. Altare cor humanum; Flamma affectio e charitate inflammata: Angelus domini, anima deuote orans Psal. 103. Qui facit Angelos suos spiritus: sensus itaque verbi est, quod anima spiritualis in cælo est deuotione, vbi fertur inflammata affectione, & iste est ascensus purpureus, media charitate constricta, seculum vnam expositionem. Cant. 3: Ferculum fecit sibi Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum media charitate constrictum: propter filias Ierusalem portare volens dominus, qui nouit alios portare, à quibus ipse portabatur: ferculum habet, & lectulum in corde parato. Sed ferculum in corde tribulationibus exposito, vbi fertur, quando in istis tribulationibus exponuntur; quod fit ex lignis Libani; fragili quidem materia, sed candidatione gratiæ aut cædore iustitiæ dealbata. Libanus enim candidatio interpretatur, ut vbi abundauit delictum, superabundet gratia. **C**
 Columnæ huius feruli sunt argenteæ dum propter argenteam & candidam Dei eloquia sustinentur tribulationes duræ. Sed quia patiens proxime presens positus, in fide habet suam Iesum repositum, ut ibi caput reclinet, vbi est cor suum, ideo fides, quæ per ignem probatur est reclinatorium aureum: **Fides.**
 est autem ascensus purpureus, quando per spem ad cælestis regni purpureum vestimentum, & regiam dignitatem ascendimus. Est autem hic ascensus media charitate constrictus, alioquin Deus qui manet in charitate immo est ipsa charitas, in hoc ferculo non ferretur: quia charitas media dicitur eò quod ipsa mediante, extrema, in infinita distantia, vniuntur. Gen. 2. Fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terræ: quod fit quando ex fonte intimæ affectionis anima considerans terram suæ originalis fragilitatis, ascendit per deuotam orationem in Deum, & per lachrymas descendit ad irrigandum cor suum Psal. 77. Tætauerunt Deum in cordibus suis, ut peterent eiccas animabus suis: perunt, & Deum tentant, qui temporalia & spiritualia in oratione postulant, ipse pater æternus magnificentiam, magnificentiam irrogatam iniuriam reputat ab eo, qui format orandi transgrediens, in qua nihil temporale petitur, quam ipse distat, aliquid transitorium, vel caducum in oratione postulat, & magis offensam, quam propiciationem impetrat. Ille enim qui dat spiritualia, quæ maximi valoris sunt, non dubium quod dabit temporalia quæ illorum comparatione minima sunt. Primam quærite regnū Dei, & hæc oia adijcientur vobis propter hoc. Eccl. 15. Ante orationem para animam tuam, & noli esse, quasi homo, qui tætat Deum. Præparata dicit: quia quicquid anima ante orationis horam

Luc. 18.

Eccl. 35.

Matth. 6.

Religiosi.
Rapina.
Principes.

Religiosi.

Ieiunium.

Eleemosyna.

Fides.

1. Io. 4.
Gen. 2.

Matth. 6.

Matth. 6.

conceperit, necesse est, vt orantibus nobis per ingestionem recordationis occurrat: vnde quales orantes esse volumus, necesse est, vt tales ante orationem nos præparemus. Ex præcedente enim statu mens in supplicatione formatur, sicut dicit Cassianus. Et idèd primum sollicitudo rerum carnalium generaliter abscindenda est: deinde nullius negocij vel causæ non solum cura, sed nec memoria admittenda est, vt eo seruiore, & ea puritate, qua debet, emitti possit oratio deuotione alta. 2. Reg. 15. Dixit Dauid ad Sodoch, ego abscondar, &c. Quære 37. b. Apoc. 15. Sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Eufratem, & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis, vel regi, secundum aliam litteram. Iste sextus Angelus, est vir contemplatiuus, Angelus sextus, hoc est perfectus, & consummatus vitæ merito; effudit phialam suam, hoc est orationem suam super flumen Eufratem, hoc est super peccatores per compassionem; in flumen Babylonis, idest confusionis, peccatores significans, qui in magna multitudine defluunt in infernum per abundantiam temporalis delectationis, & siccat aquas Eufratis, quia arefcunt rituli concupiscentiæ per efficaciam orationis deuotæ, & sic præparatur via regi Christo veniendi ad nos, & regibus fidelibus veniendi ad Christum ab ortu solis, hoc est per illos, qui sunt illuminati luce contemplationis. Per Angelos, qui habebant phialas aureas plenas odoramentorum, vt ibidem dicitur, significantur orationes sanctorum. Remedium in omni tribulatione & necessitate est oratio deuota. Est enim nuncius sic gratus regi Christo, quoniam homo libere intrat cameram summi regis, & ei auris misericordiæ aperitur: vnde quodcumque necessitas incumbit, homo sanctus per orationem ad Deum recurrit in omni pressura; & tunc maximè quoniam deficit subsidium humanum, sicut fecerunt Apostoli, quoniam incipiebant mergi dicentes: Domine salua nos, perimus. Sic Iudith contra Holofernem, sic Sara contra Diabolum, & infamiam; sic Susanna contra falsos testes, sic Moyses, habens virgam in manu contra Amalech; sic Ezechias contra Sennacherib orando pugnaverunt & vicerunt, & per orationem statim descendit Christus in auxilium, & solatium nostrum, vt paruit in camino trium puerorum. Et Danieli in lacu leonum, & sic de multis alijs 2. Paral. 20. In nobis non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos, sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos dirigamus ad te. Orabat Iudith Dominum Deum Israel vt dirigeret viam eius ad liberationem populi. Sicut Nabuchodono for leuanti oculos ad cælum per deuotionem restitutus est sensus, figura, & honor regni. Cæcus quidam clamabat ad dominum, vt eum illuminaret. Clamor vocis, est desiderium cordis: quia ergo cæci, id est peccatoris visus, caligat, clamat ad Deum per cordis orationem: quia gressus deuiat, clamat per oris confessionem: quia manus palpat, clamat per manus elevationem. Sicut pauperes quibusdam signis clamant ad ostia diuitum, & hoc per satisfactionem. De 1. Baruc. 3. Et nunc domine Deus Israel anima in angustijs, & spiritus anxius clamat ad te, audi domine, miserere. Sic clamabat cæcus, sed turba increpabat eum, quia orationem impedit aliquam turbam Dæmonum, vt patuit in primis heremitis: incurtus fantasmatum, consuetudo vitiorum, strepitus curarum secularium, cogitationes, imaginationes, affectiones, diabolicæ suggestiones, mundana persecutiones, turba plurima, unde dixit Antonius Abbas suis discipulis: Non est hic locus nisi amatoribus huius sæculi: opprobria hominum, prosperitas blandiens;

Matth. 8.
Iud. 6.
Thob. 8.
Dan. 13. 1.
Exod. 17.
2. Par. 32.
Dan. 3.
Dan. 15.
2. Par. 20.
Iud. 12.
Dan. 4.
Luc. 18.

A diens; adulario mulcens, & molliens, asperitas pœnitentiæ pusillanimes terrenis. Et in hac terra puluis non sinit videre, strepitus audire, angustia, & compressio currere, & hoc est, spiritus anxius clamat ad te. Vnde cæcus multo magis clamabat: quia gressus deuiat. Hierem. 2. Clam ad Deum per confessionem. Qui enim se videt in luto luxuriæ, in igne auaritiæ, in mari turbato statu superbiæ, non est mirum si clamat petens auxilium. Sicut filij Israel laborantes in luto, clamabant ad Deum. Exo. 3. Clamor filiorum Israel venit ad me: sic Ioelis 1. Ad te domine clamabo, quia ignis deuorauit speciosos deserti: sic nautæ Ionæ 1. Facta est tempestas magna in mari, & nauis per clabatur conteri, & timuerunt nautæ, & clamauerunt ad dominum. Quia manus palpat, ideo clamat manu per satisfactionem. Scimus enim quod Deus clamorem exactoris non audit, idest vsurarij, sed eius qui, pro peccatis satisfecit. Hierem. 49. Clamate Rabac. Accingite vos cilicijs, plangite, & circuite per sepes: quoniam Melcon in transmigratione ducetur. Rabac grande peccatum interpretatur. Hæ sunt ergo animæ peccatrices, quæ accinguntur cilicijs pœnitentiam faciendo, plangunt conterendo, circumeunt, restituendo; confitentes, quod Melcon qui interpretatur princeps iniquitatis. Vsurarius, qui per iniquitates multiplicauit substantiam, ducetur in transmigratione in carcerem infernalem: sicut illi qui cum furto deprehenduntur, statim suspenduntur. Thob. 6. Cordis eius particulam si super carbonibus ponis, fumus eius exterminat omne genus Dæmoniorum. Quia fumus orationis de corde igne diuini amoris inflammato procedens, fugat à nobis omnem potestatem Dæmonum. Vnde in 1. Regum 16. dicitur quod Dauid tangens citharam fugat spiritum malum à Saule. Saul interpretatur abutens, designans voluntatem peccatoris, qui abutitur patientia & donis Dei. Dauid manu fortis, & vultu desiderabilis interpretatur, & significat deuotum oratorem cuius est in actiua vita exercitatio, & honesta conuersatio. Cithara conscientia humilitate concaua: chorde citharæ, de pelle animalis mortui, sunt sensus corporis per pœnitentiam mortificati. Sonus cytharæ, vox orationis deuotæ, quo fugatur à Saul spiritus malus cuiuscumque tentationis.

Nos per orationem debemus clamare ad dominum, sicut infirmi ad medicum, naufragi ad portum, clausi ad ostium. Sumus enim infirmi ex corruptione naturæ, naufragi ex priuatione gratiæ, clausi & exclusi à mansionem gloriæ. 1. Regum 7. Dixerunt ad Samuelem, non cesses orare pro nobis ad dominum Deum tuum, ut saluet nos de manibus Philistinorum. Orauit Ionas ad dominum de utero piscis, & dixit, clamaui ad dominum in tribulatione mea, & exaudiuit me. Vterus inferi, peccator in profunditate peccati, De profundis clamaui ad te domine, qui virtute orationis sanctorum de isto profundo liberatur. Numer. 24. Dixit homo cuius obscuratus est oculus qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius, &c. Quære 39. b. Secundum Iurisperitos postulare vel petere est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni præest exponere: ex quo colliguntur quatuor ad actum petitionis necessaria, sicut decernunt iura; quid petendum, quomodo, à quo, propter quid. Quod noster aduocatus Christus omnis iuris peritus docuit nos: Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis, vt sic formata sufficienter petitione nostra, impetret pro nobis. Quid petendum in oratione, nota, Si quid petieritis. Quæ patrem: Quomodo, in nomine meo: Quo sine, vt det nobis: Dat nobis: Ne

Exod. 6. dominator, vel dominus. Ego Dominus qui apparui Abraam, Isaac, & Iacob, & nomen meum Adonay non indicaui eis, hoc est nomen potentissimum. In nomine meo Dæmonia eijcient, &c. Eijciuntur Dæmonia, id est peccata à corde, per contritionem: linguis loquuntur nouis, per confessionem: serpentes tolluntur, cum resistendo euadimus venenatam Dæmonum suggestionem: & si quid mortiferum bibimus, non nocet, quando latente intrinsecus aliqua carnis concupiscentia nos eam incipimus sentire, sed nolimus consentire. Exemplo saluatoris, qui cum gustasset noluit bibere. Nulla enim damnatio est in sensu peccati sine consensu liberi arbitrij.

Potentia huius nominis innuit quod debemus petere fiducialiter. r. Ioã. 3. Si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus, vt quidquid petierimus ab eo, accipiemus, quamdiu enim est peccatum in conscientia iudex ille incorruptus, qui præsidet intrinsecus menti arguit peccatum in homine interiori: & ideo conscientia quantumcunque petat, & in oratione persistat semper tremit, & diffidit. Exemplo Cain, qui proiectus à facie domini caput habuit tremulum, vt exponunt sancti, & semper timebat occidi. Sed cum non est peccatum in conscientia, cum in oratione petimus rectè, sentitur quedam intrinsecus concepta lætitia, quæ est exauditionis indicium, & repellitur omnis diffidentia: vnde in libro de colationibus patrum, pro peccato exaudiendum se supplicans quisque dubitet, cum se non dubitauerit exaudiri. Nomen domini continet in se humilitatem patietis, hoc est id ipsum maximum quod dicitur Emauel, quod interpretatur nobiscum Deus. Humiliauit enim semetipsum, &c. Humilitas huius nominis meruit quod debemus petere humiliter, non præsumendo de meritis, sicut Phariseus. Oratio enim humiliantis se nubes penetrat. Sic petebat illa Sunamis pro filio suscitando: venit in montem, & apprehendit pedes Elisæi dicens. Nunquid petiui filium meum à domino meo: quia anima, quæ humiliter petit, considerat, & ascendit in montem diuinæ iustitiæ, & descendit ad vallem suæ miseriæ reputans se vilissimam in conspectu Dei, & hominum, & sic intensis suspirijs petit, vt spiritum suum, quem Deus creauit per naturam resuscitet per gratiam, qui mortuus est per culpam. Nomen domini continet in se suauitatem gratiæ. & hoc est nomen, quod dicitur Messias, vel Christus, quod idem est, de quo Esa. 45. Hoc dicit dominus Christo meo. Cyro. Can. 1. Oleum effusum nomen tuum. Suauitas gratiæ huius nominis satis innuit, quod debemus petere pacificè & vnanimiter. Si duo ex vobis consenserint, de qualunque re petierint, &c. Vbi enim duo, vel tres sunt congregati, &c. Si consensus duorum vel trium, preces impetrabiles faciunt, quanto magis consensus totius Ecclesiæ in Christo. Immo quomodo vnanimitas, & vnitates non impetrat quæ ipsum cor domini penetrat: vulnerasti, ait, cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Oculi enim ecclesiæ, qui toto corpori prouidere debent sunt clerici: Crines verò sunt religiosi, subtiles per contemplationem, & tennes per temporalium abdicationem. Vnde religio Nazarenorum, & fortitudo Samsonis in capillis est. Omnes autem crines sponsæ vnus crinis sunt, cum discriminati in virtute in vno nodo ad collum collecti sunt: quia discretè in suis officiis constituti omnes religiosi sub vno iugo obedientiæ constricti sunt.

Quando ergo vnitates est in ecclesia inter religiosos, & clericos seculares, tunc cor domini ex hac vnitates vehementer delectatur, & tunc duo consen-

A consentiunt, & imperant, quod petunt. Tunc enim congregati in nomine domini sunt per charitatem, non inuicem mordent, vt ab inuicem consumantur, non congregantur, vt consentiant in fraudulentiam in proprijs iniurijs viciscendis, & vindictis exponendis. Sicut illa Saltatrix, quæ petiuit dicens, volo, vt protinus des mihi in disco caput Ioannis.

Nomen etiam domini habet in se vtilitatem gloriæ, hoc est nomen illud quod dicitur Iesus: vocabis nomen eius Iesum; vtilitas autem huius nominis innuit, quod petere debeamus perseveranter: Quia nomen hoc salus interpretatur, vnde ad perseverantiam petitionis, & orationis instigat: Omnis qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Pulsatio hæc perseverantiam vocat. Luc. 6. Amen dico vobis si perseverabit pulsans, dabit ei quotquot habet necessarios. Petite, & dabitur vobis. Bene enim in petendo perseverare debent, qui semper accipiendi necessitatem habent. Oportet semper orare, & non deficere. Offendit iumentum cui insides, vacillat navis qua vehetis, clamas auxilium: & tu iugiter in periculo constitutus, habes dimicare continuè contra hostes inuisibiles, animæ tuæ sanguinem sitientes, & obmutescis, & dissimulas; nescis quia nullum est periculosius periculum, quam dissimulatio ipsa periculi. Nunquam ergo deest orandi, & petendi dominum in oratione necesse sitas, cui nulla est vera securitas.

Quartò ostenditur ad quid petendum, quis scilicet debet esse finis orationis, scilicet vt detur nobis, quod verum est si expedit, & nihil ex parte nostra impedit. Nam Iudæi signa quærun, & Græci sapientiam. 2. Tamen signum non dabitur eis, nisi signum Ionæ prophetæ. Dat autem pater quod petimus in nomine filij, vt honorificetur sua maiestas, vt declaretur sua benignitas, vt suppleatur nostra necessitas, & sustentetur infirmitas, vt exemplificetur, & à nobis imitetur sua largitas: De primo Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. De secundo. Si vos cum sitis mali, nostis bona dona dare filiis vestris, quanto magis pater vester dat spiritu bonum petentibus se. De tertio. Orantes nolite multum loqui, scit enim pater vester quod opus sit vobis antequam petatis eum: Othoniel monuit Axam vt peteret irriguam inferius, & superius.

Quadruplici de causa frustratur petens sine suo; Primò ex petentis iniquitate. Eccl. 28. Homo, cum caro sit, reseruat iram, & propitiationem à Deo petit: quis exorabit pro delictis eius? Exemplum de A. Ioniam. 3. Regum 2. Secundò, Ex petitionis informitate: Petitis, & non accipitis: Exemplum de matre filiorum Zebedæi, quibus dictum est: Nescitis quid petatis; quia petitio erat informis, & irrationabilis: Tertio, ex petiti inutilitate. Contra. 2. Paral. 1. Dixit dominus ad Salomonem; Quia hoc magis placet cordi tuo, & non postulasti diuitias, & substantiam, & gloriam: neque ad eos, qui te olerant, respexisti: sed nec dies vitæ plurimos, petisti autem sapientiam, & scientiam, vt in populum meum super quem constitui te regem, &c. sapientia, & scientia data sunt tibi: diuitias autem & substantiam dabo tibi, & gloriam, ita vt nullus ex regibus ante te nec post te fuerit similis tui. Exemplum ad hoc de Paulo. 2. ad Corinth. 12. Quartò, ex tribuentis impossibilitate: sicut patet in idololatriis, auguriis, sortilegijs, Sap. 13. De omni rerum euentum petit ab eo, qui in omnibus est inuicilis: Exemplum ad hoc. 3. Reg. 18. De prophetis Baal dicentibus, Baal exaudiet nos, & non erat vox qua audiret, vel quæ responderet. Nota hist.

Actu. 9. Deuotè, & efficaciter debemus orare pro inimicis. Exemplum beati **E**
Luc. 23. Stefani, positus genibus clamauit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum; & cum hoc dixisset obdormiuit in domino. Exemplum de Christo in passione; pater, ait, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Magna enim est misericordia orare pro inimicis; quia sicut dicit Gregorius sine Morum, pro semetipso poenitens tantò citius exaudiri meruit, quanto deuotè pro aliis intercessit.

Exod. 17. Orante Moyse & virgam Dei in manu tenente, Amalech vincebatur.

Apo. 2. Deuotus orans designatur per illum Angelum: Stetit Angelus iuxta **C**
Cor. aram templi habens thuribulum aureum, &c. Ex tali thuribulo aureo, ex corde deuoto, charitate inflammato, nulla macula rubiginato, ascendit coram domino fumus orationis deuotæ, placatus offensæ, deletus uisus, remissus poenæ, impetratus gratia, procuratus gloria.

Sed timendum est, quod inter nos sint aliqui orantes, & psallentes non thuribula aurea, sed plumbea, non corda munda, sed immunda habentes. Sicut legitur, de illis duobus sacerdotibus Nadab, & Abiu, qui posuerunt ignem alienum in thuribulis suis. Iste est ignis carnalitatæ, & auaritiæ. De quo dicitur. Ignis est usque ad consummationem deuorans. Cuius flamma est tumor superbiæ, fator immunditiæ, liuor inuidiæ, ardor auaritiæ. Talis ignis non ardet in thuribulo cordis deuoti, sed in fornace regis Babylonis. Fumus talis incensæ & talis thuribuli est prouocatus iræ, irritatus diuinæ vindictæ, impeditus diuinæ gratiæ: idè dicitur quod erupit flamma de thuribulis illorum sacerdotum, & consumpsit eos, sicut ignis fornacis Babylonicæ consumpsit regis ministros: Iud. 13. quæ orando uicit Holofernem, & populum liberauit: ubi patet quod orans deuotè debet quæ rete loci opportunitatem, & sequestrationem: ubi dicitur quod habitabat in superioribus domus suæ clausa.

Dan. 9. Exemplum de Christo in sua oratione, de Apostolis, qui in superiori **C**
Iud. 13. cœnaculo orantes spiritum sanctum receperunt: de Christo, qui in illa oratione feruentissima, in qua sudor eius factus est sicut gutta sanguinis, auulsus & sequestratus fuit ab Apostolis: de beato Antonio Abbate, qui dixit discipulis deuotis: Fugiamus de loco isto, quia non est hic locus nisi amatoribus huius sæculi: & monitione Angelica iuit ad uallem nemorosam ab habitatione hominum sequestratam: De beato Francisco, qui solitaria loca quæ rebat, amica mœroribus, & nemora replebat gemitibus.

Iud. 5. Secundò debet habere poenitiæ austeritatem, quia de Iudith dicitur, quod semper orabat, & cilicium semper ad carnem portabat.

Iud. 5. Tertio debet habere mundiciam & castitatem; quia de Iudith dicitur, quod post virum suum alium nesciuit, nec Holoferni consensit.

Quarto debet habere sensum honestatem; illæ enim puellæ sunt quæ nunc que sensus nostri, qui clausi et am debent manere cum Iudith, ne intret mors per fenestras nostras.

Hierc. Match. Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem, & duxit illos in montem excelsum, &c. Quære 18. a. 25. a. 24. a. 38. a. 37. b. 1. 10. b.

Oratio ignita charitate meretur exaudiri. Iudic. 13. Postquam carnes hædi super petram, & Angelus domini ascendit pariter cum flamma, id est oratio, quæ est unctus Dei, & ad Deum semper ascendit, si fuerit ignita deuotione, & in tertio Regum 18. Dixit Helias: Deus qui exaudietis

per

A. per ignem ipse sit Deus; & sequitur ibidem quod descendit ignis domini super holocaustum, &c.

Ut oratio sit digna exauditione, debet habere quatuor circumstantias; prima est ut procedat ex profunda humiliatione, & ex hoc placat Dei iram, delet culpam, reuocat sententiam. Exemplum de primo in Moyse qui orabat dominum; Cur domine irascitur furor tuus contra populum istum, &c. Super illo quod sequitur: Dimitte me, ut deleam populum, &c. Dicit Augustinus. mirabilis est uirtus orationis, quæ uincit inuisibilem, & ligat omnipotentem. Exemplum de secundo in Ezechia: Aud ui, ait, orationem tuam, & uidi lachrymas tuas. Exemplum de tertio in Publicano, qui non audebat oculos leuare ad cælum; non sic Pharisæus. Eccles. 35. Oratio humiliantis se, nubes penetrat.

B. Ex munda affectione, unde oratio designat columbam sine felle; secundam, bonis operibus, quæ portat ramum oliuæ; non sic coruus. Exemplum de Dauid, qui interpretatur uultu desiderabilis; sitcungendo cytharam, quæ designat orationem deuotam, expellebat spiritum malum a Saule: unde talis oratio, procedens ex munda affectione liberat ab omni tentatione, ut patet in prædicto exemplo de cythara. Dauid: & de tribus pueris in camino ignis, qui orantes liberati sunt a flamma tentationis procedente ex stupa superbiæ, pice immunditiæ, malleolis auaritiæ, naphtha uana gloriæ. Hoc enim genus Dæmoniorum, id est, tentationum, non eicitur, nisi in oratione, & ieiunio. Ex ignita dilectione, & passionis Christi recordatione. Talis oratio impetrat victoriam aduersariorum. Unde designatur per virgam Moyse, quam tenens Moyses in manu vincebat Amalech. Per baculum quo Dauid iuit contra Goliath: hæc est uirga qua Moyses diuisit mare, qua submersit Aegyptios, id est, uicit Dæmones, & peccata, qua conuerit aquas carnalis delectationis in sanguinem poenitiæ, & contritionis. Ex fraterna compassione, tunc impetrat corporalium multiplicationem. Exemplum de Tobia & de Elia.

Exemplum de primo, quod scilicet placat iram Dei. In rege Nin ue, in Achab.

Contra primum Esa. 1. Orationes uestras non exaudiam: nota totum. Contra quartum secundo Machab. 9. Orabat sceleratus Dominum, &c. Item exemplum de primo, 2. Paralipomen. 33. De Manasse. Vide ibi. Item de secundo Iudith 13. Contra quarto Prouerb. 28. Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Contra secundum. Treno. 3. Opposuit nubem tibi ne transeat oratio. Item de secundo: Stetit Angelus. Item in Apocalyp. quinto. Angeli habebant phyalas plenas odorum, quæ sunt orationes sanctorum. Contra quartum.

D. Prouerb. 21. Qui obturata aurem suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur. Contra tertium. Prouerb. primo. Tunc inuocabunt, & non exaudiet. Numer. 20. Percutiens uirga bis silicem, egressa sunt aquæ largissimæ, ita quod bibit populus, & iumenta. Ista uirga est oratio deuota, quæ debet esse solida, per bonam operationem; quia non est efficax oratio oris, nisi solidetur uirtute boni operis; nam validior operis, quam oris uox debet esse: longa, per deuotionem; nam deuotio facit orationem attingere usque ad cælum: unde deuota oratio figuratur per caliam Iacob, cuius summitas tangebatur cælum, per quam ascendunt Angeli, ut orationes Deo offerant, ut patet Tob. duo. cæcimo. & Iudic. 16.

De

Pfal. 67. De angelo, qui ascendit pariter cum flamma: & descendunt, ut nos ad orationem inuident, & orationibus assistant. Quia præueniunt Principes conuicti pfallentibus, id est, orantibus in medio iuencularum tympanistratarum, id est, animarum deuotatum: Et Dominus est innixus scalæ orationis, promptus ad audiendum, & exaudiendum. Debet esse hæc uirga pulchra per mundam affectionem, quia multum ualet oratio iusti assidua, & deuota.

Iacob. 5. Et nota quis modus orandi est efficax. Dan. 9. Posui faciem meam orare, &c. Nota bene totam illam orationem.

Cum secundum Damascenum oratio sit ascensus mentis in Deum: oportet ad hoc, quod ascendat ad Deum, quod procedat ex fornace deuotionis, cum sic dicamus quod oportet, ut sit feruens desiderio: quia sicut uis amissis plumis non potest ascendere, sic nec oratio sine deuotione. Oratio enim per incensum designatur, quod nec fumat, nec plene redolet, nisi super carbones ponatur. Dirigatur oratio mea sicut incensum: in Apocalyp. 8. Ascendit fumus aromatum, &c. Oratio enim ignita deuotione ascendit sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ per mortificationem, & thuris per deuotionem, uniuersi pulueris pigmentarij per bonorum operum aggregationem, sicut uirgula per cordis humiliationem. Isti sunt comites deuotæ orationis.

Iac. 7. Oportet secundò quod oratio sit fidens de auxilio: Postulet in fide, nihil hæsitans.

Luc. 18. Oportet tertio quod sit frequens exercitio: Oportet semper orare. Apocal. 5. Phylax sunt orationes sanctorum. 4. Reg. 22. & Esa. 38. Audiui orationem. Tob. 7. Bona est oratio cum ieiunio. Iud. 12. Egrediens foras ad orandum. Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes uestras, estote prudentes, & uigilate in orationibus, &c. Treno. 3. Opposui tibi nubem tibi, ne transeat oratio. 1. Machab. 5. Clamauerunt in oratione. 2. Machab. 15. Post orationem sumptis armis. Act. 1. Hi omnes erant perseverantes, cum mulieribus, & Maria matre Iesu. Act. 10. Orationes tuæ; & elemosynæ ascenderunt in memoriam in conspectu domini, Act. 12. Oratio fiebat ab ecclesia ad Deum pro eo, & ibi nota, quod peccator, qui perpetuum in carcerem designat uirtute orationis liberatur. Iaco. 5. Oratio fidei saluabit infirmum. Iere. 5. Elias orauit, & cælum dedit pluuiam, &c.

Oratio per manum figuratur, quia sicut per manum operamur, sic per orationem cuncta impetramus; si habet ad modum manus quinque digitos, siue quinque conditiones; & tunc quinque in nobis operatur, ut de manu orationis intelligatur id: Imponetur manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Primus digitus est pollex, peccati remissarius, quod designat peccatorē, pro quo ab ecclesia fiebat oratio sine intermissione, & liberatus est: de publicano, qui orans humiliter, descendit in domum suam iustificatus. Contra. Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes uestras non exaudiam, manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Secundus digitus index, hostis fugatiuus, nõ enim desinit hostis antiquus ubique deceptionis laqueos prætere: Quia aduersarius uester Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: Ideo ratio designatur per fumum particulæ cordis pificis Thobiz, quod exterminabat omne genus demoniorum non eicitur nisi in oratione, & ieiunio. Tob. 6. Cordis eius particulam si super carbones ponas, exterminat omne genus Demonio-

Arum. Ex quo designatur, quod oratio demoniorum, & tentationum fugatiua, debet præcedere ignita affectione, & passioni Christi recordatione, quia non exterminantur demonia, nisi illa cordis particula ponatur super carbones; per quos designantur ea, quæ Christus pro nobis ex ardentissima charitate sustinuit, etiam beneficia quæ Christus nobis contulit, ex quorum recordatione mens nostra ad Dei amorem inflammatur, secundum illud: Ascendit fumus aromatum in conspectu Dei de manu Angeli, & de orationibus sanctorum: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Exemplum de Dauid, qui tangens cytharam; cuius sonus designat orationem deuotam fugabat spiritum malum, id est, omnem tentationem à Saule. Et si uirtus, & sonus deuotæ orationis expellit malum spiritum, necessario inducit spiritum sanctum. Actuum 8. Orauerunt pro ipsis, ut acciperent spiritum sanctum. Actuum 1. Erant omnes

B perseverantes in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, quando acceperunt spiritum sanctum. Sic cum esset fero die illa una sabbatorum, &c. orantibus Apostolis dixit eis: Accipite Spiritum sanctum. Contra Treno. 3. Opposui tibi nubem, ne transeat oratio. Tertius est medius aduersorum liberatiuus. Exod. 17. Orabat Moyses tenens uirgā Dei in manu, & Amalech uincebatur, & fugabatur. 2. Mach. ult. Manu pugnares, & Deum cordibus orantes, &c. Iud. 12. Foras ad orationem egrediens interficit Holofernem. Hæc est uirga qua Moyses uicit Aegyptios, & fecit signa, & prodigia in Aegypto. Quartus digitus est medicus, curationis morborum omnium impetratiuus, & tribulationum corporalium alleuatiuus. De primo nota de Ezechia: Audiui orationem tuam. Sic Tobias ex cæcatus, orando est illuminatus: ibi dixit Angelus: quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam domino. Sic Iob, ut dicit Gregorius in fine moralium, meruit a tribulatione liberari. De secundo Tob. 3. Ad hanc uocem perrexit ad superius. cœnaculum domus suæ, & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neque bibit, sed in oratione persistens deprecabatur dominum cum lachrymis, ut ab isto improprio liberaret eam. Sic sancta Susanna liberata est orando, ab improprio, & à morte. Sic Paulus orando illuminatus est corporaliter, & spiritaliter. Quære Saulum, ecce enim orat: sed ad hoc quod oratio istud impetret, necesse est quod procedat ex munda affectione: non enim coruus, sed columba munda sine felle peccati, & malæ cogitationis portauit ramum exauditionis, & reconciliationis. primæ ad Thimoth. 2. Volo uos orare in omni loco, leuantes puras manus ad dominum: scimus enim, quia a peccato res Deus non audit.

D Quintus digitus est auricularis minimus, quia est possessionis temporalium conseruatiuus, & augmentatiuus. De primo Iacobi ultimo. Elias homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit, ut nõ plueret super terram, & nõ pluit annos tres, & menses sex; & rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Et cum data esset sententia contra ciuitatem Niniue, orando liberata est ciuitas: clamauerunt ad Dominum in fortitudine: nota historiam: Sic Ezechias, sic Achab orando liberati sunt.

Humiliabo in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur. Ecce quod comes orationis est cordis humilitas, & ieiunium; & charitas ad proximum; charitas, quasi ad proximum, & quasi ad fratrem nostrum sic complacebam; contritio & satisfactio, quasi lugens, & contritus

Oratio.

Statu sic humiliabar. Oratio facta cum istis comitibus in sinum orantis **E** conuertitur: Quia primo ascendit ad Deum, & postea ad orantem reuertitur, reportans diuinæ gratiæ donum. Exemplum de columba Noe. Quæ de oratione in tabula de lacrymis.

Malac 4 Luna existente plena augetur aqua & medulla. Medulla est fletus interior, aqua fletus exterior: luna anima sancta, sol Christus. Tunc est luna plena, cum rectè solem respicit, quod fit cum homo non habet in oratione cor distractum, sed attentè Christi passionem, & beneficia recogitat. **Eccles. 50.** Quasi luna plena in diebus suis incet. **Iudith 1. A.** a sedens super asinam, hoc est anima castigans corpus suum, petijt orando à patre terram irriguam aquis, id est, conscientiam abundantem humore deuotionis: deditque ei pater, id est, Christus irriguum superius, id est, abundantiam lacrymarum pro dilectione æternæ beatitudinis, & irriguum inferius pro incolatu præsentis miseriæ, & infirmitatis. vnde ait, **Heu mihi,** quia incolatus meus prolongatus est. **Iacob** luctabatur cum Angelo vsque mane, & tunc meruit obtinere benedictionem, quia duobus brachijs anima orans cum Christo luctatur, quando per cordis deuotionem, & operis exercitationem inclinatur ad exauditionem, sed mane, id est, post perseuerantiam orationis, ascendente aurora noua, ac cœlesti irradiatione in anima facta, percutit Angelus Iacob orantem, tactu gratiæ, & sicatur neruus scemoris eius, quia extinguitur virtute orationis carnalis concupiscentia, & datur benedictio diuinæ gratiæ ad multiplicationem operum bonorū. **Psal. 5.** Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam.

Nota modum orandi quem innuit **Psal. 61.** Effundite coram illo corda vestra, quod enim effunditur, dilatatur, declaratur, odoratur; quod patet maximè in vnguentis, & idcirco hortatur, quidd cor in oratione effundamus, quod enim sic effunditur, refunditur, & mollitur. Infunditur vt vinum, perfunditur vt mellitum medullitus dulcoraturum. Ex tali effusione consequitur cor sui liquefactionem, dilatationem, & odorem mirificum, vt fateretur sponsa in **Canticis:** Anima mea liquefacta est, dilectus locutus est. **1. Petr. 3.** Omnes vnanimis in oratione estote: oratione enim vallatur & munitur ecclesia: oratione triumphat ecclesia, quia arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed spiritualia, &c. Vnde **Dauid** armatus armis corporalibus non iuit ad impugnandum **Goliam,** sed armis spiritualibus, que designantur in baculo, pera, & quinque lapidibus sumptis de torrente; sic pugnabat **Moyse** contra **Amalech,** tenens virgam Dei in manu, non armis, sed prece munitus. **Ezechias** vicit **Sennacherib.** **Esa. 37.** Multum valet, & est efficax oratio sacri collegij, quia, vt dicit **August.** impossibile est orationes multorum non exaudiri. Quod figuratum est **Iudith 5.** Stellæ manentes in ordine suo, & cursu suo aduersus **Sisaram** pugnaverunt. **Sisara** interpretatur excludens gaudium. Stellæ viri sancti, qui armis deuotæ orationis aduersus **Diabolum** pugnant. Exemplum de **Moyse** contra **Amalech,** **Exod. 17.**

Nota quomodo anima deuota inflammatur in oratione: Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus quem forepe tulerat de altari, &c. **Nota** historiam. **Esa. 6.** Quare **76. a. 30. a. 30. b.** De deuotè orante dicitur illud: Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quado cōuersa fuerit ad te multitudo maris. Quare **24. b. 24. b. 36. b. 37. a.** Et nota quomodo deuotè orantes teneant Deum ligatum, ne irascatur contra peccatores. **Exo. 32.** Cum peccasset populus ait Dominus ad **Moysem.**

A sem. Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam populum hunc, &c. Et ait **Moyse:** Cur Domine irascitur furor tuus, &c. Super illo verbo dimitte me, ait **Augustinus.** Potuit **Moyse** orans Dominum ligare, potuit dimittere. Mirabilis virtus orationis, que vincit inuincibilem, & ligat omnipotentem; & quia quod die à domino flagellamur, aperte patet, quod nullus deuote orat, qui dominum, ne contra nos irascatur, teneat: vnde de nobis conquæritur, quasi nolens, contra nos irascatur: Ideo in **Ezech. 22.** Quasi siui ex eis uirum, qui interponeret se sepè pro domo Dei, & qui staret ex aduerso contra me, ne dissiparem eos. Sequitur. Effundam in dignationem meam contra eos, & in **Esa.** Iniquitates eorum quasi ventus vrens, non est, qui inuit te. Non est qui teneat te, & si quando videamus orare, non tamè Dominum tenemus, nec tamè ligamus, cuius causam dat **Esa. 1.** Cum mult plicaueritis orationes vestras, non exaudia. Manus enim vestre sanguine plenæ sunt: Lauamini mundi estote, &c. Deuotum orantem describit **Propheta** dicens: Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum. Istæ ascensiones sunt quatuor gradus, per quos oratio eleuat mentem orantis ad Deum: nam inter omnia spiritualia remedia purgat mentem, cogitationes malas expellendo: vnde figuratur per cytharā. **Dauid,** cuius sono malignus spiritus expellebatur à **Saule. 1. Reg. 16.** Nam **Saul** interpretatur abutens, & significat malā voluntatem, quæ tentatione peccati vexatur. Hoc enim genus demoniorum non eijcitur, nisi in oratione, & ieiunio.

Secundo hostem superat, victoriam tribuendo: figuratum est **Exo. 17.** vbi dicitur quod **Moyse** orando uicit **Amalech,** tenens virgam Dei in manu, quæ designat orationem. Tertio Deum placat, culpam remittendo **Exo. 32.** Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos: **Luc. 21.** Vigilate omni tempore orantes. Vigilate, & orate, vt non intret in tentationem. Quarto gratiam impetrat, Deum placando. **Apo. 8.** Stetit. Angelus iuxta Altare. **Iac. vlt.** Helias orauit, &c.

Per orationem fugantur multa mala. Legitur in **Exod. 8:** quod **Moyse:** fugauit ranas, quæ habitantes in luto significant demones, uel in peccato luxuriæ permanentes. ibidem dicitur, quod per orationem **Moyse** cessauerunt tonitrua. Tonitruum caufatur ex extinctione ignis in nube. Ignis est cor superbum, nubes aquosa, abundantia temporalium, ex quibus surgūt tonitrua malarum comminationum, & fulgura iniuriarum, & malorum, & iactantiæ. Legitur quod orante **Moyse** absorptus est ignis, qui significat auaritiā. Sicut in viola, & organo, & alijs instrumentis musicis, & in choro cantante, quando chordæ, vel cornua, uel uoces cantantium bene concordant: talis cantus est delectabilis, & placet audientibus: quando autem una chorda, vel unum cornu, vel una uox dissonat, totus cantus est dissonus, nec placet audientibus: sic quando cantus orationis est Deo gratus, omnes uoces, chordæ, & cornua, id est, omnes affectiones, uoluntates, desideria, & omnes potentia animæ debent concordare inter se, & cum uoce orantis, cum nullum uabet odio, omnes, vt se diligit, uerbis, factis, in præsentia, in absentia, talis cantus, & talis oratio placet Deo, & e contrario oratio Deo displicet, quando ea, quæ sunt in orate cum uoce non concordant. **Apocalyp. 3.** Collirio inunge oculos tuos, ut uideas, quia lacrymis deuotæ orationis uncti, & liniti oculi mentis, merentur uideri secreta cœlestia. **1. Pet. quarto:** Estote prudentes, & uigilate in orationibus. Aduerte quod uigilia orationis, vel in oratione ualde est commendabi-

inmendabilis, quia promittit Dominus coronam sic uigilantibus. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Fratres sobrii estote, & uigilate quia aduersarius uester diabolus, &c. Qui mane uigilauerint ad me, inuenient me.

Oratio curat infirmitates, tam corporales, quam spirituales Iacobi 5. 2. Reg. 20. Oratio fidei saluabit infirmum. Exemplum de Ezechia. Audiui orationem tuam, & uidi lachrymas tuas. Gen. 2. Fons ascendebat de terra; quia oratio est ascensus mentis in Deum irrigans uniuersam superficiem terrae, id est, conscientiae.

Quattuor, uel quinque de causis Deus differt aliquando orantem exaudire, sicut dicit August. super illo uersiculo: anima mea turbata est ualde: sed tu Domine usquequo? Glo. differt Deus donum exauditionis, &c.

Primo ut orantis desiderium amplius accendatur, & intendatur. Exemplum de matre, uel nutrice, quae ostendit pomum paruulo, & ille quanto plus extendit manum, tanto illa magis pomum elongat, donec paruulus ex dilatione rei considerata incipiat flere, & tunc mater uidens affectuosum desiderium, dat ei pomum. Sic facit Deus. Secundo ut orantis meritum augeatur, quia quanto magis in oratione perseveramus, etiam si in principio digni exauditione fuimus, tanto magis dignos exauditione nos reddimus. Tercio ut petiitum amplius diligatur: quia quanto rarius, tanto carius.

Quarto ut uitium citius corrigatur: cogitare enim debet peccator si Deus tantum tardat iustos exaudire, quod peccatores non exaudiet. Quinto ut magis opporuno tempore nobis detur: quia frequenter petimus aliquid nobis dari: quod tamen illo tempore non expedit nobis dari. Vnde ait Apostolus: Quid oremus, ut sic oportet, nescimus. Exod. 9. Egressus Moyses a Pharaone ex urbe, extendit manus suas ad caelum, & cessauerunt tonitrua, & grando, nec ultra stillauit pluuia super terram. Hic ostenditur nobis, quomodo per orationem uenit uiri iusti, & maxime per orationem sacri collegij populosa pestilentia liberatur. In cuius exemplum nobis proponitur Moyses, & Helias. Hic itaque proponitur nobis cultus dispositionis, quo orans fulget conuersatione, Egressus Moyses a Pharaone ex urbe. Modus supplicationis, quo orando feruet deuotione, extendit manus suas ad caelum: fructus retributionis, quo post orationem gaudet exauditione, quia cessauerunt tonitrua.

Circa primum est sciendum, quod ad orandum disponunt seueritas affectus, & conscientie, sedulitas operationis meritoriae, simplicitas intentionis rectae. Primum significatur in Moyses, qui interpretatur assumptus de aquis. Secundum in exitu de urbe. Tertium in recessu a facie Pharaonis: qui igitur digne uult orare, necesse habet primo animam expiare a maculis peccatorum: Nam ut dicit Gregorius. Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deterius prouocatur. Respexit enim Deus primo ad Abel, & post ad munera eius. Scimus quia peccatores Deus non audit, sed si quis facit uoluntatem eius, hunc exaudiet. Si cor nostrum non reprehendit nos, &c. Eccles. 18. Ante orationem prepara animam tuam. Noe non habuit signum diuinae reconciliationis, nisi per columbam, hoc est per orationem deuotam, procedentem ex munda conscientia, & post submersionem hominum, in quibus notatur auaritia; uolucrum Superbia, bestiarum Inuidia; & reptilium Luxuria. Moyses igitur assumptus de aquis mundus mente, & corpore meretur a Domino exaudiri. Sic patet in Iudic.

A Iudic. Exod. 32. Moyses autem orabat Dominum dicens: Cur domine ira scitur furor tuus, &c. Quia ergo hodie Moyses orans in populo, & pro populo non inuenitur: Ideo ira Dei non placatur, nec pestilentiae cessant. Secundo requiritur sedulitas bonae operationis: non enim cessat orare, qui non cessat bene agere: Ad istud spectat impletio praecceptorum. Gregorius in dialogo: Quid mirum si postulantur tarde a Domino exaudiri, qui praecipientem Dominum tarde, aut etiam nullo modo audimus? Hinc ait Sapiens: Qui auertit aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. quare expositionem decimo libro Moralium, c. 5. Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes uestras, non exaudiam, &c. Secundo ad hoc spectat afflictio eorum, & sustentatio proximorum. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna; magis quam thesauros auri abscondere; contra illos, qui tempore caritatis abscondunt alimenta, & dimittunt pauperes mori, de quibus ait Sap. Qui abscondit frumenta sua, maledicetur in populo. Esa. 58. B Frange esurienti panem tuum: Tunc inuocabis, & dominus exaudiet: cum enim oratio sit Dei nuncius. & ascensus mentis in Deum, tot quasi plumis oratio impennatur, quod bonis operibus Deus ad misericordiam inclinatur. Vnde sicut auis, siue plumis ascendere non potest, sic nec oratio sine meritis, & uirtutibus aliquid proderit: hoc nota in exitu de urbe. Quia Moyses non orauit, nec per suam orationem plaga cessauit, donec de urbe Aegypti orum exiit, quod designat exitum a peccato. Hiere. 52. Egredimini de medio eius popule meus, ut saluet unusquisque, animam suam ab ira furoris Domini. Gen. 12. Egredere de terra tua, &c.

Tercio requiritur simplicitas intentionis. Qui enim orat, ut placeat, aut ut temporalia habeat, non meretur a Domino exaudiri. Vnde tales reprehendit dominus: Cum oratis non eritis sicut hypocritae, tristes: Tu autem cum oras, intra in cubiculum, &c. Sic enim Apostoli in loco deserto orantes spiritum sanctum receperunt: ita Christus dimissa turba ascendit in montem solus orare. Hoc significatur, cum dicitur, quod Moy. uolens orare egressus est a Pharaone. Egressus est Isaac ad meditandum in agro; sic ergo patet ex parte oranti, cultus dispositionis.

Secundo ex parte orationis exprimitur modus supplicationis, extendit manus suas ad Dominum ad istum modum spectat, ut sit frequens exercitio. Luc. 18. oportet semper orare, & non deficere ad Tesalo. 5. Sine intermissione orate. Non enim debet miles clipeum deponere, quamdiu uidet belli periculum imminere; nec deest petendi oportunitas, ubi semper manifesta est indigentia, & necessitas; aduersarius autem Diabolus semper tamquam leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Moyses uincit Amalech. 1. Pet. 5.

D Debet et esse feruens desiderio, ut totum cor ad Deum eleuetur, & dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu Domini. Deut. 4. Inuenies dominum Deum tuum, si ex toto corde quaesieris illum: contra illos, qui corpus, & genua habent in choro, & ecclesia, & cor in foro, uel in arca. Clamauit in corde meo exaudi me Domine; contra in corde, & corde locuti sunt: disperdat dominus uniuersa labia dolosa. Ad sic orandum feruent excitat recordatio peccatorum. 4. Reg. 8. Si quis cognouerit plagam cordis sui, & extenderit manus suas in domo hac, tu exaudies in caelo. Sic orauit Ezechias cum lachrymis, & exauditus est. Recordatio diuorum beneficiorum, dum enim orat reddendo gratias pro collatis beneficijs inclinatur Deum ad maiora conferenda. Apoc. 8. Stetit Angelus iuxta ara templi, & cetera. Elenatio manuum mearum, sacrificium uespertinum. Hoc facit. Psalm.

Exo. 32.

Prou. 18.

Esa. 1.

Tho. 12.

Prou. 11.

Mat. 6.

Act. 4.

Mat. 14.

Exo. 9.

Gen. 24.

1. Pet. 5.

Exo. 17.

Psalm. 118.

Esa. 38.

Psalm.

CIII-

erificium, erat homo magis charum, quia designat perseverantiam: execu-
 tio diuinorum iudiciorum. Isidorus ait: Cum Deo assistimus gemere, &
 flere debemus, reminiscetes quam graui peccata commisimus, quam
 seuera iudicia expectamus, quam dura supplicia formidamus. Treno. ter-
 tio: Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum. Ille cor cum mani-
 bus ad Deum leuat, & per consequens feruenter orat, qui ore, & corde di-
 uinam misericordiam inuocat, primo ad Thimo. secundo. Volo uos ora-
 re in omni loco, leuantes puras manus. Sed quid est, numquid manus do-
 mini inualida est, & nos à tribulationibus liberare non potest, aut, quod
 certe verum est, puras manus ad Deum non leuamus, sicut dicit Esa. pri-
 mo c. Cum multiplicaueritis manus uestras, non exaudiam: manus enim
 uestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, & cætera. Debet etiam esse fideus
 de auxilio propter quod dicit quod extendit Moy. manus ad Dominum.
 vnde ait Iacobus. Postulet in fide, nihil hæsitans, firmiter enim debet cre-
 dere, quod ipse potest in omnibus nos iuuare, pestilentias fugare, moribus
 curare, serenitatem, vel pluuiam dare, & hoc dat, si nos digni fuerimus ista
 recipere, quod credens Iob dicebat, etiam si occiderit me, in ipso sperabo.
 Sed mirum est, quod nos credamus ista à Domino obtinere quotidie pec-
 cando, nunquam vitam corrigendo. Vnde nullus debet mirari, si Domi-
 nus pestilentias immittit, sed mirari omnes debemus, quia plures non im-
 mittit. Fidens ergo debet esse de auxilio, propriū enim est Dei misereri: nõ
 solum quia ipse est summe misericors, sed etiam, quia in rebus desperatis
 suam misericordiam ostendit. Vnde clamant discipuli: Domine, salua nos,
 perimus.

Iaco. 1.

Iob 13.

Matth. 8.

Iob 15.

Dau. 3.

1. Reg. 16.

Matth. 17.

Vltimò proponit fructus retributionis, quo orans gaudet exauditione:
 ad literam enim, virtute deuotæ orationis cessant tonitrua, grando, & plu-
 uia, & omnis pestilentia. Amē dico uobis, ait ipsa veritas: si quid petieritis
 patrem in nomine meo dabit uobis. Cessat spiritualiter tonitruum tenta-
 tionis mundi, orando enim tres pueri liberati sunt de fornace huius mun-
 di, quæ incensa est stupa superbix, pice immunditiæ, malleolis auaritiæ, naph-
 ta uanæ gloriæ. Cessat grando persecutionis diabolica. Hæc est cythara, cu-
 ius sono dulci à Saule malus spiritus effugatur. Cessat pluuia carnalis im-
 munditiæ, quia hoc genus demoniorum non eiicitur, nisi in oratione, &
 ieiunio. Sic ergo in quacunque simus tribulatione positi ad dominum per
 orationem debemus recurrere.

De officio diuino.

DE diuino officio quomodo debet dici deuote, reuerenter, & integre,
 Quære in tabula de oratione, de contemplatione, de deuotione, de
 modo faciendi diuinum officium, 92. b. Exo. 25. Egressa est Maria tenens
 tympanum, id est, deuota anima mundo tympano cordis, & deuoto tympa-
 no oris cantans diuinas laudes.

Psal. 67.

Quære. quarto a. Anima deuota Deum orando alloquitur, & cætera.
 Item Abraham abigeat muscas, & cætera. Quære 52. a. Præuenerunt prin-
 cipes coniuuenti psallentibus in medio iuuenularum tympanistrarum.
 Quære 145. b. Confitebor tibi in psalis psalmi, id est, faciam de corde meo
 psalterium spirituale ad laudandum Deum, & Augustin. in Psal. 18. Psallē-
 tes intelligere debemus quæ proferimus, ut humano more, non quasi a-
 uiuum uoce cantemus: nam merula, psittaci, corui, & pica, sæpe ab homini-
 bus

bus docentur quæ nesciunt. Apoc. Seruiat ei die, & nocte in templo eius:
 quia die, ac nocte debemus psallere deuotè. Media nocte surgebam ad cõ-
 sitendum tibi. Psallite Deo nostro, psallite regi nostro, psallite sapiē-
 ter. Psallere ergo debemus Domino in gratiarum actione, quæ est finis, &
 consummatio orationis. Et istæ sunt voces, quas audiuit procedere Ioan-
 nes de templo ab Angelis gratiarum actiones Angelicis affectionibus simi-
 les, qui propter continuam contemplationem, & inextinguibilem ardorē
 incessabiliter, & infatigabiliter suum laudant creatorem, ut dicitur in eccle-
 siastica Hierarchia.

Psal. 118.
Psal. 47.
Apo 14.

Vnde illi, qui deuoto & inflammato animo dicunt diuinas laudes sub
 typo Seraphin describuntur. Esa. 6. Seraphin; stabant super illud sex alæ, &
 sequitur: Clamabant Sanctus, & c. Quære. 20. b. & 30. b. Iob 38. Dicitur cõ-
 tra illos, qui non veniunt ad chorum: vbi eras, cum me laudaret astra ma-
 rutina, & contra illos, qui tardè ad horas veniunt, dicitur extrema castro-
 rum deuorauit ignis. Esa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte. Quære
 4. b. 76. a.

Num. 11.

Quando oramus, Deum alloquimur, cum legimus & diuinum officiū
 dicimus, Deus nobis loquitur: ex quo patet cum quanta reuerentia debe-
 mus audire Deum nobis loquentem, cuius verba debent inflammare cor-
 da nostra, ut dicit anima deuota in Cantic. quinto. Anima mea liquefa-
 cta est, ut dilectus locutus est. Quære vigesimo octauo, & 52. a. Vbi eras
 cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Quia pi-
 gri, carnales, accidiosi, laudibus diuinis cum deuotis hominibus non va-
 cant, nec in lætitia cordis iubilant, sed si aliquando sunt in choro, dormitant,
 vel inania cogitant. Iubilatio dicitur, quando cordis lætitia ore exprimi-
 tur, sed penitus non expletur, quia iubilus est gaudium, quod non po-
 test faceri, nec penitus exprimi: hæc est lætitia Paradisi, quam frequenter
 experiuntur, non accidiosi, & indeuoti, sed deuote, & alacriter se habentes
 in exercitio diuini officij, quibus assistunt Angeli uacantes cum eis gra-
 tiarum actiõni. Ecclesiast. decimo quinto. Cibauit illum pane uite, & in-
 teilectus. sicut enim de vite amputantur palmites infructuosi, vt vberius
 crecant fructuosi: quia paucorum fecunditas plus valet, quam multorum
 sterilitas, sic secundum Apollolam vtilius esset pauca cura adificatione pro-
 ferre, quam multa sine fructu mentis, imo cum Dei contemptu breui tẽ-
 pore transcurrere. Vnde Apoc. Volo quinque verba in ecclesia sensu meo
 loqui, vt eos instruam, quam decem millia verborum in lingua. Linguam
 dicit linguam peregrinam, quæ si audiatur, non tamen intelligitur. Vnde
 Augustinus in Psal. 18. Psallentes intelligere debemus quæ proferimus,
 vt humano more, non quasi auium uoce cantemus. Nam merula, psitta-
 ci, corui, pica, & huiusmodi uolucres sæpe ab hominibus docentur sona-
 re, quæ nesciunt. Scienter autem cantare, naturæ hominis diuina uolun-
 tate concessum est. Vnde Psal. c. Psallam, & intelligam. Vnde quidam multa
 dicunt, & quod dicunt non attendunt, quasi non sit melius homini qui
 qui unum habet panem in manibus, & illo vescitur, quam asino qui cen-
 tum portat, & nullo vescitur.

Can. 5.
Iob 38 a

2. Cor. 14.

Quia lingua cõgruit in duo opera naturæ in gustum, & loquelam. Ideo
 Spiritus sanctus, qui linguam erudit, docet nos laudare, docet nos orare,
 docet nos postulare: docet nos laudare in psalterio orationis, in cytha-
 ra compassionis, in tympano mortificationis, in choro mutæ unita-
 tis, in organo mentalis locunditatis. Hæc omnia operantur unus, atque

1. Cor. 12

idem spiritus diuidens singulis præat vult. Apoc. 5. Vigintiquattuor seniores, &c. Seniores sunt propter honestatem, & morum maturitatem. Cythara de ligno arido, & concauo corpus mortificatum, & cor humiliatū, chordę memoria d. uersorum ludibriorum, & opprobriorum, & passionis suę: phylax aurea plenæ odoramentis, corda pura plena cogitationibus sanctis.

Laud.

Et nota illud 1. Reg. 16. Vidi filium Isai fortissimum robore, scientem psallere, &c. Nota totam historiam, & quomodo in cythara cantans explebat spiritum malum à Saule. Laus diuina in scriptura, quandoque uocatur prophetia. 1. Reg. decimo. Dixit Samuel ad Saul: Obuium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium, & tympanum, & tybiam ipsosque prophetantes, & insiliet in te spiritus domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in uirum alterum, &c. Quia ad litteram quando uolebant prophetare tangebant instrumenta musicalia, eò quod in sono harmonico anima bene disposita multum delectatur, & de facili rapitur: vnde qui deuote cantant diuinas laudes, de facili rapiuntur ad contemplationem. Luc. 2. Facta est subito cum Angelo, qui inceperat gloria in excelsis, multitudo cœlestis exercitus laudantium, & dicentium: Gloria in excelsis: Quia Deum deuotè laudantibus Angeli statim se associant. Iuxta illud: Præuenerunt principes coniuncti psallentibus.

Psal. 67.

Cantu sponsus capitur, uirtus acuitur, asperum pectus mollitur, & iraplacatur, somnus ac quies immittitur, uigilia indicitur, cura deponitur, clementia suadetur. Quæ omnia patent per Macrobiū libro secundo, id eò ait: In hac uita omnis anima musicis sonis capitur, ut non solum, qui sunt habitu cultiores, uerum uniuersæ barbaricæ nationes cantus, quibus ad ardorem uirtutis animentur, uel ad molliem uoluptatis resoluantur, exercent, ut nullum sit tam immitte tanq; asperum pectus, quod non oblectamentorum taliū teneatur affectu. Ita denique omnis animæ habitus cantibus gubernatur, ut ad bella progressuri, & inde regressuri, moueantur cantu, & excitatione, & rursus incitando uirtutem dat somnos adimitque: nec non curas etiam immittit, & retrahit, iram suggerit, clementiam suadet, corporum quoque morbis medetur. Et quid mirum si inter homines musicę tanta est dominatio: Aues quoque ut lucinix, id est Philomelæ, & Cigni genus cantuum ueluti quadam disciplina artis exercent. Nonnullæ nec aues terrenæ, seu aquatiles beluæ inuitante cantu in retia spõte decurrunt. Vnde poëta,

Eiffula dulce canit, uolucrum dum decipit auceps.

Et pastoralis progressis fisti. la pastum.

Impexitet gregibus.

Micheæ secundo. Cantabant canticum cum suauitate. Certe si cantus Philomenæ aut ouinæ cordulę, id est de intestinis ouium factę, sua uis est ad audiendum, miro modo debet esse suauis cantus animæ deuotæ Deum laudantis. Colof. 3. In psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus, &c. secundum glossam psalmi sunt de moribus humanis, hymni de laudibus diuinis, cantica de bonis æternis. Nota quomodo Dauid ordinauit diuersos, siue septem ordines cantantium in templo Domini. Psallam spiritu, psallam & mente: quære in tabula de oratione.

De

A

De obedientia, & inobedientia.

Prælato præcipienti aliquid contra Deum, uel animam, non est obediendum. Exemplum, quia enim Balaam ibat contra uoluntatem Dei ad maledicendum populo, ideo asina, per quam designatur subditus, quantumcumque; calcaribus pungeretur, uolebat transire. 3. Reg. 17. Dixit Dominus ad Heliam: Coruisq; præcepit ut pascant te ibi: quia enim obediebat superiori suo, id inferiora, ei obediebat animalia siluestria, nec uolebant recedere nisi post benedictionem eius habitam; in quo significatur, quod quodammodo redierat ad innocentiam: Exemplum de beato Francisco, cui hirundo & aliæ aues, & pisces obediebant.

Num. 21.

Bifacite.

Vnde si nos obediremus Deo, & superioribus nostris sicut deberemus, cœli nobis seruirent, & clades hominum, & morbos corporum, & caritias temporum, & inuidantias aquarum nostris orationibus auerteremur. Exemplum de Helia, qui homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit, ut non pueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursus orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.

Iac. 5.

Judith 9. Misit dominus spiritum pessimum inter Abimelech, & viros Sicheem. Abimelech pater meus, rex superbus prælatus, filius diaboli. Sicheem quod interpretatur humerus, sunt subditi laborantes in officijs suis, inter quos incitatur aliquando spiritus malus discordiæ propter superbiam prælatorum, quia non cõpatiuntur eis in laboribus suis, uel etiam in infirmitatibus eorum. Galat. 6. Fratres, & si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Esai. 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & ea quæ sub folio alto erant replebant templum: Quia si vis esse cum ipso in templo excelso oportet quod humiliter per obedientiam debitam sub ipso.

Cum enim dixisset solium excelsum, & eleuatum, ne excelsum referres ad eum, qui dixit: Ascendam super altitudinem nubium: aut eleuatum referres ad eos, qui in superbiam eriguntur, addidit, & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum, quia qui damnauit inobedientiam in Angelo, & in primis parentibus solos obedientes elegit, ex quibus repleat templum. Et nota quod uerè obedientes, & religiosi designantur in malo granato. Sicut enim in malo granato oia grana sunt ordinata sub vno cortice, sic in uno collegio multi fratres sub vna obedientia, cuius exemplar fuit Virgo Maria: Ecce, ait, ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Breue uerbum, sed perfectum, quia perfectam dat nobis formam obediētia, ut in omnibus, quæ facimus, non nostram, sed Dei, & prælati uoluntatem pensemus, ne, quod absit, petiuobedientiam apostatantes recedamus a Christo, sicut in hortu reliquerunt discipuli Dominum, quod magnū est periculum, secundū Bernardū. Non est idem non obedire, & nolle obedire, nec in sionis simpliciter transgressio, sed uoluntatis superba contemptio scelus idololatriæ reputatur, & bene idololatriæ: quia dolum est huius quicquid plus, quam Deum colit, aut diligit, filiis ergo inobediētia sua uoluntas idolum est; cuius motus cõtempta Dei uoluntate sequitur, & quicquid illa iusserit quasi sacrosanctū a talibus inobediētibus adoratur.

DEt nota quomodo Paulus fuit exemplar obedientia. Domine, ait, quid me vis facere. Sic debet subditus dicere prælati, in cuius signum ait perfectum exemplar obedientia, qui factus est obediens usque ad mortem, nõ recusat obedientiam prosperam, uel aduersam, de quo dicitur, quod erat

Ee 2 sub-

subditus illis, scilicet parentibus. Pater, non mea voluntas, sed tua fiat. Deuter. 16. Si genuerit homo contumacem filium, & proteruum dicet senioribus ciuitatis, filius noster est proteruus, & contumax, lapidibus obruetur, vt auferatur malum de medio vestri. Si ergo istos proteruos, & contumaces senioribus religionis, & praelatis nominarent illi, qui eos nouerunt, purgaremus malum conuentus, & religionis, & innocentes non vexarentur.

Sicut obedientia est summa virtus, & super omnes meritoria, quia plus valet obedientia, quam victima. Sic inobediencia est maximum peccatum, & summè à Deo punitur. Exemplum in Angelis Apostaticis: in primis parentibus, ex quorum vna simplici inobediencia, tota eorum posteritas tam grauius est punita: in Dathan, & Abiron. Num. 21. Qui praelato suo Moyse eos vocanti dixerunt: Non venimus in Saloë. Et idèd vt ibi patet, nõ morte hominum puniti sunt, sed eos viuos deglutiuit infernus. Aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abiron. Num. 16. Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt sit ibi in signũ rebellium filiorum Israel, vt tanto acrius puniantur, quanto grauius per inobediencia peccauerunt.

Et nota quomodo. Abraham voluit obedire Domino volens filium suũ immolare, quia dixerat ei Dominus: Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, &c. Nõ enim debemus corpus nostrum omnino interficere, sed mortificare. Deuter. 28. Constituet te Dominus in caput, & non in caudam. Si tamen non declinaueris ad dextram, nec ad sinistram, nec secutus fueris deos alienos: Cauda verecundiora teguntur: in cauda ergo constituitur, qui obedit ex timore, ne peccatũ eius arguatur; Deos alienos sequitur, qui inobediencia, auaritia, quæ est idolorum seruitus, vel aliquod emolumẽtum temporale sectatur. Sed ille constituitur in caput, & non declinat ad dexteram, nec ad sinistram, qui Christi exemplo capitis nostri informatur, qui factus est obediens vsque ad mortem, non recusat obedientiam, prospera, vel aduersa, siue sint ad consolationẽ, siue ad temporalem defolationẽ: quia finaliter est ad æternam consolationem. Aliqui praelato præcipienti dicunt faciam, sed nihil faciunt, vel male faciunt: alij male respondent, sed mandatum diligenter implent; quam parabolam ponit Saluator in Euangelio de patre, qui dixit vni de filijs, vt iret in vineam, qui respondit vadã, & non iuit, & idem dixit alteri, qui respondit non vadã, tamen iuit: & sequitur quod ultimus fecit voluntatem patris, non primus. Nam primus gerit typum hypocritæ. Secundus typum penitentis. Acto. 7. Exi de terra tua, & de cognatione tua, &c. In hoc habemus exemplum fidelis Abraham qui obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem. Et exiit nesciens quo iret. Hebr. 11. Vnde Matth. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, quantum ad proprium sensum, & propriam voluntatem. Idèd animæ religiosæ dicitur: Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, &c.

Et nota quãtè propititudinis debeat esse subditus ad obediendũ in Samuele. Ait. n. Ecce ego, quia vocasti me, & sic multoties surrexit, & vocati sine querela, aut murmure se obtulit, dicẽs sèper: Ecce ego paratus sũ, & nõ sũ turbatus. Filij Israel obedentes voci dñi, intrauerunt desertũ. Viã, ait, triũ dierum, ibimus in solitudinem, &c. In deserto autem Dominus filios Israel obediẽtes rexit, ne in victualibus deficeret, protegit, ne corã hostib. caderent

Aderent: direxit, ne in solitudinibus viam perderent, sic Dominus si ei obediamus, & eius amore Aegyptum, id est, mundum, & temporalia dimittamus, nos protegit per sufficientiam necessariorum. Esai. quinquagesimo secundo: Ponam desertum, quasi delicias, & solitudinem eius, quasi hortũ domini; gaudium, & lætitia inuenientur in ea. Protegit contra versutiam inimicorum. Matth. 4. Ductus est Iesus in desertum, vt tentaretur a diabolo. Sequitur, quomodo obtinuit victoriam tam in se, quã in membris. Dirigit semitam consiliorum. In terra deserta, inuia, & inaquosa. Actuum 7. Dura ceruice, & incircuncisi cordibus, uos spiritui sancto restitistis. Hic est spiritus pessimus, quem misit Dominus inter Abimelech, & viros Sichem. Iudit 9. Quia inter superbos semper sunt rixa, & iurgia. Superbia autè mater est inobediencia, sicut humilitas obedientia. Spiritus autè sanctus docet obedire, sicut spiritus malus suadet resistere.

Ait Bernardus extra Bethaniam, id est, domum obedientiæ, neque studium bonæ actionis, neque ocium sanctæ contemplationis, nec lachryme penitentis acceptæ poterunt esse illi, qui ne perderet obedientiam, perdidit vitam, id est, Christo: In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Obediens enim dormit silenter, & cum suauitate, quando libenter obedit, & sine murmure. In somno enim dormiendo, relaxatur motus cordis, & remittunt, & idèd sunt pulsus leues. & suaves. In somno etiam totã corpus animalis somni beneficio recreatur: Somnus etiam suauis nature bene conuenit, hoc est spiritualiter in anima, quando motus propriæ uoluntatis ex obedientia deficit. Job 3. Somno meo requiescere, &c. Et bene dicit cum regibus, & consulis: certè hoc est cum Angelis, qui spiritualiter Rei publicæ consulunt, dum nos ad regnum sibi socios iungunt. Hi ergo qui obediunt, in dormitorio Angelorum dormiunt: illi enim obediunt Deo, nos praelato.

Et nota contra quosdam abstinentes, uoluntatem propriam sequentes: Ecce in die ieiunij inuenitur uoluntas uera, cum tamen Saluator dicat: Non mea voluntas, sed tua fiat. Et alibi: Veruntamen non quod ego uolo, sed quod tu. Non est gratum Deo illius ieiunium, qui non exequitur, quod uult praelatus, qui est loco Dei, sed potius quod ipse uult. Matth. 17. & Marci 9. Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, &c. In Petro significatur obedientia, habuit enim unum nomen, & tria cognomina. Proprio nomine uocatur est Simon, qui interpretatur obediens; primum cognomẽ Cephas, id est, caput omnium, quia nihil debet facere religiosus sine obedientia: Bariona, id est, filius celumbæ; per simplicitatem: Petrus, id est, agnoscens per discretionem. Debet enim obedientia esse simplex nõ interrogando, quare hoc sibi plus, quã alij præcipiatur. Ioan. 21. Sequere me: Ecce obedientia. Dixit: Hic autem quid? Et respõdit ei Dominus: Quid ad te? me sequere. Ita dicunt alij praelato aliquid præcipienti: Hic autè quid? quasi dicerent: quare mihi plus hoc præcipis, quã alteri? Sed praelatus debet ei respondere: Quid ad te? quasi dicat: tu non habes de mea uoluntate uel intentione iudicare, sed debes, iuxta posse, æquè humiliter & sine murmure adimplere.

Item debet esse discreta, ut nihil quod sit contra Deum, uel animam fiat. In Iacobo significatur paupertas, interpretatur enim luctator; qui enim uult sapienter luctari cum Diabolo, debet uestimenta temporalium deponere per paupertatem. Gregorius. Quid enim sunt terrena omnia, nisi quaedam corporis indumenta? Nihil enim proprium maligni

Psal. 62.

Psal. 4.

Somnus.

Matth. 26.

Subditus Praelatus.

Obedientia

Temporalia.

Spiritus in hoc mundo possident. Nam si vestitus, quiscum nudo luctatur, citius ad terram deicitur, quia habet unde teneatur. In Ioanne designatur virginitas, quia virgo electus a Domino virgo in ævum permansit: hi enim sequuntur agnum quocumque ierit, Genes. secundum. De ligno scientiæ boni, & mali, ne comedas in ligno scientiæ boni, & mali quod gustatum affert mortem, significatur inobedientia. In ligno vitæ, cuius esu perpetuatur vita, figuratur obedientia. Inobedientia eiecit Ionam de naui, qua fugit a facie Domini. Dathan, & Abiron de terra, & de habitatione hominum; quia non obedierunt Moysi: uxorem Loth a statu suo, & conditione humana, quia non obediuit Angelis dicentibus, ne aspiceret retrò: Adam de Paradiso, quia comediti de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes: Angelum de cælo, Saul de regno, & populus Israel, & gentem, & locum amisit. Quære de obedientia in tabula de præceptis: quære de obedientia Abrahæ fol. 140. a.

De operibus bonis.

Vide de accidia, & de ocio de intentione operis. & 57. 105. 140. **C**Enes. vigesimo. Profectus. Abrahæ in terram australem. **H**abitant in terra Gades, & Sur, peregrinatus est in Geraris. Terra habet soliditatem, Ausler caliditatem, Cades principium plasmationis interpretatur, Sur acerbitas, Geraris propinquitas. Proficiscimur ergo in terram australem, quando cordis amore succensa ascendimus in illam æternam, & solidam ciuitatem, & peregrinamur inter Cades & Sur in Geraris, quando Deo per bona opera appropinquamus ambulantes quotidie de virtute in virtutem, donec videatur Deus Deorum in Syon; tenentes medium; ne nimis condescendamus fragilitati conditionis, aut ne nimis excedamus, per acerbitatem rigoris: vt secundum mandatum legis, in omni vestro sacrificio ponatur sal: vnde sicut dicitur in libro de collationibus patrum: in altera lance puritatem animæ, in altera vires corporis collocemus, & incorrupti iudicis, mentis præsentis iudicio, sic vtraque pendamus rectè, vt affectu præponderante libram rectitudinis non inclinet intrinsecus, vel altrinsecus, nimia remissio, nec deprimat nimia destructio. Vnde dicit Petrus: Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Multa enim expeditio militat contra animam solam: nam caro contra eam militat per lasciuiam, mundus suggerendo potentiam & superbiam, Diabolus per inuidiam: Sed, caro largitur suis tyronibus momentaneam voluptatem, mundus transitorem sublimitatem, Diabolus perpetuam calamitatem, Christus æternam felicitatem. Genes. quadragesimo tertio. Sumite vobis de optimis terræ frugibus & ferte viro munera. Corrupti enim prælati corruptos faciunt subditos per sua mala exempla: sicut corrupta exemplaria, corruptos faciunt libros: vnde Chrysostomus in libro de dignitate sacerdotali: Regentium mores vulgus imitatur, atque vt in imagine, ita in vita intendens præsentium, studet, quantum fieri potest, fieri illorum simillimus. Prouerb. trigesimo primo. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum: per ocium enim torpet homo, & inducitur in molliem: deinde in fornicationem; sicut aqua quieta putrescit, & lutum colligit. Quandiu enim David fortiter pugnavit continens fuit, sed tempore ocij adulterium commisit: similiter Salomon. Et in vitis patrum dixerunt seniores monachum, operantem vno Damone pulsari, ociantem innumeris: quære de hoc in tabula.

Psal. 83. 2. Pet. 2. Militare. Bellum. Prælati. 3. Reg. 11.

A tabula de accidia, & de ocio. Lucae decimotertio. Maledicta scilicet, quæ non ministrat fructum Iesu esurienti: bonis quippe operibus Iesus pascebat: ideo præcipit quod talis arbor infructuosa eradicetur & in ignem mittatur: vt quid, a t, terram occupat? Et alibi: Omnis arbor, quæ non facit fructum excidetur, & in ignem mittetur. Et de bona arbore. Arbor bona fructus bonos facit. Vnde religio in qua fiunt bona opera est arbor in medio Paradisi, id est ecclesiæ. Arbores syluestres fiunt domestica per transplantationem, quia qui in seculari conuersatione fuit aggressus, domesticatur & bonos fructus affert per religionem. Dicitur autem arbor bona, &c. quære 55. a. Cant. octauo. Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt; si floruerunt mala punica. Vineæ anima est, quæ videnda est per considerationem, si floruerit: quia primò consideranda est eius bona intentio; si flores fructus parturiunt, id est, si ex bona intentione procedat bonum opus: Si floruerunt mala punica, hoc est si bonum opus conseruatur in debito feruore; qui feruor designatur in rubedine mali punici, & acrimonia granorum, vel in malis punicis, quæ continent grana secundum ordinem suum, debitus ordo, & modus operationis. Hæc enim tria pertinent ad puritatem mentis, recta intentio, debitum opus, & debite circumspectio; quo ad modum, & ordinem. Esaiæ quinto. Vineæ facta est dilectio, &c. Sequitur: Expectaui vt faceret vvas, fecit autem labruscas: Vineæ ista, quam Christus profectus est multiplici fauore, est ecclesiæ, vel religio, vel anima, quæ debet producere fructus bonorum operum, quibus Deus potatur. Sed facit labruscas, quia labrusca habet colorem vuae, non autem saporem: sic multi faciunt opera, quæ secundum exteriorem apparentiam videntur Deo grata, & accepta, sed quia aut procedunt de immunda conscientia, aut fiunt indeuotè, aut ex hypocrisis, ideo sunt Deo omnia insipida. Sicut vinum, & liquor trahit secum saporem vasis, & fructus saporem radicis, sic opera nostra sunt Deo placida, vel ingrata, secundum conditionem voluntatis: quia respexit Deus ad Abel, & ad munera eius: Ezech. primo, vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent. Hoc de sanctis animabus dictum est, quæ tuentur bonum opus, quod spiritus sanctus eis suadet, statim aggrediuntur, nec reuertuntur ad ocium, cum cœperint ire de virtute in virtutem, sicut quidam qui bona inchoant, sed in bono incepto, non perseverant, nescientes quod qui perseverauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Luc. duodecimo. Si in lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Ibi Gregorius. Lumbos præcingimur, cum carnis luxuriam, per continentiam coarctamus; lucernam in manibus portamus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus: duo ergo sunt, quæ iubentur, vt & munditia sit castitatis in corpore, & lumen honestatis in operatione: quia nec castitas bona est sine bono opere, nec aliquod bonum opus est sine castitate. Ioann. nono. Operari oportet dum dies est, id est, quamdiu durat præsens vita: quia sex dies sunt in quibus oportet operari: venit mors, id est, mors continuè appropinquat, quando nemo poterit operari. Primæ Corinth. decimotertio. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest; quia bona opera non ex quantitate sui, sed ex charitate, plus, vel minus profunt: sicut dixit Saluator, quod illa paupercula, quæ duo era minuta posuerat in edificatione templi, plus dederat, quam aliquis. Vnde dicit Glo. super illo verbo: Si tradidero, &c.

Mat. h. 7. Arbor. Can. 2. Vineæ. Ecclesiæ. Religio. Opera. Matth. 10. Gregor. h. 1. milis.

Hom 39.
B. Greg. scit prædicta verba. Ille verò ardorem charitatis in se experitur, qui ad bonum agendum semper magis, ac magis incitatur. Amor enim Dei nunquam est ociosus: operatur enim magna, si est; si autem operari renuit, amor non est: in quo nunquam fatigatur; qui enim amat, non laborat. In Campania dicuntur esse fontes, de quibus si mulieres biberint, redduntur steriles. Hæ sunt aquæ deliciarum carnalium, de quibus animæ potatæ efficiuntur steriles ad opera meritoria. Gen. tertio. Spinæ, & tribulos germinabit tibi. Quia ex infectione primi peccati, sic est terra nostræ conscientie corrupta, quòd pro bonis fructibus operum meritorum, germinat spinas carnalium peccatorum, & tribulos spiritualium vitiorum.

In pugno siue in manu clausa sunt quinque digiti contracti, & palma inuoluta. In quo notantur sex opera conscientie contracta, quæ debent esse per misericordiam extensa. Genes. 28. Vidit Iacob in scala Angelos ascendentes, & descendentes, non stantes, non sedentes: sciebant enim quod penduli sunt gradus inter scalares ipsius scalæ, & via lubrica: stare autem in lubrico, & in pendulo, dispositio est ad præcipitium; vnde patet quòd minime bonus est, qui melior esse non vult. Quia secundum Bernardum, vir incipit nolle fieri melior, vbi desinit esse bonus. Et idem ait: In via Dei non progredi, est regredi. Quod probatur, quia nunquam homo in eodem statu permanet.

Multi sunt verbosi, qui dicunt, & nò faciunt, similes ficulneæ, cui Deus maledixit, quia habuit folia verborum, sed non fructum bonorum operum. De quibus Genesis vigesimo septimo. Vox quidem, vox Iacob est, sed manus, id est, opera manus sunt Esau, pilosæ, hispida, per mala opera. Genes. secundo. Fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terræ, quod fit quando ex affectu intimæ affectionis, & pietatis anima considerans terram suæ originalis interfectionis, & suæ fragilitatis, & mortis, diffunditur ad aridos & indigentes vniuersos, eos reficiens, quantum in se est, per opera misericordie & pietatis. Dan. 9. In templo erit abominatio desolationis in loco sancto. Quia ad literam, statua quædam erat vel Augusti Cæsaris, vel Adriani in templo posita, quæ non monebatur, significans pigros, & ociosos, & irreligiosos, qui ad exercitium bonorum operum nò mouentur, nec exercentur. Semper enim caro petit affluentiam cibi, libertatem ocij, non impendenda, nec subtrahenda omnino sunt ista: sed ne vacet ocio dum impenditur eibus, sequuntur quæ conueniunt asino, virga correctionis, onus laboris, vnter virgam, & onus non ocio sit locus. Sicut enim labore caro affigitur: sic ocio ipsa, & eius vitia nutriuntur; quod maxime cauendum est inueni sine iugo; qui dum non tenetur vinculo obedientie inæqualitate fraternæ societatis, fit quasi bos, discurrens per desideria propria voluntatis. Lenit. vigesimo quarto præcipitur sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam, colligesque fructum eius, septimo anno sabbatum erit tibi requiescensionis Domini, agrum nò seres, & vineam non putabis, quæ sponte gignit humus metes, & vvas primitiarum tuarum nò colliges, quasi vindemiarum; annus. n. requiescensionis terræ est, sed erit vobis in cibum tibi, & seruo tuo, & c. Sex annis in quibus agrum serere, & vineam præcipitur putare, designant cursum huius vite mortalitatis, quæ se ætatis voluit, & sex diebus quibus deberemus viriliter, & iugiter mortificare carnem, & nos quotidie in bonis operibus exercere, & ex primæ dationis snia panem nostrum in sudore comedere. Post sex verò annos presentis mortalitatis, erit sabbatum & requies æternitatis: Nec ager seretur, nec vinea

Psal. 35. put-

A putabitur, quia pane celesti, pane Angelorum saturabimur, sine labore, sine angustia, & vinum bibemus novum, inebriati ab ubertate domus Dei, & perfusi spirituali læticia. Quæ autem sponte gignit humus, non metemus, & vvas primitiarum nò colligemus, quasi vindemiam. Quia sicut hic solet fieri, vt priuatim sibi vnusquisque; gratus Dei dona reponat, ita non erit illic, sed vnusquisque habebit in bono alterius gloriam: quia in dispari claritate parem habemus lætiam. Bonum enim quo fruatur quilibet iustus, in illo possidebit similiter proximus. Propter hoc Ruth stabat continuè in agro ad colligendas spicas vsque ad vespem, indicans iugem mortificationem, & bonorum operum continuationem vsque ad finalem perseuerentiam; quarto Regum quarto. Egressus est vnus de filiis prophetarum in agrum, vt colligeret herbas agrestes: Inuenitque quasi vitem siluestrem, & colligit ex ea coluquintidas agri, hoc est cucurbitas agrestes, & amarissimas: **Ruth 2.**

B Et sequitur, quomodo apposita farina facta sunt olera vescibilia. Omnia enim opera penitentis, & opera meritoria sunt acerba, vel insipida, nisi condita fuerint deuotionis gratia. Sic dicitur quod filij Israel in deserto nò potuerunt bibere aquas Marath, quia erant amara, sed apposito ligno, indolcorata sunt aquæ: quia si quis recordetur quot & quanta Christus pro nobis sustinuit in cruce, omnia debent esse facilia ad portandum.

Ruth 2. Sic Ruth in agro ex labore fatigata panem durum scilicet penitentis in tingebar in aceto, scilicet in memoria acerbatis passionis, quæ reddit omnia facilia. Matth. vigesimo. Voca operarios, & redde illis mercedem: operari debet quilibet in vinea, id est, in ecclesia, vel in religione, vel in conscientia sua, vt per laboris operationem perueniat ad quietis retributionem, & denarij receptionem. Vnde posuit Dominus Adam in Paradiso id est in ecclesia, vel religione, vt operetur, & custodiret illum. Et bene operari est signum diuinæ dilectionis, quia charitas operatur magna, si est; si autem operari renuit, amor non est. Quia amor Dei nunquam est ociosus: **Matth. 9.** Et arbor bona fructus bonos facit: nam à fructibus id est operibus eorum cognosceris eos. Operario enim debetur merces, quando fideliter laborat, quando mane ad opus festinat; quando opus suum continuat, quando continuatum consummat. De primo, 2. ad Thess. 3. Si quis non vult operari non manducet. Sunt enim quidam similes magistris cementariorum, qui nihil faciunt, nisi imperare, & tamen maius pretium recipiunt quam alij, qui tamen deberent manus imponere, vt possent alios rectificare, & ad fideliter operandum animare. Isti sunt paralitici, qui habent manus aridas, qui homines magis corrigunt verbo quam exemplo. Luc. 10. Meis quidem multa, operarij autem pauci. De secundo patet, quod non debet habere dietam plenam, qui incepit operari ad nonam: nisi operando feruenter recompenset dietam perditam: & idè vulgariter dicitur, quod bonus operarius nunquam tardè venit ad opus. Eccl. 9. Quodcumque potest manus tua, instatè operare. De tertio, Psal. 130. Exhibet homo ad opus suum: & ad operationem suam vsque; ad vespem, quia finis non pugna coronat. Non enim debet operarius discontinuare opus suum, vt in vno tempore operetur, in alio ocietur: vna manu operetur, & alia deserat, sicut illi, qui cum affectu & proposito peccandi operantur opera de genere bonorum. Eccl. 34. Vnus edificas, alius destrues, quid prodest illis nisi labor? De quarto sicut in fine diei remunerantur operarii, & abiiciuntur otiosi, sic erit in fine, hoc est in morte hominis, vel in iudicio generali. Rom. 2. Reddet unicuique iuxta opera sua. Apoc. vi. Certè venio citò, & merces mea mecum est,

Opera meritoria.

Ruth 2.

Matth. 9.

Matth. 10.

est, dare unicuique secundum opera sua, quia opera illorum sequuntur illos. Sed cauendum est nobis, ne faciamus sicut quidam improbi, qui die dominica expendunt in taberna, quicquid lucrati sunt in tota septimana: quia dum reuertimur ad peccatum, perdimus omne opus meritorium. Eccl. 19. Operarius ebriosus non locupletabitur. Gen. 30. Oues concipiebant ad aspectum virgarum, &c. Quia est animal secundum, sicut & colubae: vnde ista duo animalia significant animam bonis operibus fecundam. Ponuntur virgæ in canalibus, & ad earum aspectus oves concipiebant: Virgas quippe in canalibus positas contemplamur, & concipimus, quando rectitudinem vitæ sanctorum, & multitudinem suorum operum, & meritorum, qui cursum huius vitæ transierunt consideramus, & inde in bono opere proficimus: vnde virgæ ille fuerunt populeæ, in quo exemplum misericordiæ, propter vnguentum populeon, quod fit ex arbore populo, & ex platanis, ex quibus fit solidum, & laugatum ædificium: exemplum solidæ & irreprehensibilis iustitiæ, & ex amigdalis, ex quibus fit temperatissimus cibus. Exemplum temperantiæ in his tribus: si sanctos sequimur, sicut oves fecundamur: & ideo inuitatur anima deuota, vt sequatur & imitetur opera & exempla sanctorum. Si ignoras te d. pulcherrima mulierum, id est rationalis anima, Dei imagine, vltra creaturas alias, insignita, egredere & abi post vestigia gregum tuorum, id est post exempla sanctorum præcedentium. Matth. 25. Homo quidam peregrè proficiscens, &c. Sequitur: negociamini dum venio. Quare 20. a. b.

Lucæ 13. De ficulnea quam iussi euelli: Ecce iam anni tres sunt, quod fructum in ea non inuenio: Succide illam, vt quid etiam terram occupat? Et alibi. Ficulneæ quæ fructum non habuit, maledixit.

Non apparebis in conspectu Dei tui vacuus, Can. 5. Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum, hoc debet dicere Christo anima. Quot enim bona facimus opera, tot apponimus domino fercula. Non. n. tantus dominus solum debet reuerenter recipi, sed debet etiam bonis operibus abundanter refici: qui enim modò pascit dominum suis operibus, ab ipso post mortem pascantur delictis spiritualibus. Lucæ 1. Seruiamus illi in sanctitate & iustitia, coram ipso omnibus diebus nostris: euidenter innuit iste versiculus, quod vt domino fideliter seruiamus debet in nobis esse affectio pura in sanctitate, quia prius respexit dominus ad Abel, quam ad munera eius. Nec acceptat dominus seruitiũ, nisi prius acceptet animum, vt ergo opus, & seruitium sit Deo acceptum, requiritur affectio pura, secundo discretio plena, & iustitia, tertio, intentio recta coram ipso; quarto, continuatio perfecta omnibus diebus nostris. Nec vacat misterio, quod ait coram ipso. Tunc enim seruiamus coram, quãdo non propter hominum laudem, sed propter Dei honorem nostra opera facimus. Quando ei seruiamus quasi Deo, facie ad faciem præsentem, Angelo assistente, Diabolo insidiante, mundo iudicante. Sed de multis seruitio ribus dicit Iob 4. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem. Io. 8. Si filijs Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Super quo Ambro. Scitote fratres, quia cuius opera quisque facit, eius filius vocatur; vnde cum Iudei dixissent Christo: Patrem habemus Abraham, audierunt à domino: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Sequitur: Vos ex patre diabolo estis, & opera eius vultis perficere. Apocal. 1. Nomen habes quod viuus, & mortuus es. Talis est qui habet nomen clerici, vel religiosi, & non facit opera nonni conuenientia. Prouer. 30. Quattuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora, &c. Fornica, quæ congregat, id est homo,

Amo, qui tempore messis præsentis vitæ congregat opera meritoria, quæ inueniat sibi in cælo, id est post mortem. In Iob 9. Operari oportet dum dies est, venit nox quando nemo poterit operari. Apoc. 14. Opera illorum sequuntur illos. Exod. 33. Non apparebis in conspectu Dei tui vacuus. Lepusculus, id est paruus lepus, vel cuniculus, qui collocat cubile sibi in petra, ne eum vulpes possit ibi capere, & in cavernis habitat; significans religiosos, qui in religione latitant, ne Diabolo, qui semper circuit, quærens quem deuoret, ei possit nocere. Sed quandoque accidit quod iste venator Diabolus quando cavernam non potest intrare per apertum malum, & peccatum ponit intus furem malarum cogitationum, & extendit rete malarum oportunitatum. Locusta, quæ altè volat, significat contemplatiuos, qui regem non habent quorum regnum non est de hoc mundo; quorum consideratio, & conuersatio in cælis est: per turmas incedunt, quia cum Angelis conuersantur, & omnes creaturas in mente portant, vt in omnibus Deum laudent. Stello, manibus nititur, quia reprimendo ascendit, vsque ad summitatem turris: intrat cameram regis, significans bonos actiuos, quia per bona difficilia, opera ascendunt in cælum. Exemplum de Ionatha, qui reprimens pedibus, & manibus ascendit in montem. Vnde bona opera sunt gradus in scala. Iacob, per quam ad cælum ascendimus. Et sic stello laborando manibus, aliquando ascendit in altum, tanquam contemplatiuus. Et Martha æquipollens Mariæ; ad quod designandum Christus hospitari voluit in domo Marthæ; Et sic stello laborando intrat cameram summi regis.

Proprietas stellionis est, quod nunquam mordet; quia bonus actiuus, facit quod potest, sed non mordet aliquem murmurando. Si homo dormit, & serpens eum mordere voluerit, stello ponit caudam in aure, & excitat eum. Sic bonus actiuus, si uiderit aliquem dormientem per peccatum, & pigritiam, debet eum excitare, reducendò ei mortem ad memoriam, & bona ei opera ostendendo, & ad similia exhortando, ne Diabolus ei infundat venenum prauæ suggestionis, quod maxime confuevit facere ociosis. Ioseph septem annis fertilitatis, id est toto tempore præsentis vitæ, quod est tempus merendi, congregauit triticum, id est opera meritoria, quibus vixit populus septem annis sterilitatis, id est toto tempore post istam vitam, in quo nihil potest seminari, nec arari, nec meti, quia nullum opus meritorium potest fieri. Genes. 26. Seminavit Isaac in terra illa, & inuenit illo anno centuplum: Isaac viator quilibet, in terra quæ est præsens vita; in qua qui seminat bona opera illo anno, quo Deus eum vocabit, centuplum inueniet. Centuplum, ait, accipietis, & vitam æternam possidebitis. Eze. 40.

D Per septem gradus ascendebatur, &c. Quia per septem opera misericordiæ, & per septem opera virtutum ascendimus ad Deum. Quare de ista materia in tabula de vita actiua; de misericordia & pietate.

De odio, & rancore.

Primo Ioannis 3. Qui odit fratrem suum, homicida est. Quia idem est præceptum de dilectione Dei, & proximi: id est qui odit proximum, odit Deum. Et est similis demonibus, de quibus dicitur: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Item nota quot mala sequuntur ex odio fraterno, in Cain contra Abels, qui occidit eum, & electus est à facie domini: in Esau contra Iacob, qui

Opera. Ocium. Exo. 23. b.

Actiuus.

Ociosus.

Genes. 41.

Matth. 9. Opera ascende.

Vide de amore proximi, de ista de dilectione fratris, de charitate.

Opus. Seruitium

Officium Diuinum.

Matth. 21.

persecutus est eum ad mortem: in Saule contra David, ideo eiectus est à regno, & reprobatus à Deo: in Herode contra Christum: in Iudæis contra Christum in Hæreticis contra Ecclesiam. Matth. 5. Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid contra te, &c. Glo. Si quicquam mali in animo contra proximum habemus, Deo placidè offerre non possumus. Bern. in lib. de dispensatione & præcepto interrogans: Quid nam consulam homini, qui aduersus quempiam commotus fuerit? Sed non à Deo, ut eum lædere velit? à Deo tamen ut libenter accipiat, si quoquo modo aliunde lædi contigerit: licetne ita commoto, accedere ad altare: an se subtrahere interim debeat, donec compescatur commotio? nunquam mihi contingat, turbatum ad pacis accedere sacrificium: cum ira & disceptatione contingere sacramentum, in quo Deus est indubitanter, mandum reconcilians tibi. Certè non recipitur munus quodcumque meum, quod deferro ad altare, nisi ante pacato fratre, quem me forte læsisse meminero. Quantò minus si me ipsum non pacauero prius, ut docearis offerre hostiam in carnis propriæ maceratione. Matth. 6. Si dimiseris hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester cœlestis peccata vestra. Sic enim petimus in oratione Dominica: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. In hoc enim maxime imitamur Diabolum, quando in corde tenemus, & non ex corde dimittimus fraternum odium: nam Dæmones semper irascuntur, & nunquam reconciliantur: nobis autem dicitur: Irascimini & nolite peccare. Vincitur autem ira diabolica, quando remittitur ira vel offensa. Et sic de potestate diaboli eruinimur, & remissionem peccatorum consequimur. Qui enim odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò vadat, quoniam tenebræ obsecauerunt faciem eius. Ad deponendum odium fraternum mukum debet nos mouere, quia Christus de crucifixoribus ait: Pater ignosce illis, & pro inimicis. s. pro nobis, crucifigi voluit, & quotidianas, ac infinitas offensas, nobis remittit. Exemplum de Stephano: & in huius signum, manus & brachia ad amplexum, & osculum pacis, ac reconciliationis in cruce extendit. Exemplum de filio prodigo, quem pater videns à longè, occurrit osculando, & amplexando. Quare de odio in tabula de ira. Vocauit Deus seruum nequam dicens ei: Serue nequam: Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo & te oportuit misereri conserui tui, sicut & ego miserus sum tui? Ligatis pedibus, & manibus, &c. Sequitur: Sic faciet pater vester cœlestis, si non remisieris de cordibus vestris. 2. Paral. 16. Aegrotauit Afa dolore pedum vehementissimè, nec in infirmitate sua quæsuit dominium, sed magis in medicorum arte confusus est. Podagra est infirmitas pedum, quæ tollit gressum: sic rancor, & odium cordis tollit spiritualem profectum, & ad Deum accessum. Deuter. 22. Non indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est: Lana grossior significat ens visibile, & verba mollia, & dulcia: Linum quod est subtilius, & in tali veste occultantur verecundia, significat odium cordis occultum: In corde, & corde locuti sunt. Loquantur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis &c. Vnde in hoc condemnantur illi, qui verba dicunt placentia, & signa exteriora ostendunt amoris, & tamen odium & rancorem habent in corde, de quibus dicitur: Vox quidem vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. Vestem ergo ex lana, linoque contextam contra legem portant, de quibus scriptum est. Loquantur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum: Disperdat

Asperdat dominus vniuersa labia dolosa. Et iterum. In corde & corde locuti sunt. Matth. 18. Dimisit seruo decem millia talenta. quare 71. a. Item dimitte illi vsque septuagies septies. Quare 67. a. Genes. 37. dicitur de Ioseph, què fratres sui vendiderunt, & ad mortem persecuti sunt, oderant enim eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Vnde dicitur: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, &c.

De Ocio.

Quemadmodum aqua putrescit, & sordes congregat, sic homo ociosus, vnde Hieronymus. Semper aliquid boni facito, ut te Diabolus inueniat occupatum. Matth. 21. Ecce iam annis tribus non inuenio in ea fructum, succide illam, ut quid etiam terram occupat? dicitur de ficulnea infructuosa, quæ designat ociosos.

Item Matth. 20. Quid hic statis tota die ociosi? nota parabola. Et Ezech. decimosexto. Hæc fuit iniquitas Sodomæ. Saturitas, abundantia panis, & ocium. Quia secundum sapientem. Omnium malorum radix est ocium. Vnde videmus quod ferrum & omne metallum, quod non exercetur, ruginatur. Ociosi, & pigri sunt similes statuis, & imaginibus, quæ videntur esse magnum, quid & tamen non est in eis sensus, neque gustus, neque motus, quoniam isti pigri non habent sensum cogitationis, nec gustum deuotionis, nec motum bonæ operationis.

Tobias dum post bonum opus quiesceret in lecto, excæcatus fuit calidis stercorebus hirundinum, qui post bona opera incipiunt pigritari, & ociari carnalibus fetidis, ac immundis cogitationibus, de facili polluuntur, & excecantur. 2. Reg. 4. Duo principes latronum, carnalis, scilicet delectatio, & Diaboli tentatio ingressi sunt, feruenti die, domum Isboseth, qui dormiebat in strato suo in meridie, & interfecerunt eum. Ille gerit typum ociosorum. Genes. 33. Habeo mecum oues & boues fatas, quasi ambulare fecero, morientur vna die. Isti sunt tepidi, & ociosi qui extra cursum ducatur, vel si in aliquo exercitio vtili ponantur, moriuntur per impatientiam, & conquærantur se mortuos ex labore.

Item de ocio accipe illud. Puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Paralysis est ocium, & accidia. Nam ociosi malis cogitationibus torquentur. Exemplum in Tobia quiescente stercorebus excæcato.

De pulchritudine spirituali anima.

De anima deuota dicitur: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Ad pulchritudinem autem quattuor requiruntur, & ad eam quattuor inducunt, ut probatur in secundo lib. perspectivæ, lux, seperatio, magnitudo, ordo. Propter lucem. n. sol, luna, stellæ, iæst corpora cœlestia, pulchriora apparent, quàm corpora inferiora. Hæc est pulchritudo sapientiæ, seu prudentiæ, quæ lumini comparatur. Contulit dñs Iudith splendorem, quia omnis eius compositio ex virtute pèdebat. Hæc est pulchritudo fidei, & sapientiæ Christi, qua propter spiritualia acquirenda, temporalia contemnuntur. Ecclesiast. quadragesimo tertio. Pulchritudinem candoris eius admiratur oculus. Secundum est seperatio: propter hoc enim stellæ separatæ pulchriores apparent stellis gallaciæ, quæ sunt coniunctæ, sicut candelæ distinctæ, pulchriores apparent igne: Hæc est pulchritudo castitatis & honestatis,

Vide de accidia de bono merito opere. fo. 121. 144 & 9.

Matth. 8. Tob. 2.

Vide de anima deuota, de deuotione, de contemplatione, de uirtutibus. Iud. 11.

Castitas.

nestatis, & temperantia, quæ zelans solitudinem, nescit coniunctionem. **E**

Can. 1. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. In genis verecundia, in turtura solitudo: cum sit avis amisso compare foliaga, quia castitas est verecunda, & solitaria. Tertium est magnitudo, propter quam sola luna pulchrior apparet cæteris syderibus, eo quod apparet, & videtur maior; cum tamen in veritate sit minor multis notabilibus stellis, vt alibi probatur.

Fortitud. Hęc est pulchritudo fortitudinis, & patientiæ: Nam vt dicit Aug. in lib. de Trin. In spiritualibus non attenditur magnitudo molis, sed virtutis.

Gen. 24. Ecce Rebecca egrediebatur habens hydriam in scapula, puella decora nimis, virgo pulcherrima, & integra viro.

Iustitia. Quantum est ordo, vnde & literæ benè ordinatæ, & benè dispositæ, quamuis non benè formatæ, tamen apparent pulchræ. Hęc est pulchritudo iustitiæ, qua anima ordinatur ad Deum, ad proximum, ad se, cui libet reddendo, quod suum est. Can. 1. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, &c. Pulchritudo virginis iudicatur in aspectu, in vultu, in statu, in affectu, in ornatu, in ingressu, in gestu. Pulchritudo in aspectu est pulchritudo in oculis, significans simplicitatem intentionis. Can. 1. Quam pulchra es amica mea, oculi tui columbarum. Oculus animæ intentio est; vnde si oculus fuerit simplex, totum corpus lucidum erit: si tenebrosus, hoc idem. Quia secundum Ambros. Intentio imponit nomen operi. Pulchritudo in vultu est pulchritudo in genis: hęc est sinceritas dilectionis. Can. 1. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. Sapient. 7. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Pulchritudo in statu est sublimitas contemplationis. Can. 7. Quam pulchra es, & quam decora carissima in delictis: anima enim contemplatiua in delictis absorbetur. Alioquin Benjamin adolescentulus non fieret in mentis excessu. Pulchritudo quarta est in affectu: hęc est utilitas exhortationis. Iudith vndecimo. Non est talis mulier in aspectu, &c. Pulchritudo quinta est in ornatu: hęc est suauitas orationis. Cantic. quarto. Pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Pulchritudo sexta est in incessu: per conformitatem mortificationis. Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis filia principis? Pulchritudo septima est in gestu, hęc est honestas exterioris conuersationis. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol: tertio Reg. 1. Abisaac puellam pulchram nimis, quæ dormiebat cum Rege, & ministrabat ei. Abisaac interpretatur patris mei holocaustum, cor significans incensum per feruorem dilectionis; pulchra, per puritatem mentis; puella, per incorruptionem meditationis; ministrans Deo per assiduitatem orationis, & dormitans cum eo per excessum contemplationis: ideo adolescentule dilexerunt te nimis. Can. 2. Amica mea, columba mea, formosa mea, amica charitate, vnica amica mihi deuota, vt pie viuas; Columba proximis innoxia, vt omnibus placeas, quia felle caret; vel coluba, vt iuste viuas. Formosa, vt tibi sobriè, & pie viuas. Can. 6. Pulchra es amica mea suavis, & decora sicut Ierusalem, terribilis, vt castrorum acies ordinata. Pulchra peccatorum confessione, vbi est prima pulchritudo. Confessio, & pulchritudo in conspectu eius, eo quod in confessione cuncta lauantur. Suavis in sociali, & dulci conuersatione, non hispida sicut Esau, sed lenis, vt Iacob. Decora sicut Ierusalem, per fidem, in subtili, & sublimi contemplatione. Terribilis hæreticorum confutatione, vt castrorum acies ordinata in vniuersali virtutum perfectione: multiplex est enim virtutū acies in anima pulchra, & deuota, scilicet ordinatio affectuum, discipli

Can. 7.

Psal. 97.

Ana morum, aroma orationum, robur operis, terror zeli, & conflictuum assiduitatis numerositas, trium Philosophorum, quæ ex fide originem sumunt.

De prudentia.

PRudentia designatur per sal, quia prudentia est condimentum omnis operis: unde nisi modus, & prudentia teneatur, nullum opus est Deo viri lib. & gratum, propter quod in omni sacrificio iubetur poni sal, quia sine modo. fol. 26. 52. & prudentia nullum sacrificium placet Deo. Leui. 2.

Prudentia designatur per opus quartæ dici, scilicet per solem, lunam, & stellas. Quare 52. a.

B. Prudentia, & scientia humana, & mundana significantur per oculum sinistrum. Sapientia diuina significatur per oculum dextrum; ideo Naas Amonites, id est, Diabolus vult eruere uiris. Iabes Galaad oculos dextrorsos. Quare in 1. Reg. 46. a.

Nota quod sapientes mundi nescierunt legere sententiam Dei latam contra se, & contra malos, sed Daniel uir prudens sapientia diuina illam scit legere, & intelligere. Quare, secundo, a. b. In Daniele.

Abstinentes, & continentis sunt diuinæ sapientiæ receptiui, ut patet de tribus pueris, quibus dedit Deus sapientiam, & intelligentiam, &c. Nota Nota historiam. Exemplum de Salomone, qui dormiens, id est, a curis temporalium sequesteratus, meruit recipere sapientiam regendi populum. Quere 139. a. Prou. 30. Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora. Quare 146. a. Prouerb. 6. Vade ad fornicam o piger, & discite sapientiam, &c.

C Quare expositionem 8. b. Matth. 25. Prudentes uirgines acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus, & quia paratæ inrentes sunt, intrauerunt cum sponso ad nuptias: fatuis autem dictum est: Amen dico uobis, nescio uos, & illæ foris remanserunt. Vbi est aduertendum, quod triplex est prudentia; in cuius signum legimus in Scriptura triplex animal de prudentia commendari: gallum de horarum discretione; formicam de victualium cōgregatione. Vade ad fornicam o piger: serpentem de sui renouatione, quia cum senuit ieiunat, vt pellis discorietur à membris, & in arcto foramine tollit pellem veterem: Estote prudentes sicut serpentes. Quare 59. a. De primo, scilicet de Gallo. Iob: Quis dedit gallo intelligentiam.

Ex istis tribus animalibus sumitur in nobis triplex intelligentia, id est triplex prudentia, prima discretionis in contritione, secunda renouationis in confessione, tertia multiplicationis bonorum operum in satisfactione.

D. De primo patet, sicut enim gallus tenebras noctis a luce diuina discernit, & ita tenebris prolixioribus, siue densioribus fortiores uoces emittit, & luce propinquante dulciores, sic peccator in corruptione tenebras culpe propriæ discernit a luce diuinæ gratiæ, & ex consideratione peccati sui, validius gemit in penitentiam ex consideratione gratiæ Dei, dulcius respirat in veniam. Prou. 16. Qui sapiens corde est, appellabitur prudens: sapiens corde est, qui nec desperat ex culpa, nec præsumit ex gratia. De secundo Iob 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, i. in antiquitatis uetustate peccati est prudentia, per quam renouantur in confessione. Eccl. 21. Labia imprudentum narrabunt. Stultitiam, uerba autem prudentium statera ponderabuntur: quia facta, & circumstantia aggrauantes debent sollicite discuti, quis, quid, ubi, quando, quibus auxiliis, cui, quomodo.

De tertia prudentia Matt. 10. Estote prudentes sicut serpentes. Luc. 12. E
Fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus, &c. Quare expositionem Prouerb. 15. Vir prudens dirigit gressus suos. Quia gressus hominum deuiant per luxuriam, & alia peccata, per quæ totus mundus patenter deuiat à via salutis; vnde luxuria, superbia, auaritia deuiant totum mundum. Deuter. 31. Gens absque consilio est, & sine prudentia: vtinam scirent discernendo præterita peccata, intelligerent præsentia pericula, nouissima prouiderent, scilicet supplicia futura.

Vade aduerte quòd ad prudentiam spectat agenda dirigere, cum sit auri riga omnium virtutum, & pericula euitare: quia enim aduersarius vester Diabolus tanquam Leo rugiens circuit querens quem deuoret, &c.

Et vt dicit Leo: Non desinit hostis antiquus deceptionis laqueos ubiq; prætere, nouit cui adhibeat æstus cupiditatis, &c. Idcirco quia via est aspera lapidibus, lutosa paludibus, tortuosa collibus, ruuosa vallibus: Lapidibus offendimur, paludibus inquinamur, cliuis lassamur, ruinis cadimus. Primum ad labores, secundum ad voluptates, tertium ad bonorum prosperitates, quartum ad aduersitates. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Quare 105. b. Prouerb. 14. In corde prudentis requiescet sapientia. Vbi nota, quòd prudentia est virtus sui circum spectiua, proximi eruditiua, Dei contemplatiua, supplicij fugitiua, premij adoptiua.

Inde est, quòd à physicis assignantur quattuor species prudentiæ, circumspectio, docilitas, contemplatio, prouidentia. Debemus ergo habere prudentiam in circumspectione infirmitatis propriæ. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Serpens in arctam cauernam intrans in centalem se redigit paruitatem, & puluere vili pascitur; columba ad lacum extens se volando dilatat, & grano puro vescitur: G
Sic religiosus cū intrat intimū conscientie suæ, humiliatur, & fragilitatem ac mortis puluerem meditat, cum ad alios videndos exit, charitate dilatur, cum ad eos non assumens, vel incorporans sibi defectus sed semper aliquod bonum inuenit in proximo, quod comedat, & quo reficiatur, & quod imitatur.

Noli ergo timere alterum iudicare, sed diligere, & bona eius eligere, & te intra te circumspicere. Prouerb. 2. Fili inclina cor tuum prudentiæ. Secundo habeamus prudentiam in docilitate, quo ad eruditionem necessitatis alienæ. Lucæ 12. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illi in tempore tritici mensuram?

A quæstione incipit prudentia docilitatis, quia totum exercitium multorum, est hodie in quæstionibus, vt quamdiu viuatur semper queratur dispensator fidelis, vt pro modo, & capacitate auditorum formentur verba doctorum, dicant arcta, non alta. Qui enim moderatur labia sua prudens est. Matth. 24. Fidelis seruus & prudens, &c. Seruus vera humilitas, quæ debet vita alijs præcellere, vt quicquid pingit calamo linguæ, & incausto saluæ auctoritate humilitatis sigiller, aliter tinnitum faciet in auribus, nescio si fructum in cordibus, vt det illis triticum, id est cibum, qui generat bonos humores, sciētiam scilicet vtilem, quæ generat bonos mores, non lolium, vel zizanium, quæ grauant stomachum, & inflationes faciūt, & torsiones, nec nutriunt, scientias scilicet superstitiosas, & doctrinam curiosam, & inutilem: sed sicut discipuli exeuntes ad sata vellebant spicas: ita nos

nos profèramus, & capiamus viliores scientias. Vnde Antonius cuidam monacho studentem in philosophia dixit: Philosophi non fecisti, & monachum perdidisti. Triticum etiam debet dare ad mensuram: quia sicut alimenta, quæ minus sufficiunt, auidius sumantur, vt dicit Greg sic est de prædicatione breui, non proliza, non tardiosa. Habemus et prudentiam in contemplatione veritatis diuinæ. Baruc 3. Disce Israel ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus, ubi sit si nulli diuitiarum vitæ, & victus, ubi sit lumen oculorum, & pax: cum. a. anima auertitur ab insensibilibus, & conuertitur ad sensibilia, &c. Quare 115. b. Habeamus etiam nos prudentiam prouidentie in cautela penæ æternæ. Matth. 25. Prudentes virgines acceperunt oleum in vasis cum lampadibus, media nocte clamor, &c. Nox vita præsens, plena aduersitate penæ, nigredine culpe, caligine ignorantie, frigore ex defectu charitatis & amicitie, surgunt in hac prudentes virgines, F animæ sanctæ & incorruptæ, quæ se præparauerunt, & de futuro iudicio sibi prouiderunt: sed quidam iacendo, torpendo, procrastinando, nolunt in hac nocte confurgere, sed sero, cum viderint solem in ortu suo mundum vniuersum irradiare. Deuter. 32. Gens absque consilio est & sine prudentia, vtinam sapienter, & intelligenter, ac nouissima prouiderent: scaperent, cum amaritudine recogitauerunt præterita, nouissima prouiderent, cum solitudine præcavendo, vel prouidendo futura.

Hec quadruplex prudentia est in quattuor animantibus terræ prudentibus. In lepuleulo circumspectè se habente, & cubile collocante: in locusta sine rege ordinatè procedente, in stellione reptante, in formica sibi prouidente.

Prudentia informat partem intellectiuam; sapientia partem affectiuam, quia vt dicit Isidorus in libro differentiarum: Sapientia non tantummodo capimus superiora, sed etiam incognitis delectamur. Informatur autem pars affectiua per sapientiam quadrupliciter, quando scilicet ex prudentia circumspectiua infirmitatis propriæ purgamus nos, & delectamur in pura conscientia 1. Cor. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostre, q; in simplicitate & charitate, non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo: Sapientia carnis inimica Deo. Gratia Dei est sapientia pura conscientie, in qua anima deuora delectatur. Secundo quando ex prudentia malo necessitatis alienæ excitamur in charitate, & patientia. Coloſ. 4. In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt. Iaco. 3. Quis sapiens & disciplinatus, inter vos ostendit ex bona conuersatione sua, opera sua in mansuetudine sapientie: Quando ex prudentia contemplatiua veritatis diuinæ contemnimus temporalia, & appetimus celestia. Sapientia 6. Concupiscentia sapientie deducet ad regnum perpetuum. Si ergo delectamini in verbis & scriptis, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Et ibidem diligite lumen sapientie, qui præestis populi. Quarto ex prudentia fugitiua penæ æternæ perseveramus in penitentia. Eccl. 27. Homo sapiens permanet in sapientia sicut Sol: stultus autem, vt luna mutatur. Permanet in sapientia sicut Sol, quia perseverat in penitentia. Prouer. 29. Virga, atq; correctio tribuit sapientiam: stultus vt Luna mutatur, quia abiecta penitentia ad peccatum reuertitur.

Peccatum enim est rota volubilis, sed sapiens lapide quadro firmior. Sicut dicitur in lib. de prouerbis rusticianis. Exod. 25. Cherubin vnus erat in latere vno, & alius in altero: quia per actū prudentie discernendū est nobis, quid expediat in statu prosperitatis, & quid in statu aduersitatis.

Notabiliter etiam dicitur 2. Paralip. 3. quod facti sunt Cherubin opere E statuario, quia in numero, pondere, & mensura. Sic enim disponuntur opera statuariorum: singularitas numerum non habet; leuitas non habet pondus, nec superfluitas mensuram. Si ergo grauitas ponderis te reddiderit stabilem, si numerus socialem, si mensura frugalem; stabilem in tentatione, socialem in conuersatione, frugalem in epulatione, habebis prudentiam, & eris Cherubin factus opere statuario. 1. Mach. 8. Committit Romani per singulos annos magistratum suum vni homini, quia prudentia est quasi oculus inter virtutes & dux eorum. Vnde Seneca in libro de secundis Epistolis: Non præcedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine decoris cæteros vincit: elephanti & greges generosissimus ducit.

Sapientes huius mundi secundum Apostolum stulti sunt apud Deum, nec sciunt legere in libro sapientiæ, qui est Christus, & eius crux; quibus F dicitur Esa. 29. Erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati, quem cum dederit scienti litteras dicens, lege istum, & respondebit: non possum: signatus est enim; & dabitur liber nescienti litteras, dicitq; ei, lege, & respondebit, nescio litteras: quia tam clerici sciētes litteras, quam laici nescientes litteras contemnunt legere librum sapientiæ, qui est Christus, secundum Apostolum. Vnde dicitur: Dan. 5. Sapientes Chaldei. i. sapientes huius mundi, non poterant legere scripturam. Quia oculos habent, & non videbunt, excæcauit. n. eos malitia eorum. Isti sunt, de quibus dicitur Baruch 3. Filij Agar, ancillæ, qui exquisierunt prudentiam, & sapientiam, quæ de terra est, & quoniam non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam; & nota Esdræ 4. Quomodo ille sapiens meruit coronari, cui dictum est, secundum quod sapientior inuentus es proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis: Et Ioseph, qui interpretatur princeps, loquebatur sapientiam, Gen. 41. Nunquid sapientiores, & consimilem tui inuenire poterō: Sapiēs Ioseph in adulteri reuocatione, in somniorum interpretatione, in populi gubernatione, in victualium congregatione. ¶ Quærit autem Salomō, quis fructus sapientiæ? dicens Eccl. 6. Quid habet amplius sapiens stulto? Respondit ibidem, vt pergat ad vitam. Prouer. 3. Gloriam sapientes possidebunt, stultorum exaltatio, ignominia. ¶ Est ergo sciendū, quod sapiens cognoscit acutius, consulit securius, eligit discretius, perficit perfectius, & sic concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Sap. 6. Itaq; verus sapiens cognoscit acutius, quia cognoscit per altissimas causas secundū Arist. Idēo quanto cognoscit clarius, tanto incedit rectius. Est. n. sapientia, recta via ad veritatem ducens secundum Aug. lib. 1. cōtra Academicos, nec tantum ducens, sed etiam possidens. Est. n. sapientia veritas, qua tenetur verum & summum bonum, secundum August. 2. lib. ar. Hęc vera sapientia sicut est speculatiua verorum, sic est operatiua bonorū. Eccl. 18. Sensati in verbis sapienter egerunt, & intellexerunt veritatem & iustitiam. Sensati in verbis, scilicet diuinæ scripturæ & iustitia agendorum, & sic consummati perfectione fidei & morum: in quibus duobus cōstat tota perfectio viatorum: sed hodie filij Agar, id est aduenæ, & extranei à sapientia Dei, exquisierunt sapientiam, quæ de terra est, quæ terrena, aialis, & diabolica est. Terrena, quia docet vanitatem & auaritiam: nam à maiore vsq; ad minorem omnes auaritiæ student: Animalis, quia sequitur vilitatem & immunditiam: Diabolica, quia docet voluptatem, & superbiam. Hanc sapientiam salutis suæ, aut negligunt ociositate, aut contemnunt curiositate, aut peruertunt infidelitate. Rom. 1. dicentes se esse sapientes, stulti fa-

A ti facti sunt. Isti sapientes, magi, arioli scripturam suæ damnationis, nec legere, nec intelligere, nec interpretari possunt, quia nec aduertere volunt quod apparuit regi Balthasar manus scribentis, Mane, Techel, Phares, quæ re 16. 106. a. Hęc scriptura sapientib. huius mundi est illegibilis, donec appareat sententia horribilis, & pœna interminabilis. Secundō verus sapiens consulit securius, licet. n. homo sit natura consiliatiuus secundum Arist. 6. Ethic. Cum prudentis est bene consiliari, vt ibidem habetur. Sapientis. n. est omnia ordinare. Sapientis opera sunt duo, scilicet non mentiri de quibus nouit, & mentientem posse manifestare: vnde consilium sapientis est fidele, vtile, stabile. Eccl. 21. Consilium sapientis quasi fons vitæ permanet. Idēo Thobias filium instruens dicebat: Consilium à sapiente perquire.

Oporet enim consiliarium esse prouidum in examinatione, maturum B in deliberatione, iustum in diffinitione, expertū in executione. Vnde Ambros. lib. 2. Officiorum; consiliarius exemplo & vsu paratior fit, vt præsentia saluet, pericula denunciet, imminetia expedit, remedia ferat, paratus non tantum ad soluendum, sed ad subuertendum, &c. Quære in tabula de cōsiliariis & aduocatis 11. b. & 58. a. Tertio verus sapiens eligit discretius. Sequitur autem electio consilium. Est enim eligere voluntarium non quodcunque, sed præconsiliatum. 3. Top. Est enim sapientia lux discretiua mortis & vitæ. Et hęc est lux sapientis, quam sequitur in eligendo Prouer. 13. Lux sapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.

Sapiens itaq; discernit oblata, decernit discreta, & exequitur electa: idēo oculi sapientis semper in capite eius. Secundō vt prouideat ponderet, & prudenter præponat spiritalia corporalibus, æterna temporalibus, honesta vtilibus, virtuosa delectabilibus, & singula sibi sapiant iuxta saporem, & valorem suum. Bern. Inuenisti sapientiam si prioris vitæ peccata desceas, si huius sæculi desideria parripendas, si æternam beatitudinem toto desiderio concupiscas. Inuenisti sapientiam, si tibi sapiant horum singula prout sunt. Sed hodie merito quærendum, vel potius conquerendum cum Apostolo: Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi conquisitor huius sæculi? nonne Deus stultam fecit sapientiam huius mundi? Verē stulta sapientia, qua diligitur mundus, & contemnitur Deus, ambiuntur honores, & corrumpuntur mores, acquiritur pecunia, & perditur cōscientia. Esa. 5. Veq; qui sapientes estis in oculis vestris. Vbi ergo oculi sapientis? Hodie Naas Amonites videtur eruisse viris Iabes oculos dextros. In hoc ait vobiscum feriam pactū, vt eruum omnium vestrum oculos dextros. Naas serpens interpretatur & significat Diabolum. Iabes interpretatur siccitas, & significat animam humore gratiæ priuatam, & lumine sapientiæ destitutam: huic Diabolus oculum dextrum eruit, ne supplicia pauca, ne flagitia caueat, ne Dei sententiam expaueat, ne mundi infamiam erubescat, ne mortis incertitudinē auerrat sed talibus remanet oculus sinister acutissimus, suspiciosus ad caliditatem, iniuriusus ad iniquitatem, ambiciosus ad vanitatem, libidinosus ad voluptatem. Hugo de S. Vict. Acceperat homo oculum contemplationis, oculum rationis, oculum carnis: Post tenebras autem peccati, oculum contemplationis extinctus est, vt nihil uideat: oculum rationis factus est lipus, vt dubiè videat; oculum autem carnis solus in sua claritate remanet. Oculum carnis, sapientia carnis, quæ inimica est Deo. Sapientia mundi stultitia est apud Deum. Greg. 10. lib. Moral. Sapientia mundi est cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostēdere, quæ vera sunt falsa demonstrare. Hęc usu scitur, precio discitur; ab hac duplicitas

veritatis nomine palliata diligitur, mentis peruersitas, urbanitas vocatur. **E** Hac sibi obsequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta vanitate gaudere, irrogata mala, vt vires suppetunt, multiplicius reddere, nullis resistitibus cedere; cum possibilitas deest, quicquid per malitiam explere non valet, bonitate pacifica simulare.

Quartò verus sapiens proficit perfectius; quod. n. faciendum eligit, exequendo perficit. Matth. 7. Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suã, super petram, &c. Sapiens. n. etsi concutitur non deicitur: hic. n. sanctus in sapientia manet sicut Sol: stultus aut vt luna mutat. Stultus. n. semper procedit, & retrocedit, incipit, & deficit. Sed sapiens magnanimiter inchoat, æquanimiter tolerat, lóganimitèr perseuerat: aut. n. secundũ Stoicos, passio in sapientè non cadit; aut si cadit, secundum Peripateticos, non prostermit; nisi forte in sapientissimo Salomone demonstratur instantia; quia vinum & mulieres apostatate faciunt, etiam sapientes. Eccl. 19. Ibi enim prorsus non habet locum pugna, sed fuga, quia hic virtuosius prædicat sapientis conuersationi. Idèd dicit Iacobus: si quis sapiens & disciplinatus inter vos, ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ: idèd ad cautè ambulandũ, idèst ad sapienter proficiendũ nos hortatur. Apost. Videte, quomodo cautè ambulatis, non quasi insipientes, sed quasi sapientes redimètes tempus, quoniam ambuletis dies mali sunt.

Eccl. 27.
Constãtia.

Iac. 3.

Eph. 5.

Iac. 3.

1. Pet. 3.

Nota illud: Sapientia quæ de sursum est, primum quidem pudica est, pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens; plena misericordia & fructibus bonis. Estote prudentes, & vigilate in orationibus.

De perseuerantia.

Perseuerantia designatur in cauda bestia, quæ debet offerri in sacrificio: quia inter virtutes sola perseuerantia coronatur; finis. n. non pugna coronat. Esto, ait, fidelis vsq; ad mortem & dabo tibi coronã vitæ. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Vnde perseuerantia figuratur per vestem talarem, quam Iacob fecit dilecto filio Ioseph; tunica vsq; ad talos, qui sunt extrema pars corporis, est perseuerantia boni operis vsq; ad finem. Matth. 20. Cum serò esset factum, idèst post perseuerantiã boni operis, dixit dominus vineæ, Christus cultor & plantator ecclesiæ, procuratori suo: voca operarios, & redde illis mercedem. Quere de perseuerantia in tota tabula de opere meritorio, de virtutibus, de fortitudine.

Constãtia.
Fortitudo.
Apo. 2.
Matt. 24.
Gen. 37.

Sex dieb. operatus est dominus, in quo designatur continuatio boni operis toto tẽpore vitæ præsentis, & septima die, i. perseuerantiæ benedixit.

Item perseuerantiã designatur per calcaneum, est extrema pars corporis, cui serpens, idèst diabolus insidiatur, vt dicitur in Gen. 3. quia diabolus nititur perseuerantiam impedire, quam solam nouit coronari.

2. Reg. 18.

2. Reg. 4.

2. Reg. 18.

Abisalon suspensus & mortuus propter defectum perseuerantiæ. Dauid enim pater suus, i. Christus remisit ei iram: Rex vocauit puerum Abisalon, placatus feci verbum tuum; sed ille post modum non perseuerauit in amore patris, sed impugnavit eũ. Accidit vt Abisalon occurreret seruis Dauid: sedens in mulo: cũque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnã, adhefit caput eius quercui, & illo suspensio inter cælum & terrã, mulus cui insidebat pertrãsiit, & sequitur: Tullit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Abisalon, in quo significat peccator dimittens pœnitentiam, per quã a patre, s. Christo, obtinuerat veniã: impugnans patrem,

A trem, dum reciduat per culpam; hic per capillos suspenditur, quando per temporalium abundantiam, in superbiam eleuatur: Suspenditur autem ad quercum, quæ porcorum fert pastum, & est arbor patula, quando ex abundantia temporalium cadit in luxuriam, quæ est iam vsque diffusa, sed illo pendente malus pertransit: quia peccator in peccato perseuerante, caro ad mortẽ defluit, & currit. Mulus enim ex equo, & asina generatur. Equus est feruens, asinus hebes, quia caro nostra hebes est ad bonum, & feruens ad malum. Tres lanceas in corde eius figere, est de tribus peccatis generalibus, superbia, luxuria, auaritia, conscientiam mortaliter lasam habere.

Luxuria.
Voluptas.

Peccata.

Exemplũ.

Perseuerantia, & perfectio vitæ nostræ, in vespere designatur, ad quam perfectionem pertinent quattuor. Exemplum vitæ, modus temperantiæ, humilitas conscientie, finis perseuerantiæ: Primum ergo est exemplum vitæ: hora nona est, quando sol aliquantulum magis inclinatur, nec tamen omnino deficit: quia vir perfectus opera sua proponit proximis in exemplum, nec tamen ibi gloriam propriam quærir. Rom. 13. Induamur arma lucis, sicut in die, honestè ambulemus. Arma lucis sunt exempla perfectionis, vt sit vir perfectus, in victu parcus, in vestitu abiectus, in sermone discretus, in opere strenuus.

Secundum est modus temperantiæ quando ita modum tenemus in omnibus, vt neq; plus quam expedit, nec minus quam necesse est, agimus; illa enim hora, quando dies est temperantior à calore, declinans in frigore, quando nec eleuamur in prosperis, nec deprimimur in aduersis, nec mutamur vt luna, sed vniformiter manemus vt sol. Per diem sol non vret te, neq; luna per noctem. Per diem prosperitatis, per noctem aduersitatis. Sol eleuatio mentis, Luna depressio & mutatio: ergo enim per diem sol non vret, neq; luna per noctem, cuius mens nõ eleuatur ex prosperis, nec mutatur in aduersis, sed semper vniformiter manet, habens verecundiam in aspectu, modestiam in gestu, prudentiam in tactu.

Temperantia.

Psal. 120.

Religiõsus.

Tertiam est humilitas conscientie omnibus enim viriliter executis, & modo debito, & aliis circumstantiis ritè obseruatis solet vana gloria titillare mentem, & idèd necessaria est humilitas conscientie, vt homo pensans suam infirmitatem in claustro suæ conscientie semper lateat per humilitatem, non egrediatur per vanitatem, ne audiat illud, Aedifica tibi domum in Ierusalem, & habitabit ibi: quacunq; enim die egressus fueris, scito te in reficiendum: vnde ait Saluator Apostolis: Cum omnia bene feceritis, dicite, serui inuitiles sumus, quod debuimus facere, fecimus; omnes enim nostræ iustitiæ quasi pannus menstruatus; sic Dina egressa foras, in quo designatur vana gloria, corrupta est. Sic manus Moyse extracta de sinu, in quo designatur vana gloria, apparuit leprosa. Attendite, ait, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Gregor. deprædari desiderat, qui thesaurum publicè in via portat.

Humilitas

Luc. 17.

Hanc humilitatem, quæ tollit vanam gloriam habes cum de te existimas parua, de aliis magna; cum omnes honoras, & à nullo honorari desideras, nec te dignum honore reputas. Quartum est finis perseuerantiæ, tunc enim dies clauditur, & meritum terminatur: & quia multi laudabiliter inchoant, qui turpiter terminant, ideo aduersperascente die, insistendum est, & orandum illud. Mane nobiscum domine, quoniam aduersperasce t, & inclinata est iam dies; quam perseuerantiam assequemur, si non maneamus ociosi, non interrumpanus bonum opus, fastidiosi, si obliuiscamur posteriora, si extendamur ad anteriora. Et sic impletur illud.

Luc. 24.

Psal. 118.

Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia seruiunt tibi.

Et forte hæc quatuor significantur in illis quatuor, quæ in vespere videmus. Stellarum splendor demonstratur, radiorum seriores temperantur, flores clauduntur, labores & mercedes tribuuntur. Apocal. 7. Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & unde venerunt? Isti sunt qui venerunt de magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt in sanguine agni: Ideo sunt ante Thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius; anima enim, quæ perseverat in oratione & bonis operibus, se ipsam lachrymis purgat, dum de Christi recogitat passione, & quia per amorem transformat in se Christi passionem, ut iam ex compassione, gladius, qui transuerberavit corpus Christi transuerberet animam talem: ideo dicitur venisse ex magna tribulatione. Et sic perseverans, eundo de virtute in virtutem, venit ad templum, & seruit illi, cui seruire regnare est. Tho. 2. Filij sanctorum sumus, & vitam illorum expectauimus, quam daturus est Deus his, qui fidem suam nunquam mutant ab illo. Isti enim sunt qui perseverant in bonis operibus firmi, non vacillant sicut dabij. Ecclesiast. 18. A mane usque ad vesperam immutatur tempus, quia sicut tempus est semper mutabile, ita cor illorum qui diligunt honores & temporalia, semper mutabile est & sine perseverantiæ stabilitate: Sed cum diabolus semper magis tentet in fine, quam in principio, quia serpens insidiatur calcaneo, semper magis de finali perseverantia timere debemus, & nos animare ad perseverandum fortius, Sicut solent transiri ante prædones habitum mutare, & se armare, ne deprædentur. Ideo Dauid videns se cognosci à seruis Achis mutauit habitum ut perseveraret in eo, quod proposuerat: Mutauit Dauid os suum coram Achis, & collabebat inter manus eorum: Sed qui vult perseverare, non debet de fauore hominum curare, sed in simplicitate, quæ videatur hominibus fatuitas, perseverare.

Tentatio.

1. Reg. 21.

Luc. 3.

Quare de ista materia in tabula de hypocritis.

De non perseverantibus dicitur, ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

De principibus secularibus.

Vide de ad uocatis. De consiliarijs. De iudicibus. De prudentia. De prelati & fol. 30. 84. 107.

Saul periit per auaritiam & inuidiam; Absalon propter immunditiam; Roboam quia adhaesit consilio iuuenum; & quomodo propter auaritiam, & tyrannidem, & iniustitiam regna à gente in gentem mutantur. Exod. 14. Dicitur de Pharaone crudeli principe persequente & opprimente pauperes & innocentes; & sequitur: Electi principes eius submersi sunt in mari rubro descenderunt in profundum quasi lapis.

Esa. 1. Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Quare de ista materia in tabula de muneribus.

Baruch 3. ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum. Non hos elegit dominus. Gigantes dicuntur principes cupidi, à ge, quod est terra dicti; nominati in superbia & malitijs, & oppressionibus; famosi sicut illi gigantes, de quibus habetur Gen. 6. In quo notatur singularitas superbie; statura magni, ne scientes in serabilibus compati, & per misericordiam condescendere: Scientes bellum, id est scientes omnes tribulare & opprimere, nescientes iuste iudicare. Ideo non hos elegit dominus, quia ex singulari superbia impugnant ecclesiam, & ex ma-

E

F

G

D

gna.

Agna statuta non habent misericordiam, ex bellicositate sua non habent iustitiam, & quia sunt gigantes terrenorum cupidi, ideo rectit uindictam iustitiae subuertunt.

Et nota, vbi sunt, qui dominantur populis, &c. Sequitur. Exterminati sunt, & apud inferos descenderunt.

Nota, quomodo sapientia est necessaria principibus: Exemplum de Salomone, qui à domino petiit, & accipere meruit sapientiam ad regendum populum sibi commissum, & cum sapientia habuit copiam diuitiarum: vn de Sap. 6. Diligite lumen sapientiæ qui præestis populis. Psal. 2. Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram: quare de hoc in tabula de prudentia, & sapientia.

Exo. 1. Præposui filiis Israel Pharaon magistros operum, ut eos affligeret oneribus; tales enim officiales habent hodie principes sæculares, & ecclesiastici, & magis sonant apud eos verba timoris, nunquam amoris. Et nota illud: Noli fieri iudex, nisi virtute irumpere valeas iniquitatem. Exod. 18. Prouidi de omni plebe viros potentes, qui iudicent populum omni tempore. Quomodo autem & qualis iustitia principibus sit necessaria, Quere 106. a. b.

Et est sciendum quod iustitia in quatuor consistit, in diligenti causæ inquisitione, in veloci & expedita determinatione, in discreta iudicis diffinitione, in iusta sententiæ executione. De primo, Deut. 14. Quare diligenter, & sollicitè de veritate perspecta, si inuenies certum esse, quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores urbis illius in ore gladij, & in signum, quod veritas est cum diligentia inquirenda, ait dominus in persona principum, & iudicum: Descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non sit ita, ut sciam. De secundo, Esa. 16. Præparabitur in misericordia solium eius, & sedebit super illud in veritate, in tabernaculo Dauid iudicans & quærens iudicium, & reddens velociter quod iustum est: De tertio, Deut. 17. Iudicabunt te iudicij veritate, & facies quæcunque dixerint. Prou. 18. Accipe personam impij in iudicio; non est bonum, ut declines à veritate iudicij. De quarto ait Salomon: Tu fecisti cum seruo tuo patre meo misericordiam magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo in veritate & iustitia, & recto corde tecum. Hæc aut quadruplex veritas quadrupliciter impeditur, primo per ignorantiam. Dan. 13. Fatui filij Israel nõ iudicantes, neq; quod verum est cognoscentes, condemnastis filiam Israel. Secundo per auaritiam. Dan. 8. Prosterneatur veritas in terra. Hier. 6. A maiore usq; ad minorem omnes auaritiæ student. Tertio per personarum acceptionem. Esa. 59. Corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi, & facta est veritas in oblivione: æquitas est ut non accipiant personam in iudicij diffinitione. Quarto per pusillanimitatem, & inertiam. Baruch 4. Non ambulauerunt per vias mandatorum Dei, nec per semitas veritatis, cum iustitij Dei ingressi sunt. Apoc. 6. Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus: aduerte opacitatem in nigro, vacuitatem in sacco, asperitatem in cilicio. Ex his collige obscuritatem conuersandi, cupiditatem retinendi, crudelitatem exigendi. Et fulserunt antiqui prelati & principes in templo Dei quasi sol. Eccl. 30. Quia clauerunt exemplari vitam, doctrinali scientia, vigili cura, celebri fama: sed nec viciosa & ociosa nigredine vita in seicuit, scientia repellitur, cura negligitur, fama deripitur. Sol ergo factus est niger, quia facti sunt vigilantes dormientes, custodes dissipantes, pastores raptores, præcones prædones; factus est

Officiales principes. Prælati. Eccl. 7.

Iustitia. Iudicium.

Gen. 18.

3. Reg. 3.

Prelatus. Princeps

etiam quasi faccus irrecufabilis ad recipiendū, infatiabilis ad implendum; **E**
Saccus. irrefe rabilis & insolubilis ad largiendum, tandem difsecabilis ad perpendū.
Auaricia. Aggei. Qui mercedes congregauit, mifit eas in facculum pertufum. G'o.
 interlinearis. Si quis mercenaria negociatione, vel man mercedes cōgre
 gauit, illæ pecuniæ ita defluunt, ac fi mittantur in faccum perufum: vnde
Ecclef. 4. non fratrem, & tamen laborare non ceffat, nec fatiantur oculi eius diuini-
Auaricia. tijs, nec cogitat dicens, cui laboro, & fraudo animam meambono, & hoc
 quoque vanitas, & afflictiō maxima. Tales funt prælati, clerici, & curati,
Pfal. 38. qui fecundum non habent in iuitijs, nec hæredem in beneficijs. Thefauri-
 zant, curiam feftantur, & laborant, & ignorant, cui congregant ea, & fre-
 quenter illud, quod congregauerunt, deuoluitur ad manus inimicorū fuo-
 rū, nec recogitant, quomodo bonis animam fuam fraudant, fubtrahunt li-
 beralitatem, hospitalitatem, ecclefiæ vtilitatem, pauperibus neceffitatem.
 Et idcō finaliter nihil inueniunt in manibus fuis, nifi aternā calamitatem. **F**
Factus est etiam follicitianus, propter tyrannicam crudelitatem, vni in infe-
 riorū exactionibus non fit modus, nec ftatus, nec menfura, nec numerus,
 nec pondus. Conftitue prædicamentum ab infimo fubdito vſque ad fup-
 mum principem, & inuenies, quod quantò gradus fublimior, ftatus poten-
 tior, tanto exactio crudelior, & moleftior, vnde ſicut recitat Aug. 4. de ciui-
 tate Dei, c. 4. Ea accepit de ter. lib. de nugis philofophorū: Dionides pirata
 cap. tus eleganter refpondit Alexandro quærenti, propter quid mare habe-
 re id feftū, propter quod, ait, tu totum mundum: fed quia ego exiguo nau-
 gio id facio, latro vocor; tu vero quia magna claffe, diceris imperator: & cō-
 cludit ex hoc Aug. quod regna fine iufticia, nihil aliud funt, quā magna la-
 trocinia. Quantū ad imitationē ecclefiæ, ibidem fequitur Apoft. Et luna to-
Apo. 6. ta facta eft ſicut ſanguis: vnde hodie poteft dicere eccleſia Chriſto. Spōſus
 ſanguinum tu mihi es. Exo. 4. Quia Chriſto permittēte, filios ſanguinum **G**
 concipit, & parit ſeditioſos diſcordia, voluptuoſos inſolētia, pōpoſos excel-
 lentia, fiducioſos irreuerentia. Rebecca ergo. i eccleſia clamat ad dominū.
Gen. 25. Si ſie futurum erat, quid neceſſe fuit concipere. Gemat, pulſet, clamat ad
 ſponſum, dum ſic quadrupliciter eclipſatur, ſcilicet quantū ad imitationē
 clericorū, ſcholarium, doctorum. Sequitur Apoftolus, Et ſtellæ cecide-
Apo. 6. runt ſuper terram, quid caſus cauſa, niſi ſuperbia? vnde dicitur de primo an-
Iſa. 14. gelo, quomodo cecidiſti de cælo lucifer, qui mane oriebaris. Quis ſumptus,
 quis apparatus, quis tumultus, quis acceſſus, quis exceſſus in prælatiſ: horū
 omnium mater eſt ambitio, & cupiditas. Hæc eſt cauda draconis, hoc eſt il-
Apo. 12. lud ſignum terribile, & monſtruofum, quo draco ille cauda prædicta ter-
 tiam partem ſtellarum trahēbat in terram, à clericali, & cœleſti honore ad
 flagitioſam vitam, & ignominioſam infamiam: percuſſa eſt ergo hodie ter-
H
 tia pars ſolis, tertia pars lunæ, tertia pars ſtellarum, ita vt obſcuraretur ter-
 tia pars eorū. Apo. 8. Nec eſt intelligenda iſta tertia pars quantum ad nu-
 merū, ſed quantum ad miniſterium. Luc. 18. Et qui præbant, & qui ſequebā-
 tur increpabant cæcum, vt taceret, ipſe vero, &c. Sequitur. Stās autē Ieſus,
 iuſſit cecū adduci ad ſe; &c. Nota hiftoriam. Vbi nota quod turbis increpā-
 tibus Ieſus ſtat, & miſeretur cæco. In hoc docens, quod quamuis mala, &
 immiſericors familia principum, & prælatorum non miſeretur pauperum
Prouer. 9. bus, nec eos velit audire: ipſi exemplo dñi Ieſu debent eis miſereri, eorum
ad Ro. 13. querelas, & clamores audire, eleemoſynas dare, & iuſticiam facere. Dan.
1. Pet. 2. 2. De ſtatua, cuius caput erat de auro, &c. Quia poteſtas temporalis eſt op-
 tima.

A tima, & à Deo inſtituta: per me, ait, reges regnant, & Apoc. Omnis anima
 poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Qui enim poteſtati reſiſtit, domino
 reſiſtit. In canonica Petri: Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis no-
 ſolum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis. & alibi: Deum timete, regem
 honorificate, ſed peccus, & brachia ſunt de argento, propter exactiones pe-
 cuniarum. In ſerto nota tyrannidem: in teſta vilitatem; ideo lapis diuine iu-
 ſticiæ confringit iſtam ſtatua, quia regnum de gente in gentem transfer-
 tur propter iniuſticias, &c. Ad virtuoſum principalem requiruntur, quæ-
 tur clementia condeſcenſionis ad indulgendum, prouidentia gubernatio-
 nis ad dirigendū, iuſticia diſtributionis ad corrigendum, & diſpenſandum. **Principatus**
 Conſtantia executionis ad protegendum.

Secundum hæc quattuor legimus principes comendabiles in ſcriptura;
B David clementiſſimum, qui interpretatur vultu deſiderabilis: Ioseph pru-
 dentiſſimum, qui interpretatur augmentū: Mathatiam ſtrenuiſſimum: Iu-
 dam conſtantiſſimum. Mathatias interpretatur Deo donatus, Iudas inter-
 pretatur conſtens. De primo Ezech. 34. David ſeruus meus erit princeps
 in medio eorum. David ſedens in cathedra ſapientiſſimus princeps, inter-
 pres, rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto quaſi vnus ex eis. Prouer. 16. **z. Reg. 25.**
 Abominabiles regi, qui agunt impie, quoniam iuſticia firmatur ſolum. **Eccle. 22.**
 De ſecundo Eccle. 49. Ioseph princeps fratrum, ſtabilitamentum populi, Ioseph. **Eccle. 49.**
 princeps prudēs, & prouidus, Saluator Aegypti. Veh terre, cuius rex puer **Eccle. 10.**
 eſt, & cuius principes mane comedent: quia nemo eligit iuuenes in duces,
 cō quod non conſtat eos eſſe prudentes. Eſa. 32. Non vocabitur iſ, qui inſi- **Iuuenes**
 piens eſt, princeps. Principes quæ digna ſunt principe, cogitabit: principatus
 ſenſati erit ſtabilis. De tertio 1. Machab. 2. Princeps clariſſimus & magnus
 es in hac ciuitate, & ornatus filiis, & fratribus. Genef. 23. Princeps Dei es
C apud nos: De quarto, Iudas Machabeus ſit nobis princeps, & ipſe aget bel-
 lum Domini.

De bonis principibus eccleſiaſticis, & ſæcularibus dicitur. Hi ſunt nobi-
 liſſimi principes multitudinis per tribus, & cognationes tuas, & capita e-
 exercitus filiorum Iſrael. Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis ſu-
 fortatus eſt principatus eorum. Iſti ſunt principes illuſtres ingenuitate, ſu-
 blimes autoritate, inſignes poteſtate, celebres ſanctitate. Princeps Iuda du-
 ces eorum principes Zabulon, principes Nephtalim. De iſtorum autorita-
 te, & poteſtate Apo. 11. Hi habent poteſtatem claudere cælum, & poteſta-
 tem habent ſuper aquas conuertendi eas in ſanguinē, & percutere terram
 omni plaga. De poteſtate eorum Aug. Dedit Dominus poteſtatē Apoſto-
 lis ſuper naturam, vt eā curarent, ſuper elementa, vt ea immutarent, ſuper **Apoſtoli**
 aquas, vt eas à peccatis ſoluerent, ſuper angelos, vt corpus domini cōſecra- **Poteſtas**
 rent, ſuper demones, vt eos fugarent: ſuper mortē, vt ipſam contēnerent. **Papaj**

Sed quales hodie principes ſæculares, & eccleſiaſtici, nunquam poteſt
 dicere mater eccleſia: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, Conſtitues eos
 principes ſuper omnē terram: Nati quippe ſunt pro Patriarchis Prophete, **Pfal. 44.**
 pro Prophetis, Apoſtoli; ſed pro Apoſtoliſ quales ſunt ſubſtituti: certe ec-
 cleſiæ terrena, ſeu militanti poteſt dici illud: Veh terræ, cuius rex puer eſt,
 & cuius principes mane comedunt.

Iſti ſunt principes illuſtres faſtu, inſignes cultu, celebres luxu. Cum iſta-
 tridenti furcinula euacuant lebetes præbendarum, caldarias eccleſiarū, ol- **Prouer.**
 las prioratum, cacabos prouinciarū. Principes tui infideles, ſocij, furū, om-
 nes diligunt munera, ſequuntur retributiones. De iſtis conqueritur eccle **Eſa. i.**
 ſia

Sia per Prophetam. Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana. Pone alligandos ardoribus, deuorandos à vermibus, victimandos Daemonibus, consumendos doloribus: interpretatur enim Oreb ardor, Zeb deuoratio, Zebea victima, Salmana consummatus. Principes ait eorum, qui dixerunt hæreditate, possideamus sanctuarium Dei: Deus meus pone illos vt rotam & sicut stipulam ante faciem venti, &c. Hæreditate sanctuarium Dei possident, qui indignè abiq; meritis attingunt, qui auunculis, nepotulis, parentibus succedunt, vel beneficia conferunt, qui quasi hæreditarium Christi patrimonium expendunt.

Esa. 51.

Ad sæculares principes spectat defendere ecclesiam, iuxta illud: Super muros Ierusalem constitui custodes, principes sæculares, & ecclesiasticos: Vnde de illis duobus principibus ait dominus: Ecce duo gladij hic, quod dominus dicit sufficere ad defensionem ecclesiasticæ libertatis. Vnde Esa. 60. Aedificabunt filij peregrinorum muros tuos. Quare 91. a.

Can. 5.

De istis custodibus murorum Ierusalem, idest de principibus temporalibus conuerit ecclesia: tulerit pallium meum custodes murorum, quia ad litteram deprædantur ecclesiam. Naum. 3. Custodes tui quasi locustæ salientes per superbiam, voraces per rapinam, paruuli tui quasi locustæ locustarum. Paruuli, sunt serui in vsus principum rapienres, seipos impugnant, ecclesias vexantes, subditos accusantes. Esa. 13. Replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi strutiones, & pilosi saluabunt, ibi cicadæ respondebunt, ibi vlulæ in adibus eius, & syrenæ in delubris voluptatis eius. Talem familiam congregant in domibus suis hodie principes sæculares. Per dracones significatur virus iniquitatis. Draco enim est animal calidissimum, & sicut sanguinem elephantis: Vnde inter eos est continua pugna; per Dracones ergo significatur virus iniquitatis. Per Strutiones, dolus duplicitatis: Strutio enim alas habet, & habere videtur, sed volare non potest. Vnde significat hypocritas, qui videntur esse optimi, & quod debeant in cælum volare, sed semper remanent in terra. Per pilosos significatur fastus vanitatis. Isti nec gradiuntur cum gradientibus in actione, nec volant cum volantibus in contemplatione, sed saltant cum cicadis per elationem, nesciunt quomodo possint se gerere ex sua superbia. Per vlulas, quæ habent gemitum pro cantu, designatur quæstus cupiditatis; nam cupidi semper gemit, & dolent, quia nunquam satis habent. Per syrenem, quæ interpretatur tractus, non in dulcedine sui cantus trahit naues, & periclitari facit, significatur laqueus cupiditatis, & voluptatis, vnde ait: In delubris voluptatis. Vel dracones exactores, strutiones consiliarios, pilosi ioculatores, vlulæ exactores, syrenæ adulatores. Istam maledictam familiam hodie in domibus suis & curijs aggregant principes sæculares: habent enim dracones, idest, balliuos & ministros exactores, qui ad modum draconis sitiunt, & bibunt sanguinem pauperum. Hieremie 2. In alis eorum inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentium. Habent strutiones consiliarios dolosos, non fideles, veritatem, & iustitiam vendentes: habent pilosos, idest ioculatores, qui ad litteram ad diuersas figura bestiarum se transformant, & sanctis viris, & bonis detrahunt: habent vlulas gementes, idest accusatores, & insidiatores simplicium in occulto: habent syrenes adulatores.

Num. 3.

Hipocrit.

Superbi.

Ministri.

Psal. 82.

Principum Curie factæ sunt spelunca latronum. Talibus imprecatur Psalmsia maledictionem, pone principes eorum sicut Oreb, &c. Quare in præcedenti charta. Tales non sunt principes Apostolici, nec Catholici, sed

A sed principes Apostatici.

Principes sæculares, & ecclesiastici debent multum cauere à receptione munerum. Quare in tabula de muneribus. 135. a.

De iusto principe dicitur illud: Facies hominis, facies leonis. Hoc etiam potest dici de principe crudeli. Vnde Ezech. 19. Leo factus est, & dicit cape re prædam, hominesque comedere.

De Pietate.

DE pietate & ad quid valet, & quantum est Deo grata: in beato Martino exemplum extat; magna enim pietas est dare de superfluo, maior dare de eo, quod pertinet ad honestatem, sed maxima est dare de necessario, quod fecit Martinus diuidendo pallium; quia pallium vtrumque operire non poterat. Caritas fraternitatis in nobis maneat, per hæc enim quidam placuerunt Deo, Angelis hospitio receptis. Vnde Apostolus: Pietas ad omnia valet, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futura.

Quia diues promissionem pietatem ad Lazarum pauperem non habuit, ideo apud patrem Abraham non inuenit pietatem, vnde gutta aquæ frigida denegata sibi fuit.

Tho. 12. quia mortuos sepeliebat, esurientes pascebat, nudos vestiebat: ideo Angelus ad eum missus est, illuminatus est, & bona temporalia, & spiritalia à domino recepit.

Quidam habent oculos lippos & tenebrosos, ita quod videre non possunt, aut compati infirmitatibus aliorum; contra illud. Fili eleemosynam pauperis ne defraudes: & oculos tuos ne auertas a paupere. Eleemosynam pauperis defraudant, qui possunt iuare & non iuuant.

C Et nota de pietate trium regum, qui Christo pauperi copiosa munera obtulerunt.

Nota quanta retributio pietatis: Esuriui, & dedisti mihi manducare. Sequitur: Venite benedicti patris mei, &c. Et Christus sibi reputat talé misericordiam factam: Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Gen. 43. At tollens oculos Ioseph vidit Benjamin fratrem suum, & ait: Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi, Deus, ait, misereatur tibi filii mi. Nota totam historiam de pietate Ioseph ad fratres suos.

Et nota de pietate Christi ad nos. Vide ait, loca clauorum; quia totum corpus Christi apertum est nobis, vt de quinque fontibus erumpat inundantia pietatis, & brachia extensa ad amplexum, caputque inclinatum ad osculum, vt dicamus sons, scilicet pietatis, ascendeat de terra de corpore Christi per quinque fontes principes, irrigans vniuersam superficiem terræ, totam ecclesiam. Apoc. 3. Esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant, vel mortua, siue per peccatum, siue per temporalium defectum. Et ideo per duplicem eleemosynam, temporalem & spiritualem, est opus pietatis ad pauperes exercendum.

Hic habes exemplum de gruibus, quæ alternatim vigilant, pro se inuicem habentes sollicitudinem, disponunt vigiles, de nocte explorant aliam, ex qua parte tententur insidie, præcedit vna cæteras & per vices suscipiunt vigilias. Isti sunt vigiles qui custodiunt ciuitatem, scilicet prælati. Qui diligenter circumierunt, vt supplicant pauperum necessitatem.

In cruce Christi fuit oliua, per quam pietas, & compassio designatur, quæ debet exuberare maxime in clericis, vt pauperibus provideat, & ignorantibus.

Vide de misericordia, de eleemosyna, de opere meritatorio. Ad Heb. 42. 1. Thi. 4. Luc. 16.

Ecc. 4.

Matth. 25.

Ioan. 20.

Grus.

Vigiles. Can. 3.

Cru.

antes doceant, errantes ad viam salutis reducant. Prouer. 3. Misericordia & veritas non te deferant: circunda eas gutturi tuo, & describe eas in Tabulis cordis tui, & inuenies gratiam & disciplinam bonam coram Deo & hominibus.

Sed non sic illi, qui incrassantur de bonis pauperum, non compatiuntur periculis animarum. Apo. 3. Esto vigilans, & confirm ea, quæ moritura erant, non enim inueni opera tua plena coram Deo. Inmente ergo habere qualiter acceperis, & audieris; Cur accepisti beneficium, si non vis ferre subsidium.

Legimus de quodam milite, qui visitabat limina beati Iacobi, qui inueniens mulierem peregrinam fessam de die portabat manticam mulieris, & de nocte reddebat ei, & inueniens post modum peregrinum ferè exhalantè spiritum, rogatus ab eo posuit eum miles super equum suum, cum mantica mulieris, & perficiens pedester suam peregrinationem ad duodecim dies ægrauavit vsq; ad mortem, & admonitus à militibus socijs, vt confiteretur, per arduum sine verbo iacuit, & cum expectaretur exiturus, suspirans ait: Gratiarum ago Deo, & Beato Iacobo, quia liberatus sum. Cogitabam, ait, tacitus, quod confiterer, & turba Dæmonum ita me comprimebat, quod non poteram; alij linguam stringebant, alij oculos claudebant: quid verò dicebatis, intelligebam, sed respondere non poteram: sed intrauit beatus Iacobus ferens sinistra manu sacculum mulierculæ, quem in via tuleram, & dextra baculum habens pro lancea, sacculum pro clipeo, eleuato baculo visus est percutere Dæmones, qui me tenebant, & territi omnes fugerunt.

Omnes creaturæ, quia nobis seruiunt, nos inuitant ad pietatem pauperum.

De pietate Dei ad David, cui postquam dixit, peccavi, audiuit, transfudit dominus peccatum tuum ad Magdalenam peccatricem, cui post lachrymas dictum est: Remittuntur tibi peccata tua: ad Petrum, cui post fletum dimissa est Christi negatio, & factus est princeps Apostolorum: ad latronem, qui postquam dixit: Memento mei domine dum veneris in regnum tuum; ad crucifixores, pro quibus ait: Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt; ad omnes peccatores quotidie quibus indulget infinitas offensas.

De pietate ad proximum, de Samaritano, qui alligauit vulnera sauciati, designans Dei filium, qui ex pietate nimia ad nos appropinquauit carnem assumendo, & nos suo sanguine redemit.

Et nota de Achab cui pius Deus indulget post humiliationem: de Ezechia, contra quem lata erat mortis sententia, quæ fuit post lachrymas reuocata: de rege Niniue, & tota ciuitate, qui humiliati Dei sententiam reuocauerunt.

De pietate Dei ad nos, & de pœna eorum, qui pietatem non habent ad proximos: Serue, ait, nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Ecce misericordia, & pietas Dei ad nos: nonne oportuit & te misereri? Sequitur. Ligatis pedibus, &c. Ecce pœna. Nota histor. am. Item de diuitie epulone, qui negauit Lazaro micam panis.

De pœnis inferni & purgatorij.

Luc. 16. Sententia Dei. 2. Reg. 18. Vere in tabula de morte, de iudicio. Item nota de triplici pœna, quæ patitur diues epulo in inferno. Quere 46. b. Item de trib. pœnis Inferni designatis tribus læcis, quib. transfossus fuit Abiath. Quere 48. b. & 88. b.

Et

A Et nota quomodo ianua paradisi perpetuè claudetur malis, iuxta illud de fatuis virginibus: Amen dico vobis, nescio vos. Quere 108. b. b. b. Item exprimitur malorum æterna calamitas. 130. a. b. Math. 28. Dicitur de Angelo apparere in Christi resurrectione. Erat autè aspectus eius sicut fulgur, vestimenta eius sicut nix. Fulgur dicitur a farendo & vrendo: nix hebet albedinem & frigiditatem: quibus designatur, quod in generali resurrectione, scilicet in die iudicij damnati vrentur igne combustionis, & scinduntur gladio interioris doloris; & beati dealbantur stola immortalitatis, & extinguitur in eis omnis ardor cuiuslibet carnalitatis. Vel in terremotu, qui factus est, tunc mentis humanæ concussio: In fulgore, cuius natura est penetrabilis & terribilis pœna æternæ inflictio; in candore cuius natura est muliebris, beatorum delectatio. Ex consideratione enim diuini iudicij, concutitur animus humanus; dum considerat in eo pœnas reproborum, & delectatur considerando præmia beatorum. Gen. 40. dicitur quod pistor Pharaonis suspensus fuit in patibulo: Iste pistor Pharaonis propter abusum temporalis lætitiæ, qui somniauit quod haberet, tria canistra farinæ super caput suum, & in vno canistro, quod erat excelsius omnes cibi, qui fuerant arte pistoria confecti aues comedebant: & sequitur quod Pharaon eum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. Bene dicitur iste pistor vidisse somnium, quia quicquid est delectationis illicitæ, in præfenti somnium est & momentaneum. Farina subtilis est adiumentum in peccatis & delectationibus. Tria vasa triplex concupiscentia. In canistro excelsiori significatur superbia, vbi sunt omnes cibi qui fiunt arte pistoria. Initium ois peccati superbia. Aues inde comederunt; quia talibus dæmones applaudunt; ipse enim est rex super omnes filios superbiæ: Super caput suum, quia semper opprimuntur conscientis quodammodo, quæ videntur vacare delictis, & tales suspendentur in patibulo, vt veritas coniectoris probeatur, quia torquebuntur in futuro penaliter, quando combinationes conuertentur in executiones, vt appareat verum esse, quod Christus in scripturis comminatus est eis. Apocalyp. decimono. Vidit vnum Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auib. quæ volabant per medium cælum: Venite aggregamini ad cœnam magnam Dei, vt manducetis carnes regum, & tribunorum, & fortium equorum, & sedentium in ipsis. Quia Christus condemnabit eos per sententiam in iudicio: & tunc lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

B

C

D

Genes. octauo. Clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli, & prohibita sunt pluuia de cœlo, quod figurant illa clausio olei. 4. Regum 4. Pete a vicinis tuis vasa vacua non pauca, qualia sunt electi Dei capaces, & claude ostium cū intrinsecus fueris tu, & filij tui. Tunc enim vacabunt sancti tanto gaudio, quod non attendent, vt ad alienos se conuertant. Isa. 26. Vade populus meus intra in cubicula tua, claude ostia super te. Immo ita erunt rapti in excelsum diuinitatis, quod non attendent, vt afficiantur ad eos, qui vluabant in infimis. Nunc autem estis peccatis nostris exigentibus ianua cœli claudatur: tamen si pulauerimus per nostram contritionem, & confessionem, per sanctorum orationem aperitur. tertio Reg. octauo. Si clausum fuerit cælum, & non pluit propter peccata eorum, & orantes in loco isto pœnitentiam egerint, exaudies eos in cœlo. Introduxerunt Angeli ad se Loth, & clauserunt ostium, & eos qui foris erant, percusserunt cæcitate. Beati enim videbunt eos, ipsi autem non videbunt beatos, sed

Math. 28.

Delectatio.

Eccl. 10.

Iob 41.

Psal. 57.

Gen. 19.

sed in obscuro carcere perpetuo concludentur. Isa. 24. Congregabuntur in congregatione vnius facis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Ipsi autē exire non poterunt, quia ab Angelis apostaticis, & obstinatis custoditi sunt. Iosue 10. Voluite saxa ingentia ad os speluncae, & ponite viros industrios, qui clausos custodiant. Ierem. 1. Virgam vigilatē ego video, & ollam succensam a facie Aquilonis, &c. & Matth. 24. Videbunt filiū hominis venientem in nubibus celi cum virtute magna, & maiestate. Et Apoc. 1. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plāgent super eum omnes tribus terrae. Itaque virga vigilans, quam vidit Ieremias est ille oculus iudicis vigilantis, &c. quare. 109. b. Reprobi erunt in timore. Deuter. 28. Timebis nocte, & die, & nō credes vitæ tuæ; nocte, quia reprobi semper erunt in tenebris, & die, quia electi semper erunt in luce: & non credes vitæ tuæ, quia timebunt seipfos: Feditates enim, & remorsus conscientiae, quos habebunt, erunt eis inseparabilis materia timoris, & tremoris, vt quilibet dicat, F

Timor.

Psal. 54.

Reg. 2.
Iudicium.
Hier. 18.

Mat. 13.

Psal. 103.
Mat. 25.Iudicium.
Osc. 10.

Luc. 16.

Pauper.

Dan. 4.

Luc. 16.

Væ ergo reprobis, qui propter terrenorum cupiditatem, aut transitoriam voluptatem sustinebunt æternam calamitatem. Sopho. 1. Argentum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ domini. Secundum duritiam, & impenitentem cor tuum thesaurizas iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Quibus dicitur. Dorsum & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum. In facie perpenditur hominis voluntas non in dorso: immo versio dorsi signū est contemptus, & iræ. Quia sicut Deum contempserunt, sic ab eo contemnentur, qui semper eis irascetur, & nūquam placabitur. Vnde ait Sopho. 1. Dies illa, dies iræ, &c. Quare in tabula de iudicio. Colligite zizania, & alligate in fasciculos, vt comburentur; triticum autem in horreum meum congregate. Iob 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto, scilicet separationis animæ à corpore ad inferna descendunt. De scenderunt in profundum quasi lapis: Ab increpatione tua fugient, à voce tonitruui formidabunt. Illud tonitruum erit, ite maledicti, &c. Quis enim non fugit ad suam conscientiam, immo ad penitentiam, vt effugiat illam miseriam, quando auditur vox diuinæ increpationis, & tonitruum horrendæ cōdemnationis, ite maledicti in ignem æternum? Has ergo miserias per penitentiam effugiamus, quia tunc fugere, vel latere erit impossibile, apparere intolerabile sustinere interminabile: quando dicent montibus, cadite super nos, & collibus operite nos à facie iræ agni, &c.

Et nota penitentiam, & miseriam damnatorum, quæ apparet in diuite Epulone. Qui mortuus est & sepultus in inferno, qui à delitijs non ad delicias, sed ad miserias transijt. Vnde guttam aquæ ad refrigerandum linguam petijt, quæ læpè vino æstauerat, sed habere non potuit, quia pauperi Lazaro micam panis negauit: quia succedit eis pro cognitione stulticia & improvidentia, & quia fuerunt fœtidi, & computruerunt vt iumenta in stercore suo, idē illam ciuitatem mundissimam non intrabunt: quia nihil inquinatum intrabit in illam. Vnde Apoc. 22. Foris canes venefici, idolis seruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium. In persona peccatoris dicitur Nabuchodonosor: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex. Regnum tuum trāsiet à te, & cum bestijs, atque feris erit habitatio tua, id est, cum malis hominum bestialibus, & cum dæmonibus. Iusti in præsentia sustinent triplicem aduersitatem, mendicitatem paupertatis, anxietatem infirmitatis, abiectionem vilitatis. In cuius figura introducit mendicus Lazarus vlceribus plenus, ad ianuam diuitis iacens. De primo Eccl. 11. Malitia vnius ho

ræ &c.

A ræ &c. De secundo Iob. 2. Qui testa saniam radebat, sedens in sterquilino: si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus. Exemplum de Tobia. De tertio, Iudic. 6. Dixit Gedeon Angelo: si Deus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc mala?

Sed contra hæc tria, mali, qui gloriantur in diuitijs & delitijs, in inferno triplicem calamitatem patientur; in cuius figura ibidem introducitur diues epulo sepultus in inferno, quia cruciatur flamma contra ardorem concupiscentiæ diuitiarum. Luc. 16. Clamabit crucior in flamma. Sicut in lingua contra venenum deliciarum. Apoc. 9. Dicitur est locustis, per quas Dæmones in altum se leuantēs designantur, vt non occiderent eos, sed vt cruciarent eos mensibus quinque, & tormenta eorum sicut cruciatus scorpionum, cum percutit hominem: Mensibus quinque cruciantur propter defectum quinque sensuum, vel mensibus sex secundum aliam litteram, ex defectu sex operum charitatis, & cruciatus eorū cruciatus scorpionū &c. quia plerumque contingit quod homines toxicati sitiunt, idē merito guttam aquæ petebat, qui micam panis negauerat. Tertio confundetur extrema ignominia, idē legitur sepultus in inferno in præsentia Lazari & Angelorum, contra ambitionem honorum. Apo. 14. Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit characterē in fronte, aut in manu sua, hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu Angelorum, & in conspectu Agni.

Imago bestiae est superbia, per quam assimilamur Diabolo, quæ in fronte, & in manu accipitur, quando signo, & effectu prætenditur. Deut. 32. Deuorabit eos id est damnatos, aues, id est, Dæmones, per superbiam in altum se extollentes, morsu amarissimo; amarus morsus est pena sensibilis; amarior, vermis; amarissima pena damni, carentia scilicet visionis Dei. Deuter. 32. Si acuerō, vt fulgur gladium, & arripuerit vt fulgur gladium, id est iudicium id est, manus mea, reddam vltionē hostibus meis, & his, qui oderunt me retribuam. Tunc omnis creatura surget contra reprobos, quia offenso creatore, offendetur omnis creatura. Tunc pugnabit pro eo orbis terrarum, contra insensatos. Cuncta quæ sunt adducet Dominus in iudicium

Sap. 5.
Iudicium.

Apoc. 20. Iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera eorum; deferet enim secum l teras suæ mortis, sicut Vrias. Diabolus allegans, conscientia testificans; Sapien. 4. Venient in cognitione peccatorum suorum timidi. Anima desperans; Sapien. 5. Turbabitur timore horribili, & mirabitur in dubitatione insperatæ salutis, dicentes, &c. Nota quod sequitur. Hier. 25. Factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea de sperabilis. Psalm. 17. Dolores inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Deus sententiens: Mat. 25. Ite maledicti in ignem. Idem iudex & testis Mala. 3. Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficijs, & adulteris, & periuris, &c. Testis erit contra quem excipi non poterit, nec de visu, nec de auditu. Omnia enim sunt oculis eius nuda, & auris zeli eius audit omnia. Index qui corrumpi non potest prece, vel precio, amore, vel odio. Non acquiescet cuiusquam precibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima, cuius sententia non poterit mutari; nec ab illa appellari, nec poterit diutius protelari, nec poena terminari, nec misericordia poterit suffragari: ignis adurens, vermis corrodens, dæmon torquens. Terribilis est quædam expectatio iudicij, & ignis annulatio, quæ coniumptura est ab aduersario.

Testis.

Index.
Prou. 6.

Sententia.

Heb. 10.

Destitutio

Destructio superbiæ, & maliciæ mundanæ in die iudicij designatur in E
 submersione curruû, & equorum Pharaonis. Respexit ait dominus super
 castra Aegyptiorum, super domos, diuitias, & pompas auarorum, super-
 borum, immundorum, & interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas
 curruum, ferebanturque in profundum, scilicet inferni. Apoc. 18. De ani-
 ma impenitente: vna die scilicet in die iudicij, vel mortis: illa est dies iræ, ca-
 lamitatis, & miseræ. Venient plagæ eius, mors, luctus, fames, & igne com-
 buretur, quia fortis est dominus, qui iudicabit illam.

Sopho. 1. d

Pœnæ dæmonatorum designantur per aquas maledictionis, quæ faciunt
 computrescere femur, & ventrem. Quare fol. 3. b in Leuitico.

Infernus dicitur latus per capacitatem, profundus per insatiabilem, in-
 exhaustibilis propter æternitatem. Esaiæ trigésimo. Præparata est ab Heri-
 topheet. &c. Esaiæ secundo. Des domini exercituum super omnes, &c.
 Dies domini, est dies iudicij, vel mortis, tunc omnes peccatores humiliabuntur. F
 Per cedros libani intelliguntur hypocritæ, qui gloriantur in candore
 exterioris apparentiæ: Libanus enim interpretatur candidatio. Plalm. vige-
 simooctauo. Vox domini confringent s Cedros. Per quercus Basan, intel-
 liguntur inuidi: quia quercus portat cibum porcorum, & dæmones esuriunt
 peccata immundorum: vnde rogauerunt dominum, quod mitteret eos in
 porcos, per quos designantur immundi. Per montes excelsos intelliguntur
 superbi, vel prælati, & principes. Psal. 96. Montes sicut cera fluxerunt à fa-
 cie domini. Per colles leuatos intelliguntur sapientes huius mundi Naum.

Esa. 2. c.
Matt. 8. d

1. Montes. Per turrim excelsam intelliguntur gloriantes in nobilitate gene-
 ris. Gen. 21. De turri Babel, quam edificabant, vt celebrarent nomen suû.
 Ezech. 26. Turres suas. Esa. 30. Turres. Per murum munitum intelliguntur
 gloriantes de potestate. Tren. 2. Cogitauit dominus dissipare murum, &c.
 Hic nota de muris Iericho. Iosue 6. Per naues Tharsis intelliguntur

Psal. 23.

falsi mercatores, siue gloriantes in diuitijs. In spiritu vehemèti cõteres na-
 ues Tharsis. Per visu pulchra intelliguntur gloriantes de pulchritudine cor-
 porali, quibus dicitur. Esaia 3. Pulcherrimi. Apocal. 1. Gladius ex vtraque
 parte acutus ex eius ore exhibit: Illa est Dei sententia contra malos ad dâ-
 nationem corporis, & animæ. Esaia 24. Congregabuntur in congrega-
 tione vnus facis in lacum, & claudentur in carcere, & post multos dies visi-
 tabuntur. Bene in congregatione vnus facis, vt sint simul in pœna, qui si-
 mul fuerunt in culpa, vt patet de latronibus in vno patibulo. Math. 13.
 Alligate zizania per fasciculos ad comburendum: & visitabunt ad pœnam:
 Osæ 9. Quid facietis in die visitationis. Ille carcer est fetor sulphureus,
 ardor igneus, dolor perpetuus. Apocalyp. 2. dicitur, quod Diabolus missus
 est in carcerem, & ibidem exponitur conditio illius carceris, cum dicitur,
 Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris. Sta-
 gnum, quia stat immobile, & dolorem habens perpetuum; Ignis, propter
 ardorem; sulphuris, propter factorem; eo quod in peccato finali fuit finalis
 impenitentia, ardens concupiscentia, fetens ignominia. Ille est carcer Dia-
 boli, & suorum membrorum.

H

Illæ septem plagæ, quas habent Angeli in Apocalypsi, dicuntur pœ-
 næ, quæ in inferno infliguntur septem generibus hominum. Pri-
 mus hæcæ Iudæorum; secundus, Gentilium; tertius, Hæreticorum;
 quartus, falsorum fratrum; quintus pseudo Prophetarum præ-
 currentium Antichristum; sextus, Antichristus; septimus, dæmo-
 num.

Septem

A Septem infernales pœnæ sunt istæ: Prima, est carentia visionis, quæ
 est maxima: quod patet, quia positis aliis pœnis, sic gauderent de præsen-
 tia visionis, quod aliis non sentirent de ista pœna. Esaiæ vigesimo sexto.
 Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Secunda, ignis combustionis.
 Matth. vigesimo quinto: Ite maledicti in ignem. Tertia, est vermis cor-
 rosionis: De istis duabus Esa. vltimo, Vermis eorum non morietur, & i-
 gnis non extinguetur. Quarta, est horror caliginis: quia licet sit ibi ignis,
 non lucebit nisi parum, & hoc non ad eorum consolationem, sed deso-
 lationem. Matth. vigesimo primo: Mittite eum in tenebras exteriores. Quin-
 ta, est stridor frigiditatis: Ibi erit fletus, & stridor dentium. Fletus ex calore re-
 soluente, & fumo excæcante; stridor dentium ex frigore constringente, &
 ista duo simul agent, & in eadem parte subiecti. Cuius ratio est, quia quali-
 tates elementorum tunc non pugnabunt ad inuicem, sed in suum passum,
 quod erunt damnati. Et ista duo simul sentiantur, & in eadem parte subie-
 ctæ. Sexta, est fetor putredinis: Esa. 34. De cadaveribus ascendebat
 fetor. Septima error; nam facies vnus, & deformitas: terreat alium: nã fa-
 cies eorum erunt nigrae, & adustæ. De isto terrore Sap. 18. Sonitus de-
 scendens, &c.

B

Ista pœna Inferni dicitur mala propter pœnarum acerbitatem, peior
 propter pœnarum diuersitatem, pessima propter pœnarum æternitatem,
 quia mors depalcat eos. Hier. 24. Gladio, fame, peste, ego consumam eos. Mors.
 Gladio ignis, fame visionis, peste vermis. Primo Regum. 1. a. a. a. domine
 Deus, a. quam perutile præcauere, a. quam difficile effugere, a. quam in-
 portabile sustinere.

C Et nota quod pœnæ Inferni correspondebunt qualitati peccati, vt patet
 in Sodomis, in quorum peccato fuit ardor, & fetor: ideo igne ardente, &
 sulphure fetente perierunt.

Mors.

Gen. 19.

De prælati, & clericis.

D E ingratitude clericorum ad Deum, quia incrassatus est dilectus, De hac ma-
 & recalcitrauit, dereliquit Deum factorem suum vnde dicitur: teria vide
 quod viri verterunt dorsa ad templum. Quare decimonono, a. Item quod
 modo debent orare pro populo, & mundi esse, & quomodo multi pereunt
 propter contrarium. Apocalyp. Stetit Angelus iuxta aram templi, & cæte-
 ra, vigesimo nono b. & ibidem. Quomodo Nadab, & Abia perierunt à
 flamma, quæ erupit de thuribus eorum. De eorum auitia. Principes
 tui infideles, scæi furum, & cætera. Quare trigésimo, a. De illis, qui plus
 diligunt prælationem quam religionem. Iudic. Ficus noluit deserere dul-
 cedinem suam, vt inter ligna promoueretur. Quare trigésimo septimo,
 trigésimo octauo, a. b. Item de pœna debita malis prælati, religiosi, & cle-
 ricis. In Ezech. A sanctuario meo incipies. Quare quadragesimo tertio, b.
 Si albuginem habens in oculo, si torto naso. Quare 69. a. quod ignis cupi-
 dius destruit prælatos, in Leuit. Erupit ignis de thuribus, & consum-
 pfit sacerdotes: quare 42.

De familiaritate mulierum, quoniam debent vitari; in Esdra. Quare
 quinquagesimo. b. Item quod temporaliter, & spiritualiter debent nutrire
 subditos. Vineam meam non custodiu: quemadmodum gallina congregat
 pullos sub alis. Quare 54. a. Item quomodo debent subditos corri-
 gere, docere, & informare, & scientiam scripturarum habere. Quare

Gg re

re quinquagesimo quarto. Et de hoc quære in tabula de correctione. Item **E** de delictis, & voluptatibus eorum, Dormitis in lectis eburneis, in Amos. Quære septuagesimo primo, a. Et de eadem materia 73. 74. b. Itē quod plus valet deuotio, quam prælatio: vnde vitis noluit deferere dulcedinem suam. septuagesimo quinto. a. Item de scientia, quā prælati debent habere, in tabula de doctoribus, 76. b. Item quomodo prælati debent lucere, vt So. & alios excellere in bonis operibus, in Ecclesiastico, Sol refulgens radijs suis hebetat oculos. 78. a. b. b. b. Et ibidem de inordinato amore eorum ad nepotes, & parentes, & de indigna promotione nepotum, & parentum, & quibus rationibus prælati dicitur sol, & quomodo iste sol multipliciter eclipsetur. Item quis debeat in prælatum eligi. 78. a. Item de superbia, & cupiditate eorum, 17. b. Item de illis qui student in scientijs mundanis, nō curantes de scriptura. 80. & 81. a. a. a. Item qui & quales sint promouendi. In **F** Esaiā octuagesimo secundo. a. Item de diuersis conditionibus prælatorum, bonis, & malis. trigesimo quarto. Item quomodo prælati debeant custodire ecclesiam, sed non custodiunt, immo dissipant, 84. Item de multis defectibus prælatorum, clericorum, & religiosorum. Erunt signa in Sole, Luna, & stellis. 83. b. 85. a. b. Item de diuersis vitijs prælatorum, & clericorū. 84. a. Item de scientia, prædicatione, & correctione prælatorum. Genes. Sume arma tua. Quære 87. a. Item de delictis, & superfluitate apparatus prælatorum. 89. a. Et illi, & cætera. Item de conditionibus, quibus impediuntur a promotione, & dispensatione sacramentorum. In Leuitic. Quære 90. a. Item de illis, qui bona dicunt, & mala faciunt, qui contra legem seminant agrum diuerso semine, in Leuit. nonagesimo tertio. a. Et ibidem de malis exemplis prælatorum, in Danie. Item quod prælati in omni uirtute debent subditos excedere. 93. b. Seneca, & cætera. Item de bonis conditionibus prælati. 96. b. b. b. Item de gulositate prælatorum, & clericorum. In filijs Hely, qui extrahebant carnes de cacabo: Ad quod sequitur luxuria, vt patet in eisdem, & quomodo pater eiectus est à sacerdotio, quia non correxit dureos, quamuis bonus esset in se. Quære centesimo secundo. a. Item de iustitia prælatorum. Quære centesimo sexto. a. b. Item de eorum malis conditionibus. Psalm. Deus uenerunt gentes in hæreditatem tuam, & cætera. Quære 511. b. Item de insolentia, & immunditia clericorum. Apocalyp. Luna facta est sicut sanguis. 115. b. Itē de correctione eorum. Adolescens tibi dico surge. 119. a. Item quales sunt eligendi. Deuteronom. Date ex uobis uiros sapientes. & gnaros, & cætera. centesimo uigesimo primo. a. Et ibidem primi Reg. Vidi filium Isai, & cætera. Item quod mali prælati sunt furcs. In Ieremia 135. a. Item de delictis, & voluptatibus prælatorum, Dormitis in lectis eburneis. Amos, Quære 119. a. Et idem in Amos septuagesimo octauo, 130. b. Et de eorum **H** delictis, & uoluptatibus. In Apocalyp. Omnia pingua, & cætera. 131. b. Item quod clerici sunt oculi ecclesiæ, 140. a. In can. Item de uarijs vitijs prælatorum, & clericorum. In Leuit. 140. b. Item de discordia prælatorum cum subditis. In libro Iudicum 144. b. Item de malis exemplis prælatorum, qui corrumpunt subditos. In Genes. 145. a. Item de prælato dicitur: Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus. 145. b. Item de regimine prælatorum, & de bonis, & malis conditionibus eorum. 151. a. b. Item de prælatis, qui tenent nimos, & adultores, & malam familiam. In Esaiā. 152. b. Item quomodo debent custodire subditos. 152. b. Iudicum quinto. Stellæ manentes in ordine, & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt

A gnauerunt. Stellæ sunt prælati, quia ad modum stellarum debent habere simplicitatem materiae, non subiectam contrarietati, per conscientia puritatem: luminositatem forma: per famę claritatē: rectitudinem motus propter iustitię æquitatem: sublimitatem situs, per sapientię profunditatem. De primo, scilicet de conscientia puritate, Ecclesiast. 50. Quasi stella matutina in medio nebulę, & cætera. Quære 73. a. Item tertio b. Econtrario sunt stellæ immundæ per concupiscentiam. Iob 25. Ecce stellæ non sunt munde in conspectu eius. De secundo de claritate famę. Baruch secundus. Stellæ dederunt lumen in custodijs suis: Sicut enim stella est, ad quā aggregatio lucis in orbe suo circumquaque lumen diffundens, sic prælati, & religiosi diffundunt radios famę, & boni exempli ad omnes. Econtrario sunt stellæ obscuræ per infamiam. Ezechiel. 32. Nigrescere faciam stellas, &c. Væ nobis, qui ad hæc tempora deuoluti sumus, in quo celum tegitur. Sol inde paritur eclipsim, stellæ nigrescunt. Causa adiungitur cum dicitur, cum extinctus fueris. Res extincta fœtet, & obscuratur, quod lucidum erat: quia tales fœtentes per infamiam, corrumpunt & alios obscurant per malam uitam. Ex raritate motus colligitur æqualitas iustitię: iustitia enim uirtus est, quæ omnia æquat, reddens unicuique, quod suum est. Dan. duodecimo. Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Econtrario legimus stellas erraticas per malitiam. Iudæ primo. Hi sunt sydera errantia, &c. quære expositionem 78. b. Sydera errantia sunt planetæ, quę mouentur duplici motu, scilicet, contra firmamentum, & cum firmamento. Isti sunt aduocati, qui per fraudem mouentur contra soliditatem iustitię, & vincant causam, quantumcunq; sit iniusta. Mouentur etiam duplici motu, pro & contra, pro utraque parte paciscentes, & cum utraque currentes, vt non dicantur stellæ a stas, sed a stellio stellionis, quia crimē stellionatus incurrunt secundum legem ciuilem, quibus caligo tenebrarum, &c. Quia ut dicitur in tragedijs Senecæ: apud inferos locus est aduocatorum fallorum in balneo auri feruentissimi cum Nerone. Ex sublimitate situs colligitur altitudo sapientię, Iob 22. An cogitas, quod Deus excelsior te sit, & super uerticem stellarum sublimatur? in quo designatur, quod mens, quę uult ascendere ad sapientiã, oportet eleuari a terrenis. vnde Matth. 2. In oriente, qui est locus eleuatus a terra, Magi stellam uiderunt, quę eos duxit ad Christum, qui est uera sapientia. Econtrario legimus stellas lapsas per auaritiã. Apocalyp. 8. Cecidit stella magna, ardens tanq; facula. Nomen stellę absinthium, & cecidit in tertiam partem aquarum. Facula habet ardorem, absinthium amaritudinem. Hi sunt cupidi, qui cadunt in terram: unde terram colunt, & cadentes adorant statuam auream, quam erexit Nabuchodonosor, id est, diabolus; ardet autem, quia æstu auaritię inextinguibili cruciantur. Et quia quędam pars hominum, scilicet, sectatur concupiscentiam carnis, quędam cōcupiscentiam oculorum, quędam superbiam uitæ: ideo cecidit in tertiam partem aquarum. Aquę enim multę, populi multi. Apocalyp. 17. Quære expositionem istius faculę ardentis 81. Itē 3. a. Prælato præcipienti aliquid contra Deum non est obediendum. Exemplum Nume. 22. De asina, quę quantumcunq; calcaribus pungeretur a domino suo, noluit ultra procedere: quia Balaam contra uoluntatem Domini ibat ad maledicendum populo, Ezech. 1. Quattor facies uni, quia prælatus debet habere faciem leonis contra malos terribiliter rugiendo: faciem hominis, benignę, & humanitus peccatoribus compatiendo, ut mater filio; faciem bouis terrena, & **G** g 2 tempo-

Prælati
Religiosi.Clerici.
Exempli.Stellas.
Planetæ.
Aduocati.Obediētia.
Prælati.
Præcepti.

omnium

temporalia, tractando, procurando, & vt decet distribuendo; faciem aquilæ sublimiter, & subtiliter cœlestia contemplando, & orationi vacando. Et dicuntur ista animalia oculis plena: quia tam de præteritis, quam de futuris debent esse circumspècti. Prælati recte præsent, si non querunt in prælatione suam suppleendam necessitatem, sed subditorum vtilitatem; sed modò omnes, quæ sua sunt querunt, non quæ Iesu Christi. Si non habent oculum ad temporalitatem, sed ad eternitatem. Si habeant seueritatem in potestate, liberalitatem cum benignitate.

Phil. 2.

Aliquando pro causis necessarijs mali prælati sunt deponendi, & tamen quamdiu præsent, & tolerantur, sunt reuerendi. Et eorum præcepta, quæ non sunt contra Deum, implenda sunt. Et quicquid eis facimus in Deum est retorquendum. Iuxta quod dicit Saluator de talibus. Quæcumq; dixerint vobis, seruare, & facite; secundum opera illorum nolite facere. 4. Reg. 23. Præcepit rex sacerdotibus secundi ordinis, vt projicerent de templo domini omnia vasa, quæ facta fuerunt Baal. Et sequitur quomodo projecta fuerunt de templo vasa Baal. Vasa Baal effœminati, & lucus Baal deuoratur, isti sunt immisericordes, & incompassibiles, lucus aluceo per antiphraim; isti sunt ignorantes effœminati, isti sunt molles, & carnales: spadones spirituales, qui corrumpere possunt, impregnare non possunt, suscipiunt animarum curam non suscitandæ posteritatis amore, sed satiandæ voluptatis ardore. Omnes hi ab officio prælationis repellendi sunt, quia fructificare non possunt, aut nolunt. 1. Esdræ 6. Cyrus rex, id est, Christus præcepit, vt in domo Domini, quæ est in Ierusalem ponerentur fundamenta supportantia edificium, & ponerentur tres ordines de lapidibus impolitis: lapides firmi supportantes ædificium ecclesiæ, prælati sunt stabiles in se, & supportantes infirmitates aliorum; dicuntur aut impoliti, quia propter sollicitudinem, quam de his gerunt, non semper asperitatem conscientie reddunt, sed quia in medio populi sunt, & cū eis conuersantur aliqua venialia, quæ eos in modum pulueris offuscant, contrahunt.

Et nota de illis, qui per symoniam beneficia ecclesiastica obtinēt, 4. Reg. 5. Dixit Giezi: Vini dominus, quia curram post eū, & non dimittā, & accipiam ab eo aliquid, &c. De pusillanimitate prælatorum pro defensione sui gregis, & iurium ecclesiæ: isti secundum dictum Saluatoris nō sunt pastores, sed fures prælati, sed mercenarij: Mercenarius, ait, fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Isti sunt figurati. 3. Reg. 19. vbi dicitur quod Elias fugit a facie Iezabelis; &c. Cœperunt conspuere in Iesum, & faciem eius velare, & colaphis eum cædere, dicentes: Prophetiza nobis, &c. Iesum conspuunt, qui sermones Iesu in se & in seruis eius uilificiant: Velant faciem eius, qui doctrinam seruatorum eius in detractioe annihilant & occultant: Colaphizant eum, dum seruos eius persequuntur, & persecutionibus flagellant, non attendentes illud Numer. 11. Eldat, & Meldat prophetant in castris: Domine mi Moyses prohibe eos, inquit, cui ille bonus princeps: Quid emularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis dominus Spiritum sanctum suum?

Et nota quō cupiditas diuidit hodie corda eorū, qui etiā prius erāt amici, vt patet in capitulis, & electionibus. Gen. 15. Cum occubisset sol facta est caligo tenebrosa, & apparuit libanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Quia si moritur prælatus in ecclesia, oritur confusio in capitulo. Manifestat diu occulta in cordib; aliquorū ambitio, sicut ignis, quæ fuerat diu reclusus, fit capite discooperto inter partes diuisio. Apo. 8. Misit Angelus

Math. 24.

Ambitio

A Angelus in terram grandinem ignem, & sanguinem simul mixta. Grādo concutit, ignis consumit, sanguis inficit. Quia quidam clerici suscitantes iurgia, concutiunt corda, consumunt bona ecclesiastica, & inficiunt alios per mala exempla. Sed mirum est vnde hæc iurgia perseverant. Exod. 24. Habebis Aaron, & Hur si quid narum fuerit quæstionis, refereris ad eos. Quia ad auctoritatem summi Pontificis, & solum cardinalium referenda essent scandala præsentium, & paruulorum posteriorum.

Discordia

Clerici debent illuminari luce scientiæ, purgari rore gratiæ, perfici habitudo doctrinæ. Inuenitur autem quadruplex lux, quæ designat quattuor modos scientiæ necessariæ cuilibet præsidenti: quare 76. Genes. 6. Gigantes erant super terram. Istud est hodie completum in prælati. Gigantes sunt homines immensū corporibus, potentes viribus, incompositi moribus, nominati in honoribus: isti sunt potentes in sæculo, viri famosi, scientes bellum. Tales sunt hodie multi prælati ecclesiæ. Immensū corporibus per gulositatem, fortes viribus per generositatem, famosi in honoribus, vel in hominibus per cupiditatem, inconditi moribus per crudelitatem, scientes bellum contra pauperes per superbiam, & fastuositatem. De primo Deuter. 3. Cuncta Basaz erat terra gigantum. Basaz interpretatur brucus, vel pinguedo: sunt enim quidam eorum brucus, toti in ventre, & pinguedo sicut apparet in carne. De secundo Psalm. 32. Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Volunt enim hodie per generositatem obtinere ecclesiastica beneficia. Sed non saluabuntur isti gigantes pro singulari potētia, nisi sequatur penitentia. De tertio patet quando crescente ambitione abundant pluribus beneficijs, & nominati sunt in pluribus ecclesijs. Baruch. 3. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt magis scientes bellum.

1. 1501

1. 1503

1. 1505

Baruch 3.

Iob 16.

Non hos elegit dominus, neque viam disciplinæ inuenerunt, propterea perierunt. Notatur quod cum dicit nominati scientes bellum. Gigantes enim sunt, qui mensuram consueta communem hominum excedūt, eod quod eis singularia beneficia non sufficiunt. Nominati dicit, quia tantum vt habeant vocem in capitulis, & nominentur in electionibus. Hæc beneficia retinent, & recipiunt, scientes bellum: quia nihil sciunt in capitulis, aut in ecclesijs facere, nisi appellationes, lites, iurgia seminare. De quarto. Conqueritur ecclesia de crudelitate prælatorum, qui illud tantum cōmunitatis, & charitatis, quod adhuc remanet in ecclesia, per crudelitatem tollunt. Vnde ait; concidit me vulnere super vulnere, irrui in me quasi gigas. Cum. n. pro nihilo supponunt ciuitates interdicitis, fulminant excommunicationes in subditos, non vident esse successores Christi, & Apostolorū: sed Cæsaris, aut Decij, & persecutores Christianorū. 1. Reg. 7. Ibat Samuel per singulos annos circumiens Bethel, & Galgal, & Masphat, & iudicauit Israel. Samuel typū gerit prælati. Bethel ecclesiæ, interpretatur. n. domus Dei. Galgal rota uolubilitatis sacræ scripturæ. Masphat speculator peccati, defectus proprius. Hic ergo circumit prælatus, cū pro ecclesia sibi commissa sollicitus, prædicationi sacræ scripturæ intentus inlisset, corrigēdo nihilominus proprios defectus. Nabuchodonosor fecit statuā aureā. Et ibi dicitur, quod omnes debebant cōuenire ad dedicationem statuæ, quam crexerat Nabuchodonosor rex; &c. Nabuchodonosor Diabolus, vel superior prælatus: statuā ab eo erecta prælatus ignorans, & insufficientis institutus: statuā per ignorantia, aurea per apparētia, vel per diuitias: erecta: super alios posita per violentia: adoratur per idololatriā, vel potētia, vt iā cōpletū

Dan. 3.

Auaritia. **Malus.** At illud: Simulachra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum, non opera Spiritus sancti. Magna est perfidia, seruum Christi nollem ministrare Christo, vel ei militare. Quod inuenitur in eis, qui habent curam animarum, & beneficia ecclesiastica, & nolunt ad sacros ordines promoveri, aut qui habent beneficia ecclesiastica, & dicunt se ad officia canonica non teneri: sed maior est perfidia recipere stipendia, & nolle militare: quod accidit eis, qui de stipendijs pauperum viuunt, & eorum peccata non diluunt, quia inter vestibulum, & altare adorabant sacerdotes ministri Domini, dicentes: parce domine, parce populo tuo. Et in Apocal. 8. Stetit Angelus iuxta aram templi, &c. Sed maxima perfidia est in eis, qui simul, & semel in diuersis collegijs militare volunt. Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Sed quomodo fidem seruas, qui simul, & semel fide interposita teneris interesse, & diuersis ecclesijs deseruire? Aut si tibi parcitur quando voluntas vltima testatoris seruetur. Sed hodie paterna pietas, que debet esse in plateis ad pauperes, degenerat in duritiam: Magna est duritia retinere superflua alijs indigentibus, qui ex eadem massa formati sunt, & fratres sunt; maior auferre pauperibus aliena. Ambrosius: Non minus est criminis habenti tollere, quam cum possis, & abundans sis, indigentibus denegare: esurientium panis est, quem tu detines, viduarum indumentum est, quod tu recludis, miserorum redemptio pecunia, quam tu in terra recondis; tot ergo bona scias in te inuadere, quot posses indigentibus elargiri. Sed maxima est stultitia pro talibus congregandis se totos euiscerare cum nesciunt, cui illa congregant. Similiter in praelatis humilitas degenerat in superbiam: magna prudentia de precio sanguinis Christi, multitudinem histriorum, seruatorum, equorum, phaleratorum habere. Si enim ab hospitio suo diuertunt per modicum spatium, portant manticas suas plenas griseis, & varijs uestibus: utensilia, & suppellectilia tot, & tanta, quasi irent in exercitum, vel transitori essent desertum, vt iam non videantur rectores ecclesiarum, sed principes prouinciarum. Angeli ascendentes, & descendentes in scala Jacob sunt praelati, qui debent ascendere ad Deum per conuersionem, & orationem, & descendere ad subditos per custodiam, & eruditionem, ad circumspeditionem; vnde si subditus infirmatur, debent ei sedulam visitationem; si damnificatur, aut penuriam patitur, debent ei suam possessionem; si est in crimine, debent ei salutarem correctionem, & monitionem: si est in tribulatione, debent ei consolationem: nota quod ait Apostolus: Qui preest in sollicitudine. Ad sollicitudinem praelationis concurrunt quattuor, rectitudo iusticie, fortitudo patientie, altitudo scientie, arctitudo penitentie. Et ista quattuor designantur in quattuor lapidibus preciosis, qui sunt topazius, amethystus, chrysolitus, berillus. Rectitudo itaque iusticie designatur in topazio, Lapis est, &c. Quare 105. a. Fortitudo patientie in amethysto. Lapis est coloris &c. Quare 95. a. Altitudo scientie in chrysolito. Lapis iste habet stellas aureas in colore purpureo. In stellulis autem, lumen scientie; in colore purpureo, ornatus uitae; ut lumen sapientie, conditio honestatis uitae. Preciosus est iste lapis: nam in luce occultatur, & in tenebris lucet: vnus, & idem lapis est, tamen pro varietate aeris ita mutabilis: sicut aliqui vidi in magnete, quod per vnum sui angulum attrahebat ferrum per alterum fugabat, hoc est sapientia, & discretio praelati, qui nouit diuersas subditorum facies considerare, & pro loco, causa, tempore, & qualitate subditorum, se variatum, ac mutabilem reddere. Nam sicut eadem species medicina non conuenit diuersis complexionibus, immo quod

A quod sanat vnum, alteri nocet, nec eadem medicina curat diuersas infirmitates, sed diuersis diuersa adhibetur medicina, sic nec eadem medendi species, nec eadem modus correctionis, reprehensionis, penitentia, conuenit diuersis infirmitatibus animarum: vnde ille, qui nutriendus est consolatio ne, non est ferendus obiurgatione. Sed vbi indiseretis praelatis. Prouerb. 26. Sicut qui mittit lapidem in acerrum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. Acerrus Mercurij in arte chimica uocatur argentum viuum. Lapis autem appellatur metallum, ut argentum, aurum, sicut enim argentum viuum dissipat, & destruit corrodendo aurum & argenteum, cum quibus includitur, ita insipientia praelati totum collegium dissipat. Arctitudo penitentia designatur in berillo, species & color huius lapidis est sicut radij solares in aqua; in quo notatur penitentia, quia gratiam diuinam attrahit sibi praelatus per penitentiam, & aquarum, scilicet lachrymarum abundantiam, ex qua humectat, & lauat subditos: Preciosus iste lapis est, nam manum tangentis calefacit, vt aliquid ignis habere videatur; sic praelatus seipsum mortificans, qui prius incipit facere, quam docere, alios inflamat, ut similia faciant. Si enim aliquis me inuissit, & mihi cibum apponeret, quem diceret valde bonum, ipse autem nollet gustare, sed preciperet mihi comedere, merito cibum illum suspectum haberem, & non gustarem, ita praelato precipienti, & exhortanti ad penitentiam & mortificationem, nullus crederet, cum videat, quod ipse non gustat. Prædictis quattuor lapidibus debet ornari mitra praelati, ut dicatur, proposuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Et nota de discordia praelati cum subditis. Iu. 9. Misit dominus spiritum pessimum inter Abimelech, & viros Sichem. Abimelech interpretatur pater meus rex, & est superbus praelatus, filius diaboli: Siche, quod interpretatur humerus, sunt subditi laborantes in officijs suis; inter quos incitatur aliquando spiritus malus discordie propter superbiam praelati, qui non compatitur eis in laboribus suis, vel etiam in infirmitatibus eorum. Galat. 6. Fratres & si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Esa. 1. Principes rui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Fures sunt, qui intrant in ecclesiastica beneficia, vt maculet & perdant; socij furum praelati, qui eos intromittunt furtiue, & quandoque participant de prada, ut postmodum sunt socij in poena, qui fuerunt socij in culpa. Iam enim tanta uiget cupiditas in clero, quod se extendit usque ad corpus dominicum, & mysterium nostrae redemptionis, conuertunt uideantur per aliquos in mysterium suae cupiditatis, quia missas, eucharistiam, & omnia sacramenta precio vendunt. Infideliore iuda proditore, & pessimo meratore, qui pro triginta denarijs ipsum vendidit adhuc passibilem, & isti pro minori precio uendunt Dei filium immortalem, iam ad patris dexteram ascendentem. Marth. 24. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Hec fidelitas probatur in consensu diuini beneplaciti, in seruati executione precepti, in cognitione & commissione secreti. De primo, Sap. 3. qui conueniunt in illum intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi. De secundo, 1. Reg. 2. Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciat. De tertio Apoc. 2. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitae. Sicut si unum animal esset compositum ex raultis animalibus genere & specie, & proprietate differerentibus, magna indultia, & sapientia esset necessaria homini, qui

Correctio.

3. gal. 6.

c. box.

3. gal. 6.

Psal. 101.

ps. 101.

Esa. 1.

Esa. 1.

Simoniam.

Mat. 26.

Fidelitas.

illud animal haberet regere, quia in illo essent contrarij appetitus, & oppositæ inclinationes. Nam cum vnus & idem esset, oporteret ipsum esse in tam diuersa mutabilem, quantum exposceret bestiarum diuersitas, vt posset corpus illud in vna tranquillitate persisterere. Sic ceruè necesse est, vt ille, qui curam suscepit animarum, singulorum moribus, & institutionibus se coaptet, & sermonem suum & loquendi modum aptet, secundum quod fuerit singulis opportunum. Nā vnde vnus corrigitur, alius obfirmatur, & induratur; dumq; vni placet, alteri displicet: Sicut in cithara dum plectro mouentur chordæ, auditus vnus inde offenditur, vnde alterius re creatur. Quomodo ergo poterit infirmitatem curare, qui modos morborum nescit, & species? Qui non nouit spirituum affectiones? sicut imperitus medicus, qui non nouit complexiones? Et nota quantus defectus iustitiæ & correctionis est hodie in prælatis; nulla enim cura est hodie de peccatis purgandis, de moribus informandis, sed tota sollicitudo est in pecunijs congregandis, nec quæritur familia, quæ sciat vitia obiurgare, & curare, sed quæ sciat exactiones facere. Nam Hely palpat filios suos, & cum eis damnatur. Non sic Moyse, qui occidit Aegyptium, qui in domo fidelissimus erat. Non sic Samuel, qui Saulem viriliter arguit, vnde cognouerunt omnes à Dan vsque Bersabee, quod fidelis Samuel Propheta esset domini: & ided timere debemus, ne cum eis damnemur, quos corripuisse debueramus; sicut dicit Augustinus in primo de ciuitate Dei: Sicut enim plurimi cadunt in desperationem salutis, quia nequeunt ferre austeritatem medicationis; ita plurimi ex negligentia, in grauiora peccata præcipitantur: quia eorum peccata non corripuntur. Iud. nono. Nolebat ficus deserere dulcedinem suam, fructusque suauissimos, vt inter cætera ligna promoueretur. quia vir religiosus, & deuotus non vult dimittere dulcedinem orationis, & contemplanionis, ut se exponat turbulentijs actionis, & prælationis, sicut arbores ventis. 1. Esdræ tertio, fundato templo domini à cœmentarijs, steterunt sacerdotes cum tubis. Tubæ sunt angustæ ex parte oris, & ex parte inferiori amplæ: quia sancti qui fundauerunt ecclesiam tribulationes sustinebant in carne, iocunditatem in mente. in quibus fundatur, &c. Quare 83. b. 84. a. b. Ioann. vltimo. Pasce oues meas. Hic nota quod in pastoribus tria debent esse, autoritas, veritas, sanctitas: nam sine autoritate non puniretur inobedientia, sine veritate non informaretur ignorantia, sine sanctitate non coërceretur malitia, & offenderetur viuendi norma: & propter ista tria dictum est Petro in persona prælatorum: pasce, pasce, pasce oues meas. De primo Miche. quinto. Stabit, & pascet in fortitudine domini. Et nota quod hæc autoritas debet esse humana, non leonina. Hierem. 49. Quis est iste pastor, qui resistit vultui meo? Ezech. decimonono. Factus est, & didicit capere prædam hominesque comedere; tunc autem est autoritas humana, quando est iustus titulus, iustus animus, iustus ordo. Iustus titulus quantum ad curam pastoralis susceptionem. Ioann. decimo. Qui intrat per ostium in ouile ouium, pastor est ouium, qui non intrat per ostium in ouile ouium, fur est & latro, scilicet in ecclesia, vel parrochia. Glossa, qui aliud quærit, quàm Christum. Ostiarius est Christus, tenens flagellum, ut eiciat de templo eos, qui non ingrediuntur per ostium, sed per ostiarium, scilicet carnem, & per carnalem affectionem; ideo negant dominum cum Petro in necessitate. Iustus animus, quoad piam intentionem. Genes. quadragesimo septimo. Dicit Ioseph:

Sapientia
Correctio.1. Reg. 2.
Exod. 2.1. Reg. 23.
1. Reg. 3. d.

Correctio.

1. Esdr. 3. a.

Ioan. 21. d.

Ezech. 19. a.

A Ioseph: fratres mei uenerunt ad me. Ecce bonus ingressus, quos introducit vir iustus: & sunt viri, non pueri, non effrænati, nec examinati, pastores ouium, non interfectores per malum exemplum: curam habent alendorum gregum, non tondendorum. Iustus ordo, quo ad debitam executionem, vt nihil agat sine deliberatione. Ezech. trigesimo quarto. Pascam illas in iudicio, ait Dominus. Nihil corripiat sine misericordiæ adiunctione. Suscitabo pastorem qui pascat eas, seruum meum Dauid qui scilicet fuit crudelissimus in hostes, & mitissimus in ciues. Omnibus se æqualem exhibebat; sine personarum acceptione. Genes. primo. Ego pascam vos, & paruulos vestros. Secundo oportet, quod sit in prælato veritas, alioquin esset idolum apparens, & non existens. Zachar. vt decimo. O pastor, & idolum. Habeat veritatem in re, in seipso, vt reddat populum sibi conformem. 1. Petr. quinto. Pascite qui in vobis est, gregem, non quasi dominantes in clero, sed facti forma gregis ex animo. Doctrinæ in altero, vt doceat subditos ea, quæ pertinent ad salutem. Ecclesiast. decimo octauo. Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum. Iustitiæ, vt resistat malo contra violentorum tyrannidem. 1. Regum decimo septimo. Pascebat seruus tuus gregem patris sui, & veniebat vrsus, &c. Tertio oportet, quod sit in eo sanctitas, vt conformetur illi pastori. De quo Ioann. decimo. Ego sum pastor bonus. Hæc autem sanctitas in oratione attenditur cordis, vt oues eripiat à luporum, idest Dæmonum insidijs. Lucæ secundo: Pastores erant vigilantes super gregem suum. In consolatione oris, vt eos reficiat spiritualium verborum delictijs. Sic enim Moyse pascebat oues, & ducebat eas ad interiora deserti. Ezech. trigesimo quarto. In pascuis vberibus pascam eos. In subuersione ex parte operis, ne deficiat in rerum temporalium necessarijs. Ezech. trigesimo quarto. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur à pastoribus, idest debent pasci: lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidistis; gregem autem meum non pascebatis. Can. secundo. Ego flos campi, & lilium conuallium. Flos campi omnibus est accessibilis, & designat iustitiam, quæ est virtus communis; vt possint pauperes accedere ad superiores: non sunt flores campi quidam prælati, sed potius reges, vel Principes; tor circa se habentes satellites, cum gladijs & fustibus, vt non videantur flores campi, sed horti diligentissime custoditi, aliquod grande flagitium perpetrasse putandi sunt, qui ita diligenter custoditi sunt: sicut refert historia gentium Platonem Dionysio tyranno Siciliæ respondisse. Non sunt etiam aliqui prælati lilia conuallium, sed vepres montium, ad pauperes impugnandos. Sed vnam quotquot pauperes impugnant, recolant illud Gellij noctium Atticarum: cum Alexander magnus vltimum littus Oceani perultrasset debellare volebat in sulam Braginarum, qui miserunt ei epistolam in hæc verba: Diuitias non habemus, quarum cupiditate nos debeas expugnare: vilis esca nobis sit pro diuitijs; pro cultibus, & auro, vilis, & rara vestis, antra nobis duplicem vsum præstant, tegumentum in vita, sepulturam in morte, quem locum habet vindicta, vbi nulla sit iustitia: his motus Alexander nullam sperans victoriam si eorum turbaret quietem, eos in pace dimisit: Et ut exemplo Plinij secundi vtar. Sicut cithariste, & tibicines, multa diligentia procurant, vt chordis non ruptis, sed tensis proportionaliter, vel remissis reuocet chor-

Ezech. 34. f.

Exod. 3.

H

Concordia de oberrantis concordiam. Ita prælatos oportet moderari, nunc rigore iustitie, nunc compassione misericordie, vt reddant subditos quasi vnanimes in domo, & ex omnibus subditis vnam faciant harmoniam: certum tamē est, quod chordas remitti tutius est quàm intendi, quia remissa temperari possunt, sed protensa si rumpantur nequeunt temperari. Ezech. 1. & Apo. 3. Quatuor animalia trahebant quadrigam domini, per quam ecclesia, vel religio figuratur. Homo, leo, bos, aquila. Homo est natura animal mansuetissimum, leo liberalissimum, quia cōmunicatiuum prædæ, bos fortissimū, aquila perspicacissimum. Quia prælatus ecclesiasticus debet esse homo māfuetus bonis, & humilibus. leo vt sua liberaliter communicet pauperibus, & indigentibus: bos, vt in operibus laboriosus, & ieiunij, se viriliter exerceat: aquila, vt circa diuina, & spiritualia subtiliter videat, & aduertat. Exo. 1. Præposuit Pharaō Israeli magistros operis, vt affligerēt eos oneribus: sic sunt aliqui prælati crudeles, qui volunt habere bailiuos, ministros crudeles, & exactores. Tu uero uigila in omnibus, labora, ministerium tuum imple. Hoc dicitur cuilibet prælato: suum autem ministerium vtiliter potest implere, si sit prudens in dubijs discernendis. Prouer. 14. Acceptus est regi minister intelligens: si sit fortis in prælijs sustinendis. 2. Corint. 6. In omnibus exhibeamus nos, sicut Dei ministros in multa patientia, &c. Si sit abstinentis in desiderijs reprimendis. Nemiā 3. Constitui sacerdotum ordines, & Leuitarum, vnumquemque in ministerio suo. Si sit iustus in sententijs exequendis, & exercendis. Rom. 13. Non sine causa gladium portat; Dei enim minister est, iudex in iram ei, qui male facit. Ex prudentia sciatur præcauere errorem. 1. Thimo. 4. Hæc præpouens fratribus bonus eris minister Christi. Ex fortitudine incitet ad feruorē. Heb. 1. Facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ex abstinentia, vel temperantia vt exhibeat ei, cuius est minister, honorem. 1. Pet. 4. Si quis ministrat tanquam ex uirtute, quā administrat Deus ex iustitia, vt incutiat malis timorem. Rom. 13. Vis non timere potestatem, benefac, & habebis laudem ex ea: Dei enim minister est tibi in bonum. Et nota quod ait Chrysostolus super Matth. Quemadmodum cum videritis arborem folijs pallentibus marcidam, intelligitis, quia aliquam culpam habet in radice; ita cum videritis populum indisciplinatum; cognoscite, quia sacerdotum eius non est sanum. Luc. 19. Videns Iesus ciuitatem fleuit super illam: & sequitur causa, quia circumdabant te inimici tui vallo, & ad terram prosternent te. Quia quæ cœlestis erat originis, scilicet Ierusalem, facta est terrenæ conuersionis, dum tota innititur terrenis. Et ex hac auaricia sequitur discordia. Hierem. 6. Fili hominis perfode parietem circa Ierusalē, scrutare eam in lucernis, & uidebis in ea abominationes, &c. Et nota de simonia prælatorum. Luc. 19. Ingressus Iesus in Ierusalem cepit eijcere de templo vendentes, & ementes, dicens, domus mea, domus orationis vocabitur: uos autem fecistis eam speluncam latronum. Cepit enim eijcere, quia nondum omnes eiecit, immo qui expulsi fuerant, sunt reuersi: sed qui cepit, ipse perficiet. quando scrutabitur Ierusalem in lucernis, quædo scilicet subtilissimus oculus, qui uidet omnia occulta, illas passiones non gratas, velut appositis lucernis, manifestabit, & deducet ad lucem de abitis tenebrarū. In Dei enim contumeliam hodie committitur cura animarum hominibus, qui spolia diripiunt. Psal. 78. Deus uenerunt gentes in hæreditatem tuam, pollutuerunt templum sanctum tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum cultodiam; collectis fructibus custodia deseritur: quia collectis spolijs & red-

antibus

Aditibus, de animabus non curatur. Officium prælati est in tribus, quæ sunt iustitia correctionis, misericordia compassionis, instantia orationis. Sed hodie iustitiam correctionis impedit pusillanimitas, misericordiam compassionis, crudelitas, & austeritas; instantiam orationis, carnalitas: quidam enim ex pusillanimitate non audent mittere sagittas increpationis, quæ sagittæ retrocedunt, & reperiunt eos, eò quod volentes eijcere festucā de oculo subditi, trabem in oculo suo portant: quosdam etiam impedit austeritas, & crudelitas, isti non sunt similes Christo qui congregat filios Ierusalem, sicut gallina pullos suos sub alis. Cautus enim est affectus gallinæ ad filios, quæ in nutriendo pullos suos adeo infirmatur, vt plumis hispida, uoce rauca, alis demissa, etiam si pullos non uideas, matrem esse cognosces. Quidam etiam impediuntur per carnalitatem, similes filijs Hely, qui nesciebāt officium sacerdotum ad populum, magis curantes de cibis laute præparandis, quam de lapidibus secundum consuetudinē adolendis. Dan. 14. Sacerdotes ingressi nocte iuxta consuetudinem suam, & uxores, & filii eorum, comedebant omnia, & bibebat: unde propter tales filios Rachel hodie plorant. Vex in excelsis audita est lamentationis, fletus, & luctus, Rachel plorans filios suos noluit consolari, quia non sunt. Certe non sunt viriles, sed pusillanimes, non misericordes, sed crudeles, non orantes, sed ociantes; nō diligentes, sed negligentes. Hierem. 1. In persona stultorum ait. Nescio loqui, quia puer ego sum: Puer sum, ex defectu sapientie: nescio loqui ex defectu doctrinæ, quia in naturali sapientia, nec in acquisita scientia abundant. Cōmittitur hodie precii sanguinis Christi, cura, animarū, talibus, quibus nō cōmitterent pia custodia. Isidorus: tā uita, quā doctrina clarere dēt ecclesiasticus pastor: nam doctrina sine uita arroganter reddit; uita sine doctrina inutilem facit. Baruch. 3. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt statura magni, scientes bellum; non hos elegit Dominus. Gigantes dicuntur a ge, quod est terra, qui excedunt consuetam hominum staturam. Isti sunt prælati auari ex cupiditate inexplebili: non sufficiunt aliquibus clericis singularia beneficia. Et causa subditur, nominati: retinet enim multa beneficia, vt nominentur multum præbendati inter alios. Et vt in multis electionibus nominentur. Et bene dicitur scientes bellum: bellum enim hæctenus extitit ex controuersia magistrorum, circa quæstionem de pluribus beneficijs. Non hos ait, elegit dominus, neque uiam disciplinæ inueniunt, propter ea perierunt. Via disciplinæ est uia sacræ scripturæ, quæ istā uidetur determinare quæstionem. Ex lege enim habetur, quoniam non debentur Leuiticis stipendia, nisi pro ministerio, quo seruiunt in tabernaculo, nam secundum Apostolum: Qui altari seruit, de altari debet uiuere. Et alibi. Qui non laborat, non manducet: similiter, neque ius percipiendi decimas. Ex euangelio patet hoc idem. Nemo potest duobus Dominis seruire, quia nec simul duobus ecclesijs deseruire, nisi per uicarium. Sed ille aut est dignus, aut indignus; si indignus tolerari non debet, qui emolumentum recipit, onus autem cōtemnit, dicit lex civilis: Si dignus, dicit alia lex, quia non refert utrum tutor nullo modo dispenset res pupilli, an perperā dispenset. Hoc item patet ex Apostolica doctrina. 1. Corint. 9. Qui sacrario operantur, de sacrario edunt. Dicunt etiam iura canonica. In duabus ecclesijs aliquem intitulari non licet, sed in ea, in qua intitulus est canonicus habeatur. Clamant iura extrauagantia. Mirabile, inquit, Alexander gerimus, & indignum, si unum personam locum in plurimis ecclesijs uelis concedere, & episcopatu tuo inducere consuetudinē ecclesiæ Gallicanæ, qui-

cum

Prælati:

enim vnum habeant beneficium, & plurima recipiunt; quod non approbatur à nobis, licet hoc nequeat præ multitudinem delinquentium emendari; non obloquor dispensationi, non necessitati, vel utilitati, sed cupiditati, sed ambitioni, sed incompassioni, sed pessimæ negligentiae prælatorum malorum: nam si non essent collatores, non essent receptores. Hæc auaricia adeo creuit in ecclesia, vt de bonis ecclesie fiant tanta palatia luxurietur in phaleris, vanitetur in auiibus, dentur filiae nuptui parentes vestiantur, pauperibus egentibus nihil tribuatur; licet clamet Apostolus. Induite vos sicut electi Dei viscera miseri. ordia. Ioann. 15. Ego vos elegi vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Si enim hoc habent personæ ecclesiasticæ ex cura suscepta infidelitatis, vitium est non exequi illud, ad quod tenentur, quia fructum non afferunt, sed fructum auferunt, rapiunt, & furantur. Et ideo non eliguntur à domino. Nō hos elegit dominus, dicitur de fratribus Dauid, & illi impediabant eum, quod non iret ad singulare certamē. Isti sunt pessimi collaterales prælatorum, quibus non est satis ad perniciem esse spadones in ecclesia, nisi etiam alijs diuitijs abundant, vel partus procreant informes. Et nota quomodo prælati nullum debent timere in corrigendo. Dicebat Ioan. Non licet tibi habere vxorem fratris tui: non enim metuebat Ioan. Herodem, sed Herodes metuebat Ioannem; sciebat enim ipsum esse virum iustum, & sanctum: vnde quia sanctus erat audacter eum arguebat; non sic prælati nostri temporis arguunt, ex autoritate sanctitatis vita. Bernardus, Tales eligendi sunt, qui post aurum non eant, sed Christum sequantur; qui quæstum legationum non æstuant, non requirant aurum, sed fructum; qui regibus Ioannem se exhibeant, Aegyptijs Moysen, fornicantibus Phineem, Heliam idololatris, Eliseum auaris, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, negociantibus Christum, qui vulgus non spernant, sed doceant; diuites non palpent, sed terreant; pauperes non grauent, sed foueant, minas principum non pauent sed contemnant.

Mala. 2. Prælati per Angelum figuratur. Labia sacerdotis custodiant scientiam, & legem ex ore eius requirēt, quia Angelus domini exercituum est. Ideo ad modum Angeli debent esse potentes in corrigendo, sapientes in informando, diligentes in gubernando. Quare in tabula de Angelis Ezech. 10. dicitur, facies quatuor habebat Cuerubin. vnde facies vna, facies Cherubin. Glo. id est vituli, & facies secunda facies leonis, & in tertio facies hominis, & in quarto facies aquilæ.

Facies. Habeat ergo prælati faciem bouis viriliter operando, leonis terribiliter corripiendo, hominis dulciter consolando, aquilæ subtiliter præuidendo: vnde & si vnum animal esset compositum ex multis animalibus non esset vniforme. Ita prælatum vnum existentem, in tot & tam diuersa oportet esse mutabilem, quantum exposcit subditorum diuersitas.

Ezec. 3. Nota quod ait Bernardus. Si interdum seueritate opus est, paterna sit, non tyrannica; matres fouendo, patres corripiendo, vos exhibentes: suspendite verbera, producite vbera; pectora lacte pinguescant, non factu turgeant. Greg. Sic mansuetudo zelum temperat, quatenus iusticiam non eneruet. Inde est quod hodie morsus à serpente paruulus refugit conscientiam proprii sacerdotis, ad quem recurrere debuit, sicut ad sinum matris, & ille in peccato suo morietur, & ego sanguinem eius de manu tua requiram, dicit dominus. Prouer. 30. Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoto, viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, hoc est cum magna difficultate videtur dominus sustinere, & non punire.

A nire. In aquila plumarum varietate ornata duplicitas, in colubro super petram ariditas, in nauis exposita fluctibus aëris, & aquæ, crudelitas, & auferitas. Psal. 203. Ortus est sol & congregati sunt. Prælati creati sunt, & congregati sunt nepotes cōsanguinei, ita vt in vno episcopo tota progenies videatur episcopata. Creatur alius prælati, & statim suscitatur alia familia priori, ac si non fuerit disparsens. Num. 3. Custodes tui quasi locustæ, & paruuli tui locustæ locustarū, quæ cōfidunt in sepibus in die frigoris. Eccl. 50. Quasi sol efulgens sic iste efulsit in templo Dei. Quia prælati admodum solis debet subditos illuminare per cognitionem, & eruditionem inflammare, & nutrire per dilectionem, viuificare, & mortua renouare per ædificationem, & boni exempli ostensionem. Sed iste sol per carnaliter obtegitur; vt non habeat decorem; solem nube tegam; per cupiditatem eclipsatur, vt non habeat splendorem; per ociositatem & voluptatem extinguitur, vt non habeat feruorem, per hypocrisim, & vanitatem hebetatur & obtunditur, vt non habeat vigorem. Vnde sunt sicut quercus putrida, & squamæ piscium, quæ de nocte lucent, non luce viuæ, vel propria, sed mortua, vana, & aliena, & licet aliquando videatur lux in operibus exterioribus eorum, non tamen est lux, quia non procedit de bona conscientia, ideo eis dicitur; Incensum abominatio est mihi, &c.

Bona transitoria tantò reddunt hominem sæpe deteriore, quanto superiorem: accedunt enim quidam ad Deum per dignitatis gradum, & recedunt ab eo per vitæ demeritum; sicut luna quanto magis soli coniungitur, tanto magis propria luce priuatur. Exo. 27. Præcipe filiis Israel, ut afferant tibi oleum de arboribus oliuarū purissimum, piloq; cōtūsum pro lucerna, vt ardeat semper in tabernaculo testimonij extra velū. Oleum a filiis Israel affertur, cū prælati eliguntur pius, purissimū, & pilo cōtūsum, vt habeat puritatem vitæ, & in tribulationibus exercitium patientiæ; vt ardeat semper lucerna extra velum, vt scilicet videantur eius bona opera, & sint alijs in exemplum: quia lucernas in manibus portamus, cū per bona opera proximis lucis exemplum ostendimus. De arboribus oliuarum affertur hoc oleum, quia de oliueti, non de spineto sumendus esset prælati, hoc est de illorū numero, qui habet cor plenum pietate, non crudelitate. Huius arboris fructus illuminat, exhilarat, cibatur, sanat: quia prælati bonus illuminat ignorantes per prædicationem; cibatur egentes per beneficij impensionem, & temporalem sustentationem; exhilarat videntes per boni exempli ostensionem, & manifestationem, sanat tērationes patientes, per consolationem. De 1. Ioh. 15. Posui vos vt eatis, & fructū afferatis, & fructus vester maneat. Vult dñs. prælatum esse arborem fructiferam: sunt. n. aliquæ arbores fructum non ferentes, vt falices, vlm, & arbores siluestres, quas nullus sapiens plātat in horto suo, quia fructū non faciunt, aut si faciunt non humanum, sed porcini faciunt. Hi sunt filij huius sæculi vitæ ducentes in comestationibus, & ebrietatibus, in cubilibus, voluptatibus, & impudicijs, quas dñs non vult plantari in horto suæ ecclesie, sed eradicari, & in igne proijci. Exemplum de ficulnea in qua fructū non inuenit. Luc. 13. De secundo patet in Job 31. Si comedi fructus terræ, &c. De tertio Ephe. 5. Fructus lucis est in oī bonitate, iusticia, & veritate. Lux est prælati, cuius fructus est in bonitate, vt bonus sit platus in se: in iustitia, vt iustus sit ad proximū: in veritate, vt ambulet in puritate & simplicitate non in duplicitate, quo ad Deū. De quarto Ezech. pen. Erunt fructus eius in cibū, & folia in medicinā. Verba. n. prælati debet esse medicina subditi desolati, vel tētati: exemplis & operibus quasi fructibus subditos cibatur, & verbis

Psal. 103.
Cōsanguinei.

Sol.

Esa. 1.

Ier. 17.

Esa. 1.

Ier. 17.

Ier. 17.

Ier. 17.

Ier. 17.

bis quasi folijs & herbis medicinalibus eorum spirituales infirmitates E curat.

Aliqui sunt prælati, qui nec prædicare sciunt, nec scientes prædicare per mittunt. Esa. 56. Speculatores eius cæci omnes, canes muti, non valentes latrare. Speculatores domini qui sunt in officio prælationis, cæci, ex defectu cognitionis; canes infatiabiles propter excessum gulositatis, cupiditatis, ac ambitionis; canes muti, ex defectu prædicationis; non valentes latrare, ex defectu bonæ operationis, gubernationis, & defensionis.

Doctor.

Prælati sunt oculi ecclesiæ, vel doctores, & prædicatores. Hos diabolus nititur eruere, vt reddat cæcum totum corpus ecclesiæ. Quia si cæcus cæco ducatur præter, ambo in foueam cadunt. Si enim coruus primò impetit oculum in cadauer, quod figuratur 1. Regum 11. Vbi Naas Amonites, qui figurat Diabolum, volebat Israelitis eruere oculos dextros, volebat enim seruos Dei monoculos facere. Sciebat enim, quod si essent monoculi non possent domino seruire in ministerio tabernaculi, siue in officio sacerdotali. Leuit. 20. Si albuginem habens in oculo, nõ accedat ad altare; aut forte sciebat, quod cum esset erutus oculus dexter, sinistrum regi clipeo necessarium foret, & sic populus non posset pugnare; vel quod totum studium eorum sit ad temporalia, quæ sinistro aspicimus oculo, nihil curantes de spiritualibus, & de salute animarum, quæ aspicimus oculo dextero.

Esa. 46. b.

Prælati positi sunt sicut pastores in caulis, speculatores in periculis, propugnatores in bellis. De hoc Esa. 46. Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ: quia prælatus debet esse auis per contem plationem, vir contra tentationem; voluntatis Dei, per bonam operationem. Sicut enim auis modò volat superius, modò inferius, modò dextrorsum, modò sinistrorsum, modò in medio se suspendit, & tremulis alis atq; stupidis ad lumen solis se quasi immobiliter figit: sic anima meditans modò sursum gaudia, modò deorsum supplicia, modò à dexteris sanctorum exempla, modò à sinistris hominum peccata prospicit, modò in se rediens, & in medio conscientiæ suæ immobiliter existens, cum timore, Dei maiestatem cõtemplatur, & eius patientiam admiratur; vocatur autem hæc auis ab oriente, quia non cu rat cum Caim de delicijs, & voluptate. Non eliguntur fratres Dauid qui impediabant eum, ne procederet ad bellum, vnde ait: Non elegit dominus ex istis: Hi sunt pastores ignaui, & propter ignauiam reprobat. Nam fructum non faciunt, & volentes facere impediunt: sed solus Dauid eligitur, qui manu fortis interpretatur. Elegit Dauid seruum suum, & superius ostensum est secundum Bernardum, quales eligedi sunt ad prælationem. De prælatis, ait beatus Petrus. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, &c. Prælatus enim est rex spiritualis: statum autem regis tria decent. Humanitas in alienis miserijs. Prouerb. 20. Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius: Scientia in erudiendis subditis. Psal. 2. Nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Prouer. 39. Rex qui iudicat in veritate pauperem, Thronus eius in æternum firmabitur: Strenuitas in prælia. 1. Reg. 9. Iudicabit nos rex no ster, & egredietur ante nos, & pugnabit prælia nostra.

Auis. Volare.

1. Rc. 16.

Psal. 57. Electio.

1. Pet. 2. b.

Rex.

Princeps.

Prælati.

Hæc tria debent esse in rege spirituali, scilicet affectuosa compassio, fructuosa eruditio, virtuosa operatio. De 1. Esa. 49. Et erunt reges nutricij tui, & regine nutritice tue: affectum enim quem habet nutrix ad paruulum, debet habere prælatus ad subditum, vt ex mammillis talium regum fugat subditus lac passionis, & compassionis. De 1. Can. 2. Introduxit me rex in cella-

Can. 2. a.

ria sua, ordinauit in me charitatem, quod fit, cum prælatus erudit subditum ex compassione cordis, & confortat eum secundum ordinem charitatis, quasi Hierarchia, purgando, perficiendo, & illuminando. Et beatus rex iste, qui sic introducit subditos in cellaria sua, & pascit eos vino, & oleo, & ordinat charitatē, cum docet præferre inuisibilia visibilibus, sempiterna temporalibus, & illud vnum Mariæ, plurimis illis in quibus Martha turbabatur.

Sed quidam eorum sunt immisericordes sine cõpassione, ignorantes sine eruditione, desidijs sine operatione. 3. E sdræ 4. Iniquus rex, &c. Iob. 34. Qui dicit regi apostata, qui vocat duces impios, toties enim apostatant, quoties in eo quod præsumunt, exultant, & vocant duces impios, ecce crudelitas, vt enim dicit Greg. Non docet hominem ducatum suscipere, qui nescit homines bene viuendo præcedere. Esa. 30. in terra tribulationis & angustia:

B leana & leo, ex eis vipera, & regulus volans. Leena est animal calidissimum: vnde fertur semper gestire in coitum, in quo luxuria. Leo est animal superbissimum: vnde indignatur cum aspicitur. Vipera est animal astutissimum, vnde & per astutiam Murenam inuocat seu euocat de profundo maris, vt ei commisceatur, cuius natura est, corrumpere viscera matris. Regulus volans animal crudelissimum. Ergo terra ecclesiæ, terra tribulationis, & angustia, quando prælatus est leena, per concupiscentiam; leo, per mentis superbiam; vipera, per astutiam, & discordiam; astuti enim contra subditos mouent calumniam, & rumpunt viscera matris ecclesiæ per discordiam; lace-rantes morsu, & intoxicantes detractionis flatu, vt Regulus. Leuitici 21.

C Homo qui habuerit maculam non ingreditur iuxta velum, nec accedet ad altare, quia maculam habet, & contaminare non debet sanctuarium Dei; quod quantum in se est, contaminant, qui indignè communicant, & irreuerenter sacramenta contrectant. Sit ergo sine macula in subiecto, quod non intelligitur de macula velleris, sed corporis; quæ est culpa mortalis, non venialis; in cuius figura Neq. 13. Inuentum est quod non debebant introire ecclesiam Dei Amonites, & Moabites vsque in æternum. Exod. 18.

D Prouide de omni plebe viros potentes, qui iudicent populum omni tempore, &c. Et nota quomodo prælati debent informari de veritate, & ipsa inuenta, iuste exequi. Quare 151. a. Ezech. 8. Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi. Et ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in parete in circuitu per totum & septuaginta viri de senioribus domus Israel, & Iconias filius Sathan stabat in medio eorum: stantium autem picturas &c.

Ad litteram omnes templi parietes diuersis bestiarum imaginibus pinguntur, quando viri bestiales, & diuersis irretiti peccatis ad ecclesiastica beneficia assumuntur. Caueat ergo sibi Iconias summus pontifex & princeps sacerdotum, sicut dicit glo. cum suis septuaginta viris, cum Cardinalibus siue prælatis ecclesiæ, ne per eos fiat in templo hæc abominatio desolationis. Dan. 11. Polluunt sanctuarium fortitudinis, & auferunt iuge sacrificium, & dabunt abominationem & desolationem, & impij in testamentum simulabunt fraudulenter. Sanctuarium fortitudinis polluant prælati mali, qui destruant firmamentum ratione fidei. Multi enim pastores antichristi, auferunt etiam iuge sacrificium, quia euacuant in cordibus laicorum fidei sacramentorum per malum exemplum.

H

Antichristi exemplum.

Eccleſia. Vita enim clericorum libri ſunt laicorum; unde ſacramenta deſpiciunt, cum ea vident pertractari ab eis, qui ſcleratiè viuunt, & dant abominatio- nem in deſolationem, quia eccleſiam factam abominabilem propter eos de- ſolatam faciunt, & coarctantur: cum enim Apoſtoli modico tempore ec- cleſiam dilatauerint, & multos prouocauerint ad fidem trinitatis, non eſt dubium cum ſub his multi exorbitent à fide, prælatos cauſam eſſe inſidelitatis eorum; & impij teſtamentum ſimulant, quia impios & male meri- tos, promouent in eccleſia fraudulenter: vt enim prouideant vita tempo- rali alicuius amicorum, tradunt eis curam infinitarum animarum, & vt lac & lanam tollant ſibi, exponunt oues moribus luporum, & vrſorum. Si enim gregis materialis curam nullus committeret niſi potenti, ſcienti & volenti curam eius peragere ad ſalutem ipſius, qui committit curam gregis ſpiritualis impotenti, ignorant, inſolenti, negligent. Plus videtur beſtias quam animas diligere, & ſanguinem teſtamenti, immò Chriſti, quem pro animabus effudit conculcare. Deut. 23. Non abominaberis Idu- mæum, quia frater tuus eſt. Idumæum abominatur, qui peccatori non cõ- patitur, ſanguineus enim interpretatur: Quod impletur in malis prælatiſ, qui non compatiuntur peccatoribus & tentatiſ: Non ſic beatus Franciſ- cus, cui cum frater diceret: Ora pro me benigne pater, credo quod de meis tentationibus continuò liberabor, ſi pro me dignatu fueris orare, nam ſu- per vires aſſigor. Cui ſanctus reſpondit, quò magis tentariſ, magis dilectõ- te noueriſ: Nullus ſe ſeruum Dei reputare debet, quouſque per tentatio- nes & tribulationes tranſerit: annulus enim eſt tentatio, quo deſponſat dominus animam ſerui ſui. Vix enim abijciuntur certamina fortia, niſi v- bi fuerit virtus perfecta. Sic enim ait, fidelis Deus qui non permittet uos tentari ſupra id, quod poteſtiſ, & idem. Omne gaudium exiſtimate fra- tres, cum in tentationes uarias incideritiſ. 2. Mach. 6. Templum luxuria & comefſationibus erat plenum, & ſcortantium cum meretricibus, ſacraſiſ- que adibus mulieres ſe vtrò ingerebant, quia ex illicitiſ communicationi- bus cum conſortiis mulierum, turpeſ cogitationes & imaginationes mē- ti ſe ingerunt, vt licet uelimus nolimus vtrò ſe ingerunt, quod enim hau- ſimus uigilantes, patimur dormiētes: & talibus formiſ paſcitur anima dor- miendo, quales hauſit uigilando: ſed licet ſecundum quod dicit Gregor. in moralibus. Sancti uiri in quantum agere poſſunt, exterius ne labantur in opere, tantum interius agere non poſſunt, vt nunquam labantur in cogita- tione, cum ſicut dicit Iſidorus in lib. de ſummo bono: Cogitatio praua de- lectationem parit, delectatio conſenſum, conſenſus actionem, actio cõſue- tudinem, conſuetudo neceſſitatem. Sicque in hiſ uinculiſ homo implica- tuſ, quaſi quadam uitiorum catena tenetur affectuſ, ita vt ab ea euelli ne- quaquam ualeat, niſi diuina gratia manum iacentiſ apprehendat: Ideò cau- tela ſumma in hoc eſſet adhibenda, ut præſcindantur occaſiones, unde oriũ- tur cogitationes & imaginationes. Exod. 10. Deuorata eſt herba terræ à lo- cuſtiſ, & quicquid pomorum, ideſt fructuum in arboribus fuiſt: quia præla- ti qui debent uacare ſacræ ſcripturæ, uacant ambitioni & ſuperbiæ, & de- uorant in gulaſitate & uanitate omneſ fructuſ terræ, & ideo non poſſunt eccleſia fructificari. Locuſta ſalut & cadit; & ipſi ſaliunt in altum dignita- tiſ, ut lapſu grauiore ruant in imum calamitatiſ: hi ſunt imbres ſine aqua, quia ſuper alioſ poſiti abſque humore deuotioniſ, arbores autumnaleſ in fructuoſaſ: in autumno non debent flores oriri, ſed fructuſ colligi, quia ta- leſ habent ſloriſ apparentiam, non fructuſ exiſtentiam; hiſ mortui, ſcilicet ſibi,

Cõpaſſio.
Miſericor-
dia.

Tentatio.
1. Co. 10.
Iac. 1.

Eccleſia.

Societas.

Cogitatio.
Graduſ.

Exo. 20.

Eccleſia.

Iud. 2.

Arbor.

A ſibi, & proximis. Ego ſum paſtor bonus. Paſtor bonus, prælatuſ bonus, mercenariuſ uenaliſ, capellanuſ fur, hæreticuſ, lupuſ, diaboluſ; qui ex de- ſectu veri paſtoris dum gregi præeſt allum ad luxuriã pertrahit, aliuſ ad auariciã accendit, aliuſ in ſuperbiã erigit, aliuſ per iracundiã impel- lit, aliuſ per inuidiã ſtimulat, aliuſ per gulã ſtrangulat, & ſic oueſ per- rit, quia ouem paſtor non cuſtoſtit, ſed magiſ rotondit, quam pauit, cum tamen dicatur. Paſce oueſ meã, & nunquam tondeſ oueſ meã: immò multa mala de tonſoriſ ouium legimur in ſcripturiſ; Laban enim, cum irer ad tondeſdas oueſ generum ſuum Iacob amiſit. Iudas cum irer ad tondeſdas oueſ, cum Thamar fornicationem commiſit. Abſalon in ton- ſione ouium fratrem ſuum interfecit. Nabal vir ſtultuſ, in tonſione ouiuũ inebriatuſ, ſeruiſ Dauid conuiua dixit. Immo, vt generaliter dicam, ſecun- dum Bernardum, quem dabiſ mihi de numero ſacerdotum, qui non pluſ inuigilet ſubditorum euacuandiſ maſcupiſ, quam extirpandiſ uitiſ, & ideo totum ueritur eorum uitiuſ in periculum ouium, quia uſurpant of- ficiuſ ſpeculatorum, cum ſint cæci, præconuſ, cum ſint muti, pugilum, cum ſint manci, Medicorum, cum ſint medicinaſ ignari, & leproſi: archite- ctorum, cũ exempla in mōte non uiderint cum Moyſe: agricolarum, cum non habeãt aratruſ, & ſementē. Quiſ ſit in prælatuſ eligenduſ bene oſten- dit Seneca: Optimuſ, ait, eſt maiorum ueligiã ſequi, ſi recte præcedãt. Et idem eſt in ſecundiſ epistoſiſ: Non præcedit armenta degener tauruſ, ele- phantorum greges excellentiſſimuſ ducit: Inter homineſ optimuſ anima- rum rector eligebatur, ideoque ſumma ſclicitaſ gentium erat, in quibuſ non poterat potentior eſſe, niſi melior. Ideo Poſſidoniuſ Philoſophuſ dice- bat, quod in aureo ſæculo regnuſ erat apud ſapienteſ: ſic & noſ ponimur in primitiua eccleſia omnia fuiſſe ordinata. unde aureum ſæculum referre poſſumus ad ſtatum primitiuaſ eccleſiæ, uel ad ſtatum innocentiaſ. Act. 2. Petruſ erat dormiēſ in carcere, uinctuſ catheniſ duabuſ. Iſte eſt prælatuſ, qui in carcere peccati dormit, nihil ſentiens de aculeiſ diuini timoriſ; uin- ctuſ duabuſ catheniſ, timore male humiliãre, & amore male inſtãmante. Exo. 3. Moyſeſ paſcebat oueſ Ietro ſoceri ſui: cũq; duxiſſet gregē ad interio- ra deſerti, uenit ad montem Dei Oreb. Moyſeſ uir miſiſſimuſ, immuniſ a muneribuſ, eſt paſtor: Daſtio gregiſ ad interiora deſerti, excitatio ſubdito- rum ad contemplanã gaudia paradifiſ; quod appellatur deſertum propter amantitatem ſlorum, loci ſceſſum, auium concentum, uiriditatē herba- rum, abundantiam fructuũ, que omnia ſunt ſpiritualiter in paradifo. Vel dicit ad interiora deſerti, quando eoſ detrahit a tumultu ſccli, ad quietem & ſecretum clauſtri. Ioan. 21. Paſce, paſce, paſce. &c. Quia prælati debēt pa- ſcere oueſ ſuaſ tripliciter, uerbo, exẽplo, & tẽporali ſubſidio: uerbo triplici, correctioniſ, de ſententia timenda: exhortationiſ, de pœnitentia faciendã: conſolationiſ, de gloria conſequenda. Michee 7. Paſce populuſ, &c. Exemplo triplici, pœnitentię exterioriſ, patientię interioriſ, ſolicitudiniſ, & diligentia. 1. Pet. 5. Paſcite gregem, &c. Subſidio eſt triplici tẽporali, cor- porali, ſpirituali. Ioan. 10. Bonus paſtor, &c.

Sed proſ dolor, hodie non paſcunt gregē: Nam ignorantēſ paſcunt uer- bo, carnaleſ non paſcunt exemplo; cupidi, non paſcunt ſubſidio: Eſaiã 56. Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. Ioel primo. Rex perdi- tuſ, &c. non paſcunt uerbo, quia uerbuſ correctioniſ conuerſum eſt in re- miſſionē: excitatiõniſ, in taciturnitatē: conſolationiſ, in obiurgationem, Carnaleſ nõ paſcunt exẽplo, quia exẽplũ pœnitentię cõuerſũ eſt i uoluptatē;

H h pa-

Ioann. ult.
Tondere

Gen. 37.
Gen. 33.
2 Reg. 13.
1. Reg. 25

Scn.
Electio.

Deſertum
Ortuſ.
Paradiſuſ.
Religioſ.
Paſce.
Verbũ.

Verbũ.

patientia in crudelitatem, sollicitudinis, & diligentia in negligentiam, & torporem. Zachar. 10. Super pastores iratus, &c. Cupidi etiam non pascunt subsidio, non temporali, quia fures sunt & latrones, non corporali, quia sunt occisores, non spirituali, quia sunt seductores. Ezechiel. 34. Lac comedebatis, &c. Gen. 42. Dixit Ioseph ministris, ut implerent saccos fratrum suorum tritico. Ioseph Christus, nam interpretatur Saluator: ministri prælati, fratres eius pauperes, quibus prælati dare debent temporalia abundanter, ad hoc. n. positi sunt ministri & dispensatores bonorum ecclesiæ: vnde Gen. 31. in persona boni prælati, per viginti annos seruiui tibi in domo tua: oves tuæ, & capræ tuæ steriles non fuerunt, & omne damnū reddebam tibi, & quicquid furto perierat exigebas à me, die noctuque; estu urebar & gelu, fugebat somnus ab oculis meis. Exo. 28. a. Facies vestimenta sancta Aaron, & filijs eius, ut sacerdotio fungantur mihi. Ita vestimenta sunt conuersatio sancta, qua indui debet minister Christi. Eccles. 9. Omni tempore sint

Christus.
Eleemosyna.

Conuersatio
1. Reg. 17.

Custodia

Cognatio.

Apoc. 8.

Oratio.
Correctio.
1. Reg. 2.
1. Reg. 4.
Ecclesiæ.

Ager.

Ecclesiæ.

vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.

Prælati dicitur in persona David. Fratres tuos visitabis, & cum quibus ordinati sunt disce, quare 3. Reg. 25. vbi dicitur, custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Apocalyp. primo. Vidi in medio septem candelabrorum aut eorum, id est, ecclesiarum, que sunt candelabra aurea propter charitatem in fide Trinitatis. quasi in triplici firmo pede fundata lumine fidei, accensa. Prælati similis filio hominis, id est, Christi, debet esse in medio propter communitatem, ne respiciat ad nepotulos, vel parentes, & ut omnibus inluat sensum cognitionis per prædicationem, & motum operationis per exempli ostensionem, vestitus ephod, id est sacerdotali veste, per honestam conuersationem, præinctus Zona aurea circa cor, propter ignitam dilectionem, cuius capilli. i. cogitationes, & caput, id est omnes sensus & actus, candidi, ut lana, propter mundiciam, & incorruptionem. Oculi eius, velut flamma ignis, propter subditorum circumspectionem, dispositionem, prouisionem, gubernationem. Vox eius tanquam aquarum multarum propter prædicationem. Pedes eius, id est, opera, similes auricalchod in camino ignis: quia opera prælati debent esse ignitissima dilectione, scintillantia edificacione, fortia probata, & examinata in tribulatione. Stetit angelus iuxta aram templi, habes thuribulum aureū, &c. Istud est officium sacerdotum, quia inter vestibulum, & altare plorabant sacerdotes, &c. Quare 30. b.

Et nota quare hodie non exaudit preces sacerdotum Esa. 1. Incensum abominatio est mihi, &c. Et nota de defectu correctionis prælatorum, quia Gely quamuis esset in se bonus, quia tamen malos filios non correxit, sacerdotio priuatus fuit, & cadens de sella fractis ceruicibus expirauit. Nota historiam Paouer. 22. Per agrum hominis pigri transiit: Ecce negligentia prælati, & per vineam uiri stulti, qui totum studium ponit in congregandis temporalibus, & non curat de spiritualibus, nec de animabus. Transiuit ergo per agrum & vineam, hoc est, per ecclesiam parochiani, pigri ex negligentia, stulti ex concupiscencia. Qualis autem sit status ecclesiæ & parochiæ ex negligentia, & cupiditate prælatorum, subdit: Totum repleuerant urtica, operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Creuit enim in tota ecclesia propter defectum agricolæ, & vinitoris urtica propter prurimum carnalis seditatis; quia sicut populus, sic sacerdos: ascendit spina avaritiæ, & cupiditatis, destructa est lapidum maceria, quia, quasi perijt ecclesiæ obedientia, contemnuntur sententiæ obediendi, & iura ecclesiæ, propter

A propter malam vitam prælatorum; quod plangit propheta, dicens: Vineam, scilicet ecclesiam de Aegypto, id est de gentilitate eduxisti. Sequitur: Ut quid destruxisti maceriam eius, &c. Certè de talibus malis ait sententia euangelica, postquam locutus est de malis cultoribus vineæ: Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? malos male perdet &c. Mali prælati significati sunt sacerdotes Belis, qui ea que oblata sunt Deo, deuorant. De quibus conqueritur dominus: Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit; incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, Iud. 17. Dicitur sacerdoti Micheæ. Quis te adduxit, quid hic agis? quam ob causam huc venire voluisti? quis te huc adduxit, quia iniuste obtines dignitatis gradum? Quid hic agis, quia nec verbo, nec exemplo, nec temporali subsidio pascis populum, sed sicut fur rapis, quod tibi non est debitum: Quam ob causam huc venire voluisti? quia incurris æternæ damnationis supplicium.

B Apocal. 8. Stetit Angelus, sacerdos deuotus stetit, non discurrit per plateas; Angelus quia ad modum Angeli debet esse ignitus dilectione; mundus & purus cogitatione & operatione; altus contemplatione; doctus eruditione; prouidus circumspectione; promptus executione. Mala. 2. Angelus domini exercituum est: ad sacerdotes enim spectat scire, que sunt peccata principalia, quot sunt articuli fidei; quot præcepta, quot sacramenta, & de illis ad minus debent populum informare: nec credant, quod propter ignorantiam excusentur, quia ut dicit Chrysostomus: non potest esse excusatio damnationis, ignorantia veritatis.

Vnde sacerdoti legem domini ignoranti comminatur dominus per Officium prophetam: Quia tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Propter quod ait Hieronymus: Officium sacerdotis est, interrogatum, respondere de lege. Talis ergo Angelus, mundus, doctus, prouidus, debet esse prælati, & quilibet curatus. Malac. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirent, quia Angelus domini exercituum est. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege; propter quod ego dedi vos contemptibiles omnibus populis: quia, ad literam, hodie vita clericorum & prælatorum à laicis contemnitur.

Stat autem Angelus iuxta aram templi; non in foro, non in ludo, non in mulierum aut peruersorum consortio, habens thuribulum aureum in manu sua: hoc thuribulum est conscientia, que est in manu per opera bona & exempla. Hoc thuribulum est aureum, purum, mundum, absque rubigine carnalitatis, & seditatis; rotundum exterius, per subiectionem obedientiæ; clausum inferius, per extinctionem carnalis concupiscentiæ; apertum superius, per contemplationem veritatis: accelum & ignitum exterius, per feruorem charitatis, cuius carbones igniti, sunt beneficia Dei, ex quorum consideratione accenditur ad Dei dilectionem. Data sunt tali Angelo tali sacerdoti, curato, & prælato, sancto, mundo, puro, incensa multa, sanctarum cogitationum, deuotarum affectionum, perfectarum operationum. De manu talis Angeli ascendit ad conspectum omnipotentis Dei, fumus aromaticus deuotæ orationis Psal. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum, &c. Oratio. Iste est fumus aromaticus, placatiuus offensionis, delictiuius culpæ, remissiuius poenæ, procuratiuus gratiæ.

D Sed timendum est quod multi sacerdotes non habent thuribula aurea, sed plumbea, & lutea. Sicut legitur de illis duobus malis sacerdotibus. Nabad & Abiu, qui posuerunt in thuribus suis ignem alienum, cuius flamma est

Psal. 79.
Ecclesiæ.
Vinea.
Matth. 21.

Deut. 32.

Angelus.
Sacerdos.

Scientia.

Officium.

Apoc. 8.

Conscientia.
Thuribulum.

Fumus.
Oratio.

Thuribulum.
Leuit. 10.

est tumor superbiæ, fætor luxuriæ, ardor auaritiæ, liuor inuidiæ, fumus talis thuribuli est pronocatiuus iræ, irritatiuus diuinæ vindictæ, impeditiuus diuinæ gratiæ: nam antiquitus ad orationes & processiones sacerdotum, fugabantur dæmonia, fiebant miracula, dabatur serenitas, & pluuia, sed non sic modo: nec est causâ, quia manus domini sit abbreviata, sed quia nostra oratio non est Deo grata. Esa. 1. Incentum abominatio est mihi.

Prælati, sacerdotes, & curati sunt subiecti populi intercessores, prompti propugnatores, prouidi speculatores, præiij exemplatores: vnde Esa. 55. Vos sacerdotes domini ministri domini Dei vestri, dicitur vobis: Vos, ait, sacerdotes domini, non sacerdotes Dagon per auaritiâ; non

Sacerdos. sacerdotes Belfegor, per immunditiâ; non sacerdotes Nanæ vel Dianæ, per ignorantiam: non sacerdotes Baal, per superbiâ, & gulam. Matth. 24. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Si hoc verbum cum diligentiâ exponatur, insunt quatuor conditiones quæ requiruntur ad gradum prælationis, & sunt quasi quatuor pedes, quibus nititur cathedra pastoralis. Primus pes est eminentia sanctitatis; quam insinuat promptitudo operationis: Fidelis, ait, seruus. Secundus pes est, resurgentiâ veritatis: quem demonstrat limpiditudo cognitionis, quia prudens. Tertius pes est, excellentia dignitatis; quem insinuat altitudo institutionis, quæ constituit dominus super familiam suam. Quartus pes est, eidentia æquitatis, quem declarat rectitudo dispensationis, vt det illis cibum in tempore. In his autem quatuor pedibus cathedræ pastoralis est sanctitas imitanda, veritas audienda, dignitas honoranda, æquitas commendanda, vnde 1. ad Thimo. 4. Loquens Timotheo in persona omnium prælatorum ait, Exemplum esto, fidelis in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. 2. Reg. 10. Dauid misit nuncios suos ad Amon regem, qui fecit in eis mediâ barbâ radi, & vestes vsque ad nates præsciendi, & sic confusos eos remisit. Dauid manu fortis, & vultu desiderabilis significat Christum. Amon interpretatur populus dolens, populus iniquus, populus inutilis, quod de dæmonibus propriè potest dici. Serui missi à Dauid sunt prælati & clerici. Barba autem quæ debetur homini in virili ætate, designat virtutem & discretionem. Mediâ ergo barbâ Diabolus istis rasit: quia tota virtus, tota discretio, totum studium istorum seruorum est in temporalibus congregandis; multiplicandis, & aggregandis; quia cura spiritualium, quæ est principalis pars barbæ siue virilitatis, penitus est abrafa, vestesque eorum in magnum opprobriû truncatæ sunt vsque ad nates; quæ deberent esse talares, quia in multis iam apparet mundo, publica eorum turpitudine; quia honestas, & sanctitas vitæ, quæ deberet eos vndique tegere, Amon diabolo procurante toti mundo incipit apparere.

Cathedra. **Pes.**

Prælati. 1. Thi. 10.

Nota quomodo Christus improperat hodie prælati; væ vobis, ait, qui similes estis sepulchris dealbatis, qui decimatis mentam & cuminum, &c. Rex Israel qui gerit typum prælati, quia dicitur: Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes; vulneratus fuit in bello cum sagitta inter stomachum, & pulmonem, & lingebant canes sanguinem, qui ex vulneribus defluebat. Pulmo enim, vt dicit Constantinus ex molli carne, & aërea substâtiâ constans spumæ coagulata: similis est. Vulnerat ergo diabolus viros ecclesiasticos percutiens eos sua sagitta inter stomachum gulositatis, & pulmonem delectationis & fræditatis:

Diabolus. Dani. Matth. 21.

Luxuria. **Gula.**

Prælati.

A tis: Propinqua enim sunt vètri genitalia: Ideò gula nimis deseruit luxuriæ. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, faruritas panis, abundantia, & ocium Lingunt canes, sugunt & bibunt dæmones sanguinem talium immûdorum, dum effusis virtutibus, quibus viuimus, gratiam subtrahunt, animam interficiunt; & finaliter in corpore & anima præcipitantur in infernum. Aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.

Hodie in ecclesia peruertitur omnis ordo, quantum ad omnem differentiam positionis. Quia inferius sit superius & sic de alijs. Quare. 1. 18. a. a. Apoc. 2. Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanæ. Et Psal. 1. In cathedra pestilentiæ non sedit. Vbi aduerte, quod sedes pastoris debet esse munda pudicitia virginali; alta, iustitia speciali; firma, constantia virtuali; vt sit munda, sinceritate conscientia; alta, circumspèctione prouidentia; fixa, soliditate constantia. De primo, Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat: Duo tapetia hanc sedem ornantia sunt, fides purgans errores: castitas componens mores: quia secundum Gregor. Nec castitas magna est sine bono opere: nec opus bonum est aliquot sine castitate. Talis ministrat Christo, non carni mundo, vel Diabolo. Ezech. 23. Sedit in loco pulcherrimo, & mensa ornata est ante te. Pedes huius sedis sunt casti conceptus, puri affectus, modesti sensus, discreti actus. Vnde ait anima deuota, sub vmbra illius, quem desiderabam sed, & fructus eius dulcis gutturi meo. Sed hodie pro sede munditiæ, multi sedent in cathedra pestilentia: sedent enim gulosi super ollas carniū cum Aegyptijs: sedent immundi, & fætidissimi super sedes pelliceas cum Gethis: sedent auari, in oculis Psalmo decimo. Sedent in insidijs cum occultis, vt interficiant innocentem; oculi eorum in pauperem, &c. Sedent superbi cum Lucifero in latere Aquilonis t. sai. 14. Isti omnes habitant, vbi sedes est Satanæ. Apocalyp. 2. Cuius quatuor pedes sunt delectatio, consensus, perpetratio, actus. Iteratio vsus. Obfirmatio, vel obstinatio status. In hoc enim gradu vltimo, proprie dicitur peccator sedere & residere, cui clamat Apostolus. Ephes. 5. Surge qui dormis &c. Psal. 126. Surgite postquam sederitis, quæ manducatis &c. Quare ergo non surgis? nunquid quia adhæret tibi sedes iniquitatis? Hinc ait Angelus, Petro incarcerato, & catenato, Surge velociter: In consuetudine enim sit ista catenatio, & tunc adhæret peccatori sedes iniquitatis. Bernard. loquens de consuetudine peccandi. Postquam terribili Dei iudicio, post flagitia, impunitas sequitur, experta voluptas libenter repetitur, repetita blanditur, concupiscentia reuertitur, sopitur ratio, ligat consuetudo, trahitur miser in profundum malorum, traditur captiuus tyrannidi vitiorum, ita vt carnalium voragine desideriorum absorptus, diuinique timoris oblitus, dicat insipiens in corde suo, non est Deus.

Secunda sedes est alta circumspèctio prouidentia. Tren. 3. Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuabit se supra se. Mens enim spiritualis leuatur supra se, dum homo despicit mundum, contemnit seipsum, transcendit omne creatum, & solum, desiderat Deum. Sic sedebat Maria secus pedes Domini, & audiebat verbum illius. Luc. 10. Tanguntur autem hic quatuor pedes huius sedis, videlicet: Quietudo sessionis: Solitudo vocationis; Taciturnitas meditationis: Eleuatio contemplationis, seu speculationis. Tunc consideratio super spiritualem speculam sedens, prouidet circumspicit, denunciât intra se, defectus proprios; extra se, persequêdes aduersarios;

B **C** **D**

supra se, Deum præsentem; infra se, infernum patientem. Optima speculatrix est consideratio. Bern. lib. 2. de consideratione. Consideratio ipsam, de qua oritur, mentem purificat: deinde regit affectus, dirigit actus, corrigat excessus, Componit mores, vitam honestat, & ordinat. Ecclesiast. 37. Anima viri sancti antescit aliquando vera magis quam septem circumspectores sedentes in excelso, ad speculandum. vbi glo. quàm philosophi septem liberalium artium scientia præditi, sedentes in excelso ad speculandum, qui debent annunciare vera, sed sæpe annunciant aliter. Sedent enim religiosi in excelso pœnitentiæ, & debent annunciare veritatem perfectionis, sed frequenter annunciant dupliciter simulationis, vbi habitus religionis apertè contradicit actibus, & moribus conuersationis. Sedent magistri in excelso doctrinæ, qui deberent annunciare veritatem fructuosam sinceriter, recta intentione, communiter, sine adulatione, fideliter, sine corruptione, vtiliter, cum ædificatione. Sed deficientibus dictis conditionibus, aliquando annunciant falsitatem superstitiosam, & damnosam, aut veritatem curiosam & infructuosam. Sedent prælati in excelso curæ: vbi debent annunciare veritatem vitæ, iustitiæ, doctrinæ: sed frequenter conuertunt veritatem in voluptatem, deficientes, in vita; offendentes, in iustitia; obmutescentes, in doctrina. Sedent nobiles in excelso profapiæ; & non annunciant veritatem originis, sed vanitatem; non attendentes idem principium primæ productionis, eundem ortum generationis, eundem exitum incinerationis, quasi duos Adam, vnum de limo, alium de auro, falsa æstimatione fingentes. Sedent principes in excelso potentia, nec annunciant veritatem, sed voluntatem; habentes voluntatem, pro ratione; complacitum, pro cõsilio; iussionem, pro iudicio; tyrannidem, pro regno. Sedent iudices in excelso iustitiæ; nec annunciant veritatem, sed iniquitatem; vsurpantes auctoritatem; suppeditantes veritatem; præcipitantes æquitatem; sententiantes iniquitatem. Sedent diuites in excelso pecuniæ; nec annunciant veritatem, sed cupiditatem; non attendentes quam pœnaliter pecunia afficit acquirentem, quam tenaciter inficit amantem, quam celeriter dimittit possidentem, quam damanabiliter interficit abutentem. Isti septem videntur sedere in excelso, licet secundum veritatem sedeant in profundo. De quibus ait Sapiens. Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius. Psal. 106. Sedentes in tenebris, & in umbra mortis, uinctos in mendicitate, & in ferro. Vbi tanguntur quattuor pedes huius sedis: Videlicet ignorantia iudicij ad cognoscendum; iniustitia imperij ad eligendum; impotentia exercitij ad merendum; indigentia adiutorij ad surgendum. Isti sedent super cathedram Moysis cum Phariseis, qui de omnibus prædictis criminibus, in euangelio à Domino arguuntur. Tertia sedes est fixa, stabilitate perseverantia.

In qua sedent viriliter præstantes, tribulationes constanter tolerantes. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere in throno, sicut & ego vici, & sedeo in throno patris mei. Pugna autem cum perseverantia parit victoriam. Apoc. 6. Vidi & ecce equus albus, &c. Equus, homo exterior qui frangitur per abstinentiam; domatur per disciplinam; exercitatur per operationem bonam; amatur ad spiritualem pugnam. Sessor, homo interior, præuidens iudicio, providens consilio, præsidens imperio. Arcus, crucis vexillum & passionis exemplum: Ibi clipeus, tolerans persecutiones; gladius iugulans delectationes; funda reuerberans tentationes, corona repromissio gloriæ. Talis igitur exiit ad bellum cum armis virtutum & gratiæ, vincens

A vineens victoriosa pugna, vt vinceret victoriosa perseverantia. Sicut dicit Ioseph patriarcha, de quo dicitur Genes. quadragesimo nono. Sedit in forti arcus eius &c. Er rectè quidem sedit in forti; quem nec fœminæ peruertit iniquitas; nec fortunæ confregit aduersitas; nec adulatione decepta dolositas. Bene dicitur de discordia clericorum, quæ turbat ecclesiam. Si sic futurum erat; quid necesse fuit concipere? Quære fol. 29. a. Prælati antequam puniant vel sentiant, debent diligenter inquirere veritatem. Vnde ait Dominus. Descendam & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non sit ita, vt sciam. tertio Reg. decimo octavo dicitur prælati. Vsquequod claudicatis in duas partes. Si Dominus est Deus; sequimini eum: Si autem Baal, sequimini eum: Istud dicitur malis clericis & prælati s, qui solo nomine & beneficijs sequuntur Christum; sed moribus & obsequijs sequuntur mundum. Luca decimo sexto. Quid hic audio de te: Redde rationem villicationis tuæ. Audit enim Dominus de prælati s, quod sunt ignorantes ad erudiendum, negligentes ad custodiendum, nullius vitæ ad informandum. & diligentes ad rapiendum & emungendum. Et no. quales sunt prælati non ministri Christi; sed Nabuchodonosor, idest diaboli. Daniel. tertio: Fornax succensa erat, & consumpsit ministros regis. Exemplum de Nadab & Abiu. Leuitic. decimo. Apocalyp. tertio. Vtinam calidus esses, aut frigidus; sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Calidus, per charitatem veram; aut frigidus, per apertam malitiam: in tepido, est aliquid de frigido & prouocat nauseam. Isti sunt prælati hypocritæ habentes apparentiam sanctitatis; & realiter sunt mali, crudeles, & peruersi. Leuitic. sexto. Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutrit sacerdos supponens ligna per singulos dies. Quia non solum in altari suæ conscientia; sed in altari ecclesiæ, sacerdos debet nutrire ignem diuini amoris: ad quem nutriendum tot ligna apponit, quot bonorum operum exempla ostendit. Sed dicitur secundo Machab. primo, quod cum sacerdotes irent ad requirendum ignem, non inuenerunt ignem: sed aquam crassam. Quia ignis charitatis conuersus est in pinguedinem carnalitatis: Iudic. decimo quarto. Nota histor. de Samfone, qui interpretatur sol eorum, & significat prælatum, quia est sol subditorum. Vt ostensum est supra in ista tabula. Quære historiam Samsonis. 49. b. 49. a. b. 50. a. b. 50. b. 57. a. Apocalyp. tertio. Alloquitur prælatum in persona Angeli illius ecclesiæ: Tu diuis; Quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: quia ex abundantia diuitiarum, ita dicunt in corde suo. Et nescis, quia tu es miser, propter diuinæ gratiæ amissionem; miserabilis, propter peccatorum multiplicationem; pauper, quantum ad meritum aggregationem; cæcus, quo ad diuinorum cognitionem, & nudus, propter virtutum priuationem. Suadeo tibi emere aurum ignitum, id est feruidam charitatem, vt locuples fias, & indumentis albis induaris. Vt non appareat confusio ignominia tuæ. Iosue sexto. Sacerdotes septem diebus circumiecerunt Hierico clangentes tubis, & muri Hierico corruerunt, Hierico lunam significat; muri, tuba, prædicationis & admonitionis est. Debent prælati quotidie clangere, vt superbia, auaritia, delicta, & alia vitia quibus mundus se defendit, cadant: Sed quia sacerdotes aut nesciunt aut nolunt tubis clangere; Ideò muri non cadunt, sed fortificantur; vt iam apertè ædificetur turris Babel. Ioel. secundo. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem: Sol, & luna designant

Correctio. Gen. 18. c.

Hypocritis. Similitio.

Prælati.

Diues.

Apo. 3. d. Charitas.

Mundus. Prædicator. Tuba.

Prælati. Sol. Luna.

Princeps . p̄latos ecclesiasticos, & principes saeculares, propter lumen cognitionis, & efficaciam virtutis, & communitatem actionis, quae debent esse in eis ut p̄latus sit sol, princeps saecularis luna . Qui debent a p̄latis exemplum iustitiae, & bene agendi recipere. Sol p̄est diei, id est spiritualibus . Luna nocti, id est temporalibus. Genes. primo . Fecit Deus duo magna luminaria . Sol conuertitur in tenebras, quia p̄lati, qui deberent esse exemplum, & lux subditorum, sunt causa tenebrarum, & ruinae aliorum . Luna, id est, principes conuertuntur in sanguinem : Iustus damnando, iniustos non puniendo, pauperes excoꝛiando, de rapina viuendo . Hierem. secundo : In altari eorum inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentium . Vel forte utriusque in sanguinem sunt conuersi . Rei enim sunt p̄lati sanguinis ; qui bona pauperum fame pereuntium in illicitos vsus expendunt . Exod. trigessimono . De cingulo sacerdotali, quod erat ex quattuor coloribus . In Hiacinto, qui est aerei coloris, & naturae peruiuae; designatur prudentia: In purpura, quae est sanguinei coloris, siue tingitur sanguine; significatur fortitudo: In cocco, qui est rubei coloris, significatur zelus iustitiae. In bisso qui est candidi coloris, significatur munditia. Intellectus debet cingi sapientia, ne defluat in errorem ; Affectus debet cingi prudentia ne defluat ad iniquitatem. Esa. 11. Erit iustitia cingulum lumborum eius. Concupiscentia carnalis debet cingi temperantia. In figura huiusmodi, Ioanes vestitus est de pilis camelorum & zona pellicea &c. Et Ezech. 9. & Apoc. 1. Debet etiam cingi fortitudine. Psalm. 44. Accinge te gladio tuo super femur tuum. Zachar. 1. Vide ibi . Sic debet cingi p̄latus. Circa electionem p̄lati, septem conditiones sunt in electione attendendae, propter quas non eligitur quis a Deo. Prima est consanguinitas . Secunda nobilitas. Tertia, fragilitas. Quarta pusillanimitas. Quinta superbia. Sexta falsitas. Septima cupiditas. In figura istius dixit Samuel Isai patri Dauid, qui septem filios sibi adduxit. Non elegit Dominus ex istis. 1. Reg. 16. Praedicta septem excluduntur per illam regulam datam. Exod. 18. Dicebat. Ietro Moyse. Prouide tibi viros. Consanguinitas excluditur, cum dicit de omni plebe, quasi dicat, de omni gente utiliore quaere, non de consanguineis . Nobilitas excluditur cum addit plebe, quasi dicat, non tantum de nobilibus, sed de infimis, quia sunt aliquando utiliores. Fragilitas excluditur quia viros, id est, homines viriles, non muliebres, vel pueriles requirit. Pusillanimitas excluditur, quia potentes, fortes, & constantes, qui non sint ut arundo uento timoris agitandi: Superbia excluditur, cum addit timentes Deum, id est humiles non elati : Falsitas excluditur, cum addit, in quibus sit veritas. Cupiditas excluditur, cum addit, qui oderunt auariciam . Propter ista 7. d. 7. filijs dicitur. Non elegit Dominus ex istis. Amos 6. Veli qui &c. De his habemus exemplum Iud. 9. Abimelech. Ibi ponuntur tria, quae renuunt promoueri, Oliua, ficus, vitis . Oliua habens radicem amaram, fructum dulcem, & medicinalem significat animam poenitentem : Si vocetur oliua ut sublimetur in delitijs, respondet, quomodo possum, &c. Pinguedo, quam non vult deserere, est consolatio Spiritus sancti: Ficus est pauper spiritus, qui mundum dimisit, qui si vocetur, ut promoueatur ad diuitias, respondebit quomodo, &c. Quomodo possum deferere dulcedinem verae paupertatis . Cantic. secundo . Fructus eius dulcis gustu. Vitis flectit ramos, designans humiles, qui affectiones, & operationes flectunt per sui, & nullius alterius, contemptum, quae si uocetur,

vt

A . ut promoueatur ad honores, respondet, quomodo promoueatur, &c. Vinum illud est spiritalis deuotio. Psalm. 103. Vinum laetificat cor hominis. Re-
Promotio .
 nuit ergo promoueri, oliua, ficus, vitis, poenitentes in delitijs, pauperes in diuitijs, humiles in honoribus . Sed venit rampnus . Rampnus est rota aculeata, & ex agitatione ventorum ignem emittit. Vnde se, & alias arbores incendit. tales sunt, qui ratione sanguinis promouentur, quorum si videres animas, aculeos emittentes concupiscentiarum, gulae, luxuriae, & omnia libidinis incentiua, vnde ex hoc agitati, ignem mali exempli incendunt, quo se, & alios consumunt .
 Et nota contra illos, qui pueris dant praebenda, & beneficia. Numer. 8. Hae est lex Leuitarum a viginti quinque annis, & supra . Hic patet, quod non admittit lex diuina ad ministerium tabernaculi, nisi a viginti quinque annis, & supra . Patet autem, quod non admittit ad custodiam vasorum nisi si impleto scilicet anno . Quo ergo dantur pueris beneficia, & committitur cura animarum. Super hoc dicit Glo. Qui impugnantium vitiorum certamina, per consensum delectationis non tolerant: aliorum curam suscipere non praesumant, sed cum intima tranquillitate securi sunt, animarum curam sortiantur. Ezechie. 19. Leo factus est, & dicit capere praedam. Leo secundum Isidorum mansuetus est hominibus, nec hominem impetit nisi offensus, & offensus prostrato parit homini: terribilis est animalibus, unde eo rugiente omnia animalia figunt gressum. Sic p̄latus, mansuetus debet esse ad homines, id est, bene, & secundum rationem uentures : terribilis animalibus, id est, bestialiter, & inordinate inuentibus . Ista sunt duae manus tenentes sedile, & solium Salomonis, hinc inde. tertij Regum decimo . Prostrato, id est, recognoscenti culpam suam, debet parere quantumcumque offensus, Sic etiam quilibet debet esse mansuetus proximo, & nullum iniurijs impetere, sed potius parcere . Terribilis animalibus, id est, inordinatis mentis motibus . Leo etiam secundum Isidorum, tempore pacis dormit apertis oculis ; tempore pugnae, cum impetitur a venatoribus, si fugit, delet vestigia cum cauda, ne possit inueniri ; si ab ipsis circumdatur, terram aspicit, ut minus timeat venatores . Hanc sagacitatem leonis debemus habere contra diabolum, & tentationes . Cum enim nullam corporis uel mentis tentationem pateris, quasi dormiens requiescis: tunc tamen oculis considerationis vigila, ne ex improviso ueniens antiquus hostis, qui tanquam leo rugiens, circuit quaerens quem deuoret, strangulare te possit. Cantic. quinto: Ego dormio. Et iterum, Oculi tui columbarum . Columba super aquam residet, ut accipitrem videat . Et hoc est, quod leo dormiens, vigilat oculis. Genes. quadragesimonono . De Iuda. Et competit viro iusto accubanti, &c. quasi dicat: Nullus malignus spiritus ausus est appropinquare sic quiescenti . Cum uero tempore tentationis uenator diabolus te peccatorum telis impetit, uestigia cauda tegas : uestigia, opera, cauda, id est, humilitate, nihil reputando opera, quae facimus, secundum doctrinam Christi . Cum omnia bene feceritis dicite, serui inutilis sumus: tunc ab insidijs diaboli securus eris . Tunc uero undique circumdat, cum malarum cogitationum undique tela iactat . Ioannis decimo sexto . Circundedit tabernaculum, & caetera . Hinc describitur ordo tentationis, circumdat lanceis in suggestionem prauarum cogitationum . Ex omni parte, cum uulnerat lumbos in delectatione . Nam percutit, in consensu, effundit uiscera, in peccati perpetracione, concidit uulnere super uulnus, in consuetudinis iteratione . Sic ergo si es

Promotio.

Paruuli-
iuuenc.

Correctio.

Cathedra.

Tentatio
diaboli.

1. Petr. 5.
Can. i. d.
Leo.

Luc. 17. c

Tentatio.

obses-

obsecus à diabolo, in terram aspice, mortem cogita, & diabolum non timebis. Genes. 3. Memento quia puluis es. Eccl. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Sic igitur in leone, in vigilia oculorum, in delectione vestigiorum, in respectione terræ habes formam contra tentationes & contra diaboli insidias. Leuit. 21. Homo de femine tuo. Ibi ponuntur 13. maculæ, & propter quamlibet illarum repellitur homo, ne ministret domino, quia designant defectus spirituales. Quare 23. a.

Et nota contra illos, qui modis illicitis acquirunt beneficia, aliqui precio, vt Iason, secundum Machab. 4. Ambiebat Iason summum sacerdotium. Quidam per sanguinem, vt Abimelech. Iudicum 9. Nota histio. Quidam per potentiam, vt Ozias. Secundi Paral. 26. Eleuatum est cor eius. Sequitur: Percussus est lepra: Quidam per contentionem, vt Core cum complicibus suis, nu. 15.

Et nota quod prælati debent esse tales vt possit dicere illud quod dixit **Gen. 31. c.** Jacob ad Laban. Gene. 31. Oues tuæ & capre tuæ, steriles non fuerunt, &c. Jacob prælatus; Laban Christus. Oues, subditi; qui & capræ dicuntur, propter quamdam stoliditatem annexam, vt possit dicere. Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, &c. Et nota de prælati ecclesiasticis, & clericis. **Job 10. c.** Sol factus est niger, luna sicut sanguis, & stellæ ceciderunt de cælo. Quare 41. b. 84. b. 85. a. Et de prælato dicitur Apoc. 1. Facies eius sicut sol in virtute sua lucet, &c. Quare 46. a. Et illud, Iris in circuitu sedis &c. Quare 48. a. Apoc. 3. Esto vigilans & confirma cætera, quæ moritura erant: Circa statu n prælati, describitur perfectio personalis; Esto vigilans; prælatio pastoralis, Confirma cætera, quæ moritura erant: vel potest dici, quod tria quæ in prælato requiruntur, per ordinem describuntur; exequētis habilitas, esto: exequendi virilitas, vigilans: executionis utilitas, confirma cætera quæ moritura erant. **Can. 5.** Percusserunt me, vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum. Custodes muri prælati in ecclesijs. Esa. 62. Super muros tuos Ierusalem consti. custo. Isti Christum percutiunt dum honores ecclesiasticos muneribus illicitis, precibus indignis, obsequiis inhonestis, impetrationibus iniquis usurpant & rapiunt: sed percussum vulnerant, dum vel non seruiunt, vel indignè administrant: & tunc pallium auferunt, dum indebitè à subditis sua emungunt; vel dum in illicitos usus patrimonium Christi expēdunt. Pallium enim breue est, vtrumque operire non potest: quia non sufficit pauperibus sustentandis, & parentibus ditandis. Esa. 28. patienter tamen Christus expectat istos, sicut tolerauit tunc Iudæos. Esa. 50. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me.

In electione, vel confirmatione prælati, 1. Mach. 9. Suscepit Ionathas principatum, & surrexit loco Iudæ fratris sui, vbi ostenditur eligibilis persona, Ionathas: electionis forma, suscepit; executionis cura, principatum. Ionathas prælatus debet esse, nam interpretatur columba: quia columba, inter multas bonas proprietates quas exprimit glo. super illo verbo, Oculi tui columbarum, habet fortitudinem volatus; vnde alarum sono stridet; folliculinam motus, vnde continuè caput mouet; simplicitatem affectus, vnde aliena oua fouet; sagacitatem aspectus, vnde accipitrem cauet. Cum ergo ecclesiæ Dei nihil magis noceat, quam quod indigni assumuntur pastores ad regimen animarum, tales debent assumi; constantes, iustitia; mi-
Can. 1. d.
In can. nihil, extra de elect.

Ates, ad exercendum iustitiam; timentes Deum, ad formidandam diuinam sententiam; in quibus sit veritas, ad prædicandum sapientiam & diuinam scientiam; & qui oderunt auaritiam, ad faciendum misericordiam, qui iudicent plebem. Signanter autem istis quatuor reddit vnicum substantiuum, scilicet viros: prouide, ait, tibi, viros, ab ætate, non pueros; viros virtuositate, non effæminatos; viros virtute, non dissolutos; viros veritate, non superstitiosos. Eccl. 10. Veh terræ cuius rex puer est, &c. Quia secundum Gregor. in Dialogo. vsus rectæ conuersationis exigit, vt præesse non audeat; qui subesse non nouit: quia male sedet doctor in cathedra, qui nunquam sedit discipulus in scamno. Hic igitur columbæ. Heb. 4. Pennæ deargentatæ, quia quattuor pennæ vni, cuius posteriora auro pallefcunt, cum hæc omnia decore charitatis ornantur. Istæ sunt quattuor pennæ gratiæ reformantes quattuor nature, consequentes quattuor defectus culpæ. Nā con-

Bstantia iuuat impotentiam; reuerentia refrænât malitiam; misericordia temperat concupiscentiam; sapientia illustrat ignorantiam, & sic natura reformata erigi potest ad præfidentiam. Talem constituit Dominus super regem suum, vt vigilem; ad excitandum per orationis suffragium: vt pugilem, ad expugnandum per actionis exercitium: ut præconem, ad exhortandum per prædicationis officium; vt principem, ad triumphandum per defensionis subsidium. Hinc Apostolus Thim. 4. præficiens ipsum in Episcopum; tu verò vigila, quo ad primum; in omnibus labora, quo ad secundum; opus fac Euangelistæ, quo ad tertium: Ille ergo est & dicitur Ionathas, quo ad exemplar personæ eligibilis.

Secundò ostenditur exemplar formæ electionis: quia suscepit, non se iniecit aspirans præsumptuose, vt Adonias; procurans ambitiosè, vt Simo magus; conspirans proditiosè, vt Absalon: unde primus interfectus, secundus præcipitatus, tertius lanceatus; tales sic assumpti regnant, Deo permitte, non approbante. Osee 8. Ipsi regnauerunt & non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui. Quod pertractans Greg. in Pastoralia ait. Ex se, & non ex arbitrio summi rectoris regnant, qui nullis fulgent virtutibus; non uocati diuinitus; sua turpitudine potius assensum regiminis rapiunt, quam suscipiunt. Iste autem Ionathas noster electus suscepit principatum humiliter, non aspirans: sinceriter, non procurans: concorditer, non conspirans, attendens illud. Hebr. 5. Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Vbi non interuenit pecunia, non persuadet perfidia, non inducit profapia.

Visis conditionibus personæ eligibilis, & formæ electionis, attendamus exemplar causæ electionis. Quia suscepit principatum, ad triplex officium: ad erigendum, per veritatem vitæ exemplantis, ad dirigendum, per veritatem doctrinæ informantis; ad corrigendum per veritatem iustitiæ iudicantis. Ezech. 34. David seruus meus erit princeps in medio eorum: David manu fortis, vultu desiderabilis: quia electus debet esse David, vt habeat strenuitatem in operando, honestatem in conuersando: Sic seruus habens humilitatem in ministrando, in medio habens communitatem in communicando. Hæc debet esse uita clericorum. Quia secundum Gregor. in Moralibus. Dum superiores de se exempla præbent, astrorum more desuper fulgent. Quod enim à prælati agitur, facile trahitur à subditis in exemplum. Sed qui facit ignare hypocritam propter peccata populi, iam sustinet quod impleatur illud Esa. 3. Dabo pueros principes eorum, effæminati dominabuntur eis. 2. Paral. 17. Misit Iosaphat de principibus suis, vt docerent in ciuitatibus

Virtutes.

Prælati
custos.Electio.
Ambitio.
3 Reg. 1. a.
Promotio.
2. Reg 17. a
Electus.Electionis
causa.David.
Electus.

Seruus.

Pueri.

Sapientia uitatibus Iuda, habentes librum legis Domini: O filij Agar, idest aduenæ extranei, & alieni à lege Domini, exquirentes sapientiam & prudentiam, quæ de terra est. Si Dominus Christus misit vos, ostendatis mihi librum legis Domini. Sed hæc lex diuina facta est nobis, quasi visio libri signati, quo tradito ignoranti legem, respondebit, nescio litteras, non possum legere, signata est enim. Esa. 29. Cum enim theologia sit ad custodiã animæ, medicina ad custodiam corporis, iura ad custodiam rei temporalis. Primã sequuntur pauci, secundam multi, tertiam infiniti. Quamuis Dauid sedes in cathedra sapientior sit inter hos tres principes Eccl. 14. Vas admirabile, opus excelsi in meridiano exurit terram &c. Sol prelatus, qui est uas, propter virtutum fecunditatem; admirabilis propter charitatem, & raritatem: quia ut dicit Bern. Si rebus raritas precium facit, nihil preciosius bono, ut lique pastore: Opus excelsi, propter Christi conformitatem: in meridiano exiuit, quia clarus & calidus ut lux meridiana illuminat, & inflamat totam ecclesiam: Est enim lux prelatus meridiana, quando non declinat ad oriens superbiæ, nec ad occidens auaritiæ; vel ad oriens præsumptionis, nec ad occidens remissionis; vel ad oriens carnis & sanguinis, nec ad occidens retributionis: Sicut enim sol illuminat superius interstitium aëris, propter propinquitatem originis, inferius autem ratione radiose reflexionis: Medium autem interstitium manet obscurum, ex oppositis causis: Sic prelatus hoste non extendunt radios suos nisi ad propinquos, ratione originis; vel ad alios, à quibus speratur reflexio retributionis. Iob 29. Arcus meus in manu mea semper instaurabitur. Quadruplicem enim arcum prelatus debet habere, sinceræ conuersationis, respectu sui; deuotæ intercessionis, respectu Dei; feruidæ prædicationis, respectu proximi; seueræ distinctionis, respectu iudicij: Primus est acquirendus & custodiendus; secundus ostendendus & exercendus; tertius est intendendus & remittendus; quartus intendus & metuendus. De primo, Genes. 9. Arcum meum ponam in nubibus: Quære expositionem, & applica quattuor colores, & quattuor virtutes. Quære in paruo. 7. 1. a. b. 76. a. b. Gen. 27. Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras, cumque venatu aliquid attuleris, fac mihi inde pulmētum sicut velle menosti. Sume arma pha. & arc. per exercitium lectionis. & studium sacræ meditationis: Egre. foras, de ocio contemplationis ad officium prædicationis, vel ad sollicitudinem curæ temporalis, ad culturam vineæ spiritalis; cumque venatu aliquid attuleris, conuertendo peccatorem per prædicationem fac mihi, &c. Ad me ordinans per rectam intentionem, & in me referens, per gratiarum actionem: Signanter dicit arma tua: Arma enim militiæ nostræ non sunt carnalia, nec curiosa: Sed ista arma sunt, sacræ scripturæ documenta, Sanctæ vitæ exempla, honesta & vera ac examinata verba. Contra illos qui libentius tendunt arcū artium & philosophiæ, quam sacræ scripturæ. Et est signum quod verba scripturæ nesciunt, aut quis non sapiunt. Habet autem arcus iste lignum, & chordam, pharetram, & sagittas. Lignum, vetus testamētum, chorda nouum, Gregorius in Mora. 19. Sicut in arcu dum chorda trahitur, cornu curuatur; sic in sacro eloquio, dum testamētum nouum legitur, duricia testamēti veteris emollitur: Vellignum, seueritas correctionis, chorda pietas consolationis: dum scriptura corrigit comminando, allicit promittēdo: Chorda fleuit arcum, dum verba consolationis dulcem reddunt limam correctionis. Hoc enim secundum Greg est magisterium disciplinæ, ut pastor culpas, & discretè nouerit

A nouerit parcere, & piè refecare: Vel pharetra sacræ scripturæ continentia; in qua latent comminationum, & diuinorum iudiciorum acutè sententiæ. Pharetra vtriusque testamenti continentia, ex qua emittuntur sagittæ scilicet cuius bet statui congruentes sententiæ. Tren. 3. Misi in renibus filias pharetræ suæ: quinquè sagittas ad presens, scilicet, quid credendum, scilicet articuli; quid agendum, scilicet, præcepta & consilia; quid fugiendum, scilicet peccata, & vitia; quid timendum, scilicet supplicia; quid desiderandum, scilicet æterna gaudia. Ista sunt quinque verba quibus vult loqui Apollolus sensu suo in ecclesia, 1. Cor. 14. ut alios instruat quam decem numeri verborum. Isti sunt quinque lapides, quibus Dauid Goliath interfecit. 1. Reg. 17. Ipse etiam docuit filios Israel artem sagittandi 2. Regum 1. secundum Glo. & magistrum historiariū. Quære in paruo 76. a. Psal. 82. Pone principes eorum sicut Oreb, Zeb, Zebeæ, & Salmana. Quære 230. b. 3. Regum 3. Apparuit Dominus per somnium Salomoni. Et sequitur quomodo dedi ei sapientiam: ecce quod vocatus ad prælationem & curam debet desiderare, orare, postulare: sapientiam, ad contemplandum; intelligentiam, ad gubernandum; diuitias, meritorum; gloriam, præmiorum. Sic rex reges, pastor pastores, dicit, dotat, instruit, & informat, non aurum terræ. Glo. à Deo petit, sed vt sciat populum regere & iudicare. Si hoc elegit, & petijt rector corporum, multo magis hoc petere & eligere debet rector animarum; vt ingressum & egressum ad spem populo Dei demonstret. Esa. sexto. Duo seraphim clamabant alter ad alterum. Sequitur. Sex alæ vni, & sex alæ alteri: Prelati, & clerici debent esse seraphici & alati. Quære 3. b. Item. 29. b. Item. 45. b. Matt. 22. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Sub typo reprobi recumbentis, intrantem ecclesiasticam dignitatem, calumniatur Dominus; ipsum introitum, locum prohibitum, modum illicitum, fauorem præstitum, ineptum habitum, assensum tacitum; introitus, temerarium; locus, sacrilegum; modus, simoniacum; fauor, ingratus; habitus, ostendit in honestum. Deuter. 1. Date ex vobis viros sapientes & gnaros, quorum conuersatio probata sit in tribus vestris, vt ponam vobis eos principes: Vbi Glo. Viros ait fortes robore & etate, 1. Regum 16. Vidi filium Isai &c. Aetate non tantum temporis, sed ordinis. Nam Hieremiam, & Danielem pueros prophetaſse legimus secundum Greg. Bern. Mirandum est potius, quàm imitandum. Sapientes in spiritalibus, & gnaros in temporalibus, vel secularibus, secundum Glo. Signanter autem dicit sapientes, non scientes; quia scientia dicitur habere cum purè speculatiuum: Sapientia autem aliquantulum practicum. Prelatus autem magis indiget practica experientia, quàm speculatiua scientia: Vnde subdit: quorum conuersatio probata sit, non probada. Est enim vsus recte conuersationis secundum Greg. vt præſse non audeat, qui subesse non didicit; nec obedientiam subiectis imperet quam prelatis exhibere non nouit. Vel probatus, hoc est approbatus, non reprobatus. Glo. interli. Vt ex priori vita, probetur futura. Prouer. 26. Sicut qui mittit lapidem in aceruū Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. Mercurius Deus mercatorum: Lapis positus in aceruo Mercurij, est lapis in serie calculi, qui positus pro obolo, denario, solidò, libra, marca, vel vncia. semper tamen retinet eundem valorem. Sic vir insipiens, quantumcunque promoueatur honore, nunquàm tamen mutatur discretionis pondere, vel valore vitæ. Gen. 41. Non inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit. In electione prelatus possunt proponi verba ista in quibus sub typo Ioseph,

Sagitta. Prædicator. Verba loqui.

Sapientia.

Contrectatio.

Electio. Ioseph. Gen. 41. c.

seph, cuius prouidentia saluauit Aegyptum, nobis ostenditur quis sit ad regimen populi assumendus. In quibus uerbis ostenditur, ad quid debeamus attendere, scilicet, ad prouisionem pastoris. Num, ait, inuenire poterimus? Secundo informat quid habemus aduertere: Quantum ad conditionem rectoris. Virum, inquit, qui spiritu Dei plenus sit: Vbi uiriliter ostendit in naturalibus perfectionem eminentiae; plenitudo autem spiritus Dei, ostendit in gratuitis perfectionem redundantiae. Quod autem sub quaestione proponitur de inuentione talis uiri, non est nota impossibilitatis. Nisi enim talis uir inueniri posset, non diceret Dominus de Dauid. Act. 13. Inueni uirum secundum cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas. Sed signanter nobis aduertendum est quod dicit glo. Nisi inquit ego quaererem, nulli apparerent: nisi enim solus Deus nos moneat, solus nos quaerere doceat, non apparebit. Hoc igitur Moyses instanter orabat, ut talem uirum quaereret, & prouideret. Num. 27. Prouideat Dominus spirituum omnium carnis, hominem, qui sit super multitudinem hanc: Ut possit intrare & exire ante eos, ne sit populus Domini sicut oves absque pastore. Vbi glo. Origenis, audis ordinationem principis populi euidenter descriptam, nulla hic populi acclamatio, nulla propinquitatis contemplatio: propinquis agrorum & praediorum relinquitur hereditas; gubernatio populi, illi tradatur, quem elegit Dominus, id est ad quem eligendum, solus Dei mouet inuitus. Non est igitur nota impossibilitatis, sed difficultatis, & raritatis. Bernar. in quadam epistola. Si rebus raritas precium facit, nihil acceptabilius bono, uilique pastore.

Talis igitur uir est considerandus, querendus, & inueniendus, qui uere dici possit, uir uiriliter constantiae, ueritate sapientiae, uirtute iustitiae; sic enim consultum est Moysi, Exo. 18. Prouide tibi uiros, &c. quare supra expositionem Sap. 6. D. Igitur lumen sapientiae qui praefectus populis. Aeternus Dei filius ab ecclesia corporaliter recedens, corporaliter praelatis ecclesiae duas clauas tradidit, quibus, indignis regnum caeli clauderent, & dignis aperirent. Iste sunt potentia iudicandi, & scientia discernendi. Praeuidens autem, spiritus, scilicet praelatos, alteram clauam, s. iurisdictionem, abundanter iniquitate, concupiscere, Alteram uero, scilicet discretionem, frigiditate charitate, negligere, quos Bernar. super Cant. reprehendit, dicens. O utinam omnes praelati tam uigiles essent ad curam, quam alacres currunt ad cathedram. Idcirco praeponeat sapiens iurisdictionem praesidentiae, cum dicit: qui praefectis populis, hortatur ad discretionem scientiae, cum dicit: Diligite lumen sapientiae, ut clauas cum Petro, non clauem recipiant, ne sententiam Christi incurrant dicentis, Veh uobis, qui tulistis, id est a biuicistis clauem scientiae.

Et est sciendum, quod clauem iurisdictionis consequitur honoris autoritas, oneris difficultas, operis exemplaritas; honor non abiicit onus, & utrumque inducit opus, i. ad Timoth. 5. Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni sunt. Bene praesesse, est prodesse uerbo doctrinae, & exemplo uite. Et est contrarium: mali digni sunt duplici confusione. s. spirituali miseria, & temporali inopia: boni digni sunt duplici honore. s. spirituali obedientia & temporali sufficientia; unde praecipit Apollolus Timo. Argue negligentes, obsecra uolentes, increpa persistentes; bona enim opera praelati, animarum iustificanc, proximum edificanc, Deum glorificanc. Triplex est enim usus in quo se debent exercere Praelati. Debent. n. sibi necessitatis sumptus, orationem petentibus: exemplum de uaccis feris, quae mugientes

A gientes ibant uersus Bersames, neque ad dexteram, neque ad sinistram: uaccae portantes arcam, sunt Praelati regentes Ecclesiam, Fetu parentes, mugitus rationes; Bersames, domus solis, patria caelestis. i. Reg. 6. Sed hodie ortus est sol, creatus est Praelatus, & congregati sunt Praelati & in cubilibus suis, id est in dignitatibus & praebendis collocabuntur. Debent etiam Praelati subuentioem pauperibus, contra quod hodie faciunt, ut Sacerdotes Baalim consumentes bona pauperum in superfluis, & illicitis, de quibus. Sap. 6. Audite Reges, & intelligite Iudices finium terrarum. Sequitur: Quoniam iudicium durissimum his qui praesunt fiet: Durum, quia indebitè intrauerunt; durius, quia illicitè uixerunt; durissimum, quia iniuste rexerunt. Iudicium 18. Figurata sunt ista tria in Sacerdote Michee, cui dictum est: Quis te huc adduxit, quid hic agis? quare huc uenisti? Haec est ergo clauis, potentia iudicandi; quae abutitur, qui formam absolutionis non custodit; qui non suos casus sibi attribuit, qui clauas habens ligatas, confessiones audit, & se, & animas deludit: Secunda clauis est scientia discernendi, ad quam est necesse scientia scripturarum; quam docet duodenarium articulo- rum, denarium praepceptorum, ternarium consiliorum, septenarium uitiorum, petitionum, sacramentorum, uirtutum, donorum, beatitudinum, pietatis operum: Vitiorum, ad detestandum; petitionum ad impetrandum, sacramentorum ad curandum, uirtutum ad ornandum, donorum ad expediendum; beatitudinum ad perficiendum, operum pietatis ad exhibendum: Haec debet scire curatus explicite, & subditis cum diligentia explicare, Malach. 2. Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ore eius requirent, quia Angelus domini exercituum est. Hier. Ad Sacerdotem pertinet disciplinam interroganti respondere de lege; qui si in caeteris diligentem, in sapientia scripturae negligentem se ostendat, frustra iactat dignitatem, cuius opera non exhibet. Tali enim dicitur, Quia tu scientiam repulisti, & ego repellam te; ne sacerdotio fungaris mihi: Sed hodie filij Agar exquirunt sapientiam quae de terra est, &c. Can. 5. Inuenerunt me custodes, qui custo. ciuit. percut. me, uulner. me, tulerunt pallium, &c. Circumierunt hodie non habentes praebendas, uel uolentes multiplicare eas, ciuitatem Ecclesiae muneribus illicitis, precibus indignis, obsequijs inhonestis, impetrationibus iniquis, sigillis falsis, donec Ecclesiam inueniant, inuentam percutiunt, dum tali titulo rapiunt, raptae non deseruiunt; sed percussam uulnerant, dum indignè ministrant, pallium auferunt, dum Christi patrimonium uolenter emungunt, & in usus illicitos expendunt. Tales erant filij Hely, filij Belial, qui habebant furcinulam tridentem, & mittebant in lebetem uel cacabum uel ollam, & omne quod leuabat furcinula tollebant sibi, nihil dantes pauperibus: Habent enim hodie Episcopi furcinulam tridentem, scilicet exactionem procurationum, fulminationem excommunicationum, inuentionem occasionum, cum quibus euacuant lebetem praebendarum, caldarium prioratum, ollam Ecclesiarum Parrochialium, cacabum curarum simplicium. Habent etiam sacerdotes furcinulam tridentem, scilicet gulositatem ciborum, superfluitatem indumentorum, curiositatem lectorum, equorum, cum qua euacuant lebetem decimarum, caldarium primidarum, ollam oblationum, cacabum aliarum obuentio- num. De Praelatis dicitur in Psal. 103. Facit Angelos suos spiritus, & ministros suos sicut mram ignis; Angeli enim sunt simplices in essendo, subiles contemplando, uiriles ministrando: Per quem modum in Praelatis & religiosus debet esse sinceritas constantiae, quantum ad vitam; perspicacitas intelligen-

Dauid.

Electus.

Clauis.

Bernard.

Scientia.
Sapientia.
Clauis.

Honor.
Timot.
2. Tim. 4. 2

Exercita.

Vaccæ.

F

H

Elia.

Iudicium.

Absolutio

Clauis.
Duodenarium.
Septenarium.
Sacerdos.

Osee 4.
Sapientia.
Bar. 3. c.

Ecclesia.

Ministrare
Praelatus.
1. Reg. 2. c.

Exactiones.

Angeli.

Religiosus

intelligentia, quantum ad doctrinam; agilitas obedientia, quantum ad curam. Sed pro dolor, isti Angeli mittunt hodie in terram sanguinem concupiscentia inficientem, grandinem superbiae concutientem, ignem auaritia consumentem. Apoc. 8.

Debet etiam Prelatus ad modum Angeli, contemplari puram veritatem, ut doceatur; scire propriam infirmitatem, ut corrigatur; speculari gregis imbecillitatem, ut compatiatur. Psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uis tuis, ut sint vigilantes per hominum custodiam. Exemplum de Daniele; viriles, contra Daemonum perfidiam, exemplum in Thobi. subtiles, quantum ad mundi praesidentiam, exemplum in miraculis: Sic Prelatis committitur sacramentorum dispensatio, regiminis iurisdictio, temporalium dispensatio. Matth. 4. Angeli accesserunt, & ministrabant ei, Iob 4. In Angelis suis reperit prauitatem. Et nota quod frons inter alias partes est cultu formosior, aspectu gratiosior, situ anterior, gradu superior: primum in Prelato significat excellentiam perfectionis, secundum euentiam aedificationis, tertium prouidentiam discretionis, quartum eminentiam contemplationis. Haec autem quatuor congrue figurantur in lamina supereminente in fronte Pontificis. Exod. 28. Facies laminam de auro purissimo, in qua sculpsit opere celsitudo sanctum nomen domini, ligabis eam vitta Iacinthina, & erit super thiarum imminens fronti pontificis. Ista lamina quia aurea, pertinet ad sanctitatem perfectionis; quia splendida, ad pulchritudinem conuersionis; quia sculpsit, ad sollicitudinem discretionis; quia excelsa, ad celsitudinem contemplationis. Haec est plena perfectio pontificis, ut possit placare Deum pro se, & subditis. Exod. 28. Est autem semper lamina in fronte Pontificis, quia prelatus semper debet fulgere praedictis spiritualibus ornamentis, ut placatus sit ei dominus.

Gradus praelationis includit excellentiam dignitatis, influentiam potestatis, eminentiam sanctitatis, euentiam aequitatis. Dignitas honoranda, potestas formidanda, sanctitas imitanda, aequitas commendanda. Isti sunt quatuor pedes quibus innuitur cathedra Pastoralis. Et nota cum indignus ad dignitatem vocatur, frequenter accidit, quod ab accidente suo non denominatur, sed indignum potius dignitas dedignatur: in hoc enim fallit regula, qua omne accidens subiectum denominat, quia non omnis habens dignitatem est dignus: Isti figurantur per Sacerdotes templi reprobos, 1. Reg. 2. Dicentes, dimitte nos ad unam partem Sacerdotalem, ut comedamus buccellam panis. Pars enim eorum quam eligunt, est diuitias congregare, & animas non curare. Et nota de mala eliguntur praetorum Esa. Replebuntur domus eorum draconibus. Quare 230. b. Et nota de peccata debita malis Prelatis, quia dictum est Angelo exterminanti. Ezech. 9.

A sanctuario meo incipies, quia sanctuarium est pollutum immunditia, conculcatum ignominia, incensum concupiscentia, destructum irreuerentia. unde Psal. 78. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam. 2. ad Thim. 4. Dicitur prelato, Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistae, ministerium tuum imple: Quia debes esse vigilans, ad speculandum, vigilans, pugilans, ad debellandum, in omnibus labora, sicut bonus miles Christi; praecursor, ad exemplandum, ministerium tuum imple; praeco, ad denunciandum, opus fac Euangelistae. Et nota, quod prelatis debent cauere a receptione munerum: Quare in tabula de muneribus. Luca 22. Petrus qui gerit typum prelatis, amputauit auriculam serui: Per aurem significat-

significatur obedientia. In quo no. quod inobedientia contumax gladio excommunicationis feriri debet, contra illos qui ex leui causa excommunicant. 4. Reg. 5. Quia Giezi accepit vestes, & pecuniam a Naaman curato, ideo percussus est lepra, in quo symonia condemnatur. Et nota quod prelatus implet suum officium, si fuerit in corripiendo iustus, in compatiendo pius, in orando assiduus, in laudando purus & deuotus.

De peccato in generali.

Tria genera peccatorum significantur per tria maledicta a domino: Quae sunt, serpens, terra, Caym. Quare vigesimosexto, b. In genere. Quod peccatum est murus diuidens hominem a Deo. Quare 47 b. In Psal. Quod diuersa genera peccatorum designantur in diuersis metallis illius itaturae Danielis, cuius caput erat aureum, &c. Quare 53. b. Item 109. a. Quod peccatum tollit Christum, & ducit hominem ad omne periculum. Quare quinquagesimosexto, b. In Genes. De peccato originali. Et quod peccator significatur per pincernam Pharaonis, & per eius somnia. Quare 58. b. De gradibus peccati in cogitatione, consensu, operatione, 58. b. In Esa. Et in Sophoa. Quod peccatum generaliter excecat rationem, unde significatur per stercora calida, quibus Tobias fuit excacatus. Quod peccatum significatur per puerum mortuum, quem non potuit suscitare baculus Helysei, in quo non est vox laudis vel confessionis, nec sensus bonae operationis. Quare 61. a. In 4. Regum. Quod peccatum infinita mala facit homini, unde significatur in Luca, Cum eiecisset Daemonium, locutus est mutus. Quare 64. a. b. Quod peccator significatur per Lazarum sepultum, fetidum, ligatum, cui lapis erat superpositus, super quem flet dominus. Quare 65. b. in Ioann. quod peccator, significatur per filium Reguli, qui infirmabatur in Capharnaum, & quomodo sunt 7. horae, & in 7. reliquit eum febris. Quare 67. b. in Ioann. Quod peccator significatur per Petrum, quem Herodes, id est Diabolus posuit in carcere: Et peccatum significatur per carcerem, & per cathenas, & quomodo per Angelum liberatur, Quare 68. b. in actibus. Quod diuersa genera peccatorum designantur per locustam, erucam, brucum. Quare 71. b. in Joel. Quod diuersa genera peccatorum significantur per quatuor bestias, Daniel. 7. Et per quatuor ventos, qui pugnant in medio mari. Et per naphtham, stupam picem, malleolos. Quare 82. b. Item 98. a. b. b. Item 54. a. b. Et itas historias quare in diuersis locis in tabula super librum Daniel. Quod diuersa peccata significantur per zizaniam, quam Diabolus superseminat in agro conscientiae, ex quo malae affectiones pululant in diuersa genera peccatorum. Quare 26. a. b. in margine.

Peccatum abscondit faciem Christi a peccatore. Exemplum de Iudaeis qui velabant faciem Christi. Et de Caym. Quare nonagesimooctauo b. in Genes. Et ibidem gratiarum. Ibi est quod peccatum faciem animae, reddidit maculosam & menstruosam, per quod tria genera peccatorum designantur. per illud Esa. vulnus, liuor, plaga tumens, Quare 98. b. De vitis capitalibus, designatis in septem vitis Sarae. & in 7. Demonib. Magdalene: quare 102. a. b. De poena peccati, & quomodo omnia peccata manifestabuntur 112. a. b. per totum. Quod varia peccata destruxerunt statum ecclesiae & religionis. Quare in Naum 116. b. Quod pondus peccati designatur in submersione Aegyptiorum. Quare in Exo. 116. a. Quod peccata de-

Peccatum.
Vitiium.

Peccata re-
frænantur
ex confide-
ratione
mortis.

Ionæ 3. b.

2. Reg. 12. d.
Luc. 22. d.
Luc. 7. g.
3. Reg. 21. g.

signantur per varias infirmitates corporales. Quære 121. b. Quod per qua-
tuor genera latronum, qui faciunt speluncam in domo conscientia, desi-
gnantur varia peccata. Quære 124. b. Quod omne peccatum specialiter
luxuria, infert animæ multa damna. Quære 125. b. Et nota & c. De gradi-
bus peccati in cogitatione, delectatione, operatione, & de damnis quæ pec-
catum infert in Tob. & in libro Iudicum. Quære 26. a. & ibidem a. b. per
totum. Quod per tria genera serpentum, serpens statu adules, scorpion,
dipias signantur tria genera peccatorum. Quære 126. In Deuterono. quo-
modo omnia peccata refrænantur ex consideratione mortis. Quære. 130.
In Exod. & ibi per totum. De periculis variorum peccatorum, quæ oppri-
muunt nos in orando, in Matth. 7. c. figurantur per ventum, per pluuiam,
per flumina, quæ subuertunt domum, & per ventum qui subuertit domū,
& occidit filios Iob. Quære istas historias, & de hoc quære 131. a. Caro
enim, & c. & hoc significatur in quatuor ventis, qui pugnant in medio mari. **F**
Quære 135. b. in Dani. quod anima peccatrix figuratur per Ninive ciui-
tatem, contra Deum munitam. Quære 135. b. Quod peccator debet cla-
mare multipliciter ad dominum cum ceco, quem Deus illum nauit. Quæ-
re 140. a. in Luca. Quod peccatum reddit hominem timidum, & pusillani-
mem, & vagum, exemplo Caym, Quære 142. a. Quod via huius mundi est
periculosa propter diuersa peccata 225. a. Quia via & c. De periculo, quod
peccator preueniatur morte, quod significatum est per Absalon qui remā-
sit suspensus per crines in quercu. Quære 150. b. in 2. Reg. Quod peccata
figurantur per tria canistra farinae pistoris Pharaonis, qui fuit suspensus,
Quære 152. b. In Gen. Quod varia peccata designantur per diuersas arbo-
res, quæ comburentur in die iudicij, Quære 153. a. in Gen. de diuersis gra-
dibus peccati, in cogitatione, delectatione, consensu, opere, consuetudine,
Quære Greg. & c. Quod aliqui scienter, & deliberatè precipiant se in peccatū. **G**
Numerorum 24. Cadens apertos habet oculos, vel potest dici, quod mul-
tū multū praesumunt, & aliquid magnum se æstimant, quibus expedit, se-
cundum Ang. vt cadant, quia post casum aperiantur eorum oculi, vt seip-
sos, & suā fragilitatem cognoscant: Quod peccatum elongat hominem à
Deo, & ducit ad magnam miseriam, exemplum de filio prodigo. Luc. 15.
Quære 41. a. Et in pluribus locis, Quære in tabula super Lucam, Ionæ 3.
Surrexit rex Ninive de solio suo, & abiect vestimentum suum à se, & in-
dutus est sacco, quod est vestimentum vili simum, pauperrimum, & aspe-
rum, contra honores, diuitias, delicias, & sedit in cinere, per recordationem
mortis; quia sic penitenti indulget Deus culpam, & mutat sententiam.
Exemplum de David, quia dixit, Peccaui, Transiit aut, dominus pecca-
tum tuum. Exemplum de Petro lachrymante, quem statim respexit do-
minus. Exemplum de Magdalena sente, cui dictum est: Remittuntur ei **H**
peccata multa, Exemplum de Achab humiliato, & dominus reuocauit
sententiam. Exemplum de Ezechia. Ela. trigésimo octavo. Quia fleuit,
Deus reuocauit sententiam. Ita est virtus veræ penitentia, quia potest
diuinam sententiam reuocare. Et nota quod peccatores dormiunt cum
Petro, in carcere cæcatis; dormiunt cum Iob in puluere vanitatis;
curuantur ad terram, cum illa de muliere euangelica pondere cupidita-
tis; iacent cum Paralitico, in grabato volupratis. De primo Act. 12.
Petrus seruabatur in carcere. Sequitur, Ecce Angelus domini asti-
tit. Quære 6. b. 62. a. a. ci. b. Mar. 2. Surge tolle grabatum tuum, &
vade in domum tuam; Sic enim mortificare debemus corpus nostrum,

vt non

A vt non impediatur spiritus ab exercitio spiritalium, siue contemplatione
cælestium, quod est ire in propriam domum. Baruch sexto. Sacerdo-
tes habentes tunicas scissas, capita & barbā rasam, quorū capita nuda sunt,
rugiunt clamantes contra Deum suum, sicut in cæna mortui: Sacerdotes,
peccatores, se per peccata dæmonibus immolantes, habentes capita nuda,
quia perdiderunt virtutum ornamenta; & barbā rasam, non habentes
opera virilia; sed scissas tunicas per diuisionem appetitum, dum caro concu-
piscit aduersus spiritum, rugiunt sicut in cæna mortali; Vbi simul sunt cæ-
na quæ reficit, & mortis memoria, quæ cenantem afficit, quia & delecta-
tio recreat carnem, sed in ipsa delectatione iusto Dei iudicio, reatus cruciat
mentem, & pungit conscientiam.

Et nota de pena peccati, de illis quæ debent esse in confessione, & de
alijs circumstantijs, quomodo in diluuiio submersa sunt omnia, & de expul-
sione Angelorum de cælo, primorum parentum de Paradiso, humani
generis in diluuiio, Sodomorum in incendio. Et in tabula de iudicio, quære
de illis. quære. 26. b. 27. a. primo Reg. septimo. Introiuit dominus fragore
magno in die illa, & exterruit Philistæos, & cæsi sunt à filijs Israel. Philistæi
potione cadentes interpretantur, designantur peccatores, qui sunt inebria-
ti peccandi consuetudine, quos dominus excitat à lecto fetoris, in quo diu-
tius iacuerunt, cum reducit eis ad memoriam illud tonitruum diuinæ sen-
tentia, ite maledicti in ignem æternum, & illucescit eis dies, cum agnoscat
in se copiam mali, & inopiam boni; timent separationem ab electis; dam-
nationem cum reprobis: Quod quoadu sumus in hac vita mortali, quan-
tumcunque proficiamus in bono, non sunt in nobis mortua vitia, sed com-
pressa: Velimus, nolimus, nobiscum habitat lebusæus; subiugari potest;
exterminari non potest. Hoc autem vnum est consilium, Vt si capita re-
nascendum motuum apparuerint, iterum succidantur, ne iterum crescant.

C Psal. 43. Propter te mortificabam tota die. Sunt enim isti motus quasi can-
num larratus, qui viatoribus molesti sunt suo larratu, & tamen dum la-
trant præcauentur; sed incautos occidunt morsu, dum non præcauentur.
Luc. decimo quinto. Mulier quæ perdidit dragmam vnā, quær it dili-
genter donec inueniat, & cum inuenerit conuocat amicos dicens, con-
gratulamini mihi, quia inueni dragmam, quam perdideram. Vere drag-
ma decimarum Dei perdita, peccator est, qui cecidit à consortio angelorū
quibus connumeratus erat, & per veram confessionem, & ministerium
Angelorum, reducitur ad eundem numerum. Exemplum de filio prodigo. **Luc. 15. c.**
Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente. Dan. **Dan. 4. g.**
4. Leuauit oculos meos ad cælum & c.

D Nota ad quæ mala ducit peccatum, maximè superbia, regnum cæli
perditur; Cum dæmonibus ferocibus habitatio datur; figura & sen-
sus perditur; sed per veram confessionem, quæ significatur in eleuatio-
ne oculorum, totum recuperatur. Illi qui intoxicati erant moribus ser-
pentum ignitorum, aspicientes ad serpentem æneum curabantur: & nos
peccatis intoxicati, ad Christum in cruce eleuatum aspicientes o-
culo fidei, & compassionis, curamur. Respice in faciem Christi tui,
Matthæ. vigésimo septimo. Myrrha, fel, acutum, oblata sunt ori Chri-
sti. Ipse autem cum gustasset, respuit, & bibere noluit. Myrrha ex ter-
ra, Fel ex carne, Acutum ex vino corrupto oriuntur. Et nos quamuis
cogitationi nostræ offeratur, Mirrha auaricia, Fel immunditiæ, ace-
tum

II 2 tum

Exo. 6.
Apo. 12. b.
Gen. 3. d.

Luc. 15. b.

Luc. 15. c.
Dan. 4. g.

Nu. 21. c.

1. Pet. 2. 1.

rum rancoris & malitię, respuere debemus, non bibere. Gene. tertio. **E**
 Eiecit Dominus Adam, & collocavit Cherubin, & flammam eum gladium,
 atque versatilibem ante Paradisum voluptatis, ad custodiendam viam ligni
 vitę, ut igitur hoc exponamus secundum Gręcos, qui magis hoc dicunt
 pertinere ad misericordiam, quam ad vindictam per Cherubin significari
 filium Dei, in quo sunt omnes thesauri sapientię, & scientię Dei abscon-
Ad Col. 2. a.
Gladius. diti; Gladius ad exercitandum, flammeus ad illuminandum, versatilis, fa-
 cilis ad mouendum. Nam etsi sic immutabilis de vera scientia, sua natura,
 mouetur tamen de facili miseratione nostra. Cum igitur peccator perdidit
 innocentiam, abiectus ad iucunditatem suę conscientię per culpam, pressus est
 filius Dei sicut gladius pungens memoriam, ad recordandum quod per-
 didit; flammeus illuminans intelligentiam, ad sequendam viam ligni vitę,
 quodd querit; versatilis, commutans voluntatem, & facile condonans quod
 peccator perpetravit. Hier. 52. Sedechias positus est in carcere vsq; ad diem **F**
 mortis suę, id est, spiritus in carne exęcatus, & ligatus, quę plena est
 concupiscentia, quę diu sumus in vita; sic Petrus est in carcere, donec
 per Angelum, per Christum liberetur; sic Ioseph in carcere detinetur,
 donec iussu regis educatur. Quę supra histori. de liberatione Petri
 Psalm. 50. Qui gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate. Hoc dicitur
 de vitibus peccatoribus, qui iactant se de suis scęditibus, & peccatis, quasi
 ebrij habentes adhuc fętorem vini in naribus post potationem. Aug. lib. **F**
 secundo confessionum: Pręceptum ibam tanta cęcitate vt inter coętaneos pu-
 deret me minoris dedecoris esse, quando audiebam eos iactantes flagitia
 sua, & tantõ magis gloriantes, quantõ magis turpes essent, & libebat face-
 re non solum libidine facti, sed etiam laudis. Genes. quarto. Ero vagus
 & profugus in terra; omnis qui inuenit me, occidet me: Peccator, va- **G**
 gus efficitur per inordinatam concupiscentiam, timidus mortis, quia non
 habet auxilium per gratiam; Mentem enim ad diuino auersam auxilio,
 quęcunq; tentatio impetierit, subuertit. Ideo dicit. Omnis qui inue-
 nerit me occidet me. Hierem. secundo. Vide vias tuas in conualle, sci-
 to quid feceris; vide, per iugem meditationem & memoriam vias tuas;
 quam fragilis per naturam, quę vilis per culpam, quę ingratus ad
 gratiam, quę dignus ad pœnam; in conualle humilitatis, vt humi-
Opera lieris non erigaris in superbiam: Multa etiam sunt in operibus nostris,
 quę nobis videntur recta cum tamen districtissimus iudex venerit, iudica-
 bit errata.

Lucę 19. Videns Iesus ciuitatem fleuit super illam, hoc est, super animę
 peccatricem, quam suo sanguine redemit. Augustinus: Plangis mortuum,
 & non plangis impium: Plangis cadauer, a quo recessit anima, non plangis
 animam, a qua recessit Deus, qui est via, veritas, vita. Sic fleuit Ruben **H**
 non inuento Ioseph saluatore in puteo conscientię. Sic fleuit Christus su-
 per Lazaro scętente. Luc. 10. Samaritanus videns vulneratum &c. Samari-
 tanus custos dicitur, custos noster est Christus. Miser spoliatus, & vulnera-
 tus; spoliatus gratia, vulneratus concupiscentia, quę diuidit appetitũ actio-
 nis & sensu alitatis, sicut vulnus soliditatem continuitatis; motus Samari-
 tani &c. Quęre 133. a.

Matth. 20. Cęcus sedebat super viam mendicans, clamans vt lumen reci-
 peret. Cęcus peccator; lumen mentis suę non habens, dicens, Lumen ocu-
 lorum meorum, & ipsum non est mecum. Quale gaudium mihi est, qui in
 tene-

Ad Col. 2. a. Gladius.

Concupiscentia.

Carcer. Act. 12. a. Psal. 50. a.

August.

Viz.

Opera.

Job. 11. c.

Christus. Luc. 10. f.

Psal. 57. Tob. 5. b.

A tenebris sedeo, & lumen cęli non video, vnde nec Deum, nec se videt, cla-
 mans per orationem exteriorem, & contritionem interiorem, volens lu-
 men recipere; per gratię infusionem; nõ attendens nec a clamore desistēs,
 propter turbam hoc est propter tumultum cogitationum, imaginationũ,
 fantasmatum, & tentationum, quę omnia clamant & infestant peccato-
 rem volentem reuerti ad Christum. Leui. 13. Plaga leprę si fuerit in homi-
 ne, adducetur ad sacerdotem, cumque color albus incute fuerit, & capillo-
 rum mutauerit aspectum; ipsa quoque caro viua apparuerit, lepra vetustis-
 sima iudicabitur, atque insita cuti, &c. Capilli sunt prolixiores pili; vnde
 progressus iniquitatis videtur describi: In capillis enim, quia naturali colo-
 re deficiunt mentis deprauatio, quę longa consuetudine circa iniquitatis
 affectum indurauit; vnde quia eorum lepra euidens est, & in affectu eorũ
 iniquitas vehementius radicata per consuetudinem manifestam, idẽ non
B exigit sacerdotis discussionem, sed meretur separationem: Aliqui faciunt
 sicut improbi, qui expendunt in taberna in die Dominica, quicquid lucre-
 ti sunt in tota septimana; sic aliqui per reditum ad peccatum, omnia bona,
 quę tempore pœnitentię fecerant, amittunt; Exemplum de formica, quę
 omnia grana, quę longo tempore, & magno labore congregauit, dum ea
 ad solem ponit modico vento totum dispergitur & amittitur Apocalyp. 3.
 Tu dicis quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia
 miser es, & miserabilis, & cęcus, & nudus, & pauper. Miser per impoten-
 tiam, cęrurir enim puer natus recenter iuxta mammillas, nisi lactaretur;
 arderet iuxta ignem, nisi amoueretur; & miserabili, faciunt omnia suam
 eleemosynam, & ostendunt suam misericordiam. Pauper per concupiscen-
 tiam, quę quodammodo habet virtutem interminabilem, infatiabilem, &
 infinitam, cui nihil sufficit; & cęcus per ignorantiam, & nudus per mali-
 tiam, & virtutum carentiam, non habens vestimẽtum gratię, tunicam, &
C vestem nuptialem, qua possit decẽter coram rege ad nuptias intrare; Idẽ
 ligatis manibus & pedibus proicitur in tenebras exteriores.

Taxus dentibus & vnguibus in rupe domum facit, & est mūdissimum
 animal, quod fętorem sustinere non potest; vulpes autem dolosa coinquinat
 suis fecibus eius fossam, & ita taxus dimittit eam, quam vulpes inhabi-
 tat: Sic Deus animam Diabolo relinquit, pro qua tãrum laborauit, ex quo
 illa per fętorem peccati, vel per suggestionem Diaboli se maculauit. De
 vestimento processit tinea, & a muliere iniquitas viri; quia sicut vestimen-
 tum sua interiori corruptione, gignit tinea, a qua totaliter consumitur,
 sic a muliere, idest, a carne, surgit iniquitas viri, idest spiritus nostri. Ionę 2.
 Orauit Ionas, ad Dominum de vtero piscis, & dixit. Clamaui ad dominũ
 de tribulatione mea, & exaudiuit me de ventre inferi. Peccator est in pro-
 funditate peccati, qui exauditur frequenter a Domino quando iusti orant
 pro eo. Matth. 14. Petrus cum cepisset mergi, clamauit, dicens: Domine
 saluum me fac Psal. 129. De profundis clamaui ad te Domine, 3. Reg. 20.
 Abstulit puluerẽ a facie sua, & cognouit eum Israel, quod esset de prophe-
 tis; prius enim opera facie non cognoscebatur, quia cum velamen peccati
 est super cor nostrum, ita quod confiteri nolumus, nec velamen illud de-
 ponere non cognoscitur.

Peccatum mortale perpetratur interius per morosam delectationem,
 quando anima de illicitis cogitando delectatur, & placet ei talis delectatio,
 & in ipsa libenter commoratur consentiens delectationi, licet
 non consentiat operi; & loquor de delectatione, non quacumque sed fa-

Lepra.

Gloria va. aa.

Ecc. 1. c.

Delectatio.

Gradus peccati.

Et cum deliberatione, & respectu talis obiecti, cuius adus est peccatum mortale, unde in Prouerb. 24. Cogitatio stulti peccatum est, quia aliquando ita subtiliter, & latenter irrepunt, ut non solum eas explere, sed etiam eas vix possimus intelligere; sed sicut dicit Hugo de S. Victore. Nihil interest quale sit illud, quod cogitur; sed qualis ex ipsa cogitatione affectus consequatur. quia cogitatio mentem non polluit, ubi delectatio conscientiam non corrumpit. Secundo modo procedit peccatum ad affectum, quando consentimus nefario operi, & habemus voluntatem aeternalem illud faciendi. Et quia Ioseph. Genes. 39. Nolebat hoc modo peccato consentire dicens; quomodo possum malum hoc facere & peccare in Dominum meum? Idem fugit. Ecclesiast. 2. 1. Quasi à facie colubri fuge peccatum. Si enim bruta animalia, quæ carent ratione fugiunt mortem, quanto magis anima rationalis debet fugere culpam mortalem? Agnus fugit lupum, columba accipitrem, pullus miluum, lepus canem, auis laqueum, quæ si semel laqueo teneatur, & valeat euadere, de facili laqueum non reuertitur; homo fugit serpentem, non audet dormire cum colubro, multò minus ergo cum mortali peccato, vel cum occasione mortalis peccati. Tertio modo procedit peccatum exterius quando voluntas mala perducitur ad effectum per verbum illicitum. unde Job. 1. In omnibus his non peccauit Job labijs suis: mors enim & vita in manibus linguæ. Quarto consummatur peccatum exterius per malam operationem. Iaco. 1. Peccatum cum consummatum fuerit generat mortem, scilicet æternam, siue fiat primo modo per delectationem, siue secundo modo per consensum, vel malam affectionem, siue tertio per prauam locutionem, siue quarto per illicitam operationem; sed tunc maximè generat mortem, quando consummatur finaliter per desperationem; illicitè enim operationi additur peccati defensio; defensioni assuefactio; assuefactioni contemptus, & desperatio. Esai. quinto. Veh qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vitulum plaustrum peccatum iniquitatem trahit, qui peccatum suum pertrahit. Et quia peccatum quod statim per penitentiam non diluitur, suo pondere ad aliud trahit, funiculus vanitatis contexitur, quo anima confringitur, illaqueatur & suspenditur, & peccatum peccato additur, & ita misera anima tanquam plaustrum oneratum, funibus illis ad mortem trahitur.

Peccatum mortale aufert corporalem substantiam, spiritualem noticiam, presentem gratiam, futuram & æternam gloriam. De primo patet, peccatum enim mortale debilitat naturam corpoream, & corrodit conscientiam, & aufert pecuniam & infert infamiam. Nam propter peccatum gula multum mortui sunt ex superfluitate: nam plures interficit gula quam gladius; & corpora redduntur passibilia infirmitate: & de peccato luxuriam patet, quia qui fornicatur, in corpus suum peccat, 1. Cor. 6. Quia ad litteram corpus suum debilitat: corrodit etiam conscientiam; nemo enim reus se iudice absoluitur, & panis delectationis transitoriam in vtero intrinsecus in fel aspidum vertitur, quando conscientia amaricatur, unde peccatum semper habet penam sibi annexam: aufert pecuniam, secundum illud Hierem. 13. Reuelata sunt verecundiora tua, pollute sunt platee tue, id est gressus tui sunt immundi, & infames; magna enim infamia est cum homo liberatus & libertus reducitur in seruitutem, quod fit per peccatum; qui facit peccatum seruus est peccati. Io. 8.

De secundo patet Sap. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia,

nec

A nec habitabit in corpore subdito peccatis: aufert enim peccatum mortale omnes sensus spirituales, sicut lepra corrodit omnia membra: visum enim excecat, ne Deum cognoscat, 1. Ioan. 3. Omnis qui peccat, non videt Deum, ne nouit eum: auditum, ne obediat. Esa. 6. Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua: odoratum discretionis, reddit fetidum & corruptum, quia non sentiunt fetorem peccatorum suorum, sed delectantur in eis & volutantur sicut porci in luto. Unde Lazarus quattuordecim annis fetebar: tollit escam, ut non possit delectari in esca spiritualium gaudiorum Ps. 106. Omnem escam abominata est anima eorum, &c. aufert tactum, quia ita putridi sunt, quod quando tanguntur & corripiantur, non sentiunt. Ioel. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo.

De tertio, scilicet de gratia. Esa. 59. Iniquitates vestrae diuiserunt inter vos, & Deum vestrum: & peccata nostra absconderunt faciem eius à nobis, ne exaudiret: hoc est facies gratiae, quam dominus abscondit à peccatore, unde petit Propheta, Ne auertas faciem tuam a me: & Caym post peccatum proiectus est à facie domini; amota autem gratia ab anima ipsa efficitur inflata per superbiam, toxicata & liuida per inuidiam, turbulenta per iracundiam; tristis & pigra per accidiam, dilaniata per auaritiam; fetida per luxuriam; immunda per gulam.

De quarto, scilicet de gloria. Eccle. 26. Qui transgreditur à iustitia in peccatum, dominus parauit eum ad romphæam & Eccle. 21. Stupa collecta (sy nagoga peccantium, & consummatio eorum flamma ignis: Anima enim quæ peccauerit ipsa morietur morte: Nam sicut videmus quoddam homo prius infirmatur, & postea moritur; ita infirmantur homines peccatis, & morietur cum cruciabitur in pœnis æternis: peccata enim mortalia sunt infirmitates, quædam enim sunt sicut scabies, in qua feruor viscerum ad cutem trahitur, & corpus fetidum redditur, per quod feruor libidinis intelligitur. Amos 4. Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras: & est peccatum luxuriam, febris quandoque calida, ut in appetitu anxietate; quandoque frigida, ut in operis consummatione: Gula generat bulisimam, id est appetitum caninum; quando cum nimia auaritate cibus sumitur, & cum magna anxietate desideratur: Auaritia facit hydropisimam, quia quanto amplius bibit, tanto amplius sitit, & ita de alijs. Luc. 19. Zachæus non poterat videre Iesum præ turba, quia statura pusillus erat: peccata enim multa, quæ fecimus, & penam multam, in quas per peccata incidimus, occupationes multas, quas agimus, fantasmatum multa, quæ ex sensibus contrahimus, turba multasunt, quæ oculum mentis impediunt ne Iesum videamus: Statura. i. gratia, pusilli sumus; 3. Reg. 19. Dixit dominus Elia, Egredere, & sta in monte coram domino, & ecce dominus transit, & spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras ante dñm: non in spiritu dñs, & post spiritum commotio; non in commotione dñs, & post commotionem ignis; non in igne dñs, & post ignem sibilus auræ tenuis, ibi dñs. Spiritus grandis & fortis spiritus est superbia, qui montes subuertit, superbos. f. & potentes huius seculi, & petras conterit, duros. f. & obstinatos deprimat: dum. n. eleuatur, deprimuntur, quia tolluntur in altum, ut lapsu grauiore ruant: post spiritum commotio, id est auaritia: sollicitudo post commotionem ignis, ardor libidinis; sed non est Deus, id est Spiritus sanctus superbia, nec in commotione auaritia, nec in igne luxuriam, sed in sibilu tenuis auræ, hoc est in illo ineffabili gaudio & quodam iubilo pacificæ & tranquillæ conscientie. De hoc in Psal. 142. Spiritus tuus deducet me in terram rectam.

Luxuria.
Facies.
Gratia.Gen. 4. c.
Facies.

Luxuria.

Febris.
Infirmitas.Hydropisus.
Luc. 19. b.

3. Re. 19. b.

Spiritus.
Superbia.

Auaritia.

Peccatores sunt insensibiles, quia non habent sensum visus, propter cecitatem inconsiderationis, & incompassionis; nec olfactum, propter reuma corporalis delectationis, nec auditum, propter surditatem obduratio- nis; nec gustum, propter febricitationem ambitionis; nec tactum pro- pter paralytum dissolutae actionis: Ided mittitur ad puerum mortuum bac- culus Elisæi, crux scilicet Christi; nec surgit puer mortuus, quia non erat ei vox nec sensus; sed vtinam oscitet septies Elisæus super mortuum, & non erit mortuus, qui non resurgat; quia si verba illa septem, quæ Chris- tus ore suo in cruce prorulit, attenderemus, non esset aliquis, qui non es- set cum Christo mori paratus; exemplo Petri dicentis: Domine paratus sum tecum & in mortem & in carcerem ire. Septem modis recedit ani- ma a Deo: Primò, per gulam, sicut primi parentes & eorum filij; Secun- dò per luxuriam, sicut filius prodigus, qui postquam omnia consumpsit luxuriosè viuendo, recessit à patre & adhæsit vni ciuium, & paut por- cos; sic luxuriosi bona expendunt, quia corpus, & animam, opes, oculos, & famam perdunt, patriam suam cœlestem fugiunt & commessatores pas- cunt, vel verius carnem suam porcinam luxuriosam in fœditatibus nu- triunt. Tertio recedit per auaritiã, sicut Esau à Iacob. Genes. 36. Abijt Esau in alteram regionem & recessit à fratre suo Iacob, diuites enim erãt valde. Quarto per iram, sicut Cayn recessit à Domino. Quintò per inui- diam, sicut Saul à Domino, 1. Reg. 16. Spiritus Domini recessit à Saule, & exagitabat eum spiritus nequam. Sextò per accidiã, quod est tœdium ex anxietate cordis, cum animus remittitur à feruore spiritali, credens se nihil proficere in penitentia, dolet se destitutum gratia, incertus est de statu suo, incertus de perseuerantia; sic recesserunt à Domino filij Israel in deserto. Luc. 8. Qui autem seminati sunt super petrosam, per quod acci- diosi designantur. Septimò receditur à Domino per superbiam, sicut Da- than & Abiron recesserunt à Moyse. Pron. 30. Tria sunt mihi difficilia, & quartum quod penitus ignoro, uiam aquilæ in cœlo, uiam colubri super terram, uiam nauis in medio maris, & uiam viri in iuuentute sua, hoc est quod cum magna difficultate videtur Dominus sustinere, & non punire: In aquila plumarum varietate ornata, duplicitas: in colubro super petram, ariditas; in nauis exposita flatibus aëris, & fluctibus, aquæ crudelitas & au- steritas. Dan. 2. Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis. Huius statuæ caput ex auro purissimo erat, pectus & brachia de argento, venter & femora ex ære, pars pedum fœtilis, videbas ista, donec abscisus est de mō te lapis sine manibus, & percussit statuam in pedibus aëris, & fœtilibus, & comminuit eos &c. Quære 109. a. Sunt septem conditiones leprosi, in qui- bus signatur 7. lepræ infectiuæ peccati mortalis. Leui. 13. Quicumq; ma- culatus fuerit lepra &c. Quære auctoritatem in tabula super Leuiticum. H Primò leprosus eijciebatur ab alijs, in quo designatur peccatum iræ, per quod anima spiritualiter efficitur leprosa. Quære in tabula de ira. Secun- dò habebat in lege leprosus vestimenta disruta, hæc est lepra inuidiæ. Quære istud in tabula de inuidia, hæc est lepra Simonis, &c. Tertio habebat ca- put nudum, in quo designatur lepra superbiæ. Caput enim nudat, qui ope- ra alicuius eminentiæ, vel sanctitatis per præsumptionem superbiæ osten- tat. Hæc est lepra Ozia qui ex præsumptione cordis vsurpabat sibi officiu- sanctitatis: Ideo lepra apparuit ei in fronte, vbi signum est superbiæ. 2. Pa- raliip. vigesimosexto. Dicitur ibi, quod leprosus fuit vsque ad diem mor- tis suæ: quia peccatum præsumptionis & superbiæ, eo quod correctionē

non

A non sustinet, vt frequentius perseuerat vsque in finem. Quarto habebat os veste contectum, in quo lepra accidia: Os enim ve- ste contegitur, cum accidiosus dominante verecundia non constetur. Ec- cles. 4. Non confundaris peccata tua confiteri. Hæc est lepra Moyfis Exo. 4. Misit Moyse manum suam in sinum, & leprosa extrahitur, quia qui mala opera sua in secreto cordis abscondit, lepra accidiæ percuteitur; si ma- nus Moyfis in sinu retrahitur, & lepra curatur, & sanata ostenditur, quia cum ad secretum conscientie recurritur, vbi male acta retractantur, ad pu- blicum confessionis exitur. Quintò contaminatum se clamabat, in quo si- gnificatur lepra luxuriæ, per quam maximè contaminatur anima. Hiero- 3. Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, &c. Nunquid non contaminata, & polluta erit mulier illa. Contamina- tum igitur se clamat qui publicè per luxuriam peccat, & hæc est lepra Ioab. 2. Reg. 3. Non deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens, & leprosus tenens fufum, & cadens gladio, & indignus pane. Ioab interpre- tatur pater, quia fornicator &c. Quære in tabula de luxuria. Sextò se for- didum clamabat, hæc est lepra gulæ, quæ est lepra Naaman. Naaman erat princeps militie regis Syriæ, vir diues sed leprosus, nobiles enim & diuites, maximè infecti sunt lepra gulæ. Luc. 16. de diuite epulone; hi enim sunt in epulis suis maculæ conuiuantes, ut dicit Indas. Septimò solus habitabat extra castra, hæc est lepra auaritiæ: Auarus per interminabilitatem appe- titus infiniti, vellet solus totum mundum occupare. Esa. 5. Veh qui con- iungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Quære in tabula de auaritia. Iob 14. Homo cum mortuus fuerit, & nudatus, atque con- sumptus, vbi quæso erit? Superbus habet suum ubi, & quietem suam in quadam sui excellentia. Iob 20. Si ascenderit usque in cœlum superbia ei- us, & caput eius nubes tetigerit, quasi iterquilinium in fine perdetur: & qui eum uiderunt, dicent, ubi est? Velut somnium euolans non inuenie- tur, transiet sicut visio nocturna: Excellentia enim temporalis honoris, est quedam visio phantasmatis: quia hoc ostendit in imagine, quod non ha- bet in ueritate. Baruch 3. Vbi sunt principes gentium, &c. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt: Iracundi habent suum locum in rixa & contumelia prout habet exponi illud. Iob trigesimo- no. De quo vbi audierit buccinam, dicit: Vah, procul odoratur bellum, quia vir iracundus non loquitur sicut homo uoce rationabili sed affectum mentis exprimit irrationabiliter uoce bruti, & hoc est Vah; semper est paratus suscitare pugnam, semper inuenit litis materiam. Iacob. tertio. Vbi zelus & contentio ibi inconstantia & omne opus prauum: Inuidus habet suum locum in quadam mentis duritia. Matth. decimotertio. Alia- ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multam, & continuo e- xorta sunt, sole autem orto æstuauerunt, & quia non habebant radicem, aruerunt: Isti sunt inui- di corda habentes petrosa, per mentis duriciem, & quia non fructifican- t, non habent terram altam, quæ de cœlo expectat pluuiam, sed æstuant orto sole, quia irascuntur de apparenti proximi prosperitate, & quia sunt sine radice, arescunt, hoc est quia sunt sine chari- te in seipsis contabescunt, hoc enim est diabolicum. Apocalyp. secundo. Scio ubi habitas, vbi sedes est Sathanæ: Accidiosus habet suum locum: in pigritia. Iob trigesimo octauo. Vbi eras cum me laudarent simul asira matutina, & iubilarent omnes filij? quia accidiosus laudibus Dei cum e- lectis hominibus non vacat, nec in lætitia cordis iubilat. Iubilatio di- citur

4. Reg. 4. c

Christus. Verba.

Luc. 22. d. Septem.

Gen. 3. b.

Nu. 16. b. Tria.

Septem.

Lepra

4. Reg. 5. a. Diues.

Luc. 16 c

Esa. 5. c

Iob 14. b. Vbi.

Ira. Superbia.

Inuidi. Ira.

Inuidia.

Accidia.

Iubilatio. Gaudium.

etur cum cordis latitia ore exprimitur, sed penitus non explicatur. Hoc est lingagium paradisi quod frequenter experiuntur non accidiosi, sed aliter se habentes in exercitio diuini officij, vbi assistunt diuinæ contemplationi: Auarus habet suum locum in arca. Job 14. Homo cum mortuus fuerit, &c. Auarus, mortuus per insensibilitatem, quia ad proximum non afficitur, nudatus per egestatem, quam semper patitur, vel nudatus à gratia, quæ desinitur, & consumptus per sollicitudinem, quia continuè exinanitur: Vbi quæso est in pecunia vel in arca? Matth. 6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra vbi tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Sequitur: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

Vbi. Gulosus habet suum locum in lasciuia, vel in olla. Job vlt. Cum esses iunior ambulabas quò volebas: passio iuuenum est gula, ambulare ad libitum est lasciuia. Baruch 3. Vbi sunt qui in aibus cœli ludunt? exterminati sunt.

Baruch 3. b. Luxuriosus habet suum locum in immundicia. Hierem. 3. Fornicata es cum amatoribus multis. Leua oculos tuos, & vide ubi nunc prostrata sis: Anima continens & pura in directum erigitur, sed luxuriosa in lutum demergitur & uiliter prosternitur: quæ de substantia rationali brutum efficitur, non cœlam aspiciens sed ad ventrem, & posteriora oculis reflectens.

Regimen. Et nota de effectu peccati sine interioris affectionis: ex defectu enim regiminis in superioribus, causatur infirmitas culpæ in inferioribus; quia enim superiores deficiunt in compassione, eruditione, operatione, idè filij eorum infirmantur consimiliter, infirmitate cordis, oris, operis. Ezech. 21. Tabescet omne cor, & dissoluentur omnes manus, & infirmabitur omnis spiritus: Infirmitas autem cordis quadruplex est, primò per errorem, secundo per rancorem, tertio per terrenum amorem, quarto per alieni boni dolorem. Hic enim sunt quatuor affectiones cordis inordinatæ & inæquales, quæ causant infirmitatem in anima, sicut inæqualitas quatuor humorum in corpore. Prima infirmitas comparatur claudicationi. Actu. 14. Quidam vir infirmus pedibus, sedebat claudus ex utero matris suæ; quod exponit Apostolus. Hebr. 12. Ne claudicans quis oret, magis aurem sanetur. & 3. Reg. 18. Viquequo claudicatis in duas partes; si Dominus est Deus, sequimini eum. Secunda comparatur podagratiōi. 2. Paralip. 16. Aegrotauit Oza dolore pedum vehementissimè, nec in infirmitate sua qua finit Dominum, sed magis in medicorum arte confusus est: Pedagogus perdit gressum, & habens infirmitatem rancoris in corde spirituales affectum. Tertio comparatur febrī, quia auaricia siue amor terrenorum facit hominem ardere, & siti perire, sicut febris. Deuter. 28. Percutiet te Dominus egestate, febre, & frigore, ardore, & ætu, augebit Dominus plagas tuas, & perseverantes infirmitates pessimas. Deuter. 29. Discet sequens generatio uidens plagas terræ illius & infirmitates, quibus eam atlixerit Dominus sulphure, & solis ardore comburens, ita ut ultra non seratur; Sulphur habet summum fetorem, sol summum ardorem, terra nihil germinans summam ariditatem; quia febris auaricia reddit hominem fetidum extrâ, & calidum intrâ; & aridum in xtrâ, sine compassione aliqua.

Infirmitas Plagæ.

Quarta infirmitas est inuidia, quæ comparatur famei effluenti. Prou. 14. Putredo ossium de qua infirmitas, Eccl. 37. In multis etis erit infirmitas, & auiditas appropinquet utiq; ad colerâ: quia infirmantur inuidi, cum vident multa bona in proximo, in quibus deberent delectari, & quia sunt auidi laudis

A dis suæ, idè sunt ipsi fex, & sanies aliorum, sicut colera fex humorum. Istæ sunt quattuor infirmitates cordis, pertidia, iracundia, auaricia, inuidia. **Infirmitas.**

Secunda est infirmitas oris, & est quadruplex blasphemiarum, gastrimargie, iactantia, verborum effrenata latitia. Prima est infirmitas linguæ. Psal. 63. Os. Infirmata sunt contra eos linguæ eorum: Secunda infirmitas comparatur Linguæ lupi, qui est morbus regius, volens habere bona fercula: **Hæc infirmitas** Locutio. infirmatus est Ezechias. 4. Reg. 20. Sicut exponit Aquila, & Symmachus hoc maximè in diuitibus, & nobilibus: Tertia infirmitas comparatur de sententia, quæ vitalia, quæ debent occultari intrâ, cogit exire extrâ. 2. Paralip. 21. Dictum est Ioram: Tu a grotabis pessimo languore uteri, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies, & mortuus est infirmitate pessima. Et nota de Anthioco in lib. Mach. Quarto comparatur scabiei, quæ & si corpori non ingerat mortem, tamen sedat cutem: sic verba super sua, vana, & ociosa, & si non inducant mortem æternam, redduntamè totam conuersationem inhonestam, & scdam: hæc est infirmitas puerorū, & iuuenum loquacitas. Esa. 11. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitatem cadent. **2 Mac h. 9.**

B Tertia infirmitas est operis, & hæc est quadruplex: primo per luxuriam, & est spasmus, quæ est curuitas corporis. Luc. 14. Mulier habebat spiritum infirmitatis, decè & octo annis, & erat inclinata, nec poterat sursum aspiceret: Nihil enim ita incuruat animam sicut peccatum luxuriæ; quod facit eam, reiecta rectitudine sua naturali esse sicut equum, & mulum, quibus non est intellectus. Secundo per rapinam, hæc est fr̄ncsis, quæ nemini parci: Infirmitas nobiliū, & fortium. 1. Reg. 2. Aticus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. Tertio per accidiam, & hæc est infirmitas manus. Deuter. 32. Videbit quòd infirmata sit manus. Quarto per mentis inconstantiam, iste est morbus canerosus ad modum canceri animalis retrogrediens, vt dicit Isidorus in libro Ethimol. Quia qui hanc infirmitatem spiritualiter patitur, nunc ad bonum opus procedit, nunc retrogreditur: in conuertendo inimicum meum rectorum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua. **Opus.**

C Lepra peccatum significat: Lepra enim est morbus contagiosus per superbiam, quia qui communicauerit superbo, induet superbiam. Prouer. 13. Ardens per luxuriam, faciens sitire per auariciam, deformans faciem per iram, quæ dissipat Dei imaginem, reddens hominem abominabilem, per inuidiam. Prouer. 24. Abominatio hominum detractor immundus per gulam. Vnde Dan. 1. Proposuit ne contaminaretur de mensa regis & c. Ponderosum reddit hominem per accidiam. Prouerb. 15. In merore animi dei cietur spiritus. De quibus 7. Leuitic. 13. Quicumque maculatus fuerit lepra, & separatus, & c. Quare supra in ista tabula. Et quia lepra est vniuersalis corruptio in corpore à venis procedens, & incipiens, & in frontibus terminans, vim naturalem inficiens, quæ operatur in hepate, ira lepra spiritualis est quædam animæ corruptio vniuersalis in uiribus suis, quæ sunt affectiua, intellectuua, & operatiua. In operatiua triplex est lepra, vna in transgressione operis boni, in inchoatione, secunda in augmentatione, tertia in intentione. Prima est lepra cutis, secunda est lepra carnis viuæ, & efflorentis, tertia est lepra cicatricis: Intellectiua est lepra, scilicet defectus fidei, siue sit in singularis personæ corruptione, siue in plurium aggregatiōe, hæc est duplex. Prima capitis, & barbe, secunda gomus: in affectiua

Opus.

Lepra.

Psal. 9.

Infirmitas

Luxuria.

Opus.

Verba.

2 Mac h. 9.

Infirmitas.

verò est lepra elationis, siue sit ex operibus misericordiae, siue ex operibus E
iustitiae. Prima est lepra caluicij, secunda uestis. & pellis. Istae sunt se-
ptem leprae. De quibus Leuitici decimotertio, & decimoquarto. Prima
est ergo lepra cutis in inchoatione boni operis, & exterioris conuer-
sationis. Leuitic. 13. Homo in cuius carne, & cute ortus fuerit diuer-
sus color, siue pustula, aut quasi lacens quippiam, id est plaga leprae, addu-
cetur ad sacerdotem, qui cum viderit lepram in cute, & pilos in albu mut-
atos colorem, & speciem leprae humiliorem cute, & carne reliqua, plaga
lepre est.

Color diuersus alterat cutem; pustula corrumpit carnem interiorè: Per
cutem, & eius colorem, nostra conuersatio, per quam boni, aut mali existi-
mamur ab alijs: per carnem, quae intra cutem clauditur cõscientia nostra,
quae nobis so is, & Deo patet; vbi vero color sanctitatis deficit in actione,
vel in conuersatione, apparet corruptio conscientiae, aut lucet reatus ali-
quis euentibus signis, lepra est, & debet iudicari secundum arbitrium sa-
cerdotis. Vnde pili autem, qui insensibiliter de corpore proflaunt, sunt co-
gitationes, quae voluntariè de corde procedunt; albedo pilorum, quae de in-
firmitate procedit, naturalem colorem expellit. Sacerdo. ergo cum viderit
lepram in cute, hoc est manifestè perpèderit bonum opus deprauatum in
homine, & pilos mutatos in album colorem, hoc est in verbis manifestis
prauam deprehenderit cogitationem, hoc est pilos cogitationum perdidit
se colorem naturalem, & speciem le. prae humiliorem carne, & cute reli-
qua, hoc est, ex reatu, qui homini obijcitur, intellexerit mentè, & propo-
situm eius ab eo, quod fuit iam defecisse, separabit eum à congregatione si-

Cogitatio.

Clamor.
Oratio.
Psal.

Mare.

periculama-
ris.

Luxuria.
Psal. 68.
Mulier.

Iudic. 13. b.
& 12. d.

delium, ne ex familiaritate infundat corporis venenum. Matth. 5. Domine
salua nos perimus: Sic nos nauigantes in hoc mari magno, in quo sunt pec-
ricula, quorum non est numerus; quia mundus multa in se habet uitia, si-
cut mare rept lia: & ita hoc mare spaciosum est, quod manibus transiri nõ
potest, sicut manibus natando transitur dulcis aqua; nisi habeatur nauis
penitentiae cum anchora spei, & malo fidei, & uelo charitatis, flante ven-
to gratie spiritus sancti. Sap. 14. Transentes mare per ratem liberati sũt:
Qui autem hoc mare transierunt, nobis enarrant pericula eius. Eccli. 43.
Qui nauigant mare, enarrant pericula eius. Sunt aut septè maris pericula,
per quae perit spiritu aliter anima in hoc mari.

Primum periculum est sabulum, quando secundum scilicet nauis adhæ-
ret sabulo, hoc est sterilitas gulæ. Iob nigesimoquarto. Panis sterilem, id est
carnem suam: de isto periculo Iob 1. Expergescimini ebrij, & flete omnes
qui bibitis uinum in dulcedine, quoniam perijt ab ore uestro: quia inde tẽ-
tatis Deum, scandalizatis proximum, & in vobis recipitis breue gaudium
& transistorium.

Secundum periculum est quando subintrat nauim aqua, hoc est quan-
do vsque ad consensum peruenit cogitatio luxuriosa: Saluum me fac
Deus quoniam intrauerunt aque vsque ad animam meam. Eccli. 9. Auer-
te faciem tuam a muliere compta, & nõ circûspicias speciẽ alienã propter
speciem mulieris multi perierunt; Et ex hoc concupiscentia quasi igni ex-
ardescit omnis mulier fornicaria, quasi sterco in via. In quo triplex pericu-
lum notatur. Auerte faciem tuam, ne eius species, quae est scintilla accen-
sa, in corde remaneat: in corde tunc mœchatur; vnde propter speciem mu-
lieris multi perierunt: in actu exterius, ex hac concupiscentia; exem-
pium de Holoferne.

Tertium

A Tertium periculum est verrigo auaritiæ; sicut enim in vertigine rota-
tur aqua, ita per diuersas sollicitudines voluit cor hominis auaricia; iste est
spiritus vertiginis, quem miscuit Dominus in medio Aegypti Esai. 9. De
hoc periculo Eccli. 5. Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole:
Diuitiæ conferuæ in malum domini sui; pereunt enim in afflictione pes-
sima; mala afflictio, quia appetuntur cum anxietate, & acquiruntur cũ la-
bore; peior, quia possidentur cum timore; pessima, quia amittuntur cum
dolore; tunc enim homines maxime affliguntur; prout dicit Cassiodorus:
Quod cum magno amore possidetur, non sine graui dolore amittitur; &
in quolibet istorum trium est periculũ. Veh illis, qui in uiam Caym abie-
runt, & errore Balaam mercede conducti sunt, & in contradictione Core
perierunt. Caym fuit agricola, in quo designatur labor in acquirendo; Ba-
laam mercede conductus, auaricia conductus, territus est à Domino, in quo
significatur timor in possidendo: Core, qui interpretatur clamans, aut cal-
uicium, dolorẽ significat, quando decaluatur auarus in amittendo; nam ca-
pilli, qui sunt de superfluitate corporis, fluunt & refluant, designantque
temporalia.

Auaritiæ
cogitatio.

Diuitiæ.

Iud. 8 d

B Quartum periculum est tempestas, quando turbatur aer a superiori, & mare
subuertitur ab inferiori, & piratæ veniunt ab exteriori; hæc est tem-
pestatas iracundiæ, per quam pereunt homines, vnde Propheta, irã domini
vocat tempestatem: Persequeris illos in tempestate tua, turbabis illos in i-
ra tua: in ira enim est magnæ tempestatis periculum, quia obscuratur sere-
nitas a superiori, uoluitur iniquitas in inferiori, occurrit malignitas in flã-
mans animam ab exteriori.

Ira.

Psal. 82.

Quintum periculum est collisio saxorum, quod fit per inuidiam, in-
uidus enim de quolibet bono alterius facit sibi lapidem, quo offendi-
tur. Ecclesiast. 21. Via inuidorum, hoc est impiorum complantata la-
pidibus.

Inuidia

C Sextum periculum est iactatio fluctus. Matt. 14. Nauicula in medio ma-
ri iactabatur fluctibus. Isti sunt fluctus accidiæ, qui absorbent hominem in
desperationis baratrum, hoc est periculum magnum, quod reddit homi-
nem, quantum ad se ociosum; quantum ad proximum curiosum, quan-
tum ad Deum, quærulosum. Leuitic. 23. Omnis anima, quae non fue-
rit afflictã, peribit de populo suo: Quia enim non exercemur in operi-
bus corporis, disciplina; ideo obrepit in ocio spiritus accidiæ; ideo Apo-
stolus operabatur manibus suis, ne edet ociosus, medicinam ostendens ac-
cidiosis.

Accidia.

Septimum periculum est nimietas uentorũ, vnde Christus resurgẽs im-
perauit uentis, & mari, & facta est tranquillitas in mari; hoc periculum in
currimus per superbiam, per quã cor eleuatur, & fluctuat, sicut nauis in
mari vento iactatur: Mirabiles elationes maris: Tunc ait eleuatum est cor
Nabuchodonosor, &c. Marc. 9. Diabolus demoniacum, ante eius curatio-
nem multum discerpens ab eo exijt: diabolus eum allidebat, spumabat, stri-
debat dentibus, aretcebat, frequẽter eum in aquam, & in ignem mittebat;
Allidit Diabolus cor peccatoris per auaritiã, spumare facit per luxuriã;
stridere dentibus per iram; arefcere per accidiã; dum nunc aduersis con-
fundit, nunc prosperis blanditur, & ad peccandum allicit: cum eiecisset dẽ-
monium locutus est mutus, quã diu est peccatum in homine, dominatur
diabolus in corde per superbiam, in lingua, per iracundiã; in rehoquo cor
pore, per luxuriã: Dominatur ergo in superbis. Matth. 12. In Beelzebub
prin-

Superbia.
Matth. 23

Psal. 92.
Iud. 1. c

Luc. 11. b

principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Sicut enim superbia est regina vitiorum, ita Beelzebub princeps dæmoniorum; superbi enim muscæ sunt, inquieti in cordibus suis, tonantes iurgijs, corrupti inuidijs, voluntates ala ostentationis in factis, & ala iactantiæ in verbis: Musca enim animal est inquietum: faciens volando tinnitum, & tumultum; carmen, vel pisces, in quibus sederit corrumpens, & in eis vermes dereliquens, alatum duabus alis: Vnde superbi designantur per illam leænam. Dan. 8. de qua subditur: Aspicebam donec auulsæ sunt alæ eius; Dominantur etiam in iracundis; ideo dicitur Matth. 12. Quod dæmoniacus iste erat cæcus, & mutus: iracundi enim non habent oculos mentis, ad discernendum, non linguas ad rationabiliter, & humane loquendum: non enim homines loquuntur vt homines, sed rixantur vt canes. Possidentur à dæmone, quia sicut furiosi qui ligandi essent, se habent in omnibus gestibus inordinatè, & quod eis suggerit diabolus, statim cum impetu volunt implere. Ephes. 4. Nolite locum dare diabolo. Glo. In ira perseuerando. Apoc. 12. Veh terra, & mari, quia diabolus descendit ad vos habens iram magnam. Iracundi enim sunt sicut terra per ariditatem deuotionis; sicut mare per tempestatem turbationis, & inflammationis, ad quos descendit diabolus in ira magna, quia repletur amaritudine, & appetitu vindictæ eorum conscientia. Dominantur etiam auari. Matth. 17. Exiuit dæmonium a puero lunatico, & curatus est: Lunatici sunt auari, qui mutantur secundum mutationem sitorum temporalium, &c. quære 8. b. Dominantur etiam immundi, quos suffocat, in ore tenendo per gulam, & stringit in renibus tenendo per luxuriam; propter gulosos enim dicitur Matth. 8. Mitte nos in porcos, &c.

Dan. 7. Quatuor bestię, & quatuor venti, qui pugnant in mari huius mundi designant quatuor vicia, quæ deuorant, & turbant totum mundum: peccatum superbiæ in præsumptuosis significatur, in prima bestia, scilicet leæna, de qua ibidem dicitur, prima bestia quasi leæna, & alas habebat aquilę: Dicitur quod leo est tantæ fastuositatis, vt prouocatus mortem nõ timeat; nec propter periculum mortis à furoris sui impetu cessat; Vnde leoninæ videtur esse audaciæ, ad faciendum sibi nomen ambulare in magnis, & in mirabilibus super se, omnia vltra alios præsumere, & superiorem alijs se estimare. Aquila celerius & celsius alijs auibus volat, quia præsumptuosus, & superbus volare nititur super alios alis præsumptonis, nunc considerando generis nobilitatem, nunc scientiæ claritatem, nunc personæ elegantiam, nunc diuitiarum, & dignitatum abundantiam: quid enim est superbiæ singularitas, nisi præceps, & præsumptuosa temeritas? Cui ait Apostolus: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Dicitur aquila rex auium, Leo rex bestiarum: Bestia ergo ista aliquid habet aquilæ, aliquid leænæ, quia singularitas superbiæ nititur tam in actiua, quam in contemplatiua, summum locum tenere, & maior vult in qualibet apparere: Vnde in terra est leæna, in cælo aquila, quæ præsumit se cæteris omnibus incedere fortius, & virtuosius volare, sublimius incedere per actionem, volare per contemplationem: De ista bestia Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia. Secur da bestia est vrsus, & designat luxuriã: Quare in tabula de luxuria; vel designat inuidiã: Ista est fera pessima, quæ deuorat Ioseph. Gen. 42. Merito hoc patimur. Quære 116. a. b. b. Tertia bestia est pardus, Ista est fraudulencia, dolositas, simulatio, seu hypocritis. Quare 117. a. a. Quarta bestia nullum habet nomen, & designat crudelitatem & impietatem. Eccl. 17. Quid nequius quam quod excogitauit

caro

Leo. Superbia. Elatio. Præsüptio.

i. Cor. 4. b

Bestia.

Vrsus.

A caro & sanguis? Bene dicit; quid nequius, quia homo crudelis semper corruit de malo in peius, donec veniat in desperationem, & contemptum. Prouerb. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnet; vnde in hoc peccato animus induratur. Hæc est quarta bestia: quare 157. a. Apoc. 12. Draco magnus, & rufus. Draco per astutiam, quia draco occultè insidiatur, magnus per potentiam, quia non est potestas super terrã, quæ ei possit comparari; rufus per maliciam, quia tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret; habens capita septem, quæ sunt septem vicia principalia, in quibus domatur, & est caput malorũ; cauda eius trahebat tertiam partem cæli 1. Reg. 11.

Naas Amontes pugnare cepit aduersus viros Iabes Galaad: dixeruntque omnes viri Iabes ad Naas; Habero nos fœderatos, & seruiemus tibi. Respõditque Naas Amontes; In hoc seruiam vobiscum fœdus, & eruiam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel. Naas interpretatur serpens, Iabes interpretatur calidus, Naas ergo antiquus serpens diabolus; cum Iabes Galaad, cum multis calidis, ignitis auaricia, calidis, & accensis concupiscentia, elatis superbia, quales sunt amatores huius mundi, pactum videtur fecisse, vt eorum oculos dextros eruat: Dextro quidem oculo contemplatur uitę breuitatem, mortis incertitudinem, & propinquitatem, pœnæ æternitatem, gloriæ sclicitatem: Hæc enim debemus iugiter, & principaliter videre, & contemplari Oculo sinistro, oculo obliquo videtur filij huius mundi vanitatem defectiuam, voluptatem in seculam superbiam pomparum, factum diuitiarum, & honorum. Naas ergo serpens antiquus, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, dextrum oculum pluribus eruit, vt nec peccare timeant, nec infernum paueant, nec Christum aspiciant, nec æternam gloriam diligant; cū quotidie iniquitatem super iniquitatem apponant. Matth. 7. Omnis, qui audit verba mea, & non facit ea, similis est viro stulto, qui ædificauit domum supra arenam, & deciderit pluuia carnalis feditatis, & uenerunt flumina auaricia, & cupiditatis, & flauerunt venti superbiæ, & vanitatis, & irruerunt in domum illam, in hominem fœtidum, auarum, & superbum, & cecidit in culpam infantiam, gehennam, & fuit ruina illius magna, quia damnatur in corpore, & anima: Deus punit peccatores in expulsiõne angelorum de cælo, parentum de Paradiso, vniuersaliter in diluuiõ immundę gentis, sulphure, incendio, & de multis alijs, quare in tabula de iudicijs.

Peccatum reddit mentem instabilem & inconstantem, peccantem uagum, & profugum: exemplum de Caym, qui habebat caput tremulum; quare historiam in tabula Gene. Luc. 14. homo quidam fecit cenam magnam, & vocauit multos, tria genera hominum excusauerunt se, villam enim, iuga bouum enim, Vxorẽ duxi, &c. Villa emptã, factus superbiæ; iuga bouum terram auaritiæ, & avaritiæ; vxor ducta fluxus immunditiæ: Inrat paterfamilias, inrat Dominus Iesus Christus, quod nemo illorũ, qui uocati sunt, qui nolunt dimittere ullam superbiæ, nolunt contemnerẽ boues auaritię, nolunt deserere vxorẽ in munditiã, nullus illorum gustabit cenam æternę glorię. Deut. 8. Ductor tuus fui in solitudine, in qua eraterpens flauis adurens, & exsiccatus, & Dipsas: Solitudo mundus est, in quo sunt tria vicia principalia in istis serpentibus figurata. Quare 5. a. Itẽ 9. Lucæ 10. Non poterat Zachæus per verba Christum videre, quia statura pusillus erat, sed ascendens in arborem sycomorum uidit: quia turba peccatorum

Crudelitas
Diabolus.
Capita.
Oculus.
Cecus
Mundus
Vita.
Diabolus.
Cor.
Domus.
Ecclesia.
Mundus
Vita.
Diabolus.
Cor.
Domus.
Ecclesia.

rum, & malarum cogitationum excæcat mentis oculum, ne videat Deum: **E**
Sed ascendens super sycomorum, id est ficum, fatuam, quæ est caro nostra;
fatua, a fatina, ipsam domando, tunc clarificat oculus mentis, ut videri Deus
possit a nobis. Et nota quot mala facit peccatum. Luc. 15. de filio prodigo,
Luc. 10. c. quare de isto in tabula super Lucam. Et illud, Homo quidam descendebat
ab Ierusalem in Hierico, & incidit in latrones: quia per peccatum spoliatur
homo in gratuitis, & in naturalibus vulneratur, quare in tabula super Lu-
cam. Peccatum est illud pondus, quo Aegyptij, id est peccatores submer-
gantur cum curribus, & equitibus in profundum inferni.

Peccator designatur per Nabuchodonosor, qui eiectus fuit a regno; cum
feris, id est Demonibus, fuit habitatio sua; sensum & figuram perdidit, sed
leuans oculos ad cœlum per confessionem, omnia recuperauit: uide tabu-
lam super Dan. Mundus est fornax Babylonica, accensa stupa superbiæ,
Vide in ta
bu. Exo. ca.
14. pice immunditiæ, malleolis auaritiæ, naphtha inuidiæ, & vanæ gloriæ. **F**
Dan. 3. c. quare 58. a. 55. b. Gen. 40. Adhuc tres dies sunt, post quos auferet Pharaon,
id est Diabolus caput tuum, id est, gratiam, & Christum, ac suspendet te in
Gen. 30. c. cruce: tres dies, triduum suggestionis, delectationis, cōsensu: Post quos ca-
Tres dies. put pistoris absconditur, id est ratio peccatoris auertitur; post crucifigitur,
quia funiculis peccatorum suorum quisque constringitur, Prouer. sexto.
Gradus. Vel configitur tribus clavis, scilicet consensu voluntatis, effectu operis,
Cruce. contemptu consuetudinis: hæc crux habet, sursum aduersionis, deorsum
coniunctionis, dextrum confusionis, sinistrum damnationis: hæc crux eo-
rum, qui fures sunt, & homicidæ animarum suarum; in hac cruce Iudas
suspenditur, laqueo auaritiæ; Aman, laqueo superbiæ; Absalon, laqueo lux-
uriæ; Achitofel, laqueo inuidiæ: hæc crux cruciat totum mundum. Bern.
de consideratione, O crux ambientium ambitio, quomodo omnes tor-
quens omnibus places? Matth. 15. Mulier Cananæa a finibus tyri egressa **G**
filia mea, id est, voluntas, filia animæ meæ, à Dæmonio male vexatur; quia
omnes vires animæ per diuersos abusus vexantur. Petrus incarceratus vin-
ctus catenis duabus, designat peccatorem; quare historiam in tabula libri
Actuum. Differentiæ peccatorum designantur per differentias aquarum,
Quare 2. a. Duplex translatio, & exitus a peccato. Prima est a culpa, secun-
da a circumstantiis peccati. Prima figurata fuit in translatione Abrahæ, de
Hur Chaldæorum. Gen. 12. Egredere, &c. Secunda in translatione Loth
de finibus Sodomorum; cui dicitur, ne stes in omni circa; quia non solum
recedendum est a peccatis, sed etiam ab omnibus eorum circumstantiis.
Translatio secunda duplex, vna, ex qua transfertur anima, ad audien-
dum Ecclesiæ militantis secreta mysteria, alia quæ transfertur ad secre-
ta Ecclesiæ triumphantis videnda. Prima significatur in translatione **H**
Pauli. 2. Corinth. duodecimo. Raptus est usque ad tertium cœlum;
secunda in translatione Ioannis Apostoli. Apocalyp. quarto. Ascen-
de huc.

Ad tria mala perducit Diabolus hominem per peccatum, ad torporem
affectus, ad excæcationem intellectus; ad consuetudinem, pronitatem,
& quasi necessitatem prauorum operum. Quod figuratum est iudic.
decimose. to. Vbi dicitur quod Philistæi apprehenderunt Samsonem,
& eruerunt oculos eius, quo ad excæcat onem intellectus, & duxerunt
in Gazam uinctum catenis, quo ad torporem affectus: & clausum in
carcere molere fecerunt, quantum ad consuetudinem prauorum ope-
rum. Sicut motus molæ fit frequenter ab eodem in idem; sic est con-
sue-

Oculi.
Cōiunctio

A suctudo: per primum aduertitur affectus, & perit charitas; per secundum
subuertitur ratio, & perit veritas; per tertium perit sanctitas, & perditur fe-
licitas. Saluum me fac Domine, quoniam defecit Sanctus: Saluum me,
fac Domine, quoniam intrauerunt aquæ, & cætera. Legimus in scri-
ptura sex à Domino maledicta, Serpens, per quem designantur inui-
di: Sapientiæ secundo. Inuidia Diabolo: Terra, per quam designan-
tur accidiosi, qui sunt frigidi, ponderosi, & immobiles ad bonum opus **Gen. 3. c.**
Genes. quarto. Caym, per quem designantur iracundi; nam per iram
homicidium perpetratur. Edificator Iericho; Iosue sexto. In quo su-
perbi, & mundani, nam Iericho luna interpretatur: Ficus. Matthe.
vigesimalimo. Per quod luxuriosi, solum ficus attestatur pruritu
carnis; consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata: Iudas, In-
duit maledictionem sicut vestimentum, & sicut aqua. Istæ sex maledi-
B ctiones figurantur Deuteronom. vigesimalmo octauo. Cum dicitur ma-
ledictus eris, & cætera. Prima maledictio pertinet ad superbos, quæ
est de ciuitate: Secunda de agro, pertinet ad immundos, quæ maculat
corpus. 1. Corinthior. 6. Tertia scilicet horrei, ad auaros; Quarta, sci-
licet, reliquiæ, siue proles, pertinet ad inuidos, qui concipiunt dolo-
rem, & pariunt iniquitatem: Quinta, scilicet, ingratitudo, ad accidio-
sos, quæ est reseratio ad animam intra se; Sexta egrediendo figurat ma-
ledictionem iræ, qui est motus ab anima extra se. Istis omnibus dicitur ire
maledicti.

Genes. secundo: Ante peccatum erant ambo nudi, & non erubescabant;
post peccatum erubescabant: quia peccatum habet annexam confusio-
nem, & timorem, & dolorem: peccatum denudat animam omni bo-
no. 1. Paralipomen. decimo. Philistæi spoliauerunt Saul, &c. Philistæi
dæmones, qui amputant caput, dum auferunt gratiam, & tollunt bo-
num propositum; nudant armis virtutum; quælibet enim uirtus armat
contra nitium sibi contrarium, ut castitas contra luxuriam, & sic de alijs.
C Leuit. 12. Vide de purificatione puerperæ. 40. dierum propter fecunditatem
originalis partus: similiter anima propter fecunditatem originalis peccati quod
cunque opus pariat, indiget purgari, ex infectione enim primi peccati vix
aliquid facimus, quin vel negligenter, vel non ita feruenter sicut debere-
mus facimus: distinctio tamen est, quia si parit masculum, purificatur vna
quadragena, si feminam duplici quadragena. Tunc anima parit mascu-
lum, cum producit uale opus, hoc est, perfectam uitam: parit feminam,
cum producit uitam negligentem, & remissam; ad primam sufficit purifi-
catio per penitentiam in presenti, & hoc est mysterium vnice quadrage-
D na: ad secundam exigitur non solum purificatio presentis temporis, im-
mò sequentis in purgatorio; quod repræsentat mysterium quadragenæ
geminatæ: In omni statu, & in omni aetate impugnamur à peccatis, Ioel
1. Residuum erucæ comedit bruceus, &c. Quere 71. b. 92. a. Et nota de sep-
tem peccatis mortalibus. Primò de ambitiosis, 2. Reg. 17. Achitofel se sus-
pendit; secundo de superbis, 4. Reg. 9. Precipitavit Iezabel, & de Nabucho-
donosor eiecto a regno, &c. Iezabel inter; retatur fluxus vanus, vel fluxus
sterquilini, quia elatus, & superbus quæto coram hominibus vult esse glo-
riosior, tanto coram Deo est vilior, & hoc precipitium facit eis Diabolus,
qui deiecit eos dum alteuantur. Iob 20. Si ascenderit in cœlum, &c.
Tertio de vanè gloriosis, qui decapitantur, 4. Reg. 10. Tulerunt filios
regis, & occiderunt 70. Capita eorum in cophinis; filij dia-
boli

Gen. 3. c.

Psal. 108.
Maledictio

Psal. 7.

Confessio.
Opera.

Dan. 4. f.

1. Reg. 1.

boli vanè gl'io riosi; caput intentio: Nota de Nisbofeth, quia intentio caput imponit operi; unde sicut per caput habet homo cognosci; sic opus per intentionem: Rex est Diabolus, qui est rex super oēs filios superbie. Hi sunt filij Ioram, qui interpretatur excelsus vir, qui sunt ex parte Diaboli, qui dixit: Ascendam in cœlum. Esa decimoquarto. Cuius capita in cophinis ponere est in congregatione temporalium intentionem habere: Manus eius in cophino seruerunt: O quā timendum est hodie, quod Ioannes decapitetur, id est, gratia amittatur, ad instantiam saltatricis, id est vanæ gloriæ, quæ brevis est ad instar puncti. Quarto de inuidia, exemplum de Caym contra Abel; de Saule contra Dauid; de Iudæis contra Christum, Iob quinto: Parvulum occidit inuidia: isti moriuntur percussu a Iu. Iudith. septimo: Instabat Manasses 4. Reg. Egressus, cum isset ad messorum, dixit, caput meū doleo, &c. Num. 20. Misit Dñs in populu ignitos serpentes; est enim inuidia ille vermiculus corrodens: hadera super caput Ionæ, id est, prosperitatem proximi impediens, Ionæ quarto. Quinto de detractoribus, 4. Regum secundo. Cum ascendisset Elifæus per viam, pueri egressi de ciuitate clamabant: Ascende calue; Elifæus interpretatur Dei mei saluator, & significat virum iustum, cui dicunt ministratores, ascende calue, id est, non habens virtutem: Duo vrsi, qui deuorant istos pueros s faruos, dolor de felicitate aliena, & dolor de paruitate propria. Prouerb. decimoquarto. Putredo ossium: Sexto de ira, isti moriuntur grandine. Exod. 9. Percussit grando, &c. Iob 38. Thefauros grandinis: Ira enim est quædam tempestas mentem quadam grandine destruens, & dicitur ibi quod ignis, & grando mixta pariter ferebantur, hoc fit quando ira & impatientia prorumpit ad contumelias exteriores. Apocalyp. decimosexto: Grando magna descendit, &c. Septimo de cupiditate. Eccles. decimoquarto: Testamentum huius mundi, &c. Prouerb. vigesimoprimo: Thesaurus lingua mendacij: Isti pereunt submersi desiderio possidendi. Exod. decimoquinto: Submersi sunt quasi plumbum absorpti auiditate retinendi. Numer. decimosexto. Deuorabit eos cum tabernaculis: Lapidati timore amittendi. 3. Regum duodecimo: Lapidauit omnis populus Aduram: Aduram est auarus, quem lapidat omnis populus, credit enim, quod quilibet velit ei aliquid auferre. Seneca. Videt pauperem, suspicatur furem; videt diuitem, æstimat prædonem; sicut zelotypus timet, quod omnes velint habere uxorem suam: interpretatur Aduram, ruina exaltata, alta est eius ruina, in desiderio habendi; aliorum in auiditate recipiendi; exaltata est ruina in timore amittendi. Psal. decimotertio: Trepidauerunt timore ubi non erat timor. Octauo de accidia. Ecclesiast. 30. Multos occidit tristitia. 2. Machab. nono: Insanabili plaga, dicitur de Antiocho; apprehendit eum dolor, &c. Dirus dolor in spoliando gratuitis, quia spiritus tristis desiccatur ossa. Tormenta sunt, pessimæ cogitationes, quæ talibus occurrunt. Ecclesiast. 30. Tristitiam non des. Nonò, de Gulosis. Daniel. decimoquarto. Deus Bel, qui totum deuorat. Iob: Filijs & filiabus tuis, &c. Iud. 4. Iael interfecit Sisaram porarum lacte, figendo clauum in tempora; Iael interpretatur carnale coniugium, & significat ebrietatem; quia venter plenus de facili spumat luxuriam. Sisara interpretatur exclusio gaudij, & significat gulosum; desixio clauij in cere bro, suffocatio rationis, quia vis cognitiua niget in cerebro, & hoc fit specialiter per peccatum gula. Decimò de Luxuria. Gen. 19. Pluuit Dominus super Sodomam, &c. In sulphure fœtor, in gne ardor

Psal. 30.

Austus.

Luxuria

A ardor. Iudic. 20. Homines de Galaad, & Benjamin incredibili furore, &c. Apocalyp. 16. Septem angeli habebant septem phialas plenas ira Dei. Per terram super quam primus effudit phialam designantur accidiosi, quia sicut terra arida sterilis, sic accidiosi, & pigri absque deuotione steriles sunt ad omne bonum. Per mare significatur luxuria; mare enim spumat, uomitum prouocat & caput dolere facit; sic luxuria spumat per imunditiam, facit quod Deus uomit animam; turbat rationem, quæ est caput animæ. Per flumina, & fontes, quæ transeunt, significatur auaritia rerum temporalium; per solem, qui quasi solus lucens dicitur, designantur superbi, qui sibi soli lucere videntur; per sedem bestię intelligitur inuidia; quia inuidus solus debet sedere, solus pacem, & quietem habere, id est, prosperitates habere. De hac bestia dicitur Dan. 7. Per flumen Eufratem, qui interpretatur frugifer, intelliguntur gulosi & delitiosi; per aerem qui uentis, & turbinibus agitur, intelliguntur iracundi & ira, quæ diuersis causis turbatur. Status peccati dormitioni comparatur; quia sicut in somno nihil homo operatur, sic peccator nihil facit Deo gratum; quia prius respexit Deus ad Abel, quàm ad munera eius. In tali dormitione sunt multa pericula; nam legimus Ionam dormientem in mari periclitatum, Tobiam iacentem ex cœcitate, Isoseth dormientem iugulatum: per istos significatur dormientes in peccatis.

Et nota de septem peccatis mortalibus; eiectus fuit Nabuchodonosor de regno propter superbiam. Dan. 4. Bestię sunt demones. Ne tradas bestijs animas confitentium tibi. Et lucifer de cœlo propter superbiam. Esaiæ 14. Quomodo cecidisti Ezechiel. 28. Eieci te de monte id est, de paradiso; Eijcitur de cœlo per inuidiam; ut ut Caym Genes. 4. Ecce eijcis me; Bene dicit abscondam, quia tollitur impius ne videat gloriam Dei. Caym autem est quicumque persequitur fratrem suum. 1. Ioan. 3. Omnis qui odit fratrem suum. Eijcitur propter iracundiam. Genes. 2. 1. Eijce ancillam, & filium eius. Ismael significat iracundiam. Nam de eo dicitur Genes. 16. Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, &c. Eijcitur propter auariciam. Matth. 21. Eieci de templo vendentes, & ementes. Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende, &c. vnde ait Perrus; Ecce nos relinquitur omnia; Eijcitur propter accidiam, cum eiecta esset turba; turba plangens mortuum; accidiosos significat, qui lugubres, & tristes incedunt, quibus omne bonum vertitur in tedium; de quibus Ezechiel. 3. Ecce ibi mulieres plangentes Adonidem: Eijcitur propter gulam. Genes. 3. Eijcit Adam: Eijcitur propter luxuriam. Num. 5. Præcipe filijs Israel, ut eijciat de castris, id est, de consortio Angelorum. Gen. 32. Caltra Dei sunt hæc. Aug. 3. de doctrina Christiana, peccata illorum, scilicet Dauid, Salomonis, & aliorum, à Deo scripta sunt, ut qui ea legerit, se nequaquam suis factis iactare audeat, & præ sua iustitia ceteros tanquam peccatores contènat, cum videat tantorum virorum, & cauendas tempestates, & flenda naufragia, ut Apostolica illa sententia denique timenda sit, qui se existimat stare, videat ne cadat.

Et nota de malis, quæ facit peccatum, quomodo rex Babylonis, diabolus, Sedechiam ligauit, excecauit, in Babylonem duxit, &c. Quod per eundem peccatum aliqui suam fragilitatem cognoscunt, qui prius de suis meritis præsumebant Num. 24. Qui cadit, & sic aperientur eius oculi. Achito fel fuit suspensus propter defectum doctrine; Aman propter abusus lascitiæ; Iudas propter contemptum pœnitentiæ; Abalon propter defectum

Superbia.

Psal. 78.

Exempla.
Timor.
Cadere.

Ambitio . perseverantia: Quorum primus interiit suspendio, quia in consilio indiscretus fuit: Anan, quia lasciuia, & superbia inordinatus fuit: Iudas crepuit, quia non penituit, Absalon suspensus, confossus fuit, quia post reconciliationem patris, in pace non perseveravit. Gen. 19. Percusserunt cecitate omnes a minimo vsque ad maximum; quia peccatum excæcat, vt patet in Samfone Dan. 7. Quatuor venti pugnabant in medio mari huius mundi. Superbia orientalis, auaricia occidentalis, inuidia aquilonaris, luxuria meridionalis.

Oculi .

Mundus .

Mare .

Bestiæ .

Pardus, vrsus, leo, designant tria peccata, Pardus, varietas duplicitatis in conuersatione. Hierem. decimotertio. Si potest Aetiops mutare peltam: Vrsus diuersitas voluptatis in affectione. Daniel. septimo. Bestia a Leo, diuersitas crudelitatis in persecutione. Leo enim habet dentes fetentes, & significat corruptionem doctrinarum: Vel per pardum duplicitas claustralium; per vrsum voluptas secularium; per leonem crudelitas principum. Apocalyp. decimosexto: De ore bestiæ exibant tres spiritus in modum ranarum. Quia tres sunt radices peccatorum à demonio procedentes, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vitæ: Rana in luto moratur, quod pertinet ad peccatum luxuriæ, inquietat alios, quod pertinet ad superbiam: qualibet istarum radicum, habet tres spiritus immundos. Nam concupiscentia habet peruersam acquisitionem, iniustam retentionem, iniquam dispensationem: Ionæ tertio: Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. Niniue interpretatur germem pulchritudinis. Prima dies pertinet ad primum. Secunda ad secundum, tertia ad tertium: Superbia habet irreuerentiam, quo ad Dominos; indignationem, quo ad socios; violentiam quo ad infimos: Istæ sunt tres lanceæ, seu tres sagittæ infixæ in corde Absalon: Secundi Reg. 18. Luxuria habet superfluitatem ciborum, molliciem vestimentorum, executionem actuum immundorum: Istæ tria intelliguntur per illa tria insatiabilia, de quibus Prouer. 30. Intelliguntur etiam per illa tria canistra, Genes. 40. De quibus aues, & diaboli comedebant, nã talibus diabolus reficitur.

Rana .

Peccantes mortaliter, sanguinem Christi effundunt, & ipsum crucifigunt secundum Apostolum: Rursum ait crucifigentes sibi metum filium Dei, & si sanguis Abel clamauit vindictam, quantus clamor erit sanguinis Christi contra peccatores; Sicut senectus corporalis eneruat naturam, incuruat staturam, derurat figuram, accelerat sepulturam; sic vetustas culpæ mortalis, spiritualiter animam eneruat, ad operabilia, incuruat ad concupiscebilia; de turpat per immunda desideria, accelerat ad supplicia: Baruch, quid est Israel, quod in terra inimicorum es, inuenerasti in terra aliena? quod peccatum auferat Christum. Genes. 37. Puer, scilicet Ioseph interpretatur saluator, non comparet in puteo conscientiæ, & ego peccator quo ibo? Cum enim Christus sit via, veritas, & vita, via sine deuo, veritas sine dubio, vita, sine termino, quo ibis sine via nisi in præcipitium, sine veritate nisi in errorem, & dubium; sine vita, nisi ad mortem, & supplicium?

Ad Heb. 6.

Status peccati est lacus contagij, lapsus periculi, lectus ocij, laqueus diaboli, vnde est aduertendum, quid peccatum afferat, quid inferat, quid auferat; afferat enim peccatum, sordem conscientiæ, obicem gratiæ, pestem infamiæ, ecce quid peccatum afferat: Inferat peccatum dispendium nature, dum corrumpit modum, speciem, & ordinem; inferat odiata creaturam, quia offenso creature, offenditur omnis creatura: Sapietiæ 5. Pugnavit pro-

Ad Heb. 6.

Ad Heb. 6.

Ad Heb. 6.

Ad Heb. 6.

Ad Heb. 6.

Ad Heb. 6.

Ad Heb. 6.

Ad Heb. 6.

Ad Heb. 6.

Ad Heb. 6.

Ad Heb. 6.

A eo orbis terrarum contra insensatos; inferat supplicium gehennæ; peccatum enim Dei sententia condemnatur, sed ex diuina misericordia ex excutio suspenditur, quia secundum Augustinum in sententijs prosperi, peccator tot Dominorum seruus est, quot peccatorum. Auferat etiam peccatum homini Deum, regnum, seipsum, nec mirum si peccator per peccatum priuetur se ipso, quia per peccatum in esse morali sumus in nihilo: Peccatum priuat hominem seipso, quia per peccatum homo fit non homo. Est enim actus hominis contra rationem; & sic non hominis, cum homo secundum rationem fit homo: ergo cum peccatum sit contra, vel præter rationem, patet quod per peccatum homo fit non homo, in esse morali priuatus seipso, ideo peccatum dicitur abominatio, id est a ratione humanitatis abiectio; Ezech. 8. Fili hominis ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. Mat. 22. Ecce prandium meum parauit: Ingressum enim ad cor nam gloriæ impediunt, vxor, concupiscentiæ & immunditiæ; iugaboum, auaritiæ; villa extollentiæ, & superbiæ.

Peccatum tollit veritatem ad iudicandum, potestatem ad operandum; libertatem ad ambulandum: De his tribus Iud. 16. Cum apprehendissent Samson Philistæi, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam, quo ad primum; vincitum cathenis quo ad secundum; & clausum carcere molere fecerunt, quo ad tertium: Vidi & ecce equus pallidus, qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quattuor partes mundi, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ: Equus iste est spiritus peccatoris, qui dicitur equus propter prauitatem lasciuia; pallidus propter deformitatem culpæ; sessor est diabolus, qui dicitur mors; quia occasionaliter procurauit mortem culpæ, & per consequens naturam pariter, & gehennæ. Infernus sequitur eum, quia licet contra peccatores lata sit sententia damnationis, suspenditur tamen excutio propter misericordiam, & penitentiam, & data est illi potestas super quattuor partes mundi, videlicet super orientem superbiæ; super occidentem auaritiæ; super aquilonem inuidiæ; super austrum luxuriæ, vt interficiat superbos gladio vanitatis; auaros fame cupiditatis; inuidiosos morte iniquitatis; luxuriosos bestialibus motibus voluptatis: Sic iste sessor præcipitat equum suum de peccato in peccatum, quia secundum Gregorium. Peccatum, quod per penitentiam non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit: Cum igitur in quolibet peccato mori sit possibile in nullo, certum, in aliquo, necesse, dum adhuc suspenditur excutio sententiæ, debemus currere ad lauacrum penitentiae; quæ est illa piscina, in firmittatis cuiuslibet curatiua. Quod peccatum excæcat hominem. Hinc ait Tob. Quale gaudium mihi est, qui in tenebris sedeo & lumen celi non video.

Diabolus semper persequitur nos, quod figurat persecutio Pharaonis contra filios Israel; Pharo, Diabolus habet tres currus ad persequendum populum Israeliicum, primus est currus malitiæ, in quo sunt quattuor rotæ, sæuitia, quæ non sistitur innocentia; impatientia, quæ non retrahitur patientia; audacia, quæ non refrænatur timore; impudentia, quæ non cohibetur pudore: Trahitur duobus equis, scilicet terrena potentia, & seculari pompa; eius auriga est superbia: De isto curru malitiæ, Hierem. 4. Quasi tempestas currus eius. Secundus currus est luxuriæ, qui voluitur quattuor rotis, ingluuie, libidine, mollicie, ocij resolutione; trahitur duobus equis, corruptone naturæ; prosperitate fortunæ: Auriga, infida se-

vanitas: Esa. 22. Ibi erit currus, &c. Tertius currus est auaricia & portatur E
quatuor rotis; prima est paupertatis; secunda inhumanitas; tertia obli-
uio mortis, quarta contemptus Dei: Trahitur duobus equis, tenacitate, &
rapacitate, auriga est, habendi ardor. Hierem. 50. Gladius ad equos eius, &
ad currus eius.

Si aliquis esset in mari valde turbato, fluctuanti, & inundanti, &
timeret submergi, & esset in naui fragili, tunc carnalis tentatio cessaret;
filios obliuioni traderet; & si ex hoc sciret euadere, merces in
mari projiceret, vel pedem sibi, ne submergeretur, amputaret; Nunc
autem mare huius mundi turbatum est & fluctuat flantibus quattuor
uentis, de quibus Danielis septimo. Cum autem periclitantur, frequen-
ter ponunt se desuper vnum lignum, vt euadant; ergo considera fragili-
tatem nauis. Quando ergo hoc est corporis proprii; morietur homo per
fluctuationem huius mundi procellosi, & submersionem inferni, tunc
cessabit motus luxuria, projicies à te merces temporalium, quorum
pondere nauis submergitur, & erues oculum concupiscentia, amputabis
pedem lasciuia, & sine mora ibis ad confessionem, sicut facit homo dum ti-
mer submergi; sed quia uel fumo excæcari, aut dormientes cum Iona, peri-
culum non aduertimus; cum Petro, qui clamauit dum cepisset mergi, cum
Apostolis in periculo maris, debemus clamare, Domine salua nos, peri-
mus.

Iona 2. b.

Peccatum excæcat, figuratum est Iud. decimosexto. De Samsone, qui
deceptus a Dalida, quæ designat carnalem concupiscentiam, fuit excæca-
tus, sic rex Sedechias, per quem significatur superbia. 4. Reg. 25. Quia
regia dignitate elatus alteri subesse noluit. Tobias, in quo auaricia veloci-
tas designatur; nam temporalia comparat Apostolus stercoreibus. Phil. 3.
Omnia arbitratus sum ut stercorea; vel per quietem in lecto, designatur ac-
cidia, & ociositas, sicut Elimas magnus, per quem significatur infidelitas,
quia resistebat Paulo prædicanti fidem: Act. 13. Sic Sodomitæ a maiore vs-
que ad minorem percussæ sunt cecitate.

Nulla timore, nulla uerecundia debet homo peccare, exemplum
de Sufanna Daniel decimotertio, & de Machabæis, & de martyri-
bus.

De malis, quæ infert peccatum. Apocalyp. tertio: Tu es miser, mi-
serabilis, cæcus, nudus, pauper, quære expositionem in tabula Apoca-
lypsis. Amos secundo. Super tribus sceleribus Moab, &c. Primum
scelus est malus consensus, secundum actus, tertium consuetudo, quart-
um est impœnitentia; super quam peccator non conuertitur; Rex est spi-
ritus, qui regere debet corpus; ossa sunt virtutes, quibus anima sustentatur,
ut corpus ossibus; ossa ergo regis incenduntur, dum uires anime inflam-
mantur flamma uitiorum: Incenderunt igni sanctuarium tuum: Dum cõ
stringuntur ossa mea, &c.

Psal. 73.
Psal. 42.

Quattuor sunt radices peccatorum infectæ, & corruptæ, quæ sic
in ramos excreuerunt, quod quasi totum mundum repleuerunt, vnde
si radices non possunt omnino extirpari, saltem rami sunt præ-
scindendi. Istæ sunt inconstantia vanitatis; immoderantia cupidita-
tis; intemperantia voluptatis; fraudolentia dolositatis: Isti sunt quat-
tuor fabri, mundum malleantes tempestate tentationum Danielis sep-
timo. Istæ sunt quattuor bestia, mundo ingredientes brutalitatem at-
tionum. Danielis 7. Radix est inconstantia vanitatis, & prima bestia ha-
bens

A bens faciem leonæ, & alas aquilæ, quia sicut leo rex animalium, aquila
auium, sic vanitas & superbia ambit dominium; huius radices rami sunt,
presumptio, respectu sui; ambitio respectu proximi; obliuio, respectu
Dei; presumpcio enim, semper sinistro oculo, & peruerso iudicio respicit
celstitudinem generis, pulchritudinem corporis, validitatem roboris, deli-
cias, diuitias, literas, præbendas, dignitates; non considerat hominem, terrâ,
vermem, cui dicitur, quid superbis terra & cinis? cuius conceptus culpa,
nasci miseria, viuere poena, mori angustia: Superbus enim non conside-
rat hominem, sed statuam Nabuchodonosor, cuius caput aureum, pe-
ctus argenteum, venter æreus, tibia ferrea, planta testæ: Qui ergo con-
siderat in capite celstitudinem, in pectore pulchritudinem, in ventre valitu-
dinem, in tibijs fortitudinem; vel qui considerat in auro sapientiam, in ar-
gento eloquentiam, in arte opulentiam, in ferro potentiam, præsumit: In-
flatur nec sapientiam cognoscit, donec plantas testæ respicit, id est, natu-
ram fragilem, vitam breuem, culpam odibilem, mortem horribilem arte-
dit: Subito enim lapis sine manibus de monte abscissus, id est, casus mor-
tis improuisus, conterit statuam, & redigit in fauillam: Ambitio succedit
presumptioni, quæ nullo gradu contenta, ac per hoc in nullo statu quiescit,
vt semper proximum, semper anhelat ad summum: est enim ambitiosus
infra omnes nequiter se humilians, extra omnes singulariter conuersans;
intra omnes fraudulenter explorans, supra omnes indecenter præesse pro-
curans.

Eccl. 10. b.
Dan. 2. c.

Secunda radix est, intemperantia voluptatis, quæ est secunda bestia simili-
lis Vrso, qui est animal inquietum, gulosum, immundum: In cuius ore
erant tres ordines dentium, quia ex voluptatis immoderantia surgit infra-
nabilis lasciuia, implacabilis gula, insatiabilis luxuria: Isti sunt tres dentes cõ-
cernentes totaliter gratiam, naturam, vitam, famam: Lasciuia pullulâs in-
tantum excreuit, quod nec domos ad habitandum, nec equos ad equitan-
dum; nec pannos ad induendum inuenire potest: Inde surgit euagatio
sensuum, effrenatio mentium, inconsideratio actuum, indisciplinatio gu-
stuum; quare habet cor instabile, ad omnem flatum tentationis, labile ad
omnem casum transgressionis. Bernardus in meditationibus: Cor in-
stabile sibi non concordat, à se dissoluit, a se resilit, voluntates alternat, con-
silia mutat, noua ædificat, vetera destruit, destructa reædificat, eadem alio,
atque alio modo mutat & ordinat, & nunquam in eodem statu perman-
et. Sequitur gula porta sterquilini, spelunca sepulchri, cuius voluptas
tantum hodie æstimatur, tantum parit sollicitudinem, & vix duorum ob-
tinet latitudinem digitorum: O si refectio animæ sic studiosè, sic curiosè,
sic copiosè, sic laboriosè quæreretur, quanta affluentia, & pinguedine gra-
tia nos prouisor omnium recrearet: Hanc foueam gulæ sequitur fornax
luxuriæ, quia illa isti fomentum administrat, cuius, scilicet luxuriæ, flamma
& ardor exsiccat gratiam, excæcat intelligentiam, suffocat vitam, deni-
grat famam: O quam accensa est hodie fornax ista, etsi enim tres pueri
Hebræi Deum timentes liberentur, Chaldei tamen ministri regis incen-
duntur.

Tertia radix est immoderantia cupiditatis: hæc est tertia bestia similis par-
do propter varietatem negociationum, velocitatem circumventionum, rap-
acitatem illicitarum extorsionum: huius bestia pestis, est morsus vniuersi-
saliter, quia à maiore vsque ad minorem omnes auaritiæ student. Hierem.
sexto. Pestis diuturnior, quia semper in finibus iuuenescit; pestis

E periculosior, quia incorrigibilior, & capita populorum principaliter inficit, ideo dicitur radix omnium malorum, primæ Timot. sexto. Huius rami sunt libido acquirendi, cupido retinendi, formido amittendi: libido facit hydropicos; cupido paralyticos; formido freneticos: libido itaque facit hydropicos; quia sicut hydropicus bibendo sitim non sedat, sed excitat; sic auarus quanto plus acquirit, tanto plus cupit. Ecclesiast. quinto. Auarus nunquam implebitur pecunia. Postquam libido facit hydropicum, cupido retinendi facit paralyticum. Sic enim reddit manus aridas, curuas, paralyticas, clausas, quod nec reuerentia Dei, nec verecundia mundi, nec clamore pauperum, nec terrore diuinorum iudiciorum aperire potest, ad misericordiam, & sustentationem proximorum, immo nec sufficientiam suam. Isti pessimi rami, huius pessimæ radices sunt præscindendi paupertate, pietate, largitate. Paupertas purgat hydropisim, pietas curat paralytim, largitas curat frenesim. **F**

Quarta radix est insolentia dolositas, & hæc est quarta bestia, cui scriptura nullum nomen assignat, quia duplex & dolosus in omnem speciem se transformat, nec facies exprimitur, quia dolosus non cognoscitur: Describitur autem hæc bestia contereus dentibus, discerpens unguibus, conculcans pedibus, ventilans cornibus; Inchoatur autem scævitia huius bestiae in dentibus invidia; dolosus enim invidens proximi prosperitati, in ipsum dentes exacuit præcisores ad obloquendum, caninos ad derogandum, molares ad detrahendum; Sed quoniam dolosus non tantum mordet verbis, sed etiam nocet factis, ideo dentibus addit unguis, dum proximo conatur malum insidiando attrahere, vel bonum machinando retrahere, vel habitum calumniando subtrahere, ideo dentibus & unguibus addit pedes, quibus quod non potest lacerare patienter extinguendo, conculcat fraudulenter atterendo; unde dissimulat nequitiam, simulat amicitiam, exhibet colloquium, spondet auxilium & seruitium, vt securius exquirat, & profundius noceat, & sic cauda falsitatis operit vestigia iniquitatis: Sed quiaprehenditur fraudulencia, quia ex verbis perpendi potest nequitia, ideo pedibus fraudulenciae addit cornua nequitie, vt quos non potest conculcare fraudulenter, impetat impudenter: & sic est vir insolens & effrenatus, quem nec conscientia ligat, nec reuerentia firmat, nec verecundia retardat: Insurgit in Deum, cornu despectionis; impetit proximum, cornu persecutionis; perfodit seipsum, cornu desperationis. Deuteronom. octavo. Ductor tuus sui in solitudine, in qua erat serpens statu adurens, scorpio, & dyphas: Istæ tres species serpentum, quibus vulnerantur filij Israel in deserto, sunt tria genera vitiorum, quibus vulnerantur in hoc mundo, per quem transitur ad terram promissionis, Serpens statu adurens est mulier & peccatum luxuriæ. Quære 58. a. Scorpio facie blandiens, cauda pungens est adulator; dyphas est ambitio. Quære de istis duobus, in tabula de adulatione, & de ambitione. **H**

De pœnitentia, & mortificatione corporis.

De hac materia **P**OENITENTIA totum hominem renouat: exemplum de renouatione Aquilæ, accipitris, serpentis in arcto foramine; per quod austeritas

A austeritas, pœnitentia, & mortificatio designatur, exemplum de phoenice; quære 10. Duæ alæ eius sunt intellectus, affectus: Intellectus, quo ad recordationem delictorum; affectus, quo ad delectationem æternorum; radius solis, diuina gratia; plausus alarum, frequens recordatio prædictorum: Ex quibus accenditur ignis diuini amoris, quo mens renouatur & nouus homo refurgit. Pœnitentia figuratur, per panem subcinericium, quo mortificatus Elias dormiens sub iunipero, quæ est arbor aculeata, & designant pœnitentiam, venit ad montem Dei Oreb. id est, ad mensam gloriæ. Quære 23. b. & 65. b. Pœnitentia & austeritas debet fieri sobriè non fatuè, quia in omni sacrificio ponendum est sal discretionis. de hoc 59. a. in Matth. Et idem in libro Nume. Pœnitentia est medicina spiritualis & corporalis qua purgantur ram humores corporales, quam spirituales superflui & corrupti: de hoc 60. a. in Leuitico. Pœnitentia & mortificatio designatur per illud volumen Ezech. tertio, quod facit amarecare ventrem, id est, sensualitatem; sed in ore efficitur tanquam mel dulce; sic enim ore iudicamus de saporibus; sic ratione iudicamus de eligibilibus & salubribus; unde ratio iudicat pœnitentiam dulcem & salutarem. Et nota Ionæ tertio. Quomodo rex Ninie, & populus sedendo in cinere & cilicio, non gustando aquam, nec comedendo panem renouauerunt sententiam, & liberauerunt seipos & ciuitatem. Exemplum de Achab, de quo ait Dominus. Nonne vidisti Achab coram me humiliatum: Sic sancta Iudith vestita cilicio, semper ieiunans victoriam obtinuit de Holoferne; & nos de carne, mundo, diabolo: Pœnitentia significatur per fel piscis Tobie, & per fumum cordis illius piscis, qui extricat omne genus Dæmoniorum: Quære sexagesimo sexto b. a. Dauid expulsus à regno, qui designat peccatorem; ascendebat per cliuum oliuarum flens nudis pedibus, in quo designatur pœnitentia & mortificatio. Quære 102. b. Quomodo caro est domanda & spiritui subdenda: Quia dictum est Sarrai ancillæ, Reuertere, & humiliare sub manu Domine tuæ. Quære 70. b. in Genes.

Et nota de illis qui tempore iuuentutis recusant pœnitentiam agere, nec in senectute possunt, quos designauit nolens bibere acetum. Quære 28. in Ioan.

Omnis austeritas est facilis & dulcis, si condiantur consideratione passionis Christi, & memoria mortis. Nam quodlibet istorum, passio & mors designatur per illud acetum, in quo Ruth intingebat panem durum, quem comedere non poterat fatigata in agro, nisi bucellam intingeret in aceto.

D Pœnitentia est illud emunctorium, quod præcepit Dominus in Exodo fieri ad purgandum lampades, ne lumen gratiæ, quod ardet in anima, extinguatur; & valet, ne vitia per pœnitentiam deleta, pullulent in anima. Quære 127. a. Iesusus.

Toto tempore vitæ nostræ debemus pœnitentiam facere, & corpus mortificare, quod figuratum est in sex annis, quibus vinea est excolenda. Quære 146. a.

Omnis pœnitentia fit dulcis, & portabilis, si apponatur condimentum passionis Christi. Aquæ enim Marath erant amaræ, non poterant bibi, sed à ligno crucis indulkoratae sunt: Et colloquyntis fecit olera amara; sed apposita farina deuotionis & gratiæ, facta

Et sunt olera esibilia, Quere 166. a. in 4. Regum: Quod per Absalon suspensum in quercu, transfixum lanceis, significantur illi qui deserunt pœnitentiam, Quere 152. b. in 2. Regum. Et nota quod pœnitentia figuratur per tubam, quam predicatorum debent tenere in manu, Quere 156. in Esdra. Quod pœnitentia reuocat diuinam sententiam, & impetrat gratiam, Quere 33. b. in Iona: Quod pœnitentia debet esse sobria, Quere 165. a. in Marco: Quod sine mortificatione non possumus saluari, Omnis anima quæ non fuerit afflicta, peribit de populo suo: Non curatur grauis infirmitas, nisi per amarum potionem. Iaco. Per amarum poculum confectionis peruenitur ad gaudia salutis, Quere 257. a. in Leuit. Nō poteris videre faciem meam. non. n. videbit me homo, & uiuet; quia Deus ab homine nō videtur, nisi per pœnitentiam & mortificationem, quantum ad vitam carnalem, moriatur: nisi homo moriatur per carnis mortificationem, non videbit Deum per contemplationem: quia nubes tenebrosa & spissa surgens de carne crassa & lasciuia, interponit se inter Deum, & mentem; ne recipiat diuinam illustrationem; humanæ enim mentis acies, inualida in tam excellenti luce, non figitur, nisi collyrio pœnitentiæ emundet: Hinc ait Ioan. Collyrio inunge oculos tuos ut uideas. Marc. 2. Ait Iesus, Surge tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam. Sic enim mortificare debemus corpus nostrum, ut non impediatur spiritus ab exercitio spiritualium, siue contemplatione cœlestium; quod est ire in propriam domum: nota de tribus pueris qui solis leguminibus vescabantur, & noluerunt vesci cibo regio, & inuenti sunt corpulentiores, & pleni sapientia: de Ioan. Baptista, qui erat indutus pilis camelorum; mel, locustæ, aqua, cibus, & potus eius. Num. 31. Omne quod potest transire per flammam, igne purgabitur; quicquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabit; sicut enim duo elementa sunt purgatiua maioris mundi, scilicet, aqua dilutionis, & ignis iudicij, sic duo sunt purgatiua minoris mundi, scilicet hominis; aqua baptismatis, & ignis pœnitentialis; vel in igne, & aqua, corporis mortificatione; sicut ignis summè est afflictiuus, in aqua lachrymarum effusio & dolorosa contritio: Vnde qui uult à peccato purgari, & non potest sustinere ignem corporalis afflictionis, debet purgari per aquam expiationis lachrymosæ contritionis, quod pœnitentia & mortificatio corporis multū ualeat ad vincendas tentationes, quod figuratum fuit in 1. Reg. 16. Vbi Dauid tangendo citharam expellebat malum spiritum, qui est spiritus tentationis, à Saule, qui interpretatur abutens, & significat peccator: ubi patet, quod uera pœnitentia debet habere reuerentiam in intentione: nam Dauid interpretatur uultu desiderabilis, per perseuerantiam in continuatione: nam Dauid interpretatur manu fortis, propter humiliationem in animo, quod significat lignum concauum cytharæ: In omnibus sensibus mortificationem, quod significant chordæ de pellibus animalium mortuorum: Contra primum faciunt hypocritæ, qui extenuant facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes: Contra secundum illi, qui pœnitentiam incipiunt, sed postea reuertuntur ad carnalitates; qui designantur per Tobiam, qui post laborem & fatigationem sepulturæ, redijt ad quietem lecti, ubi fuit itercoribus hirundinum, quæ designant tentationes, excæcatus: Contra tertium faciunt illi, qui seipsos mortificant, & ex hoc ipso se sanctos reputant, alios iudicant & condemnant, quibus ait Apostolus, qui non manducant, manducantem non iudicet: Contra quartum faciunt illi, qui habitum religiosis portant, & tamen delitijs & comestationibus vacant; quidam

Apoc. 3. d.

Secundum philosophū 8. phy sic. & c. 17.

Sensus.

Matth. 6. c.

G

H

A magna prædicant, & iniungunt alijs pœnitentiam, sed ipsi nihil faciunt; dicunt enim, & non faciunt; alligant onera graua & importabilia, digito autem suo nolunt ea mouere; isti non citharizant in citharis suis, sed alienis: Quomodo contra in Apo. Sicut citharedorum citharizantium in citharis suis 1. Reg. 14. Ascendit Ionathas reptans pedibus & manibus, & armiger eius post eum; quia Christus dura fuit nendo flagella, ascendit in cœlum: Sic oportebat pati Christum, & reuigere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam: Armiger, fidelis quilibet, reptando manibus & pedibus, se affligendo duris macerationibus, debet post eum ascendere; Christus enim passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum ut sequamini uestigia eius. Ezech. 9. Signa Thau super frontes virorum dolentium, & gementium: Thau interpretatur signum, & habet formam crucis: Frons habet omnes sensus; in quo designatur, quod qui uerè sunt dolentes & contriti, mortificationem crucis Christi debent in sensibus & in corpore suo portare; gladium damnationis, ut ibidem dicitur. Vnde Apostolus: Obsecro uos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Matth. 21. Ite in castellum, quod contra uos est, & statim inuenietis asinam, & pullum cum ea: Castellum quod contra uos est, caro nostra est, ubi inuenit asinam, carnalis concupiscentia, & pullum asinæ, alinina ignorantia; quæ soluitur per gratiam, & adducitur ad Iesum, dum mortificata carne, peccator adducitur ad imitandam Christi vitam. Genes. 22. Præcepit Dominus Abrahæ ut immolaret filium suum Isaac; & Deo præcipienti debemus obedire, ut fecit Abraham: Isaac risus vel gaudium interpretatur quia omnis letitia, & delectatio carnalis debet Deo, gladio pœnitentiæ, immolari; quia non morietur, nec uult Deus, quod moriatur Isaac, sed aries; quia non morietur uita, sed dominabitur carnis contumaciæ: Super ligna leuabitur, quia spiritus, in cruce Domini, mortificata carne, gloriabitur. Nos ergo ut dicitur Iudicum 8. memores esse debemus quomodo Abraham pater noster tentatus est, & per multas tribulationes probatus, amicus Dei effectus est: sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo per multas tribulationes salui facti sunt.

Genes. 28. Tulit Iacob lapidem, quem supposuit capiti suo & obdormiuit, & uidit Dominum innixum scalæ, & angelos ascendentes, & descendentes; & cum euigilasset, fudit oleum super lapidem, dicens: Verè Dominus est in loco isto: Iacob, qui scilicet uult supplantare diabolium, & fugere tentationis ictum, in lapide duro, in duro lecto, & aspero uestimento requiem inuenit; & celestes uisiones uidit, quæ non inuenit, nec uidet, qui in mollibus iacet, & mollibus induitur: qui enim sic iacet, non uident Dominum innixum scalæ; quia Christum crucifixum non contemplantur; nec uident uisiones Angelorum, sed uilium & turpium fantasmatum; & dum sensibilia & carnalia obliuiscitur, quasi consopitur: post euigilam, oleum super lapidem fundit; quia ad se reuersus totam asperitatem pœnitentiæ oleo deuotionis lenit, mollem & facilem inuenit. Genes. 28. Erexit Iacob lapidem in signum: Iacob prælatus; lapis, dura pœnitentia; lapis, erectio pœnitentiæ; exemplum in prælato: Sicut homines dispersi colligunt se ad signum suum, & ibi cordis animositatem recipiunt, ita turbati animantur ad opera pœnitentiæ, cum ea uident in prælato abundare. Io. 19. Cum obtulissent ei uinum myrrhatum, noluit bibere; significans iuuenes, qui debent Christo crucifigi, reiecturos opera pœnitentiæ, expectantes senectutem, offeren-

Tentatio. Sancti.

Somnia. Fantasmatum.

offerentes Diabolo, carni, mundo, fiorem suæ iuuentutis, & Deo furfur : **E** nescis quoniam meliora præteruolant, & deteriora succedunt : quemadmodum, quod egredietur primum de amphora, purissimum effluit; quod vero turbidissimum & grauissimum, in fundo subsidet: Ergo quod melius est vanitati consecrabis, & factes Domino seruabis? Luc. 24. Post resurrectionem obulerunt discipuli Domino partem piscis assi, & fauum mellis. & Apoc. 10. Liber deuoratus efficiebat in ventre amaritudinem, & in ore dulcedinem tanquam mel; quia austeritas pœnitentiæ reliquit amaritudinem in sensualitate, quæ per ventrem designatur; & magnam dulcedinem, tanquam mel, in ore rationis. & hæc duo figurabant illa duo, post resurrectionem, mel & piscis: Piscis assus in prunis, amaritudinē corporalis mortificationis; mel dulcedinem deuotionis & spiritualis delectationis significat. Gen. 28. Dixit Rebecca filio suo: Aquiesce consilij meis, & perges ad gregem, affer mihi duos hœdos &c. Rebecca gratia: duo hœdi corpus & anima; quibus libenter Isaac, idest Christus, vescur; quando Christus per mortificationem & abstinentiam, anima per deuotionem & munditiam, Deo offeruntur: nec vnus hœdus sufficit Isaac sine altero, quibus benedictionem cœlestem à Deo patre consequimur. Fundato templo Domini à cementarijs, steterunt sacerdotes cum tubis: Tubæ angustæ ex parte oris inferioris, & amplæ ex parte superioris: Cementarij, martyres, qui suo sanguine vsi sunt pro aqua: Confessores, reiectione temporalium pro sabulo, vel arena; virgines, nitore castitatis pro calce viuæ, intentæ & feruentes; & sic superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum, in ipso summo angulati lapide, Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templo sanctum in Domino: sacerdotes sunt prælati, religiosi, & prædicatores, qui tubam monitionis ad pœnitentiam debent tenere per partem arctiorem, ex parte sua; & partem laxiorem vertere ad populum; quia maiorem pœnitentiam debent in se ostendere, quàm alijs prædicare: Exemplo Apostoli: Nihil, ait, audeo alijs dicere eorum, quæ per me non efficit Christus. Nam de malis dicitur, Dicunt & non faciunt &c. Ezech. 46. Cum fecerit princeps spontaneum holocaustum, aperietur ei porta, quæ respicit ad orientem: Holocausta erant sacrificia, quæ tota cremabantur in altari: Holocausta ergo in hoc templo offerimus, quando carnis voluptatibus emancipatis, per corporis mortificationem omnes affectus nostros in Dei dilectionem conuertimus, & aperitur nobis porta ad orientem: quia dum carnem mortificamus, cœlestis sapientiæ radius illustrat mentem: Tobia 6. Fel piscis valet ad vngendum oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur: Fel amaritudo pœnitentiæ, quæ limat oculos & mēbra corporis. Albugo carnalitatis, quæ non sinit nos videre Deum, purgatur; hoc est collyrium, de quo Apoc. 3. Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. 2. Regum 15. David ascendebat oliuam oliuarum, discoperto capite, & nudis pedibus incedens: Quia peccator ascendit ad Deum, per pietatis eius considerationem; stet, per interiorem contritionem; discoperto capite, per exteriorem confusionem: Nudat pedes affectionum, per confessionem: vel in his omnibus austeritas pœnitentiæ designatur, per quam peccator Deo reconciliatur. Exemplum de rege Ninive. Sicut de eodem serpente sumitur venenum quod necat, & medicina, quæ venenum sanat; sic de eadem carne nostra serpentina, veneno peccati plena, egreditur venenum concupiscentiæ, quo morimur, & theriaca, siue medicina carnalitatistis, qua curamur, idest pœnitentia carnis afflictiua, & peccati curatiua. Pœnitentia-

3. Eisd. f. Templum Ecclesia.

Prædicator. Tuba.

Caro.

A nitentia non solum est prædicanda, sed in se experienda. Vnde ait, Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Inter quatuor ligna quæ fuerunt in cruce. Primum fuit Cypressus, cuius odor fugat serpentes, est medicinalis, fluxum sanguinis restringit, per quod designatur austeritas pœnitentiæ & mortificationis, quæ fugat tentationes, curat vulnera peccatorum, restringit notabiliter fluxum carnalis delectationis. Pœnitentia enim est medicina curatiua morbi, restauratiua status perditæ, conseruatiua fanitatis corporalis & spiritualis. Thren. 2. Asperferunt cinere capita sua virgines Ierusalem. Cinis secundum Constantinum mundificat, mortificat, exsiccatur; sic pœnitentia & mortificatio, qua corpus incineratur, mundificat, terreum contagium, mortificat, concupiscentiæ incendium; desiccatur, voluptatis carnalis fluxum. Iosue 3. Quando videritis Arcam domini, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes arcam, vos quoque consurgite, & sequimini præcedentes: arca domini erat sanctuarium, in quo continebantur verba Moyses & manna & tabulæ testamenti, & significat pœnitentiam, quæ continet disciplinam, siue virgam disciplinæ, manna consolationis internæ, certitudinem promissionis diuinæ. Sacerdotes stirpis Leuiticæ sunt sancti, qui corpora sua per pœnitentiam mortificauerunt, aut per martyrium Deo consecrauerunt, ad conformitatem Christi; quos quia præcedere non possumus, studeamus saltem à remotis sequi. Modica enim & quasi nulla est pœnitentia modernorum, respectu pœnitentiæ antiquorum: nihil sic reddit animam peruiam & cristallinam ad recipiendas diuinas illuminationes, sicut mortificatio carnis & sobrietas. Venter enim pinguis non generat sensum tenuem, Exemplum in tribus pueris. Daniel 1. Exod. 25. Præcepit dominus fieri emunctoria ad purgandas lucernas, quia qui lucernam non emungit, vel qui nimis emungit, elicit ignem, sic qui corpus non affligit, vel qui nimis affligit, extinguit charitatem. Gene. 3. Spinæ, & tribulos germinabit tibi, quia ex prima maledictione non solum terra, quam terimus, sed etiam terra, quam gerimus, continue nobis germinat spinas malarum cogitationum, & tribulos carnalium motuum, & puncturam. Et ideò sarculo duræ pœnitentiæ, ista terra est continue sarculanda & putanda, & mortalia extirpanda, vt in sudore & labore vescamur pane spiritualis consolationis. Grata est Deo pœnitentia. Luc. 15. Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. In quo patet quàm grante recipit dominus peccatorem ad se reuertentem: Exemplum de filio prodigo, cui occurrens pater, osculatus est eum, ponens anulum in manu eius, & calcamēta in pedibus eius, quia pœnitens ait, Surgam, & ibo ad patrem &c. hic adolescens in se reuertens, per sui considerationem dixit, firmando propositum, & intentionem, Surgam, per peccati detestationem; ibo ad patrem meum, quod fit per contritionem; & dicam ei, Pater peccaui in te & corā te, quod fit per omnium peccatorum confessionem: Fac me sicut vnū, &c. per satisfactionem; & sic fit peccatoris reconciliatio, cui datur stola prima amissa, scilicet gratia in baptismo data. Annulus, scilicet, qui est circularis carens principio & fine, hæc est gloria æterna, quæ in manu pœnitentis ponitur cum spes de ea habenda ei infunditur, calcamēta in pedibus eius ponuntur, cum ei virtutes, quibus calcantur spinæ vitiorum infunduntur, seu cum affectus carnales per mortificationem restringuntur.

Ad vulnera peccatorum sananda, non sufficit infundere oleum deuotionis, nisi sit ibi vinum pungitium acris pœnitentiæ & mortificationis. Luc. 10. Infundens vinum, & oleum vulneribus sauciati. Ioan. 6. Colligite frag-

Phil. 2. a Cruce. Ligna-

Cinis-

Gula-

Caro. Terra. Cogitationes. Luca-

Panis. fragmenta, ne pereant. Panis iste est pœnitentia, quia sicut Apostoli & Apostolici viri comederunt panem, quem fregit eis dominus; sed superfuerunt fragmentorum reliquiae: sic pœnitentia sancti panem pœnitentiae manducauerunt, & nobis quaedam pœnitentiae fragmenta reliquerunt: Vnde pœnitentia est panis hordeaceus, quia in crusta habet asperitatem, in medulla albedinem: In huius panis fortitudine ambulauit Helias vsque ad montem Dei Oreb. Et debet comedi cum aqua lachrymarum. Psal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum. Luc. 13. Acceptum granum sinapis misit in hortum suum, & creuit, & factum est, in arborem magnam, & volucres celi requieuerunt in ramis eius. Vir enim penitens minimum quid est in sui reputatione; crescit proficiendo bona operatione, fit arbor magna perfectione, ramos extendit sancta affectione, volucres celi habitant in ea, quia dignus est Angelica visitatione. Hest. 6. Homo, quem rex honorare voluerit, debet indui vestibus regis, & imponi super equum quide stabulo regis est. Induimur vestibus regis sanguine coloratis, quod est scarlatum, quando carnem crucifigimus cum vitijs & concupiscentijs, & imponimur super equum de stabulo regis, quando carne subiecta spiritui, representatur in ea conformitas passionis Christi. Vel equus iste de stabulo regis, Crux est; in quo imponimur, quando Crucem Christi per mortificationem, in corpore portamus, vt dicamus: Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Exod. 17. Dicitur quoddam filij Israel castramenti in Raphidin, vbi non erat aqua ad bibendum populo, qui iurgati sunt contra Moysen dicentes: Da nobis aquam vt bibamus, Quibus Moyses: Cur iurgamini contra me? Cur tentatis dominum? Sitiuit ergo pro aquae penuria & murmurauit contra Moysen. Murmurauit populus ad aquas marinas, nec redarguit eum dominus, quia nouiter conuersi erant, sed iam cum ex perti fuissent Dei beneficia, redarguuntur, quia in tribulationibus superantur, eos significantes, qui a penitentijs resiliunt, & inchoatas non perficiunt.

Religiosus Leuit. 6. Sacerdos qui offert hostiam pro peccato, comedit in loco sancto, in atrio tabernaculi. Sacerdos offert hostiam quando religiosus mortificat carnem suam, & de carne sua vescitur, quando de mortificatione sua delectatur; & in atrio tabernaculi, quando non intuitu vanae laudis hoc facit, sed pro ingressu Paradisi. Sequitur: Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur: Quia qui mortificationem viui religiosi imitatur, a peccato mundatur. Iosue 3. Deficiebant aquae inferiores, & intumesciebant superiores: mirum spectaculum; aquas inferiores decurrere, & deficere; superiores, ad similitudinem montis, intumescere, & immobiles stare. Sed cum aquae quaelibet dulces in mare descendunt, dulcedinem amittunt: tunc aquae inferiores decurrunt in mare, & deficiunt, quando temporales delectationes terminantur in penitentiae luctum: qui enim temporalium delectatione gemunt, dulcem aquam in amarum conuertunt, & tunc superiores ad similitudinem montis intumescunt, quando deficientibus voluntatibus terrenis vel delectationibus voluntarijs, affectiones in eminentiam charitatis surgunt Apocal. 3. In mente habe qualiter acceperis & audieris, serua & age penitentiam; si ergo non vigilaueris, veniam ad te, quasi fur, & nescies quando veniam ad te; in mente habe, de praesenti, siue de futuro; age penitentiam, de praeterito; si non vigilaueris, &c. Luc. 12. Si sciret paterfamilias, qua hora fur ueniret, vigilarer, & non sineret perfodiri domum suam. Mira charitas Saluatoris, qui pro eruditione nostra, rebus se

compa-

A comparat indignis, veniet ut fur ad negligentem, non sicut fur ad vigilantem: Improuisus ergo nunquam veniet ad eum, quia nunquam improuisum eum inueniet: Vnde qui, semper prouidus, semper timet. Exod. 5. Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto: quot enim exerceatur pœnitentiae opera, tot immolantur Deo grata sacrificia: debent autem pœnitentiae esse asperae, sicut desertum est spinosum, vnde de Baptista qui fuit maximae penitentiae. Matth. 11. Quid existis videre in deserto? 3. Reg. 19. Perrexit Elias in desertum, & sedit subter iuniperum, quae est arbor aculeata, cuius fumus facit venena, penitentiam designans, quae est aspera, & quasi quadam theriaca contra venenum carnalis delectationis: Vnde filij Israel dicebant, se ituros in desertum per viam trium dierum; propter tres partes penitentiae, quae sunt contritio cordis, confessio oris, satisfactio operis 3. Reg. 20. Ponamus saccos in lumbis nostris, funiculos in capitis nostris, & egrediamur ad regem Israel, forsitan saluabit animas nostras. Sic peccatores cum pœnitentia ad Christum venientes, saluantur. Exemplum de rege Ninive. Quart. Reg. 4. Egressus est vnus de filijs prophetarum in agrum, vt colligeret herbas agrestes, inuenitque quasi vitem siluestrem, & collegit ex ea coloquetidas agri, hoc est cucurbitas agrestes, amarissimas: sequitur, apposita farina facta sunt olera esibilia. Quia penitentia & mortificatio carnis est acerba, & insipida, nisi fuerit condita deuotionis gratia. Sic Ruth, anima. s. pœnitens, colligens spicas in agro, bucellam duram, quam per se comedere non poterat, intingebat in aceto per memoriam dominicae passionis, & sic facilliter & sapide bucellam duram comedebat, & spicas per totam diem colligebat. Exo. 15. Egressi filij Israel de mari rubro, venierunt in desertum Sur, & ambulauerunt tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam; & venerunt in Marath, & non poterant aquas bibere, propter amaritudinem; donec immisso ligno, versa sunt in dulcedinem: Sur angustia vel acerbitas interpretatur: Egressis enim de periculosa conuersatione saeculi, & incendibus in desertum pœnitentiae, per triduum contritionis, confessionis & satisfactionis, occurrunt angustiae. Psalm. 59. Ostendisti populo tuo dura, nec potest bibere aquas maris; ed q. impotabilis & amara videtur penitentia, sed cum ad memoriam reducit lignum Crucis, & illa quae Christus passus est pro nobis, dulcescit omnino amaritudo penitentiae, & tribulationis; ideo cantamus, Dulce lignum: Sic plumbum liquatum in ore martyrum fusum, & aliae poenae eis in dulcedinem vertebantur.

Multum confidit Diabolus, vt nos ad se trahat per adiutorium carnis; quia caro plus nocet, sicut domesticus hostis: immo proprio baculo nos cedat, & proprio cingulo nos stringit; quia caro, quae nobis data est in adiutorium, suscitatur contra nos in scandalum & laqueum; idem affamanda est, sicut castrum capiendum; & sicut igni, quando debet extinguere, ligna subtrahuntur; sed qui vult concupiscentiam extinguere, alimenta & delectationes debet carni subtrahere: & tunc Diabolus & eius tentatio a carne expellitur; sicut lupus famelicus nemus egreditur: Vnde Iudith 13. Post ieiunium & penitentiam, amputauit caput Holofernis, id est suggestionem Diabolicae tentationis: Sicut. n. Nabuzardan princeps cocorum, scilicet venter, destruxit muros Ierusalem, id est animae virtutes; ita ieiunium, & mortificatio carnis destruit Babylonis. i. animae peccatricis muros. i. vitia; sicut Iosue enecauit equos, ne ascensores in lutum projiciant, vel inter hostes exponant; sic fracta lagunculula corporis per ieiunium & mortificationem,

nem, Madianitæ. i. Dæmones, superantur; sic asperitate confricationis rubi go ab olla tollitur: sic cithara David, hoc est desiccato humore carnalis concupiscētiæ, quasi aridis chordis citharæ, Diabolus effugatur, 1. Reg. 16. Pin guis terra facillè germinat superflua; & super filiam. i. carnem luxuriosam, confirmanda est custodia, & assiduanda sunt ei ieiunia & flagella; quia dif ficile inter epulas seruaturs continentia; quia sicut flammam ignis curren tem in paleas impossibile est retinere; sic libidinis impetum ardentem, sa tiato ventre, impossibile est repellere; vt dicitur in vitis patrum, sedeat er go Axa filia Caleph super asinam. Iud. 1. quia ratio debet reprimere bruta les & aliuinos motus carnis.

Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces. Iste designat virum penitētem, qui debet esse puer per cordis mundiciam, & rectitudinem intētionis; vnde dicitur puer, quia debet esse in eo puritas sine vicio & strenuitas in feruentis penitentiæ desiderio; quæ designatur in istis panibus & piscibus, quibus Dominus satiavit sequentes se in loco deserto, in figura penitentium. Gen. 18. Afferam pauillum aquæ, vt laue tur pedes vestri; requiescite sub arbore, ponamque bucellam panis, & con fortetur cor vestrum, postea transibitis: Afferatur pauillum aquæ, cum pri mō penitenti infunditur gratia contritionis; Lauantur pedes in sacramen to confessionis; requiescitur sub arbore, in meditatione Dominicæ passio nis; ponitur bucella panis, & confortatur cor, ex præ latione supernæ dul cedinis; & spe resurrectionis; postea transitur quando per viam penitentiæ sine difficultate & obstaculo itur: Et quia ad feruent s penitentiæ deside rium, quinque requiruntur, quibus penitens in via satiatur, idē isti quin que panes possunt dici. splendor cognitionis, timor punitionis, dolor con tritionis, pudor confessionis, labor satisfactionis: qui dicuntur hordeacei, quia ad modum hordei habent exterius asperitatem, & interius suauitatē. Psal. 41. Fuerunt mihi lachrymę meæ panes die ac nocte. Gen. 3. In sudore G vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quamdiu. n. viuimus, per penam satisfacere, & nos exercitare debemus. 2. Reg. 1. Dauid scidit uestimenta sua, & cecidit super terrā, quia debemus mortificare carnem, & humiliare mentem: quotidie. n. debemus illud pel licum dissuere, quia quidam nituntur dentibus consuere, & ieiunijs cor pus extenuare. 3. Reg. 19. Helias pastus pane subcinericio ambulauit in for titudine cibi illius, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Oreb; quia quando Dominus conuertit aliquem, vt conside rer suam vilitatem & fragilitatem, videt seipsum esse cinerem; eō q̄ anima separata a corpore, corpus in cinerē resoluitur & in putredinem & in ver mem: tunc sic considerans suam conditionem, & suam vltimam resolutio nem, comedit subcinericium panem; qñ in prosperitate & aduersitate ex h c consideratione perseuerat in penitētia; tunc ambulat in fortitudine ci bi illius vsq; ad mensam æternæ consolationis. Gen. 22. Dixit Dominus ad Abraham, Nunc cognoui q̄ timeas Dominum, & non peperisti filio tuo vni genito propter me: Caro. n. quam ex cibarijs nutriuimus, immō quam genuimus, quam velut unigenitum amamus, propter Dei amorem & obe dientiam mortificanda est. Si. n. propter vitam temporalem sustinendam, homines & animalia tātum laborant; quid mirum si viri sancti pp vitam æternam acquirendam carnem suam mortificent: Formica. n. paruū ani mal magnum onus portat, continuē laborat & aggregat, & arēto calle in cedit, ut sibi prouideat; grana detrunct, ne putrescant; & nos car nem & carnis

Luxuria. Gula.

Panis.

Considera tio.

Caro.

A carnis vitia, ne femina, bonorum fruges depereant. Prouer. 6. Vade ad for micam, o piger, &c.

Apoc. 14. Hi sunt, qui venerūt ex magna tribu latione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerūt eas in sanguine agni: Ideo sunt ante tronū Dei, & ser uiunt ei die, ac nocte; sequitur, Agnus, qui in medio throni est, ducet eos ad vitæ fontes aquarum: Hoc dicitur de penitentibus, qui per multas tri bulationes, & mortificationes, lauant; & mandant suas conscientias, & sic mūdī veniunt ad contēplandū faciē Dei, quā mundi cordis soli cerne re possunt oculi. Ioan. 12. Domus repleta est ex odore vnguenti; vnguentū istud, quo caput, & pedes Iesu vncti fuerunt, est penitentia, austeritas, & mortificatio: Hoc vnguento, & vnctione vsi sunt oēs sancti, & ipse Chri stus, cuius odor implet totā domū ecclesiæ militantis, quia oēs sancti ratio ne suæ penitentia a cunctis fidelibus honorantur. Apoc. 7. Audui nume rū signatorū, centū quadraginta quatuor millia: Iste est numerus verē penitentium. Quere 23. a. 42. a. Ioan. 4. Venit Iesus in ciuitatem, quæ dicitur Sychar, &c. Sychar interpretatur penitens, vel penitentiam agens. Samari tana, custodiens, quia Christus venit ad animam penitentem, & qui cus todit animam suam, penitentiam agit. Iud. 7. Cedeon volens impugna re Madianitas confrēgit hydrias, & tenuit lampades in sinistra manu, & tunc ceperunt buccinis clangere: Madianitæ interpretantur contradicen tes, & significant dæmones: qui ergo vult vincere, debet lagenā sui corpo ris per penitentiā frangere & lampades bonorum operum in manu sini stra, per rectam intentionem habere; & tunc potest buccina predicationis prædicator clangere Mat. 3. Erat Ioannes indutus: Ioannes interpretatur, i n quo gratia; designans virū religiosum & penitentem: Vestimentū, con uersatio penitentis, in pilis asperitas, in camelo, quod est animal humile, humilitas, quæ debet esse in pelle: Zona, stringens uentrē abstinētia, conti nentia. n. sine asperitate, abstinētia, & humilitate non pōt seruari: Sed ali qui sunt sicut arundo, apparent pleni penitētia, & virtute, & sunt vacui; apparent fortes, & constantes cōtra tētationes, & sunt fragiles, & molles: Sicut serpens exponit corpus, vt caput conservet, sic quilibet debet exposu re corpus penitentiæ, & mortificationi, vt mentē, quæ est caput animę, vel ipsum Christū custodiat, quod malefecit Abimelech. Iud. 9. Quia mulier il lilit capiti eius fragmē mola; Abimelech interpretatur rex, & significat re ligiosū, uel quēlibet Christianū: quia seruire Deo, regnare est, oppidū, mūdus. Mat. 2 1. Ite in castellū, quod cōtra uos est: Chobes interpretatur facta mea; dēt. n. hō esse munitus contra facta mundi; ignis, amor diuinus, quē dēt hō opponere mundo; mulier, concupiscētia carnalis; mola uolubilis, pro speritas mundana; fragmē mola; aliqua particularis prosperitas, ut diuitiæ uel honores: tunc igitur mulier fragmen molę capiti illilit cum per aliquā prosperitatem mundanam mentem percutit.

Male accidit illis, qui fatigantur ex penitentiā, & reuertuntur ad carna litates: Tobias, post bona opera posuit se in lecto, & excæcatus est calidis stercoretib. &c. quare 7. a. 9. a. 48. b. 61. a. 66. a. 101. b. Exo. 16. Vespere comedeis carnes, &c. Audui murmuraciones, &c. Hinc tangitur status aliquo rum religiosorum, & penitētiā in deserto, in quibus propter diuturnos & continuos labores caro incipit murmurare contra spiritum, & carnalia desideria contra mentem surgere; illis, per alterum Moysen, promittit Do minus consolationem in carne, & pane, quod est manē: In carne assūptæ humanitatis, & pane dulcedinis diuinitatis: dñ uestpere comestio carnū,

Exo. 16. a. 101. b. Religiōs. Arundo. Religios. Prosperitas. Tob. 2. Religios. Eucha. L quia

Qua declināti ad noctē peccati, siue redij pœnitentiæ; suffragium est considera-
tio humanitatis Dominicæ: Mane verò, saturitas panis; quia accedenti ad
lucem diuinæ misericordiæ per contemplationem, solatium & sustentatio
est, consideratio dulcedinis diuinitatis. Hoc idem figuratur. Ruth. 2. Intin-
ge bucellā. Ruth interpretatur videns, vel festinans, significare religiosum,
vel pœnitentem. Booz interpretatur in quo robur, & significat Christum;
ager religio, vel status pœnitentiæ; acetum consideratio passionis Domini-
cæ; in qua si panis tinctus fuerit, durus non erit: Et nota, quod pœnitentia
Exo. 11. d. significatur per mare rubrum, amarum: Hebræi sunt, pœnitentes, quos præ-
cedit Moyses, id est Christus; habens virgam. i. crucem, & pœnitentiam in
manu; & intrantes per desertum pœnitentię, per triduum, contritionem, cō-
fessionem; & satisfactionem; seipsos sacrificant dño, & sic intrant ad terrā
promissionis: Aegyptij verò, i. carnales, submerguntur: Apoc. 18. Hoc impe-
tu mittetur Babylon &c. Sicut serpens renouatur, & dimittit pellem anti-
quam in arcto foramine, accipiter comedendo carnes venenosas, & exten-
dendo alas ad austrum renouatur, & aquila balneando se in fonte frigido;
Renouati. sic totus homo, spiritualiter per pœnitentiam renouatur. 1. Reg. 14. Iona-
thas, id est verè pœnitens, réptans per ieiunij macerationē; pedibus, propter
peregrinationem vel propter affectionem & orationem; manibus, propter
Caro. eleemosynarum largitionem ascēdit: Iosue Sola Raab meretrix iuuat: Ita
meretrix, quæ diligit carnalia & immunda cui conceditur, quod de tempo-
ralibus accipiat, quantum necesse est ad vitæ conseruationem & sustentatio-
nem, non ad delicias vel superfluitatem: Sicut sal ardet vermēs à carnibus,
hiems herbas à segetibus; myrrha putredinē à mortuorum corporibus, sic
pœnitentia corpus macerando, animam cōseruat, ne in peccatum desuat:
Exemplum de Dauid, qui donec in delictis fuit adulterium commisit: De
Myrrha. Tobia, qui in lecto iacens fuit excēcatus. Isidorus lib. 17. Ethi. Mirra est ar-
bor Arabiæ, altitudinis quinque cubitorum, similis spinæ, cuius gutta viri-
dis atque amara: Myrrha ergo figurat pœnitentiā, quod notatur in Arabia:
Nam Arabs humilis interpretatur, sublimitatem, confidentia, quod nota-
tur, in altitudine quinque cubitorum, quæ designat, quinque plagas Chri-
sti asperitatem ex offensa, quod no. in hoc, quod dicitur similis spinæ, vici-
tatem, ex Dei gratiā, quod no. cum dicitur gutta viridis, austeritatem in
Exo. 10. d. apparentia, quod nota. cum dicitur amara: Iudith exiit se vestimentis vi-
ditatis suæ, & lauit corpus, & vnxit se myrrha optima, quia anima pecca-
toris in confessione exiit à culpa, lauatur gratia, vngitur myrrha opti-
ma, id est, austera pœnitentia.

De præsumptione.

DE præsumptione, & elatione, quære in tabula de superbia.

De paupertate.

Matth. 5. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cælorum.
Falsa enim huius mundi sapiētia, quæ est vera & magna stultitia, pro-
pter illum, cuius dextera iniquitatis, & promptuaria eorum plena eructan-
tia ex hoc in illud, beatum dixerunt populum, cui hæc sunt, & non beatū,
cuius Dñs Deus eius; vnde philosophi beatitudinem eorum fallacem pro-
nebant in diuitijs, in delictijs, in honoribus: Sed non sic ipse beatus & solus
potens:

A potens: nā pauper natus, & de paupere matre natus, pauper vixit, pauper
obiit, nudus paupertatem consulit: Si vis perfectus esse vade, & vende om-
nia quæ habes &c. Item vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius
hominis non habet vbi caput suum reclinet. Et Apostoli, Ecce nos reliqui-
mus oia &c. Vnde Christus primā beatitudinē posuit in paupertate Mat. 5.
Beati pauperes spiritu. i. pauperes non qui habēt, & volunt habere, sed qui
non habent, nec volunt habere; vel id est pauperes & humiles: nam spiritus
sonat hic in elationem. Eccle. 3. 1. Diues, qui inuentus est sine macula, qui
post aurum non abiit, &c. Fecit. n. mirabilia, &c. Beatus ait diues, illis, s. diui-
tjs, de quibus dñs Prouer. 8. Mecum sunt diuitiæ, & gloria: Diuites. n. huius
mundi, nihil habent tam preciosum, quod paupertati possit comparari san-
ctorum: Oīno ergo diues es, si in paupertate gloriaris: Sequitur: Fecit. n. mi-
rabilia in vita sua; Quæ enim maiora mirabilia, quā diuitias respuere, quas
B offert, & sequitur totus mundus, procurat Diabolus, sitit appetitus, vt hy-
dropicus. idēd pauperum spiritu est regnum cælorum: Nam Dñs militibus
dedit castra & tributa, clericis decimas & præbēdas, ciuibus vineas, agros,
pecunias; hominibus plebeis siue rusticis, terras & agriculturas: quin filijs
concubinarum largitur munera; non tñ erit hæres filius ancillæ cum filio
liberæ; Sed pauperibus dedit regnum cælorum; Vnde dicit diues, Quid. n.
mihi est in cælo? q. d. nihil. Et pauper ait. & a te quid volui super terram?
q. d. nihil. Iac. 2. Nonne Deus elegit pauperes, diuites in fide, & hæreses re-
gni: Nihil ergo vetus pauper habet in terra, & diues nihil in cælo, vt patet in
dicto versiculo. Exemplum Lucæ 16. Quia diues epulo sepultus est in infer-
no, Lazarus pauper locatus in sinu Abrahæ. Quære de paupertate in tabu-
la de diuitijs. Quia tota illa est de paupertate, & in tabula de religione.

De prædicatoribus.

Quod prædicator quicquid dicit ore, debet ostēdere opere. Quære 77. a
in Matth. Quomodo auditores debent audire, & deuotē audire præ-
dicationem, Quære 78. b. in Num. Ibidem in Tren. Quod prædicatores de-
bent ex scripturis colligere id quod alijs prædicant 78. b. in Can. Quod do-
ctrina prædicationis est aqua viua recreans populum. Quære 79. b. in Ioan.
Quod prædicatione est panis vitæ, & quomodo est frangendus, Quære 79. a.
Eccle. Quod prædicator de vtroque testamento debet accipere materiā
suæ prædicationis. Quære 81. b. in Canti. Quod prædicator omnibus debet
dicere veritatem, Quære 81. b. in Esa. Quæ & qualia sunt prædicanda, Quære
84. In Canti. Quod prædicator omnibus debet ex scripturis accipere ma-
teriā suæ prædicationis, & ibidem de cōditionibus prædicatoris 187. a. a.
in Gen. Quod prædicator nihil debet austeritatis alijs prædicare, quod non
ostēdat opere, Quære 92. b. in 1. Esdræ. Quod maledictus est prædicator, qui
bonum dicit, & mala facit 77. a. in Leuiti. Item eadem 118. a. in Leuiti. Item
129. a. Timeat, &c. Quod prædicator nō potest fructum facere sine auxiliō
diuinę gratię, Quære 96. a. b. in tabula de Grā. Quod prædicator debet habe-
re rectam intētionem, Quære 121. b. in lib. Iudicum. Quod deuota prædica-
tio mouet ad contritionē 21. b. in Psal. Et ibidē in Ecclesiastico. De vtilitate
prædicationis 122. a. in Esa. Quæ debēt auditoribus proponi 148. a. A qōne
incipit, de Prælati, qui nesciunt prædicare 158. b. Et nota de modo prædicā-
di 161. a. Quidam prædicatores contra legē Dei in Leuitico, serunt agrum
diuerso semine, verbo, virtutem; exemplo zizanijs spargunt; quod verbi,

prædicant, factis negant; vestem habentes contra legem ex lino & lana cõ-
 textam, dum lini candor officium spirituale demonstrat, & lanæ mollicies
 opera carnalia repræsentat: dissidet stamen à subtegmine, & idèd tales terrâ
 non illuminant: Et nota quòd de prædicatore dicitur Matth. 28. Erat aspe-
 ctus Angeli, i. Angelici viri, sicut fulgur peccatores terrendo, vitia obiu-
 gado; vestimenta eius sicut aurû, exemplû sanctitatis in conuersatione ostē-
 dendo. Deut. 11. Ponite verba mea in cordibus & animis vestris, & suspen-
 dite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate; docete filios
 vestros vt meditentur: quia nõ sufficit habere verba Domini in codice per
 lectionem, nec in ore per prædicationem, sed debēt esse in cordibus per me-
 ditationem, in animis per affectionem, in manibus per operationem, & in-
 ter oculos, vt postea dirigamus nostram intentionem, & docere debemus
 alios per instructionem: Illi ergo qui retrahunt peccatores à prædicatione
 audienda, sunt quasi qui interficiunt paruulos suspensos ad matrum vbera. F
 Apo. 14. Vidi alterum angelum volantem per medium celi, habentem euā-
 gelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, id est diligen-
 tibus terrena dicens: Timete Dominum, & date illi honorem; timete, pec-
 cata dimittendo eius sententiam formidado: date honorem, vos in virtuti-
 bus exercendo. Ionæ 3. Clamabat Ionas, Niniue subuertetur, & crediderūt
 viri Niniuitæ in Domino, & prædicauerūt ieiunium, & uestiti sunt sacco:
 Clamare debēt prædicatores ex ore Dñi, & scripturarum, iudicium futurū
 mundum succendendum; quia qui modo sunt hic superiores per superbiam,
 ibi erunt inferiores per pœnam: Et qui hic inferiores propter Christum, ibi
 superiores ad gaudium: Et ad istum clamorem deberent homines penitere,
 sicut Niniuitæ. Matth. 15. Non est bonum sumere panem filiorum, & da-
 re canibus, difficile. n. est &c. Quere 118. a. in Mat. Gen. 32. Apud Laban pe-
 regrinatus sum, & fui vsque in hodiernū diem, habeo boues, & oues, & ser-
 uos, &c. Isti sunt prædicatores verbi, qui dimissa patria sua conuertantur
 inter peccatores, vt acquirant Deo animas: Sicut olim Apostoli, & Apосто-
 lici viri modico tempore repleuerunt mundū fide Christi: Sed vtinam nun-
 quam quidam non destruerent eam, quæ rentes occidere paruulum Iesum
 cum Herode: Bernardus in sermone de Epiphania: Hodierna malicia est, na-
 scentem velle extinguere religionem: Si quid ad hoc pertinens, si quid reli-
 gionis exoritur, qui si quis resistit, nascentem persequitur Saluatorem, im-
 mo plus, vt mihi videtur: Si enim pro salute animarum Christus dedit
 sanguinem suum, tantò magis peccant, qui salutem animarum im-
 pediunt, quam illi etiam, qui Christum crucifixerunt, quantò plus
 Christus dilexit animas, quam sanguinem suum: Prædicator qui quòd
 dicit ore, destruit opere, est similis Vriæ, qui literas suæ damnatio-
 nis portat ad tartara: Matthæ. vigesimoprimum. Maledicta fuit ficus,
 quæ folia habuit, sed non fructum; designans prædicatores, qui
 habent verba, non facta; de quibus dicitur: Dicunt, & non fa-
 ciunt.

Prædicator, debet eligere ex scripturis sententias magis comperentes au-
 ditoribus, sicut apes &c. Quere 77. a. Et in tota tabula de doctoribus Cant.
 8. Assimilare caprea hinnuloque ceruorum. Hoc intelligitur de prædi-
 catore, qui debet assimilari caprea per sagacitatem; hinnulo ceruorum
 per velocitatem & promptitudinem. Est enim capra animal sagacissimè
 discernens, acutissimè videns, altissimè pascens, securissimè cadeas: Pri-
 mum patet; bonas enim herbas à nociuis eligit, & oculorum acumine
 discernit:

A discernit: huic ergo se debet assimilare per discretionem, vt sicut capra discer-
 nit herbas, quibus vesci expedit ab illis, quibus non expedit; sic de multis
 sententijs illas debemus discernere, quæ sunt ad salutem necessariae, & alias
 respuere, quæ sunt curiosæ, & noxiæ, & inter necessariae vtiliores quære-
 re, & maximè illas quæ faciunt ad honorem Dei, & timorem supplicij: Ca-
 preæ ergo prædicator debet assimilari per discretionem; secundo per con-
 templantationem scripturarum & diuinorum præceptorum; tertio per passio-
 nis Christi iugem meditationem; quarto per cautelam, & circumspeditionem,
 Leui. 15. Vir de quo egreditur semē coitus, lauabit omne corpus suū
 aqua; quia doctor, a quo egreditur semen verbi Dei ad fecundandas animas,
 iuxta possibilitatem fragilitatis suæ, se debet purgatum, & irreprehensibi-
 lem coram Deo, & hominibus exhibere. Act. 9. Dixit Ananias Paulo: Sau-
 le frater, Dominus Iesus misit me ad te, qui apparuit tibi in via, vt videas, &
 B implearis Spiritu sancto; & imposuit, ei manus: Attende quomodo docuit
 eum affabiliter; Saule; dulciter; frater; fideliter Dominus Iesus misit me ad
 te; veraciter, qui apparuit tibi; vtiliter, vt videas & implearis Spiritu san-
 cto; efficaciter imponit ei manus. Act. 2. Loquebantur varijs linguis Apo-
 stoli magna Dei, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis: Varijs linguis,
 quia lingua oris & operis. Bernardus: Validior operis quam oris vox; vel
 varijs linguis, vt secundum capacitatem & varietatem audientium formē-
 tur verba prædicationum, quia de prædicatore dicitur: Mittit crystallum
 suum, sicut buccellas: Sicut enim dum crystallus radiolis tangitur, ignis in
 corpore propinquo & disposito accenditur; sic dum radius diuinæ gratiæ
 irradiat super verbum prædicatis, mens auditoris inflammatur: Sed ad hoc
 oportet quòd crystallus prædicationis sit pura, sine terrestriate oblique in-
 tentionis. Act. 10. Loquente Petro cecidit Spiritus sanctus super omnes,
 C qui audiebant verbum: talem crystallum prædicator sicut buccellas mittit,
 quia sicut cibus corporalis, qui hic bucellæ nomine intelligitur, debet distri-
 bui secundum conditionem personarum: Nam alius cibus datur sanis, alius
 infirmis, alius paruulis, alius adultis: sic vario modo debet distribui crystal-
 lus prædicationis: Docet autem Spiritus sanctus eos loqui magna Dei,
 non magna sui vel magna philosophi. Job 16. Spiritus eius ornauit ce-
 los. Greg. Ornamenta celorum sunt virtutes prædicantium; hic enim spiri-
 tus docet nos omnem veritatem 3. Reg. Nō videbis ventum nec pluuiam,
 & alues replebitur aquis &c. Quere 77. b. in 3. Reg. Mar. vlti. In nomine
 meo daemona ei, cient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mor-
 tiferum quid biberint non eis nocebit, &c. tunc ista fiebant corporaliter, &
 modò fiunt spiritualiter, quia virtute prædicationis daemona eiiciuntur
 in contritione; linguæ noue loquuntur in confessione, serpentes tolluntur,
 D in satisfactione, mortiferum venenum cogitationis, non nocet eis in tenta-
 tione, super agros spiritualiter manus imponunt, & bene habent in ora-
 tione 2. Thim. 1. Formā habe sanorum verborum, quæ à me audisti in fi-
 de, & dilectione in Christo Iesu; Formam mansuetudinis docet seruire in
 prædicando, contra quosdam, qui arguunt nimis seuerè & acutè, infunden-
 tes vinum sine oleo, vulueribus sauciati, similes apibus malis, quæ dimittunt
 aculeam in vulnere. Ecclesiast. 6. Verbum dulce multiplicat ami-
 cos, & mitigat inimicos; lingua mea calamus scribæ velociter scriben-
 tis; quia quicquid scribit calamo lingue incausto saluæ, exemplo boni
 operis, debet sigillare; alias tinnitum faciet in auribus, sed non fru-
 ctum in cordibus, vt sicut seruus fidelis & prudens, debet illis cibum

Clamor.

Religio.
Persecu-
tio.

Psal. 147.

Magnalia.
Iob 26.
Spiritus sã
ctus.
Docere.
Greg. ho-
mil. 30.
Mar. 16. d.

Opus.

Scientia. In tempore, id est, cibum qui generat bonos humores, scientiã scilicet, quæ generat bonos mores, non lolium vel zizaniã, quæ grauat stomachum, & faciunt inflationes, & torsiones, non autem nutriunt: scientiam scilicet curiosam, & superstitiosam, quæ cum labore acquiritur, & non nutrit Esa. 55. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum nõ in saturitate: Sed sicut discipuli exeuntes ad sata, scilicet ad libros scripturæ, vel lebant spicas, id est, colligebant viles sententias, Mat. 12.

Gene 40. 3. 5. Prædicator debet præcedere auditorem, in via morum. Non enim creditur litteris, nisi videatur sigillum, nec erudimur verbis, nisi videamus sigillum; verba enim factis sigillantur & credibilia redduntur: Constituit eum Dominus domus suæ & principem omnis possessionis suæ vt erudiret &c. Hoc dicitur de Ioseph, qui inuitans fratres suos ad comedendum, inebriatus est cum eis: significans haberi suspectum cibum doctrinæ, nisi opere inuetur à proferente: Si enim me hospes ad comedendum inuitaret, suspectum haberem cibum, quem ipse repelleret; Idem ait Isidorus, Tam vita, quam doctrina clarere debet ecclesiasticus doctor; quia doctrina sine vita arroganter reddit; vita sine doctrina inuolens facit. Mat. 4. Relictis rebus suis secuti sunt Dominum, quia conuertendum esset officium philosophicæ subtilitatis & astutæ malignitatis, quibus capiuntur muscæ rerum temporalium, ad officium pietatis, quo capiuntur animæ peccatorum, vt Christo incorporentur; Faciam vos fieri piscatores hominum. Veh igitur litteratis inter quorum manus coarctatur ecclesia, pereunt fides & mores cum solus Paulus orbem terrarum tam breui tempore subiugauerit. Sicut enim dicit Chrysostr. Homo ignobilis abiectus, qui artem exercebat in peilibus, in tanta virtute progressus est, vt vix triginta annorum spacio Romanos, Persas, Parthos, Medos, Indos, Schyas, Aethiopes, Sauromatas, Sarcenos, & omne hominum genus sub iugum mitteret veritatis; Imperitus sermone nec pecunias possidens. Can. 5. Percusserunt me, vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum; quia sancti prædicatores peccatorem increpationibus arguunt, & à mundi delectationibus auellunt, & omnem imperfectionem, & pallium peccandi tollunt, hoc est percute-re, vulnerare pallium tollere. Hier. 23. Nõne verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petras, quia verba prædicationis debent ignire deuotos, & frangere obstinatos & duros. Eccl. 48. Surrexit Helias, quasi ignis, & verbu eius quasi facula ardebat. Psal. Sagittas suas ardēbus effecit; Sagittæ sunt, verba prædicationis quas efficit Dominus, vt effectum suum habeant in cordibus, & hoc est ardentibus, siue auditoribus, siue prædicatoribus charitate ignitis. Greg. In eo quod vitia feriunt, male viuentium corda transigunt: Sicut enim de camino ardenti euolant scintillæ, per quas comburuntur domus vicinæ; ita de ignitis sanctorum prædicatorum cordibus emittuntur verba charitatis, ad inflammandu corda auditorum. Apo. 1. Pedes Domini sunt illi, qui portat eum ad corda proximorum, qui sunt sicut aurichalcum, hoc est vile metallum, vel aurum calcatum per sui contemptum; & cum sint in camino ardenti, hoc est, in feruore charitatis, emittentes de camino cordis & oris scintillas amoris, dum scintillant verbis, rutilant exemplis, fulgent signis: Prius ardet ignis in camino, & postea scintillat exterius, sic prædicator primò debet ardere interius, vt eius verba sint inflammantia exterius: De prædicatoribus, qui dicunt, & nõ faciunt, exponitur illud, vox quidē vox Iacob est; sed manus sunt Esau.

Matth. 4. Non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei,

A Dei; verbum prædicationis dicitur panis, propter saporem refectionis, nisi forte sint inter nos aliqui falsi Israelitæ, dormientes præ tedio, oscitantes ad verbum, murmurantes in solitudine: Tædere, ait, cepit populum, dicentes, deesse panem, nõ sũt aquæ, anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo: Manna enim est panis cælestis, quia verbum Dei ex copia legendi, vel audiendi, ex desiderio ciborum Aegypti, fastidiosus in nauseam conuertitur; nec sapit, nec sufficit eis panis vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris, quin panem furfureum, & aquam turbidam Aegypti, id est mundanã sapientiam, desiderent: Qui enim ex Deo est, verba Dei audit, & sitit, propterea dicitur sapientibus mundi, vos non auditis, quia ex Deo non estis: Et de istis Psal. Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Sicut enim infirmus, quia habet palatum humore corrupto infectum, rejicit cibum, quem iudicat amarum; cū tamen amaritudo non sit in cibo, sed in eius palato; sic est de mundanis, & peccatoribus, respectu verbi Dei: De isto pane. Heb. 4. Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti: Viuus in præteritis, & pro omnibus efficax in promissis, & coninationibus, penetrabilis in iudicijs, & condenationibus, penetrabilior omni gladio accipiti, quia sicut gladius anceps, ex vtraque parte scindit carnem, sic verbum Dei eos, qui ipsum contemnunt, occidit in corpore, & anima. Num. 11. Circuibat populus, & colligens manna frangebat mola, siue terebat in mortario coquens in olla, & faciens ex ea tortulas, quasi panis oleaci: Circuit populus quærens prædicationem; & colligit manna, per deuotionem; frangit mola, per dilectionem; medicinam terit in mortario, per cordis contritionem; coquit in olla, per confessionem. Gen. 46. Venit Iacob ad puteum iuramenti, & maceratis ibi victimis Deo, audiuit eum per visionem vocatẽ se, Iacob, &c. Venimus ad puteum iuramenti. cum audimus verbum prædicationis, vbi est aqua sapientiæ dulcis, vbi habetur cõformatio cælestis promissionis. Ecce puteus, ecce iuramentum: Macerantur enim victimæ Deo, cum spiritus offert sacrificium contritionis, & caro mortificationis: tunc uer visionem Deum vocantem nos audimus cum electionem nostram, qua vocamur, ad gloriam intelligimus: Bis nomen Iacob vocatur, quia ad luctadum contra aduersã, & prospera inuitamur: Omnis surdus naturaliter de necessitate est mutus, sicut probat Lactantius in libro de opificio corporis humani; quia qui non fuerit attentus auditor, non fit præsumptuosus prædicator, vel doctor. Esa. 56. Speculatores eius cæci, omnes canes muti, non valentes latrare: Speculatores dicuntur, qui sunt in officio prædicationis; cæci, ex defectu cognitionis; canes rabidi, ex morfu exactionis; sed canes muti, ex defectu prædicationis non valentes latrare ex defectu bonæ operationis.

D Vede oleum, & redde creditori tuo, tu autem & filij viuite de reliquo: Oleum est verbum prædicationis, quod illuminat intellectum ad cognitionem: inflammat affectum ad dilectionem; sanat affectum ad operationem: Est enim oleum illuminatiuum, inflammatiuum, medicatiuum; venditur, & proximo redditur, cū proximo prædicator p prædicationem, ad felicitatem æternam meretur, & proximo lucratur; Sed quia parum prodest homini si vniuersum mundum lucratur, animæ vero suæ detrimentu patiat, ided sequitur, tu autem & filij tui, viuite de reliquo, Bernardus. Quod enim tuum est spargis & perdis, si priusquam infundaris totus, semiplenus effundas, contra legem arans, in primogenito ouis & bouis, primogenita ton dens; Si igitur non habes nisi parum olei, quo vngaris, non de-

Bernad. bes totum effundere, & remanere inanis: De cumulo si vales, adiuta me; si non vales, parcito tibi, parcito mihi; vnde Bernardus super Can. sermone 18. En quanta prius infundenda sunt, vt effundere audeamus, de plenitudine, non de penuria largientes, primò compunctio, deinde deuotio, tertio penitentia labor, quarto pietatis opus, quinto orationis studium, sexto contemplationis ocium, septimò plenitudo dilectionis. Rom. 2. Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris; qui dicis non mechandum, mecharis: Turpe enim est doctori, cum culpa redarguit ipsum: Si enim rectus est iudex sui & obliqui, honestatem effaciter suadere non poterit, qui honestatem in moribus non habebit. Matth. 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisei, qui clauditis regnum celorum ante homines, ipsi non intratis, nec introeuntes finitis intrare. Ioan. Omnis magister qui scandalizat malis operibus discipulos, claudit ante illos regnum celorum, id est, intelligentiam scripturarum. Leuitic. 15. Vir, qui patitur fluxum sanguinis, immundus erit, & tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cum per momenta singula adhæserit carni illius, atque creuerit fœdus humor. Semen est verbum Dei vt dicitur in Mat. vnde egregium prædicatorem vocabant in actibus verborum seminatorem: Nimius ergo fluxus seminis, est nimia impudentia, & effræ nata licentia præsumptionis, quæ manifestatur in verbis: vnde fœdum humorem lex appellat, cum homo impudenter & præsumptuosè suam scientiam iactat, dum importunitate sua audientes fatigat. Et sequitur, Omne stratum in quo dormierit, immundum erit, & vbicunque fœderit: In strato quiescimus, sedes mutamus, siue ergo in se sibi complacent, siue à diuersis gloriam quærant, stratum & scdilia maculant. Lucæ 8. Exijt, qui seminat seminare semen suum: Hic describitur prædicator, & auditor: quia seminator debet respicere temporis opportunitatem, sic & prædicator: auditores sunt in quadruplici differentia: sicut exponit ipsemet saluator ibidem, & Gregorius in homelia Genesis. Clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens: alimenta, quæ nutriunt mentem: non porcorum siliquas, quæ inflant mentem: In cuius figura. Actiura 3. Quidam vir erat claudus ex vtero matris suæ, qui baiulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum: quia qui suam cognoscit insufficientiam, quotidie scrutatur sacram scripturam: fideles doctores precibus sollicitat, vt accipiat veritatem, quasi contra sua vitia medicinam: quicquid legit, quicquid audit, in sensum spiritualem conuertit vnde se reficit. Esa. 55. Quomodo descendit imber & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen feret, & panem comedenti. Sic erit verbū, quod egredietur de ore meo: Verbū quod egredietur de ore Dñi, verbum est dilectionis internæ, quod imprimi tur menti; quod non reuertitur vacuum, quia infundit amoris affectum; quod ad similitudinem imbris fuit, & sicut nix de cælo descendit, quia animam imbre lachrymarum irrigat, & puritate candidat, & ab omni æstu illi cito refrigerat. Luc. 8. Semen est verbum Dei; Quia sicut semen iactatum in terram bonam radicat latenter, germinat patenter, fructificat vtiliter, & perseveranter; sic verbum Dei positum in terra cordis deuoti, radicat latenter per dilectionem, germinat patenter per honestam conuersationem, fructificat vtiliter & perseveranter per meritorium congregationem.

De prædicatoribus dñi in Zac. 6. Hi sunt, quos misit Dñs, vt præambulant terram; Cum enim secundum Aug. 4. de Doctrina Christiana; prædicator

A dicator verbi Dei, ad hoc conari debeat, vt veritas pateat, veritas placeat, veritas moueat; idcirco debet esse fulgens sanctitate, hi sunt, fungentes auctoritate; quos misit Dominus, feruentes vtilitate; vt perambulant terram: contra malos ait Dominus, vocaui, per prædicationem, & renouistis; extendi manus meas, per beneficiorum collationem, & non fuit qui aspiceret; quia de talibus in Psal. 57. dicitur: Furor illis secundum similitudinem serpentis; sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantiū: Aspice, vt dicit Isidorus, vnam aurem in terram imprimit, aliam cum cauda claudit, ne vocem audiat incantantis, sic multi sunt ad modum aspidis sur. osi, nolentes vocem vocantis Christi, & prædicatoris audire; figentes vnam aurem, scilicet affectum in terra, diuitias, delicias, & mundana diligendo; Aliam, intellectu, scilicet, cauda claudendo, de diuturnitate vitæ incertæ & labilis temerariè confidendo. Genes. 27. Dñs prædicatori, Sume arma tua, pharetram, & arcum: Arma. n. prædicatoris non sunt carnalia secundum Apostolum; sed spiritualia, scilicet, arcus sacræ scripturæ; cuius lignū est vetus testamentū, chorda nouū: quia sicut lignum chorda flebitur; sic nouo testamento duritia testamenti veteris emollitur: de isto arcu tot procedunt sagittæ, quot contra peccatores proponuntur acutæ sniè, quibus bestia, id est, peccatores, vulnerantur & interficiuntur: duo hædi Christo portantur, quia tam in corpore, quam in anima prædicator peccatorem lucratur: Sicut calor naturalis virtute superiori, s. vt est instrumentum anime vegetatiue, potest cibum & potum in carnem & sanguinem, & alios humores cõuertere, quod de se nullo modo posset; sic verbum humanum, quod est corporeum, debile, & infirmū nõ posset gignere spiritualem affectum in cordibus auditorum, nisi in virtute diuinæ gratiæ.

Jacob virgas partim decorticatas seu diuersi coloris ponebat in canalibus, vt ad earum aspectum oves conciperent fœtus varij coloris, & hoc significat, quod Iacob, i. prædicator, virgas diuersi coloris, populeas, amigdalinas, & ex platanis, id est, varia perfectionis exempla Patriarcharum, & Prophetarū, & sanctorum noui testamenti ponit ante oculos omnium deuotorum, scilicet audientium; tunc concepiunt agnos varios, quia dum feruenti corde sanctorum exempla audiunt, similia facere concipiunt, & proponunt. Exod. 16. Cumque incaluisset sol, liquefiebat manna. Manna quippe celeste, est verbum prædicationis sanctæ: Sicut dicit Greg. lib. 27 Moral. c. 8. exponens illud Exo. 16. Quod dixerunt Iudei de Manna, Manhu; quod interpretat, quod est hoc? Supernū ait Manna; aia percipit, cum per uocem compunctionis eleuata, ob nouam speciem internæ reflexionis obstupescit, vt diuina dulcedine repleta, iure respondeat, Quid est hoc, quia dum a terrena delectatione suspenditur, ea quæ desuper gustat, insolite miratur: Itaque cū sol incalcescit, Manhu liquefcit, quia dū verbū prædicationis calore diuinæ gratiæ tangit, mens audientis sapore spirituali, & insolito recreatur.

Ezech. 1. Similitudo animalium, & aspectus eorum, quasi carbonū ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum; vbi prædicatoribus sub similitudine animalium euntium, redeuntium, carbonū ardentium, lampadarū lucen-tium, describuntur: Ipsi quidē sunt animalia, quia potentes, & fer uentes, ad laborē, & exercitium prædicationis: carbones ardentis, toti seraphici, propter incendiū dilectionis, lampades lucentes, propter exēplū edificationis: quæ maxime patuerunt in primis prædicatoribus. s. in Apostolis, 3. Reg. 17. Hydria farinæ non deficiet, & lecythus olei non minuetur, vsq; in diem quod daturus est Dñs pluuiam super terrā, vbi doctrina sanctæ prædicationis defertur

Prou. 1. c.

Arma.

Arcus.

Gen. 30.

Virgæ.

Animalia.

Armenta.

bitur, & nutritiva denotorum, quia est similia, & farina absque fursure fal-
 sitatis, vanitatis, curiositatis, unde ille fit panis. Psalm. 103. Panis cor homi-
 nis confirmet, ut curatiua peccatorum, quia lecythus olei, hoc est oleum
 medicinale, quod ille Samaritanus, qui gerit typum prædicatoris infundit
 vulneribus sauciati. Luc. 10. Psalm. 106. Misit verbum suum, & sanauit
 eos: quia neque herba, neque malagma curauit eos, sed sermo tuus, qui sa-
 nat omnia. Sap. 6. Ut roboratiua languidorum, quia tamdiu prædicatio in
 mundo durabit, donec pluuia benedictionis gloriæ Deus super nos mit-
 tet. Numer. 10. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare
 possis multitudinem: Prædicatores dicuntur duo, quia connexi charitate.
 Luc. 10. Misit illos binos ante faciem suam. Ibi Greg. homil. 17. Binos Do-
 minus prædicatores mittit, quia qui charitatem ad proximum non habet,
 prædicationis officium suscipere nullatenus debet: Sunt tubæ, quæ resonā-
 tes charitate. Dum enim sacerdotes tubis clamant, muri Hierico, id est,
 mundi cadunt: & debet partem strictiorem tubæ ori suo applicare, laxiorem
 ad populum dirigere, quia maiorem austeritatem debent in se seruare,
 quam in alijs prædicare: sunt argenteæ propter luminosam conuersationem,
 quia argentum electum lingua iusti; quia conuocant populum per sui offi-
 cij feruidam executionem. Num. 20. Percutiens virga bis siliicem, egressæ
 sunt aque largissime, ita ut biberet populus, & iumenta. Hic Moy. gerit ty-
 pum prædicantis; virga, oratio deuota; silex Christus, quia petra erat Chri-
 stus; bina percussio cordis & oris frequens oratio; aquarum egressio, grati-
 æ collatio; sine qua non potest verbum Dei fructum facere in cordibus
 auditorum: Quia anima recurrit sicut terra sine aqua tibi. Genes. 24. Effundit
 hydriam in canalibus recurrit ad puteum; Canales, auditores, hydria, cor
 deuoratum prædicantis; quo aurit aquas sapientiæ Saluatoris, de puteo scri-
 pturarum, qui est fons horrorum, & puteus aquarum viuentium, ad quæ
 debet prædicator semper recurrere, ut sic effundat cor ad orationem; ani-
 mam ad lectionem; manum ad operationem, linguam ad informationem;
 pedes ad executionem: Ionæ. Surge, exclude otium; uade exequendo offi-
 cium; In Ninive, non reuertendo, nec timendo cuiuscunque peccatoris
 uultum prædica prædicationem, quam ego loquor ad te, non secundum
 sensum tuum, sed secundum spiritum meum. Exo. 4. Dixit Moy. ad Domi-
 num, Non credent, &c. Ibi ponit tria signa, quibus populus credit prædi-
 catori, virga in colubrum uersa, manus leprosa, aqua in sanguinem uersa; virga
 Dei filius, uirga uirtutis tuæ emittet Dominus ex Syon: In colubrum uersa, quæ
 carni nostræ est unita, quod significabat serpens æneus: hæc prædicator por-
 tat, quæ in conuersatione sua uitam Christi repræsentat; manus leprosa, Chri-
 sti humilitas: Psalm. 143. Emitte manum tuam de alto: Ista facta est leprosa per
 assumptionem pœnalitatum. Esa. 53. Reputauimus eum quasi leprosum,
 vel manus, opera, lepra, utilitas; quia opera nostra debemus uilia reputare:
 Aqua in sanguinem uertitur, quando omnis carnalitas, & uoluptas in pœ-
 nitentiam, & mortificationem uertitur: In his tribus signis, id est, in uitæ
 Christi conformitate, in profunda humilitate, in pœnitentiæ austeritate, fit
 populo credibilis prædicatio nostra; sed ex contrarijs reputamus decepto-
 res, & contemnitur prædicatio, quia cuius uita despicitur, restat, ut eius præ-
 dicatio contemnat: Prædicator debet omnibus dicere ueritatem. Esa. 32.
 Beati qui seminatis super aquas innocentes pedes bouis, & asini: Aquæ
 multæ populi multi. Apocalyp. 17. Super aquas multas seminant, qui sine
 acceptione personarum ueritatem prædicant. Bos literatus. Esa. 1. Cogno-
 uit

Tubæ.

Oratio.

Psalm. 109.
Num. 21. b.

Opera.

Signa

Gregor.

F

G

H

A uit bos possessorem suum, asinus quilibet simplex. Job 1. Botice arabant,
 & asinæ pascebantur iuxta eos. Pedes bouis, & asini, affectus litterati &
 simplices, quos prædicator ligat, & innectit timore iudicij, ne moueantur
 ad consensum peccati. De illis, qui magis uolunt audire in prædicatione
 curiosa, uana, & magis Philosophica, quam uilia. 4. Reg. Loquere nobis
 Syriacè, & audiemus. Quatuor uenti designant quatuor, quæ principaliter
 debet prædicator prædicare, uitæ, uirtutes, pœnam, gloriâ. Dan. 7. Quatuor
 uenti: Isti quatuor uenti producuntur de scriptura; Qui producit uentos
 de thesauris suis. Apocalyp. 8. Audiuim uocem unius aquilæ uolantis per
 medium cælum, clamantis uoce magna, uæ, uæ, uæ, habitantibus in terra;
 describit Ioannes prædicantis personam; quia ut aquila querit prædicatio-
 nis materiam, & sententiâ: Aquila est acuta visu, alta uolatu, astuta passu;
 sic prædicator debet esse acutus visu, contemplatione; altus uolatu conuer-
 satione; astutus passu, sententiarum prolatione, & elatione. Job. 39. Ad præ-
 ceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum: Quantum
 ad secundum debet uolare fortiter, ut columba. Psalm. 54. Quis dabit mihi
 pennas, ut columbæ? Esa. 6. quod Seraphim habebant sex alas, uolabant, uo-
 labant, clamabant. Quære in tabula Esaï. Celeriter ut aquila. Deuteronom.
 32. Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos. Dulciter, ut nubecula.
 Esa. 60. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, &c. Per medium cælum; Intel-
 ligitur ecclesia, in qua debet, prædicator uolare; ne sit acceptor personarum,
 peruersor scripturarum, offensor animarum. Eccle. 15. In medio ecclesiæ aper-
 nit os eius, &c. Quantum ad quartum debet clamare de magnis, id est, de
 eternis gaudijs, & supplicijs. Ad magnos, & paruos per magna, scilicet uer-
 ba, alta, & clara exempla; Prouer. 8. Audite, quia de magnis locutura sum.
 Debet autem clamare contra habitantes in terra. Hiero. dicit, quod nunquam
 inuenit in bona significatione habitare in terra. Contra istos tripliciter,
 & impræcatur, uæ; Primò propter ternarium culpæ; comminatur enim
 auaris, ignem; immundis, sulphur; elatis, spiritum procellarum.
 Esa. 24. Formido, & laqueus super te, qui habitator es terræ. Psalm. 148.
 Ignis, grando, nix, glacies, &c. Propter ternarium pœnæ, id est, propter
 pœnarum acerbitatem. Apocalyp. 19. Missi sunt in stagnum ignis, &
 sulphuris; propter pœnarum diuersitatem. Job. 24. Transibunt ab aquis ni-
 uium, ad calorem nimium; propter pœnarum eternitatem, Esa. vlt. Ignis eor-
 um non extinguetur.

Quantum ad tres status, Impræcatur enim uæ coniugatis, transgressoribus
 thori, uæ uiduis uolatoribus fidei; uæ uirginibus carētibz oleo fidei. Apo-
 cade. & accipe librum de manu Angeli; Hoc dicit Spiritus sanctus cui-
 libet uolenti proponere uerbum Dei; ubi ostendit quid sit ab eo deponen-
 dum, quia ueritas deformans, quid assumendum, quia ueritas informans,
 cui sit innitendum, quia est auctoritas confirmans. Primò ostendit quid sit
 deponendum, quia ueritas deformans; uade, uade, ait, exterge lutum
 impudiciæ, expelle odium malitiæ, e-cute iugum concupiscentiæ. Pro-
 pter primum dicit Hugo: Illaudabilis est doctrina, quam uita maculat im-
 pudica. in 4. Reg. uade, lauare sepias in Iordane. Deut. 2. Matth. 5. uade
 prius reconcilia fratri tuo: nihil. n. prodest annuntiatio ueritatis, ubi defi-
 cit beneuolentia charitatis. De tertio ait Saluator futuro prædicatori. uade,
 & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus: quia ille, qui est in-
 retitus concupiscentia temporalium, non potest intendere prædicationi
 cælestium. Deut. 4. Prouer. 6. uade ad fornicam ò piger, uade, & tu fac
 simili-

Vide c. 12.
54. 81.

Psalm. 134.

Aquila.

Volare.

Terra.

Psalm. 148.

Similiter. Secundo, ostendit prædicatio quid assumendum, quia veritas in-
formans; Accipe librum; Iste liber potest dici Christus, quem debet prædi-
cator accipere p conformitatem, & imitatione, quia cepit Iesus facere, &
docere: Exemplum, ait, dedi vobis &c. Iste liber est Sacra scriptura; signa-
tus, quem nemo potest aperire, nisi ille aperiat, qui habet clauem David
qui A postolis aperuit sensum, vt intelligerent scripturas, vnde ait Grego.
Qui ad veræ prædicationis verba se præparat, necesse est, causarum origi-
nes a sacris paginis sumat &c. Tertio, ostenditur auctoritas confirmans,
quia de manu Angeli. Christi, qui est magni consilij Angelus; & ipsi de-
bent esse Angeli, mundi affectione, alti contemplatione, igniti dilectione,
prompti executione. Psal. Qui facit Angelos suos spiritus. Apoc. 14. Vidi
Angelum volantem per medium celum, clamantem, & dicentem, &c.
Persona prædicantis hic describitur. Primo ab auctoritate, Angelus. n. dici-
tur nuncius: De istis Angelis dicitur Esa. 48. Ite Angeli veloces ad gentem
conuulsam, &c. Conuulsa dicitur peccatis carnalibus, dilacerata peccatis
spiritualibus. Secundo ab agilitate, volantem, non torpentem, non iacentē.
Esa. 60. Qui sunt isti, qui ut nubes volant. Ezech. 1. Legitur quod animalia
habebant quatuor facies, & quatuor pennas; prima facies hominis, signifi-
cat innocentiæ mansuetudinem; facies leonis, audaciæ magnitudinem; facies
bouis, patientiæ fortitudinem; facies aquilæ, scientiæ plenitudinem:
Quatuor pennæ, quatuor affectiones: Vel prima ala, contemptus terreno-
rum; secunda, appetitus eternorum; tertia, intuitus veritatis; quarta, ample-
xus bonitatis. Tertio describitur ab humilitate, per medium celum, ratio-
ne influentiæ, cum enim virtutes consistant in medio, habent influere ad
extrema ratione continentia; non enim prædicator debet exire metas suæ
materiæ, ratione æquidistantiæ, & idè debet influere æqualiter, sine per-
sonarum acceptione. Psal. De medio petrarum dabunt uoces. Habent isti
volare sex alis, quia debent esse Seraphici. Esa. 6. Istæ sunt lectio, & medita-
tio respectu sui: verbum, & exemplum respectu proximi: uox orationis, &
motus deuotionis respectu Dei; & sic alati, optimè volant. Quarto à ueri-
tate habente euangelium æternum: Euangelium dicitur æternum, quia
illi non succedit aliud, sicut euangelium successit legi, uel ratione æterni
promissi, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis: Lex autem
promittebat temporalia, Dabo, ait, uobis terram fluentem lacte & melle.
Esa. 1. Si audieris me, bona terræ comedetis.

Aeternum
Euageliū.

Et quòd ad prædicatorem, quatuor requiruntur, sublimitas perfectio-
nis, Esa. 40. Super montem excelsum ascende; auctoritas legationis, Euntes
in mundum uniuersum prædicate, &c. perspicacitas cognitionis, Mihi pro
minimo &c. strenuitas operationis, Tu uerò uigila, in omnibus labora, o-
pus fac Euangelistæ: Requiritur etiam, ut uerbum domini proponatur
gratis, id est cum liberalitate, ad Cor. 9. Gratis accepistis, gratis date: uir-
tuosè, cum auctoritate, Rom. 1. Non erubescio. Psal. 67. Dominus dabit uer-
bum euangelizantibus uirtute multa studiosè, & præuia ueritate, Gal. 2.
Contuli cum eis: fructuosè, cum utilitate. Apoc. 14. Euageliū æternum:
Fructus lucis est in omni bonitate, &c. Aliqui Prædicatores sunt similes
arbori nimis iuueni, uel nimis antiquæ, nam in utroque statu facit folia ma-
gis lata, sed non fructum; quia propter defectum caloris naturalis, non po-
test sufficienter humorem digerere, vt faciat fructum, idè totus conatus
eius est, vt faciat lata folia; sic aliqui ex defectu dilectionis, & deuotionis
non faciunt bona opera, sed totus conatus eorum est, ut faciant lata & apparen-

Mar. 16.
Eph. 3. b.
2. Tim. 4. a

A parentia folia uerborum, de quibus dicitur: Dicunt, & non faciunt. Isti de-
signantur per illam ficulneam cui dominus maledixit, quia in ea non fru-
ctus, sed tantum folia inuenit.

Genes. 44. In sacco Benjamin, qui designat Paulum, & quemlibet bo-
num prædicatorem, inuentus est scyphus aureus propinans quadruplex
poculum, scilicet Angelicæ conuersationis, Euangelicæ perfectionis, Apo-
stolicæ professionis, Diuinæ contemplationis. Genes. 2. Fons ascendebat à
terra, irrigans uniuersam superficiem terræ: Prædicator est terra infima,
humilitate; frigida, castitate; firma, constantia; fructifera, operis efficacia;
fons, aquarum uiuentium, doctrina prædicationis per quam homines ter-
renos debet irrigare, & secundare. Ezech. 2. Ecce manus missa ad me, in
qua erat liber inuolutus, & scripta erant in eo lamentationes, carmen, &
veh. Prædicator debet mittere manum, per operis ostensionem, quia vali-
dior effectus operis quam oris. In ista manu debet esse liber sacræ scriptu-
ræ, qui est inuolutus; sed Christi prædicatione, & operatione expansus.

B Apoc. 5. In isto libro sunt scripta illa, quæ sunt prædicanda, scilicet lamenta-
tiones penitentia, carmen gloriæ, uel damnationis æternæ: Multi sunt ho-
die qui uerè non euangelizant, sed prædicationem carnali mercede macu-
lant, quibus dicitur, Erit dies, in qua clamabunt custodes Samariæ, queren-
tes molliciem uestimentorum: Samaria interpretatur lana, & in monte Ef-
fraym quærentes ingluuiem ciborum. Efraym interpretatur sterilitas,
qui timore, uel amore uitia palpant, fabulas prædicant, uulgarem famam si-
bi mendicant; unde stupor, & mirabilia hodie facta sunt in terra, propheta
prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus, & popu-
lus meus dilexit talia. Hier. 5. Esa. 18. Ite Angeli veloces ad gentem conuul-
sam, & dilaceratam. Verbum est Spiritus sancti, ad prædicatores uerbi

C Dei, excitantis eos ad zelum animarum, pro quibus dignatus est Christus
mortem pati. Triplex est officium, quòd nullus debet præsumere nisi mis-
sus, scilicet officium præsidendi, per iudiciariam correctionem; prædicandi,
per plenariam satisfactionem; præcessendi, per ordinariam sacramentorum
dispensationem. Nemo enim sibi assumit honorem, sed qui uocatur à Deo
tanquam Aaron: Ioan. 15. Posui uos, vt eatis, & fructum afferatis. Nullus
enim debet in iudicijs usurpare auctoritatem, nec in sententijs præcipita-
re ueritatem; quòd figuratum est Matth. 13. ubi dixerunt serui domino de
zizania, vis imus, & colligimus ea? Quomodo prædicabunt nisi mittantur?
Nec est contra illud, quòd Moyse prophetantes in castris non prohibuit;
quia teste scriptura, iussionem habebant spiritus sancti. Isti ergo prædico-
res Angelici, debent ire non ad loca pascuæ, sed ad peccatores conuulsos
peccatis carnalibus, dilaceratos peccatis spiritualibus. Esa. 41.

D Hierusalem, Euangelium dabo, ubi attende, quòd Prædicatorem eu-
angelicum decent quatuor, scilicet Obedientia promptior. Et hic nota
de seruo pigro à domino condemnato, quia abscondit talentum domini sui:
Gratia copiosior, Vita uirtuosior, Cura operosior. Luc. quarto. Spiritus
domini super me, propter quòd unxit me euangelizare, &c. Ecclesiast. 48.
Surrexit Elias & uerbum eius quasi facula ardebat; sic, si ueritas arderet
in modernis Prædicatoribus desiderio, igniret eloquio, luceret exemplo,
sed hodie dici potest illud 4. Regum 2. secundum aliam litteram. Vbi est
uerbum Helæ, etiam nunc ueniat 1. Esdræ 7. In persona prædicatoris,
Esdras parauit cor suum per discretionem, vt inuestigaret per lectionem,
& meditationem, & faceret per operationem, & doceret legem domini per
prædi-

Potus-
Terra.

Hier. 31. a.

predicationem. 4. Reg. 13. Aperi fenestram orientalem, iace sagittam. **E** fenestra orientalis, Virgo Maria, per quam in mundum intrauit radius vere lucis diuinitatis; qua aperta per deuotam orationem, & salutationem, & non ante; debet contra peccatores bestiales emitti sagitta predicationis, quod ad modum sagittae habet tria; In sagitta est cuspis penetrans, hasta regulas, penna leuigans, sic verbum predicationis debet esse acutum, veritatis annunciatione, vt veritatis iaculis, equae feriat aures, in pennata deuotione, hastata recta intentione. 2. Reg. 1. Sagitta Ionathae non est reuersa vacua. Esa. 49. Posuit me sicut sagittam electam. Apo. Vidi alterum Angelum habentem euangelium aeternum, volantem per medium caelum; vidi alterum Angelum, idest virum Euangelicum, habentem non in arca, non in carta, sed in manu per bonam operationem, Euangelium, non Philosophum, non Iustinianum: Istud Euangelium necessarium est viris Euangelicis ad predicandum. Vnde dicitur in 3. Reg. quod Iosaphat mittebat iudices ad erudiendum populum: Euangelium est aeternum, quia de aeternis **F** locis, quia aeterna promittit, quia ei aliud non succedit; volat autem a terrenis eleuatus, sed per medium caelum; volat enim dulciter, vt nubecula, per aliorum compassionem: fortiter, vt columba, per bonorum operum exercitationem, sublimiter, per contemptum terrenorum, dulciter per condescensionem proximorum, sed volat per medium caelum, ne extollatur: sursum per superbiam, ne deiciatur; deorsum per auaritiam ne expellatur; dextrorsum per prosperitatem, ne deiciatur; sinistrorsum, per aduersitatem: Vel volat per medium, ne impellatur, antrorsum per imperum concupiscentiae; aut supponatur retrorsum per rectitudinem culpe, sicut dicit Apo stolus: Quae retrò sunt obliuiscens, ad anteriora me extendo; vnde in Esdra docet modum predicandi, vbi dicitur, quod Esdras cor suum praeparauit, vt inuestigaret, & faceret, & doceret. Dicit, praeparauit cor suum ad recipiendum, vt inuestigaret ad audiendum, & faceret ad exequendum, **G** doceret ad attendendum. Psal. 67. Dominus dabit verbum euangelizantibus uirtute multa: in hoc verbo consolatur Dominus predicatorem, quia promittit ei diuinum adiutorium ad proponendum Dei verbum; quia verbum, quod ei promittit, est lumen contemplationis, semen bonae operationis, rete predicationis & saluationis. Contemplatio praecedit tanquam directiua ipsius verbi, operatio sequitur, vt promotiua, predicatio aduenit, ut perfectiua. Est itaque istud verbum lumen contemplationis. Psal. 118. Lucerna pedibus meis uerbum tuum &c. Est semen operis faciens fructum centuplum, quia semen est uerbum Dei. Est rete piscationis, quo animae capiuntur, quo adducuntur, reducuntur ad unum ouile, vnde dictum est Petro: Faciam uos fieri pisces hominum. Inde est quod Petrus per noctem laborans, fatigatus, quia nihil cepit, dixit, in uerbo tuo, non in nomine proprio, laxabo rete. **H**

De duodecim portis.

Quid significant duodecim portae. Apoc. 21. Ab oriente portae tres &c. Porta Orientalis potest dici hominis natiuitas, Porta Australis prosperitas, porta Aquilonaris aduersitas, porta Occidentalis mors seu mortalitas. Oriens natiuitatis, habet tres portas, paupertatem, nuditatem, seditatem. Auster prosperitatis, habet tres portas, uanitatem, uilitatem, breuitatem. Aquilo aduersitati, habet tres portas, nam examinat aurum, probat fornax,

A fornax, &c. illuminat, quia oculos, quos culpa claudit, poena aperit, Exhilarat, nam uir iustus cum infirmatur, tunc fortior fit. Exemplum de Paulo. Occasus mortalitatis, habet tres portas, quia incertum tempus, incertum **Mors.** locum, incertum modum. Vel potest dici, quod ista quatuor, Oriens, Auster, Aquilo, Occidens significant quatuor aetates, scilicet Puerilem, Iuuenilem, Virilem, Senilem. Et quaelibet istarum aetatum habet tres portas ad intrandum in aeternam ciuitatem: Aetas puerilis habet tres portas, innocentiam, obedientiam, disciplinam: Aetas iuuenilis tres portas, penitentiam, abstinentiam, continentiam. Aetas uirilium, in qua est tempus exercitij habet tres portas, obseruantiam praceptorum, efficaciam meritorum, tolerantiam aduersarij: Aetas senilis habet tres portas. (R. Rememorationem offensarum, effusionem lachrymarum, largitionem elemosinarum: Vel potest dici, quod per ista quatuor potest dici predicatio, quae habet orientem admonitionis, austrum consolationis, aquilonem comminationis, occasum reprehensionis. oriens admonitionis habet portas tres: nam hortatur ad aggrediendum incipientes, ad congregiendum proficentes, ad perficiendum perseverantes. Auster consolationis habet promissiones uenientiae, gloriae: Aquilo comminationis est praedictiuis sententiae Dei, carentiae regni, gehennae inferni: Occasus reprehensionis est de peccato in Deum, in seipsum, in proximum. Quarto modo, potest dici, quod ista quatuor, Auster, Oriens, Aquilo, Occidens significant cognitionem, dilectionem, congregationem, compassionem, & quaelibet istarum tres habet portas. Oriens cognitionis habet tres portas. nam cognoscit mundum ad contemnendum, caelum ad acquirendum, infernum ad fugiendum: Auster dilectionis habet tres portas, scilicet, discretionem praceptorum, meritum, exemplorum. Aquilo cognitionis, habet portas tres, contra hostis illusionem, contra mundi dilectionem contra carnis tentationem: Occasus habet portas tres, scilicet conuellendo dubios, corrigendo deuos, consolando depressos. Quinto modo per ista potest intelligi, innocentia, poenitentia, iustitia, perseverantia. Innocentia habet portas tres, praepcepta, consilia, exempla. Perseuerantia habet portas tres, Nam consistit in fide dirigente, in gratia cooperante, in opere promerente: Beata Virgo Maria est porta mira artificio. Aedificauit Ioatham portam domus Domini excelsam: Ioatham ipse Deus, interpretatur enim perfectus aut consummatus, porta clausa puerperio. Ezech. 44. Porta haec non aperietur, sed clausa erit. Haec porta clausa, vt dicit Aug. est Virgo Maria, semper incorrupta, semper intacta, prompta beneficio. Haec est porta templi speciosa, ad quam genus humanum, originali transgressione claudicans anhelat. Act. 3. Et quidam uir claudus ex utero &c. O igitur mirabile artificium, & laudabile puerperium, & **Neem. 3.** damabile beneficium. Neemias, qui interpretatur consolatus a Domino, vel consolatio Domini, reuersus Hierusalem, portas Hierusalem quae succensae fuerant igni, reaedificauit; per quod intelliguntur illi qui de captiuitate peccati exierunt, quod sex portas debent aedificare, per quas habent in caelestem patriam intrare. Prima porta uocatur gregis: Grex autem, vt dicit lex ad minus debet habere decem oues: per hanc itaque portam, innocentia designatur, quae debet esse vallata obseruantia decem praceptorum. Psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? innocens manibus &c. Et in Apoc. 14. dicitur de innocentibus quod sequuntur agnum quocunque ierit. Dicitur autem ibi, quod hanc portam aedificauit & sanctificauit sacerdos magnus, & sacerdotes minores fratres eius. Magnus sacerdos est

Actus.

Religio.
Senectus.

Quaternarius.

Oriens.
Auster.
Aquilo.

Cognitio.

Portae.

Portae.
Maria.

Neem. 3.

Porta.
Grex.
Beatiu.

Sensus.

ratio, vel voluntas. Leuit. 6. Ignis in altari semper ardebit, quem nutrit sacerdos: minores sacerdotes fratres eius, sunt sensus particulares; omnesque vires animæ sunt sacerdotes, quia nullus debet aliquid animæ dare, vel offerre nisi sanctum, & mundum, & omnes debent esse maturæ, doctæ, moderatæ ut sacerdos. Maior sacerdos. s. ratio, debet errata corrigere, & minores regulare, quæ eius debent regimini subesse, nihil contra eius iudiciū facere. Sunt autem fratres maioris sacerdotis, quia sunt potentia eiusdem animæ. Secunda porta est porta piscis, per quam penitentia designatur, vt qui per primam portam innocentia non valent intrare, veniant ad istam secundam, sicut enim piscis non potest viuere extra aquam, sic nec anima vita gratia, nisi sit in penitentia; vnde non solum corpus mortificandum est, vt puniantur peccata preterita; sed etiam, vt caueantur futura. Et sicut pisces, qui nutriuntur in aqua salua & amara maris, sunt alijs sapidiore, & maiores; sic anima & eius opera, quanto magis nutritur in amaritudine lachrymarum & austeritatum, tanto magis est Deo accepta. Abacuc: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. E. emplum de Naaman, qui lauit se septies in Iordane qui interpretatur riuus iudicij; & facta est caro eius sicut caro pueri; de Ezechia, qui fleuit, Esa. 38. Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam. Ita contendite intrare per angustam portam. De 1. membro Psal. 117. Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas, confitebor Domino. Tertia erat porta vetus, per quam intelligitur fortitudo, & patientia in tribulationibus. Per hanc portam intrauerunt sancti omnes veteris testamenti, & ipse Christus: Oportebat, ait, pati Christū, sic Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes qui Deo placuerunt per multas tribulationes probati sunt, ut dicitur Iudith 8. Ioas factus rex iuit ad thronū, transiens per portam scutariorum. Isti scutarij sunt tenentes scutum patriæ, contra ictus tentationum & tribulationum, vt patuit in Apostolis, & martyribus; quia Salomon fecit scuta aurea in domo Domini; refulsit sol in clipeis aureos. Quarta porta Hierusalem, vocabatur porta uallis, hæc est humilitas, quia humilem spiritu suscipiet gloria. In terris, portæ Hierusalem defixæ sunt in terra, & in humilitate. Et Iudith. Gyranter per vallem venerunt ad portam ciuitatis. Quinta porta vocabatur sterquilini, quia per illam feces vrbis purgabatur; per quoddam intelligitur contemptus temporalium, vnde dicitur Neg. 3. quod hanc ædificauit Melchias: Melchias interpretatur rex Dominus, vel regnum Domini. Genes. 28. Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli. Sexta porta vocabatur fontis, per quam intelligitur charitas, qua irrigantur, & viuificatur omnia opera; à qua procedunt omnes virtutes sicut riuuli à fonte; vnde dicitur extra, de regularibus, & transeuntibus ad religionem. licet quibusdam monachis; Charitas, ait, est fons viuus, cui non communicat alienus. Secundi Paral. 27. Ioathã ædificauit portam domus Domini excelsam. Genes. 2. Fons ascendebat de terra irrigans &c. Istæ sunt portæ, per quas oportet in cœlestem Hierusalem intrare.

4. Reg. 5.

Gen. 22. a

4. Reg. 11. d

Scutum.

Porta.

Prou. 29. d

Iud. 3. b

Fons.

De pluuia petenda.

Quare in tota tabula de oratione. Item Ioan 4. de muliere Samaritana, quæ uenerat, ut hauriret aquam &c. Item Iudith 7. & 8. Quomodo in ecclesia erant fontes quorum conductus Holofernes præcepit incidi. Item de Rebecca quæ uenerat, ut hauriret aquam. Gen. 24. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: Item fons ascendebat de terra irrigans

Arigans vniuersam superficiem terræ. Exod. 9. Moyses orante & manus ad cælum leuante, cessauit grando, nec vltra stillauit pluuia. Nota hist. Iacob: Helias orauit & non pluit, & rursus orauit, & pluit. In Trenis, inundauit aqua &c.

De resurrectione Christi.

Christus decepit Diabolum, sicut hidrus Cocodrillum: Hidrus enim limo se inuoluit, deglutitur à Cocodrillo, sed illæsus custoditur in ventre eius, & resoluta luto dissipat voratorem, & eo mortuo exit viuus; sic limo carnis vestitus Dei filius, ventrem diaboli, scilicet infernum intrauit, infernum momordit, quia foramen fecit dum liberauit electos, & diabolo ligato, quasi eo mortuo, viuus exiuit, & gloriosè triumphauit; claritatem corporis Christi gloriosè, & iustorum in resurrectione ostendit. Marcus 16. Dicens valde mane uenerunt ad monumentum, orto iam sole. Sequitur, uiderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida, & obstupuerunt. Iuuenem uiderunt, quia nescit resurrectio senectutem; Sedentem, quia cessat omnis labor in eis, nec languor, nec labor, nec senium; A dextris, quia resurrectio nil sinistrum recipit; Coopertum stola candida, significans dotem claritatis, quia fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum; hi qui amicti sunt stollis albis, qui sunt, & vnde uenerunt? Sed quid est, quod præmittitur ualde mane orto iam sole? Respondet Petrus Rauen. Non est ait erroris relatio, sed rei gestæ cælitus aperit ueritatem. Dixerat ab hora 6. usque ad horam nonam tenebræ factæ sunt. Ergo sol qui propter quod Domino compateretur, abscesserat claritate, vt consurgeret Domino ante corpus occurrit, & qui vt suo compateretur auctori, ipsam meridianam mortificauerat claritatem, vt consurgeret auctori suo resurgenti, cunctis tenebris antelucanus occurrit ualde mane, quia tunc sol, ut mane faceret, manifestauit: Et qui ante fugerat, nunc ipse noctem præuenit fugaturus, & vt reddat luci nox horas, quas terror Dominicæ passionis suaserat. Et Gaufridus in expositione huius lectionis super Marcum sic ait, in ipsum visibilem solem credimus, sicut obscuratum ad exequias orientis, sic celeris ortum ad gloriam resurgentis. Subtilitas corporis gloriosi ostenditur in eo, quod iannis clausis intrauit ad discipulos, post resurrectionem. Ioan. 20. Cum de terra obscura per actionem solis generetur aurum lucidum, & carbunculus, qui est lapis lucidissimus; non est mirum, si de crinibus corporum nostrorum igne conflagrationis depuratis uirtute diuina informantur corpora nostra lucida, clara, & peruia; cum de cineribus, & silice ac lapide per actionem ignis vitrum clarum & perspicuum generetur: Et sicut terræ nascentia moriuntur in hyemem, & reuertente solis temperie renouantur; sic corpora nostra, quantumcumque in puluere ceciderint, in tantum renouabuntur, & germinabunt: Quia iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum &c. In cuius figura. Nume. 17. Legitur, virgam in tabernaculo germinasse. Apoc. 5. Ecce uicit leo de tribu Iuda, aperire librum, & soluere septem signacula eius &c. Quare expositionem Apo. Vidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum &c. Expone torum de resurrectione Christi. Genes. 28. Surgens mane Iacob, tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum: Iacob supplantator, Christus, qui uicit Esau. i. diabolum uanū & rubeū; lapis

Sap. 3. b.

Mar. 13. f.

Mar. 17. f.

origen.

aug. 7.

humanitatis: caput, deitatis: lapidis erectio, humanae naturae exaltatio &c. **E** Ind. 16. Dormiuit Samson vsque ad medium noctis, & confurgens asportauit ambas portae fores cum postibus suis, & fera. Samson interpretatur sol eorum, Christus somnus; somnus, quies in sepulchro: Porta, humanitatis. Ambae fores portae, corpus & anima. Postes vtriusque incognitas partes corporis, & potentiarum animae: Sera vterior vnionis indissolubilitas. De tempore, quia sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrae &c. Vnde dixerat, soluite te plum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Christus probat de corpore suo contra quatuor errores. Probat ipsum esse verum, palpatione: Palpate, ait, & videte: Vium comestione; Obtulerunt ei partem piscis assii, & fauum mellis. Gloriosum, cenaculi subintratione, quia ianuis clausis intrauit ad discipulos. Vnde & idem cicatricum ostensione, Videte manus meas, & pedes meos. Illa resurrectio Christi fuit causatiua, & exemplaris posterae finalis resurrectionis: quia si Christus resurrexit, & nos resurgemus; & fuit exemplaris nostrae spiritualis resurrectionis, quod post triduum contritionis, confessionis, & satisfactionis, resurgimus a peccato. Leo suo rugitu suscitauit catulos mortuos, sic Christus surrexit virtute diuinitatis. Apoc. 1. Ego sum primus & nouissimus; sum viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in saecula saeculorum, & habeo clauis mortis, & inferni. 4. Reg. 7. Haec dies boni nunciij est, venite annunciemus in aula regia. Si tacerimus, sceleris arguemur. Exod. 9. Iam aduenit dies tertius, & mane inclaruerat, & ecce coeperunt audiri tonitrua, micare fulgura, nubes densissima operire montem, clangorque buccinae vehementius perstrepebat; Illa omnia completa sunt mystice in Christi resurrectione.

De Religione.

G En. 49. Issachar asinus fortis, vidit terram, & supposuit humerum &c. Quare 23. a. b. Item homo colligans ligna in Sabbato debet lapidari. quare 8. in lib. Num. 15. Et nota quomodo Christus habitat in religione, quae designatur per cenaculum paruum, in quo erat lectus, mensa, cadabrum, & cathedra, quam illa Sunamitis praeparauit, Eliseo 4. Reg. 4. quare 56. De abundantia virtutum, & honestate sensuum, & fuga malorum hoc etatum, quae debet esse in religiosis, quod figuratum est in crinibus Samsonis, Iudicum 16. Et in societate Dalila. Quare 13. a. b. in lib. Iudic. Quod religio est hortus clausus, cultus, amoenus, saecundus, floridus, Quare 11. a. quod religio comparatur deserto, & solitudine propter multam. Quare 23. a. a. in Luc. in lib. Numer. De consolationibus spiritualibus, quibus boni religiosi recreantur. Quare 28. in Exod. & in primo Regum. Quomodo religiosi sunt ebrii deuotione, sicut Apostoli recepto Spiritu sancto. Quare 29. in Matth. Item nota de conuersione, deuotione, oratione religiosi, illud Apoc. 8. Stetit Angelus iuxta aram templi habens thuribulum, quare 29. b. 33. b. De deuotione & contemplatione religiosi. Surgam, & circuibis ciuitatem, per vicus, & plateas, quare 30. b. Et de hoc, quare in tota tabula de deuotione. Et de contemplatione, & de anima deuota. Quomodo religiosi debent contemnere mundana, figuratum est in Paulo, qui apertis oculis nihil videbat, & tribus diebus non manducauit, neque bibit. Quare 30. in Actibus: Item quod religiosus mente & corpore debet de mundo exire; quia vxor Loth, quia respexit retro conuersa est in statuam

A statuum salis. Et filij Israel, quia Manna deserti fastidierunt, & cibos Aegypti, quos dimiserant, appetierunt, mortui sunt in sepulchris concupiscentiae, nec intrauerunt terram promissionis. Quare 1. b. Item. 50. a. a. In Gen. Et nota de austeritate vestium, & contemplatione religiosorum. Quare 32. in Exod. in Genes. Et nota, quomodo bonus religiosus meretur beneficia Christi. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, &c. Quare 36. b. in Gen. Item 72. a. Quomodo religiosus mundum fugiens, videt scalam Iacob, & Angelos ascendentes, & Dominum innixum scalae. quare 36. b. in Genes. Religiosi seruantes tria uota, figurantur per Petrum, Iacobum, & Ioannem, hi in montem perfectionis cum Christo ascendentes, gloriam Domini vident, leuantes oculos solum Iesum vident. quare 37. a. in Mat. Et de eodem, 56. a. in Exod. Et nota contra religiosos, qui appetunt dignitates, quia ficus, vitis, oliua, noluerunt deserere dulcedinem suam, vt inter ligna promouerentur. Quare 38. a. b. Quod religiosi debent portare Thau in fronte, crucem Christi in operibus ostendere. alias maiorem poenam merentur, quam alij. Quare 43. b. in Ezech. Quod religio est domus viri sapientis fundata supra petram, nec cadit impulsu pluuiae, ventorum aut fluminum, quare 45. b. in Mat. Item 113. a. Quod religiosi de temporalibus non debent accipere, nisi solam sustentationem naturae; vnde non genuflexo, sed sola manu lambunt aquas, quare 46. b. in margine. Quod Deus prouidet de necessarijs sicut fecit filijs Israel in deserto, bonis religiosis, quare 47. a. in Cant. De conditionibus, & delicijs spiritualibus religionis, qui figurantur Num. 24. Quam pulchra tabernacula tua, o Iacob, vt valles nemorosae, vt horti itrigui, quare 59. a. Quomodo religiosi, & maximè nouicij debent sibi cauere a tentationibus & varijs periculis conscientiae, quare 49. b. in Deuter. Quod illi, qui in religione bene incipiunt, & postmodum efficiuntur indeuoti & carnales, & male finiunt, designantur per illam statuam Dan. 2. cuius caput aureum, &c. quare 52. b. b. Et nota, quod de religiosis male ordinatis, & de prelato non corrigente intelligitur illud Prouer. 24. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti &c. Quare 55. a. Quomodo, & quare religio comparetur arbori, & quae sunt illa, quibus proficit religio, & quibus destruitur, quare 56. a. per totum. Religio figuratur per hortum regis Assueri; in hoc iussit conuiuium praeparari, quod regio cultu instructum erat. quare 56. a. Et nota, quomodo aliqui intrant religionem; postea cum vxore Loth, conuertuntur retrò, mittentes manu ad aratrum, & aspicientes retrò, &c. quare 61. b. in Ezech. Et nota modum quo debet viuere religiosus, peccata plangere, & se in bonis operibus exercere, quare 69. b. in 2. Reg. vbi dicitur, quod Dauid ascendebat per cliuim, oliuarum flens, &c. Nota quomodo religiosus tardè, circumspectè, honestè, debet loqui, quare 71. per totum. Religiosus debet nutriri Manna caelesti in deserto religionis. Quare 75. a. in Num. De charitate & unitate, quae religiosi debent inter se habere, quare 84. in Act. Sicut differt aurum ab aurum chalcio, sic status priorum religiosorum a modernis, quare 84. a. in Num. De statu modernae religionis; quia erunt signa in sole & luna & stellis. quare 84. b. in Luca, quia religiosi figurantur per lignum uitae in medio paradisi, & quomodo via ligni uitae debeat custodiri, Quare 91. a. Vel lignum, &c. De seruanda sobrietate, vitanda superfluitate cibi & potus, & vestitus in religione, quare 102. b. in Leuit. Ibidem in Deut. & per totum. Ibidem 104. a. & nota &c. quia religio est ciuitas vallata, munita, secura, & quomodo debet regi, & quomodo est destructa. Quare 115. b. in Act. & 174. a.

In Lucam, quia religiosi debent fugere mundum, & eius delicias, & in au-
 seritate viuere, quod designat faga Elia à facie Isabelis, quando obdor-
 mouit sub Iunipero, quæ est arbor aculeata, & comedit panem subcine-
 ricium cum aqua. quære 122. b. in 3. Regum. Quia religiosus figuratur
 per Samsonem, & eius crines, & quomodo debet fugere Dalilam. Quære
 127. a. in libro Iudicum. Samson, qui interpretatur sol eorum, est religio-
 sus datus alijs in exemplum, qui deceptus à Dalila carnali, aut mundana
 concupiscentia, veltalicuius mulieris familiaritate mala, amittit septem
 crines virtutum Cardinalium, & Theologicarum, quo facto, spiritus
 Domini recedit ab eo, capitur a Philistæis, id est, à dæmonibus, excæcatur,
 & molam ex peccati consuetudine trahit. De illis, qui iuuentutem dant
 mundo, & simillam, senectutem, & fufur Deo. Quære 129. a. In Ioann.
 De varietate diuerforum officiorum in religione, quia sicut in vno corpo-
 re multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum
 habent, sic in religione, & in quadriga Domini erant quattuor animalia:
 Aquila, lectores, & contemplatiuos, Leo, prælatos; Bos, officiales, Homo,
 procurâtes negocia; quære 139. b. & sicut in cythara, &c. Religiosi designâ-
 tur per crines Nazaræorum, & per crines Samsonis, quære 111. in Cantic.
 Item de illis, qui indeuore orant, & dicunt diuinum officium, qui non ha-
 bent thuribulum aureum, Quære 140. b. Sed timendum, quia vnitas, & or-
 dinatio religiosorum designat in malo granato, Quære 140. a. Quod sicut
 Dominus in deserto filios Israel pavit, direxit, protexit, sic facit religiosos;
 quære 45. in Exod. 16. Quomodo Diabolus insidiatur, & tentat religiosos,
 146. a. Lepusculus, Quomodo religiosus debet ad nutum obedire. 147. a.
 Quid debet religiosus meditari, 148. a. De religiosis, qui appetunt prom-
 o-tiones ad dignitates. Noluît ficus, & vitis deserere dulcedinem suam, vñ
 ter ligna promoueretur. Quære 156. b. in lib. Iud. Quod Ioannes Baptista
 in statu cibi, vestitus, veritatis, & famæ designat religiosum. Quære 175. b.
 in marg. De murmure religiosorum ex auferitate penitentiæ, & quomo-
 do Deus promittit eis consolationem 175. b. in Exod. Quod religiosi sunt
 in religione, & mundo, vt stellæ in cælo, & quomodo habent conditiones
 stellæ. Quære 154. b. 73. a. 3. b. Quod religiosi designantur per illa quatuor
 animalia, Ezech. 1. Quia vt habeat faciẽ leonis, pro peccatis terribiliter ru-
 giendo; Hominis, benignè, & humanè, ac rationabiliter cum alijs conuer-
 sando; Bouis, in officijs fortiter laborando; Aquilæ, subuliter cælestia con-
 templando. Act. 9. Surgens Paulus de terra, apertis oculis nihil videbat: de
 terra surgit, qui mentis affectibus cõtēnuit terrena: apertos habet oculos,
 quia tota mentis intentione iugiter cælestia cõtēplatur: nihil videt, quia
 nihil habet, nec habere vult, vel in preptio, vel in communi. Genes. 28. Vi-
 dit Iacob scalam, &c. Iacob, qui de terra sua exiuerat, & dormiens vsum
 sensuum non habebat, est religiosus, scala religio, cuius sumitas tangit cœ-
 lum per desiderium, & conuersionem; quia dicimus nostra conuersatio
 in cœlis est; cui est Dominus innixus, per specialem protectionem, prou-
 sionem, directionem; in qua descendunt angeli ad eorum consolationem
 & ministracionem, & ascendunt ad orationem, oblationem, & exauditi-
 onem. Genes. 35. Surge Iacob, & ascende in Bethel, & habira ibi. Iacob sup-
 plantator, Bethel domus Dei, quasi dicat, si tu perdidisti pueritiam, &
 adolescentiam in sæculo, non perdas saltem iuuentutem, aut senectutem,
 immò si diabolus decepit te à parte priori, supplantata eum à parte poste-
 riori: Religio autem domus Dei est, quia solum habet Deum prouisorum;

Non

A Nō est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli, 3. Reg. 17. Dixit Dominus
 ad Heliam, Coruis præcepi, vt pascant te; quia enim obediebat superiori
 suo, idēd inferiora animalia siluestria obediebant ei: Abstinentia religionis
 figurata est in Helia 3. Reg. 19. Quia sub Iunipero arbore aculeata, per quā
 designatur pœnitentia, & disciplina religionis, dormiebat: panem subcine-
 ricium comedebat, aquam bibebat, & quadraginta diebus & noctibus, id
 est, toto tempore ambulabat, & proficiebat vsque ad montem Dei Oreb,
 id est, ad mensam celestis patriæ; vbi pro pane subcinericio, datur visio hu-
 manitatis; pro potu aquæ, gustus diuinitatis. Item abstinentia religiosorū,
 & obseruantia trium votorum, designatur in tribus pueris, Dan. 1. Quos
 Deus repleuit sapientia, & liberauit de camino ignis; sic abstinentes reli-
 giosos de camino omnis tentationis. Mali religiosi cum sint Angeli Satha-
 næ, transfigurant se in Angelum lucis; nam sunt sues, immunditia; canes,
 malicia, vulpes astutia, volucres inani gloria simulantes sanctitatem. Apoc.
 2. Angelus Smyrnæ Ecclesiæ scribe: Scio tribulationem tuam & patientiam
 tuam; quia blasphemaris ab his qui dicunt se esse Iudæos, & non sunt,
 sed sunt ministri & serui Sathanæ; nihil horum timeas quæ passurus es.
 Smyrna interpretatur canticum eorum, pauperes designat religiosos, qui
 per detractionem vertuntur in quorundam prouerbum & canticum, se-
 cundum illud Hierem. 20. Factus sum in desiderium omni populo, cantici-
 cum eorum tota die; quos confortat Spiritus sanctus, vt patienter se ha-
 beant in tribulatione, & persecutione; flagellat enim aliquando dominus
 bonos per malos, vt boni purgentur & probentur temporaliter, & mali
 puniantur æternaliter. Exemplum de tribus pueris in camino ignis, sic e-
 nim pius pater verberat filium, vt corrigatur, & post verbera, filium sibi
 dulciter reconciliat, & virgam in ignem projicit: Sic filij Israel, peccatis
 suis exigentibus, per iniquos Principes olim flagellati sunt, quibus tandem
 interfectis, filij Israel domino reconciliati sunt. Religio designatur per ar-
 cam Noë, in qua pauci saluantur, ne pereant in diluuiū peccatorū, quod
 iam inundat super omnes montes, super omnes status, Principes & Præla-
 tos. Et est de lignis complanatis, de fratribus bene morigeratis, linita inte-
 rius & exterius bitumine charitatis. Et figurantur per Arcam domini, in
 qua erant Vrna cum Manna, Virga, & Tabulæ testamenti, quia in religio-
 ne est Manna cælestis contemplationis & consolationis, quod reficiuntur:
 Virga correctionis & disciplinæ, duæ Tabulæ notitiæ scripturarum. Ioā. 2.
 Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ &c. Istæ nuptiæ sunt in ingressu reli-
 gionis inter fratrem & religionem; ibi est Iesus, mater eius, & discipuli e-
 ius, quia eorum vitam religiosi imitantur, ibi conuertit dominus aquam
 in vinum, quia omnis auferitas conuertitur in consolationem spirituale.

D Aliqui designantur per Zachæum, quia volunt videre Deum, & ei ser-
 uire; sed quia sunt pusilli caritate, & quia turbantur sollicitudine tempora-
 lium, non possunt videre Iesum, nisi ascendant in arborem Sycomorum,
 quæ designat religionē, Quære 32. a. 53. a. 56. b. Luc. 19. Ascendit Zachæus
 in arborem Sycomorum, vt videret Iesum: Zachæus statura & merito pu-
 fillus est vir, temporalibus deditus, quia, vt dicit Ambrosius super isto ver-
 bo, & legitur in dedicatione Ecclesiæ, Nemo in terra constitutus potest Iesum
 videre: Arbor, quam debet ascendere, qui Iesum vult uidere, est religio,
 quæ dicitur Sycomorus, id est sicca, amorem carnalem & temporalem;
 Et dicitur ficus fatua, id est dulces fructus proferens meritorum, quæ ta-
 men fatua à mundanis hominibus reputatur: Quære de religione in to-

Abstinentia

Religiosus
Hypocrita
Apoc. 2. b.

aitel O

proqm T
.sif

22A

Iud. 9. b

Videre.

Phil. 9. d

Actus.

ra tabula de penitentia Er nota de religiosis 172. b. in margine. Apo de pe-
 nitentia religioforum, Quære 59. b. in margine. Ezech. 9. Num. 11. cum de-
 scendisset ros, descendebat pariter Manna: castra filiorum Israel religio, in
 qua ordinata sunt omnia, in quibus est Angelorum custodia: Ros autē nū-
 quam descendit, nisi quando tempus est serenum, non nimis calidum, nec
 nimis frigidum, & ita de alijs: quia diuina consolatio ad religiosos non de-
 scendit, si sunt calidi per auaritiam, frigidi per accidiam, humidi per carna-
 litatem, sicci per in deuotionem & vanitatem. Num. 24. Quam pulchra ta-
 bernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, ut valles nemorosa &c. Quæ-
 re 49. a. 74. a. Genes. 43. Atollens oculos Ioseph, vidit Benjamin fratrem
 suum: talis compassio & misericordia & remissio iniuriarum debet esse in-
 ter clericos. Exo. 27. Præcipe filijs Israel, ut afferant tibi oleum de oliuis pu-
 rissimum ac lucidum. Religiosi, qui sunt filij Israel oleum purissimum &
 lucidissimum Christo afferunt, quando non est in corde uanitas, nec in-
 ore temeritas, nec in opere iniquitas, nec in habitu duplicitas, sed signato
 signum proportionaliter concordat: debet assimilari columbae portanti ra-
 mum oliuæ ad arcam; non assimilari coruo insidianti cadaueri carnali: vel
 secundum aliam litteram intercepto aquis cupiditatis. Gen. 37. Vide si tu-
 nica filij tui sit; an non habitus religionis tunica, vita est Christi; & contem-
 ptum mundi representans, sed tunica talaris Ioseph, in qua filius cogno-
 scitur, est conuersatio finalis, quasi intincta fuerit sanguine mortificatio-
 nis, cognoscitur, quod est uerus filius Iacob. s. Christi, & Beati Francisci.
 De illis qui turbant religionem, & pacem, Genes. 49. Symeon & Leni fra-
 tres, uasa iniquitatis, bellantia, in consilium eorum nõ ueniat anima mea;
 In uoluntate sua suffoderunt. Sequitur, Maledictus furor eorum, quia per
 tinax, & indignatio, quia grauis; quia tales mali fratres ex indignatione, &
 pertinacia facientes occulta consilia, rumpunt murum unitatis per scissu-
 ram diuisionis. Matth. 2. Contulerunt ei aurum, thus, & myrrham. Aurum
 habet naturam incorruptionis, thus inflammationis, ut myrrha conseruatio-
 nis. In auro, caritas ignita & perpetua, in thure, oratio deuota & assidua,
 in myrrha, compassio mutua, quæ est unitatis conseruatiua, designatur:
 hæc tria debent religiosi Christo offerre. Quære de religiosis in tota tabula
 de oratione, & in tabula de deuotione. Matth. 19. Nemo est, qui relin-
 quit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut agros pro
 pter me, qui non accipiat centies, & in futuro seculo uitam æternam, quia
 ad litteram pro una matre dimissa in seculo, decem pauperes multas ma-
 tres inueniunt spirituales pro Christo, quæ eis affectuosius se exhibent,
 quam si essent matres carnales; & in unum reficiuntur iocunditate con-
 scientiæ, delicijs gratiæ, primitijs Spiritus sancti, donec exuberet torrës uo-
 luptatis, flumen lætitiæ gaudium plenum æternæ gloriæ; quia filijs Israel
 non defecit Manna dulcedinis, donec uenirent ad terram promissionis 3.
 Reg. 18. Abdias abscondit Prophetas in speluncis, & paut eos aqua & pa-
 ne. Abdias, Christus; Prophetæ, religiosi; Spelunca, in qua absconduntur à
 sagitta uolante in tenebris &c. est religio: panis & aqua, religioforum abiti-
 nentia. Exemplum de Elia qui pane subcinericio, & uase aquæ fuit confor-
 tatus usque ad montem Dei Oreb. Sed quando Prophetæ exeunt de spelu-
 ca, & inuolunt mundum, exponunt se morti, & 1. Reg. 20. Dixit Dauid fug-
 iens Saul, dimitte me ut abscondar in agro: Dauid, religiosus, Saul ipsum
 persequens, Diabolus; ager, religio; qui foditur, per peccatorum contritio-
 nem; aratur, per corporis mortificationem; seminatur, per boni propo-
 situm

conce-

A conceptionem; fructificat per meritorum & bonorum operum accumu-
 lationem. Et Ruth 3. Lauare, i. lauare & ungere. & induere cultioribus ue-
 stimentis, & abscondere in area: Area est religio, in qua purgatur triticum;
 Lotio pertinet ad uitæ ueteris depositionem; Uinctio ad deuotionem; Ve-
 stium indutio, ad uirtutum acquisitionem; Abscondio, ad secularium nego-
 ciorum euitationem.

Gen. 29. Profectus Iacob uenit in terram orientalem, uiditque puteum
 in agro, & tres greges ouium accubantes. Iacob supplantator, derelinquens
 mundum, habitans in tabernaculis, non curans de uenatione mundi, reli-
 giosus est. Terra orientalis, religio; in qua oritur lux gratiæ, quia ubique
 habitant filij Israel lux est, uel terra orientalis Ecclesiæ. Ager, religio; pu-
 teus, deuotio: tres greges accubantes, præsidentes, legentes, ministrantes.

Exod. 14. d.

B nibus metentium. i. exempla perfectorum uitorum: Item cū Axa, scilicet
 penitente anima, obrincatus à Caleph. i. Christo, irriguum superius i. a-
 bundantiam lachrymarum pro desiderio cælestis patriæ, & irriguum infer-
 rius, pro peccatorum remissione: Hinc est quod in diluuiio, quo mundus
 purgatus est, aquæ fluebant à parte inferiori & superiori. In quibusdam est
 timor seruilis, qui timent sibi necessitatem futuram, si intrent religionem,
 contra quos Eccl. 39. Confirma uerbum, & fideliter age, & omni tempo-
 re inuenies, quod tibi necessarium est. Confirma uerbum. i. quod propo-
 nis in corde, scilicet religionem intrare, exequere opere, & inuenies, quod
 tibi necessarium est. Unde Petrus Rauen. Quis rex deuotis militibus non
 procurat debitam annonam? Quis Dominus, fidelibus suis iusta cibaria
 non ministrat? Quis pater non dat filijs suis exemplum, quia Deus paut
 filios Israel Manna in deserto, & Abacuch portauit prandium Danieli in

Timor.

C lacu leonũ, & corni ministrabat carnes mane & sero Helix; nec est ma-
 nus Domini facta inualida, ut istis, uel alijs modis suos fideles seruos non
 possit pascere. Si ergo nobis Deus rex est, & Dominus, & pater, quid ne-
 gabit stipendijs suis militanti? Derogat miles regi, si suis uiuit sumptibus;
 Dominum seruus accusat pro se sollicitus, filius culpat superstitem patrẽ;
 Noli ergo ð homo exacerbare Deum pro te taliter cogitando, quia & iu-
 stitia regnantis, & studio dominantis, & affectu generantis in se totam re-
 cipit tui similitudinem. Et nota de carnalitate & amore parentum aliquo-
 rum religioforum, qui assimilantur filio Sunamitis. 4. Reg. 4. Moriuntur
 inter genua matris, plus affectu circa carnalem cognitionem, quã ad patrẽ spi-
 ritualem, uel ad suam religionem, quia generatio peruersa est, & infideles
 filij. Non. n. propter hoc deberent intrare religionem: dicitur. n. 1. Reg. 6.
 Ibant vaccæ in directum pergentes & mugientes, nec declinabant, neque

D ad dexteram, neque ad sinistram. Hugo de sancto Vict. vaccæ pergentes &
 mugientes recto itinere vadunt, quã fideles ad cælestem patriam tendunt, &
 pro his quos carnalis affectus in hoc mundo obligat, mugitum compassionis
 edunt, qui nec propter passionem à recto itinere declinãt: nec propter
 itineris propositum à mugitu compassionis cessant. 1. Esdræ 3. Filij Iuda.
 quasi uir unus instabant super eos, qui faciebãt opus in templo Dei: Opus
 in templo Dei faciunt, qui in religione seruiunt, qui bene, quasi uir unus,
 seruiunt. Quia multitudinis credentiũ erat cor unum & aia una, habentes
 unitatẽ cõformitatis ad Deũ: Qui adheret Deo unus spiritus est integri-
 tatis ad seipsũ, ut caro obediat spiritui, & sensualitas rationi; quia unus acci-
 pit brauium charitatis, ad proximum uocati, in uno corpore grati estore.

Opus.

Charitas.
Act. 4. g.

M m 4 Ecce

Oblatio.

Tempora-
lia.

Ager.

E Ecce quam bonum, & quam iocundum, habitare fratres in vnum: Nota illa contra Demum, & religionem, de qua Psal. 2. Principes conuenerunt in ynum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Sed illam, de qua Cant. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui: vnitas oculorum, est vnitas rectorum, & praelatorum, qui regunt & praevident pericula religionis; vnitas crinium, est vnitas subditorum, qui stant simul in quadam honestate & distincta multitudine, qui cor Iesu vulnerant, quando honeste, & pacifice, & concorditer in bono viuentes, Domino famulantur, & sic ad cor Iesu intrant. Prim. Esdrae 1. Vasa aurea, & argentea protulit Cyrus in templum ad ornamentum templi: Vasa, in quibus bibitur, sunt religiosi, quibus populus instruitur, & cum quibus haurit aquas sapientiae salutariae; Aurea, per precium sapientiae; argentea per sonitum bonae famae. 1. Mach. 4. Fecerunt vasa noua sancta, & intulerunt candelabrum, & altare, & mensam in templum, & ornamerunt faciem templi coronis aureis; Lumen candelabri, doctrina verbi; Altare incensorum, deuotio orationum; Mensa, scripturae memoria, quae omnia debent esse in religiosis. 1. Esdrae 3. Seniores qui viderant templum, quod erat in oculis eorum flebant voce magna; quia seniores, qui viderunt antiquum statum religionis; quando fratres erant igniti charitate, lucidi honestate, feruentes oratione, & deuotione, pallentes mortificatione, & modo videant contraria, illi gemunt & dolent.

F Nota quomodo religio dicitur hortus deliciarum, de quo in Can. descendi in hortum meum, vt viderent poma conuallium, id est humilitatem religiosorum Ecclesiast. 2. Feci hortos, & pomeria, & conserui ea omni genere arborum, id est diuersis virtutibus: Quia inueniuntur isti horti clausi regularibus disciplinis, plani sine offendiculis & scandalis; culti asperitate; spaciosi, charitate; fecundi, bona operatione; irrigui deuotione, ameni conuallatione: Et ideo non est mirum si boni fratres delectentur in religione, sicut mali exeunt de religione, non potentes tolerare odorem virtutum; sicut bufones, & animalia venenosa exeunt vineam quando incipit florescere, quia non possunt odorem tolerare. Ezech. 36. Terra illa inculta facta est velut hortus voluptatis, quia qui prius in saeculo erant sine cultura disciplinae & morum, dum sunt in religione abiectis vepribus vitiorum, & vitiis tentationum incipiunt germinare flores virtutum. Esa. 51. Ponunt desertum eius, quasi hortum Domini; Comparatur autem Religio quadruplici horto, horto olerum comparatur, propter misericordiae dispensationem, quae habenda est ad infirmos. 3. Reg. 21. Da mihi vineam tuam, vt faciam hortum olerum; Ille autem hortus non est multum dilatandus, ne extirpetur vinea multiplicentur olera; alioquin timendum est ne morientem in agro comedant aues, & morientem in ciuitate comedant canes; ager mundus; ciuitas, religiosorum vnitas: extirpatur ergo vinea, & multiplicatur olera, quando superbia dicitur virilitas; & multiplicatur carnalitas, quando gulositas dicitur esse infirmitas; sed qui hoc facit in mundo, volucres, id est Angeli puniunt eos; qui vero in religione, canes, id est praelati: Canes custodes debent latrare & mordere; & si in religione non conueniat extirpare penitus olera propter infirmos; non tamen extirpetur vinea pro oleribus propter sanos, ne religio fiat ille hortus, in quo a falsis Iudaeis crucifixus est Dominus.

Comparatur etiam religio horto nucum, propter amaritudinem poenitentiae, & obseruantiam regularis disciplinae. Can. 6. Descendi in hortum meum,

A meum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem si floruerunt mala punicea, &c. In amaritudine nucis disciplina in praesenti, quae non est gaudij, sed meroris: Vnde anima religiosa debet habere amaritudinem corticis, in penitentia; soliditatem testae, in actione firma; saporem nuclei, in meditatione deuota haec tria sunt in nuclea vna, & haec tria sicut Lazarus, Martha, Maria in domo vna: Poma conuallium, fructus humilitatis vineae, affectiones charitate fragrantia, flores earum, quos inspicit, qui intuetur cor, interna gaudia primitiae, & praesagia futurorum: germinant mala punicea cum ex feruore, non vicio, prodeunt virtutum quaedam hermina, quae tunc germinauerunt cum fructum fecerunt. Eccl. 24. Rigabo hortum plantationum mearum, & inebriabo partus mei fructum. Comparatur et religio horto pomorum, per ordinem obedientiae. Can. 4. Hortus conclusus soror mea, sponsa mea, hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuae, paradysus malorum puniceorum, cum pomorum fructibus: hortus conclusus, in claustro inclusus; fons signatus, arra sancti spiritus in signum gloriae futurae; praeventus, vel hortus conclusus bis dicitur, contra lasciuia carnis, & auariciam mundi; fons signatus contra nequitiam diaboli. Vel bis dicitur hortus clausus, quia corde debet esse clausus, ne vadat vagando, & intret mors per fenestras sensuum si inuenerit apertas, & mentem, ne tentationibus pulsantibus aperiat: Sic clausi erant Apostoli propter metum Iudeorum: sic sancta Iudith cum puellis suis, id est, cum sensibus clausa, in superiori cenaculo morabatur, ideo vicit Holoferne: sic clausi Apostoli spiritu sanctum receperunt: De tali horto clauso procedunt emissiones malorum puniceorum, cum pomorum fructibus; malum vnum ex multis granis iocunditatem designat, quae est in amore fraternitatis, quae procedit ex diuina dilectione; et additur cum pomorum fructibus; poma sapida, & odorifera quantum ad spiritualem refectionem, sunt bona exempla. Vnde Can. 1. Omnia poma noua, & vetera, id est sanctorum noui, & veteris testamenti exempla dedisti mihi in scriptura.

C Comparatur etiam religio horto aromatum propter dulcedinem sapientiae: Can. 6. Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascat in horto, & lilia colligat: areola aromatum, quae est in horto religionis, appellatur diminutiue ab area, propter professionem humilitatis: Ibi enim est reperire praesentiam dilecti, infantiam eius in obseruantia silentij; pannos eius, in habitu humili; cuius praesepium in lecto duro & vili, Foenum in grossioribus cibarijs, & bestiarum potius, quam humanis: Areola aromatum, cuius odor redolet in caelo, & in terra, est humilitas orationis; ibi pascitur inter lilia propter splendorem intellectus, & abundantiam spiritualis cognitionis; vnde, in eodem, Genae illius, sicut areola aromatum consistit a pigmentarijs. Genae enim sunt congregationes eorum, qui omnia propter Christum reliquerunt, & varijs virtutibus fragrant, haec dicitur sicut areolae aromatum, propter abundantiam spiritualium carismatum, consistit a pig. id est, magna diligentia, & cautela elaborata a praelatis, qui non runt fodere, glebas confringere, purgare, rigare, quae sunt actus sapientiae. Et ideo non inueniuntur in tali horto vrticae pungentes; non cicuta, vacua & venenata; non foetida quaedam germina malorum morum, non vepes pungentis discordiae vel detractionis, vel litigij, non grana vacua, vel sola palea, cum bene confusus est hortus, & euenulatae areolae, quod contra rou. 24. Per agrum hominis pigri transiui &c. Nota ergo quod in horto olerum necessaria est temperantia, ne medela excedat modum, & indifferetio dispensationis, fiat occasio dissolutionis, & carnalitatibus: In horto nucum necessaria

via fortitudo; in horto pomorum, iusticia, in horto aromatum prudentia. E
 Quomodo religioſus debeat deuotè dicere diuinum officium, quare in ta-
 bula de diuino officio; vel dic quod debet officium deuote dicere pro-
 pter Angelorum præſentiam, & Dei reuerentiam, quia præuenerunt
 principes, id eſt, Angeli coniuncti præſentibus deuotis animabus, in me-
 dio iuuenularum tympaniſtratum, quæ tympanum oris, & cordis con-
 corditer præſallant coram Deo: Ideo cum præſallimus, & oramus, Deū præ-
 oculis habeamus, & Angelorum præſentiam conſideramus; amplectamur
 reuerentiam, ereamur offenſam, amulemur gratiam. Nea. 1. Dixit Nea-
 mias. Domine ſiant aures tuæ auſcultantes, & oculi tui aperti, ut audias o-
 rationem ſerui tui, quam oro ego hodie coram te die, ac nocte pro filiis Iſ-
 rael ſeruis tuis; alioquin cum tu in conſpectu Angelorum debeas præſallere,
 ſi taces, ſi non aduertis quod tu dicis, ſi uerba dimidias, aut corrupis, aut
 interrumpis, timere debes, ne proferat Dominus contra te illud: Attendi, F
 & auſcultauit, nemo quod bonū eſt loquitur. Deut. 33. In perſona religioſi.
 Dixit Leui patri ſuo, & matri ſuæ, neſcio uos, & fratribus ſuis, ignorauit il-
 los; hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt; benedi-
 dicite domine fortitudinem, & opera manuum illius ſuſcipe.

Et nota de pueris uolentibus intrare religionem ait Dominus parenti-
 bus, & amicis ipſos retrahentibus, Sinite paruulos uenire ad me, talium e-
 nim eſt regnum cœlorum; & ipſi debent parentibus dicere illud: Si diligeris
 me, gauderetis utique, quia uado ad patrem. Eccleſ. 50. Quasi hortus re-
 fulgens inter nebulas gloriæ, id eſt, quasi ſos roſarum in diebus uernis, &
 quasi lilij aquæ ſunt in tranſitu aquarum. Quære 84. Flumen inquietatur
 ex motu continuo & pluuiâ, & uentorum impetu. Matth. 7. Deſcendit
 pluuiâ, uenerunt flumina, flauerunt uenti, & irruerunt in domum funda-
 tam ſuper arenam, & cecidit: Cor enim habens intentionem ad infructuo-
 ſitatem temporalium, modo inquietat, &c. Quære 52. a. in Mat. Iaco. 5. Glo-
 rietur frater humilis. &c. Hoc dicit ad cõſolationem religioſorum, qui glo-
 riantur in conſcientijs eò quod omnia dimiſerunt propter Deum, & affe-
 cuti ſunt perfectionis ſtatum, ſequendo perfectiori modo Chriſtum; vn-
 de Auguſtinus de bono coniugali: Bene fecerunt mulieres, quæ ſequentes
 Chriſtum eidem de ſuis facultatibus miniſtrabant; ſed melius, Apoſtoli,
 qui omnia reliquerunt, ut Chriſtum expeditius ſequerentur: Per duplicem
 miſericordiam corporalem & ſpiritualem frater debet ſubuenire, ex plũ
 de gruibus quæ alternatim uigilant, pro ſe inuicem habentes ſollicitudinẽ,
 diſponunt uigiles de nocte, explorant aliã, ex qua parte tententur inſidia,
 præcedit una alias, & per uicẽs ſuſcipiunt uigilias. Genef. 19. Eſt ciuitas
 hic parua, ad quam poſſum fugere, & ſaluabor in ea: Ignis enim carnalis, H
 & æternæ concupiſcentiæ totum ferè mundum depopulauit; ideo de hoc
 igne inquit Bernardus: Mira abuſio, domus ardet, ignis inſtat a tergo, ſu-
 gienti prohibetur egredi, euadenti ſuadetur regredi, & hoc ab alijs, qui in
 medio poſiti ſunt, immo qui obſtinatiſſima quadam dementia inde exire
 ſoluunt. Quære in tabula de diuinjs, paupertate, quomodo religioſi ſe debeant
 habere ad iſta. Luc. 19. Videns Ieſus ciuitatem Ieruſalem, fleuit ſuper illã;
 ſequitur cauſa, quia circumdabunt te inimici tui vallo, & ad terram proſter-
 nent; hoc dicitur de moderna eccleſia, vel de religione, quia quæ celeftis
 erat origine, facta eſt terrenæ conuerſationis Domini, tota inſtituitur terre-
 nis, ex hac auaritia ſequitur diſcordia: Hierem. 5. Effunde circa Hieruſalẽ
 aggerem, omnis calumnia in medio eius; Fili hominis fode parietem cir-
 ca

Psal. 67.
Officiũ di-
uinum.

Oratio.

Hier. 3.c

Iud. 14.

Cor.

Miſericordia

Eccleſia.
Ciuitas.

A ca Hieruſalem, ſcrutare eam in lucernis, & uidebis in ea abominationes
 maiores, quoniam hinc ſuſcitantur frivola quæſtiones, vexationes, ſequuntur
 appellationes, exceptiones, dilationes, ut hodie patcat, quod omni calũ-
 nia eſt in medio eius: Quomodo religio eſt ciuitas, Quære 84. b. in Luca.
 Et de religione quære in tabula de eccleſia.

Ezech. 1. Vbi erat impetus ſpiritus, illic gradiebantur, nec reuertebantur
 cum ambularent. Quidam enim ad impetum ſancti ſpiritus conuertuntur,
 ſed poſtmodum negligẽtia, & deſidia reſoluti, cum parum profecerint,
 in culpam priſtinam ad ſecularem ſtatum, & ad uomitum reuertuntur cũ
 vxore Loth; quæ reſpiciens retro, in ſtatuam ſalis conuerſa eſt; neſcientes
 quod nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro ineptus eſt re-
 gno Dei: non ſic ſancta animalia, quia ibant ubi ea ducebat ſpiritus, nec re-
 uertebantur cum ambularent. Eitote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimpli-
 ces ſicut columbæ: Serpens in arctam cauernam intrans in centralem ſer-
 redigit paruitate, & in puluere uiliter paſcitur: Columba ad lacũ exiens, Columba.
 ſe uolando dilatat, & gra. o puro uescitur: Sic religioſus cũ intrat in imũ
 conſcientiæ ſuæ, humiliatur, & fragilitatem ſuam meditatur, cum autem
 ad alios uidendos exit, charitate dilatat ad eos, non aſſumens, vel incor-
 porans ſibi aliorum defectus, ſed per aliquod bonum inuenit in proximo,
 quo reficitur, & quod imitatur: Noli ergo timere alterum iudicare, ſed dil-
 ligere, & bona eius eligere, & te intra te prudenter circumſpicere. Genef.
 8. Cum non inueniſſet columba, ubi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad ar-
 cam: Columba, anima deuota, quæ in mundo fluctuanti non inuenit, ubi
 requieſcat pes ſui affectus; ideo reuertitur ad arcam religionis, in qua eſt ſe-
 curitas, & quies. Luc. 5. Relictis omnibus ſecuti ſunt Ieſus: Sic religioſi de-
 bent omnia dimittere, ſcilicet parentales affectus, mundiales trepitus, cu-
 riales tumultus, uoluntarios motus; debent relinquere exercitia corpora-
 lia, in ſui conuerſione; bona temporalia in ſui conuerſatione; corpora, in
 ſui mortificatione, & obedientiæ executione Prou. 27. Sicut auis tranſmi-
 grans de nido ſuo, ſic uir, qui relinquit domum ſuam; auis ſunt, quæ dere-
 linquit nidum ſuum, & exponit beſtys oua quæ poſuit; & homo qui relin-
 quit religionem, & claſtrum, ubi eſt locus quietus, animam perdit, &
 merita, quæ congregauit. Moſes poſtquam uidit rubum ardentem dimiſſa
 Æthiopilla, quia nigra erat, ſoluit calceamentũ de pedibus, & acceſſit ut u-
 deret rubum ardentem, quia dimiſſa caligine temporalium, qua reddunt
 hebetem intellectum circa ſpiritualia, cor illuminatur, & accenditur ad ſa-
 pientiam, & peruenit uſque ad familiaria & ſecreta Dei colloquia Mat.
 19. Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, vel ſoroſores, aut patrem, aut
 matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, cẽtuplũ
 accipiet, & uitam æternam poſſidebit: Conſidera ergo quot, & quantos
 hodie mundi ſapientia ſuppantat: Ait enim mundus, & mũdani; Noli præ-
 cipitanter agere, diu conſidera, magnum eſt quod proponis, experire quid
 poſſis, Amicos conſule, ne poſt factum peniteas, & ad uomitum reuertaris;
 ſed quid opus eſt deliberatione? non a Deo eſt, quod inſpiratur, quæ cõ-
 ſulis, poſt Dei conſilium tibi datum? quo opus eſt conſilio, ubi Chriſtus uo-
 cat ad regnum amicos? conſulat, ait Bernardus, qui non legit, inimici homi-
 nis domeſtici eius; Poſtquam autem dimiſimus temporalia uitia, deſideria, Chriſtum ſequi
 carnalia, debemus ſequi Ieſum cum Apoſtolis per penitentiã aſperitatem,
 contra uitia; per uoluntariam paupertatem, contra temporalia abrenun-
 ciando propriam uoluntatem, contra carnalia deſideria: per penitentiam
 Chri-

Columba.

Relinquere

Chriſtum ſequi

Christum debemus sequi, quia sicut peccatū aufert cognitionem Dei in presenti, mortificat bonum meriti de præterito, euacuat promissionem præmij de futuro, sic e contrario per penitentiam recipimus diuinam cognitionem, meriti mortificati viuificationem; æterni præmij retributionem, & assecurationem. Iosu. 14. Dixit Caleph, fratres mei dissoluūt cor populi, & ego nihilominus secutus sum Dominum; iurauitq; Moyses in die illo dicens, Terra, quam calcauerit pes tuus erit possessio tua, quia secutus es Dominum Deum tuum. Fratres nostri sunt sæculares, & lit terati, qui dissoluunt cor populi, quando aliquem simplicem volentem intrare religionem, impediunt ab executione diuini propositi; sed verus Caleph sequitur Dominum, & Dominus dat ei terram, quam calcat, quia si perfectus fuerit contemptor, verus erit possessor. Vnde Mat. 19. dicitur de illis, qui reliquerunt omnia propter euangelium, & sequuntur Christum, centies tantum recipiunt etiam in hoc sæculo, quia pro vno patre, quem in sæculo relinquunt, centum inuenient, qui eos verius diligunt, quam patres, & pro vno fratre centum fratres.

Exo. 14. Dominus præcedebat filios Israel ad ostendendam viam per diem in columna nubis, per noctem in columna ignis: quia veris filijs Israel religiosi, ostendit Dominus viam salutis ad terram promissionis; In columna nubis per rectitudinem obedientiam; in nube, per refrigerium castitatis; in igne, per purgationem paupertatis. Dominus autem in persona Angelis eos præcedebat, dirigebat, quia in talibus impletur manifestè illud: Angelis suis madauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Et illud Sap. 10. Deducit eos in uia mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte, & adhuc ad litteram, Dominus facit mirabilia in religiosi; cum supra humanam æstimationem sine sollicitudine dat eis suam necessitatem. Mirabile, quod columna illa erat tenebrosa, & illuminans noctem, & secundum quod exponit Andreas, non Hebræi, sed Aegyptijs erat tenebrosa; Hebræis luminosa, quia carnales, & mundani non credunt dulcedinem, quam tamen religiosi quotidie experiuntur, & sentiunt spirituales, sicut de Apostolis videntibus gloriam Domini transfigurati, legitur, quod nubes lucida obumbravit eos. Aliqui sunt ministri Diaboli, & eius aduocati, qui per per argumenta sua retrahunt homines à religione, dicentes alicui iuueni feruenti in desiderio, & proposito bono, charissime si tu intrares in asperam religionem, tu destrueres carnem tuam, sed nemo carnem suam odio habuit, vel debet habere, vel destruere; ergo nec tu debes religionem illam intrare. Actuum 14. O plene omni fallacia, & dolo, filij diaboli, inimici omnis iustitiæ, nec desinis subuertere vias Domini rectas: Oī ait fallacia, quia in argumento tuo, immo tuo & Diaboli patris tui, est fallacia accidentis, fallacia quæ decipit sapientes, ut dicit Philosophus quando aliquid inest alicui per accidens, &c. Dicitur, quod cum insit ei per se, vel econuerso, carnem autem odiri, vel destrui non conuenit carni secundum se; sed secundum carnales concupiscentias, quæ odiendæ sunt; & idè destruedæ, ne insurgant contra spiritum: sicut ancilla superba, & delicatè nutrita contra dominam. Vnde ait Angelus ad Agar ancillam, quo vadis, reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. Exod. 3. Cum duxisset gregem ad interiora deserti, apparuit ei Dominus: quia donec sensus ducti sunt ad desertum mortificationis, non apparet Dominus intellectui nostro. Genes. 19. Est hic ciuitas parua, ad quam possum fugere, & saluabitur in ea Loth: Quomodo religio dicatur ciuitas, quæ supra in ta-

bula

Abula: Loth enim qui non vult ascendere montem, sed latere in humilitate, significat non appetendam esse eminentiam dignitatis, aut apparentiam sanctitatis, sed vallem, & perfectionem humilitatis: De Religione dicitur illud Cant. 1. Equitatum Pharaonis assimilauit te amica mea: Religio enim quadruplicem habet exercitum, scilicet pedestrem, quatuor virtutum &c. quare 35. b. in Cant. 4. Regum 2. Afferre mihi vas nouum, & mitte in illud sal; Verbum est Christi, de pueris volentibus venire ad statum religionis, quod est vas electiois in nouum absque peccato, & macula actualis infectionis, in quo ponit Deus sal discretionis: Et sic sanantur aquæ originalis infectionis. 2. Timoth. 2. In magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam in honorem, quædam in contumeliam: Lignea sunt apta combustioni, fictilia sunt apta fractioni: Sequitur, Si quis emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificationis, & vile Domino, ad omne opus bonum paratum. Emundauerit se ab istis vasis contumeliosis, non imitando mores eorum: Isti status sunt in religione: Quidam sunt, vt vasa aurea per caritatem & feruorem orationis; quidam ardent per claritatem & splendorem prædicationis, &c. Iudicum 9. Quæcunque me videritis facere, hæc facite: Idè præcidetes ramos de arboribus, sequebatur duces; Christus enim hoc docuit, vt contemnerentur parentes propter Deum Mat. 19. ergo præscindendi sunt certatim rami ab arboribus, id est paruuli à parentibus, qui adhærent eis carnalibus affectibus, & sic Christus sequendus. Deuterono. 22. Cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum; ne effundatur sanguis innoxius in domo tua, & sis reus alio labente, & in præceps ruente; quia cū ædificatur domus nouæ conuersationis in nouicijs, faciendus est murus debite circumspectionis, vt nouicius non moriatur ictu tentationis, & vt proximus non ruat in religione per scandalum. Marci 14. Adolescens relicta Syndone nudus profugit ab eis: Ille adolescens est iuuenis, qui vult intrare religionem; syndon, vestis tenuis, est prosperitas temporalis, qua relicta debemus exire de consortio malorum, & nudi Christum nudum sequi. Can. 1. Adolescentulæ nimis: Istæ adolescentulæ sunt feruentes nouiciorum animæ, nouiter ad Christum conuersæ, habentes affectiones, sicut scintillæ æris candentis & innumerabiles. Can. 6. Adolescentulorū non est numerus: Hi diligunt nimis Christum, plus quam suos, plus quam sua, plus quam se, adè vt aliquando refrænare oporteat feruorem nouiciorum toto corde dulciter, tota anima prudenter, tota virtute fortiter, & perseueranter amantium; & tamen dum nimis diligunt, parum merentur; ne forte debeant nimis super nimirate culparum: Quia si mandata Dei custodienda sunt nimis, illud maximè, quod maximum est mandatum: Et forte istæ sunt adolescentulæ, quæ figurantur. 3. Reg. 1. Per illam Abyfac Sunamitem adolescentulam speciosam, puellam, pulchram nimis, quæ dormiebat cū rege, & ministrabat ei: Abyfac interpretatur patris mei holocaustū, designans cor incensum per feruorem dilectionis, pulchra per integritatem mentis, puella per incorruptionem meditationis, ministrans Deo per assiduitatem orationis, dormiens cū eo per excessum contemperationis. Sap. 3. Qui confidunt in illis intelligēt veritatē; & fideles in dilectione, acquiescent illi: quod fit cū inspirationi diuinæ cōsentimus sine cōtradictione, ponentes in Deo anchorā nostræ cōfidentie: cōtra quosdā, qui pp carnalium parentum affectionē, omittūt facere penitentiam, & intrare religionē. Hierony. Introducit iuuenē parentibus sic dicētē, nō sufficit vobis parētibus meis, q̄ me miserū in hanc

Novicij.

Vas

Vestis.

Novicij.
Adolescentulæ.

Dilectio.

In hac miseriam induxistis, quod in peccato vestro me peccatorem genuistis, quod me de peccato nutritis; Vbi autem in viuendo misericordiam, quam consecutus sum ab eo, qui non vult mortem peccatoris, gehennæ filium faciat. Contra illos qui se iactant & gloriantur, quia sunt de alta religione & professione, qui magis confidunt in habitu, quam in actu; in exteriori religione, quam in interiori deuotione; in nomine, quam in re: De quibus Apoc. 3. Nomen habes, quod viuas, & mortuus es; Quia nomen sine re, species est dicta Chymera. Vnde August. Si vis habere nomen, tene rem: Isti sunt Herodiani, id est gloriantes in peilibus: Isti Iudaizant: Dicebant enim pater noster Abrahæ est; quibus Christus, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: Et iterum: Vos ex patre Diabolo estis. 2. Mach. 5. Non pro loco, gēte; sed pro gentē, locū Deus elegit: Locus. n. sanctus in veritate est religio, & vbi Deus habitat. Psal. 17. Deus in loco sancto suo, Deus qui inhabitare facit vnus moris in domo. Gen. 28. Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli. Psal. 117. Hæc porta dñi, iusti intrabunt in eam: Vnde dicunt, Bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, In mansionibus trium votorum; sed quia locus non sanctificat; nam de cælo lucifer cecidit, & homo de Paradiso eiectus fuit; ideo non eliguntur, nec laudantur religiosi propter religiosorum deuotionem. Iosue 5. cap. Exod. 3. Solue calcamentum de pedibus tuis; locus enim in quo stas, sanctus est; Calcamentum soluit, qui carnalibus concupiscentijs abrenunciatis, mundum dimittit, & nudus post Christum nudum vadit. Leui. 10. Tollite sacrificiū, quod remansit de oblatione domini, & comedite illud absque fermento, iuxta altare comedetis, aut in loco sancto: Locus iste sanctus religio est, vbi sacrificium corporis comeditur, quia ibi frequenter communicatur; Et absque fermento peccati, quia sunt reuerentes in oratione; & deuoti, quia non grantur accessu volucrum, id est, volantium imaginationum, vel importunitate muscarum Aegyptiarum, hoc est curiositate, vanitate, & voluptate; Musca enim vanitatis, macular sacrificiū humiliati cordis: vnde dicitur in Gen. 15. Quia Abrahā offerens sacrificiū, abigebat muscas: Musca curiositatis, sacrificium orationis; Musca voluptatis, sacrificium mortificationis; Sūt ergo viri religiosi in hoc loco sacro ordinati per cordis tranquillitatem; per oris sobrietatem; per corporis asperitatem. Actu. 21. Imponebant Paulo, quod ipse gentiles induxit in templum. & violauit locum sanctum istum; Gentiles sunt gulosi, quorum Deus venter est, solent enim a gentibus, dijs suis templa constitui, altaria erigi, ministri ad seruiendum ordinari, immolari pecudes, thura cremari; & similiter fit ventri, templum est coquina; altare, mensa; ministri, coci; bestiae, ferulorum varietas: Inclinar aures rumoribus; excitatur saporum generibus. demulcetur confabulatione, non oratione, ocio delectatur, somnolentia gratulatur: O quam distant religiosi nostri temporis ab illis antiquis patribus, qui se adinuicem reuicentes ex charitate, delectati collationibus sanctis, totum diem transigebant ieiuno ventre sed refecta mente, quibus aliquid coctum comedere, luxuria erat; & aquam bibere ad necessitatem, reputabant etiam ad superfluitatem; nūc autem ferula ferulis apponuntur; non abstinetur à carnibus; luxuriatur in piscibus; oculi coloribus alliciuntur; palatum saporibus, fauces implentur dapibus, & aures implentur rumoribus, proferuntur vina diuersa, speciebus & generibus respurguntur pulmēta, pulueribus grauiatur miser stomachus; his omnibus miserum corpus varijs agritudinibus: Isti sunt gentiles subditi Deo ventri; qui non quarunt secretas orationes, sed fabulosas ociorum

ociorum colloquutiones; inter quos non audiuntur singultus & suspiria conpunctionis mentis, sed risus & cachinnationes, & ructus ingurgitati ventris. Et quod dicere pudet delicatius quidam viuunt in religione, quam facerent in propria mansione.

Gen. 28. Cum enigilasset Iacob de somno, ait: Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam; pauensque, quam terribilis, ait, est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli: Dormit Iacob, cum intellectus soporitur curiositatis fantasinate; sed euigilat, cum illustratur veritate: & tunc clamat in loco isto esse Dominum, quod ante nesciebat, cum in omnibus creaturis cernit Dei vestigiū, quod ante non auertebar: & quia Deum nesciebat in omni creatura, quæ representat gloriam sui saluatoris; Idem pauens dicit, quod locus iste sanctus est terribilis, id est venerabilis, non est aliud, nisi domus Dei, & porta cæli, quia debita consideratio creaturarū dicit ad portam, id est ad cōtemplationē supercelestiū; vnde hæc est porta per quam intratur in illud secretissimum & serenissimum cælum, quia cū mēs incipit Dei vestigiū in creaturis agnoscere, & per eas gradens ad se accedere, & per puram intelligentiam seipsam excedere, & in illam incorpoream lucem tota intrare, & in his, quæ in intimis videt quendam intime suauitatis saporem, capere, & ex eo intelligentiam suam condire, & in sapiētiā vertere, in excessu pax inuenitur, & in Deo in cælo; vbi est secretum silentium, nulla alteratione cogitationum tumultuantium inquietatum esse dicitur. Mira enim serenitas, vbi nil inuenitur quod peratur per desiderium, quod arguatur per fastidium, quod accusetur per odium; vbi pax sentitur, quæ exsuperat omnem sensum: De illis, qui nolunt conuersari inter seculares. Deut. 18. Quando ingressus fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentiū, &c. Quare 35. b. In Deuteron. De cupiditate religiosorum, in Leuiti. Omne de volucris, quod graditur super quatuor pedes &c. Quare fol. 47. b. in Leuit. Exod. 15. Egressi de mari rubro ambulauerunt tribus diebus in deserto Sur, & venerunt in Marath, nec poterant bibere aquam propter amaritudinem, quæ immisso ligno versa fuit in dulcedinem; quia licet quidam homines inconstantes & arundinei, frangantur per impatientiam, cum prauis filijs Israel murmurantibus contra bonorum temporalium penuriam; si tamen in tali penuria ponerent, per considerationem, lignū Domine passionis, haberent bonā patientiam, & totum in dulcedinem vertetur; Quæ debet cogitare, & quomodo sensus suos debet regere religiosus. Exo. 3. Cum duxisset Moy. gregem ad interiora deserti, &c. quare 37. b. Iuuenes, qui sunt in religione, debent à Christo puero exemplum accipere; Luca 2. f. Non inuenerunt eum inter cognatos & notos; sed inter doctores disputantem in templo, vnde Can 3. Non inuenit eum sponsa in foro, vel in plateis, vel in vico ciuitatis: quia vir religiosus, & maximè iuuenis, non debet Deum quærere in foro, nec inter cognatos & notos, sed in templo, vbi auditur sermo de Deo; Vnde Christus dedit exemplum, vt illi, qui sunt etate iuuenes, in religione, scilicet, sint viri in moribus, & euacuet quæ sunt paruuli; Idem enim esset annorum duodecim remansit in templo, vt illis intenderet, quæ sunt patris sui cælestis; Sic Ioannes Baptista puer intrauit heremum, sic Martinus 12. annorum heremum concupiuit, sic Antonius Abbas, puer ad heremum fugit, sic Agnes 13. annorum, martyrium sustinuit, & Daniel puer presbyteros iudicauit. Dan 13. Sed quidam sunt pueri, quasi filij Hely, filij Belial, qui nunquam quæ Dei sunt sapiunt, nec

11102

11103

11104

Musca.

Cultus diuinus.
Deus.
Venter.
Gula.

Gula.

11105

11106

11107

Porta.

Beatitudo.

11108

Murmuratio.

Cruis.
Penuria.

Iuuenis.

Christus.
Pueri.

Puer. nec ad maturitatem perveniunt: Sicut quaedam ficus, & quaedam vix acerbae, quae nunquam fiunt matura, & quaedam prava legumina, quae quâto magis bulliunt, magis sunt dura: sic aliqui iuvenes, quâto magis monentur & corriguntur, tantò deteriores fiunt, & quidam senes infatuati, qui velut trunci veteres, & putridi, aliquo flatui nequeunt succendi; nunquam flammam faciunt, sed semper fumum, & fumigando inutiliter consumuntur: Nò tardet ergo iuuenis cõverti, nec promittat fufur senectutis Deo, & simillam iuventutis det Diabolo; mustum feruidum adolefcetia det Diabolo, & feces senectutis referuet Deo. Eccl. 25. Quae in iuventute tua non congregasti, quomodo inuenies in senectute tua?

Novitij. De conversatione novitiorum in religione. Deut. 21. Si videris in medio captivorum mulierem pulchram, & adamaveris eam, voluerisque habere uxorem, introduce eam in domum tuam, quae radet caesariem, id est deponet peccata cogitationum, & circumcidet vngues, id est peccata operum; & deponet vestem, in qua capta est, id est veterem consuetudinem & conversationem secularem, & erit vxor tua per charitatem & unionem, & religionis professionem. Chrysof. super epistolam ad Hebraeos in fine: Sicut navis, quae prospero flatu fertur in pelagus, non potest impediti, neque demergi usquequo prospero atque perseveranti vento fruatur, sed etiam post suae navigationem gloria eius magna nautis siue epibatis illis requiem tribuens, qui labore remigationis non fuerunt fatigati; illis autem, quos maris molestia liberavit, & navigationem hilarè fecit: sic anima divino adiuta spiritu omnibus rebus superior existit; & omnibus rebus fluctuantibus vitae huius eminet, & viam in caelum ducentem vehementius, quam illa navis incedit; utpote impellit sedata paraclero, fertur munda vela possidens, & per na prosperis flatibus omnem remissionem, & dissolutionem à sua mente discernit: Sic enim velis laxatis ventus incidens nihil operatur, sic Spiritus sanctus in anima remissa, & segni non patitur permanere, sed opus est nobis omni diffractione, & vehementia, ut mens nostra ardens in nobis existat, & omnia in nobis opera intenta sunt.

Chrysof. De religiosis accidiosis & ociosis. Num. 11. Ortum est murmur populi quasi dolentium præ labore contra Deum: Sequitur in mentem veniunt porri & Quære. 9. b. in 51. Num. Leuit. 25. Sex annis feres agrum tuum, & sex annis putabis vineam &c. Ibi ostenditur quomodo religiosus debet toto tempore vitae suae merita aggregare. Quære 156. a. in Leuit. Prouerb. 24. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum impleuerant vrtica, operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat: Intelligimus per agrum, corpus; per vineam, animam; quia preciosior est vinea, quam ager, quando autem ista non excoluntur per disciplinam & sanctum exercitium, implentur spinis, id est punitionibus vitiorum, & praevarientium desideriorum; maceria lapidum destruitur, quando praecipua virtutum minuta deseruntur; per vrticas, quae generant vesicas tumentes, superbia specialiter designatur: unde sunt tantae caliditatis ut calore suo omnes humores desiccant; quia superbia est tam ardens ambitionis, quod omnes virtutes exterminat, & omnem humorem gratiae exsiccat, unde tantae vredinis est vrtica, quod manus tangentis vrit, sed dolor cum malua conficatus recedit, quia superbia crescit ambitione, sed curatur malua, quae est herba quae mollic ventrem & purgat, scilicet paupertate & disciplina: Quære residuum. 81. a. Item 172. b. Ad humilitatem religiosorum spectat, incultus habitus, vilibus enim vestibus induitur, qui fragilitatem

Marc. Anima. De religiosis accidiosis & ociosis. Num. 11. Ortum est murmur populi quasi dolentium præ labore contra Deum: Sequitur in mentem veniunt porri & Quære. 9. b. in 51. Num. Leuit. 25. Sex annis feres agrum tuum, & sex annis putabis vineam &c. Ibi ostenditur quomodo religiosus debet toto tempore vitae suae merita aggregare. Quære 156. a. in Leuit. Prouerb. 24. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum impleuerant vrtica, operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat: Intelligimus per agrum, corpus; per vineam, animam; quia preciosior est vinea, quam ager, quando autem ista non excoluntur per disciplinam & sanctum exercitium, implentur spinis, id est punitionibus vitiorum, & praevarientium desideriorum; maceria lapidum destruitur, quando praecipua virtutum minuta deseruntur; per vrticas, quae generant vesicas tumentes, superbia specialiter designatur: unde sunt tantae caliditatis ut calore suo omnes humores desiccant; quia superbia est tam ardens ambitionis, quod omnes virtutes exterminat, & omnem humorem gratiae exsiccat, unde tantae vredinis est vrtica, quod manus tangentis vrit, sed dolor cum malua conficatus recedit, quia superbia crescit ambitione, sed curatur malua, quae est herba quae mollic ventrem & purgat, scilicet paupertate & disciplina: Quære residuum. 81. a. Item 172. b. Ad humilitatem religiosorum spectat, incultus habitus, vilibus enim vestibus induitur, qui fragilitatem

Vrtica.
Superbia.
Malua.
Habitus.
Vestis.

Agilitate intuens propriam humiliatur: hanc humilitatem docent uiles panis, quibus indutus est Iesus in principio ortus sui: Ioan. Bap. qui erat indutus pilis camelorum. Et fecit pelliceas tunicas primis parentibus: Et altare, quod iubetur fieri de lapidibus impositis. Exod. 20. Et de hoc Mar. 4. in figura grani synapsis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod minimum est de omnibus oleribus; humilitas. n. facit hominem viliorè, & minorè omnibus reputari, & præ omnibus exaltari: sicut quanto humilior est fundamentum, tanto altius super eo erigitur edificium, quia qui se humiliat exaltabitur.

Religiosus debet exire extra claustrum per charitatem, nò sicut coruus qui egressus de arca illeclus est cadauere per carnalitatem & cupiditatem. Genes. 34. Non sicut Dina exijt, ut videret mulieres regionis illius per curiositatem; sicut fatui religiosi, qui intrant villam ad videndum spectacula & ludos ac vanitates. Et applicatur illud Luc. 15. Non sicut filius prodigus de domo patris, qui substantiam male viuendo consumpsit per carnis voluptatem; non sicut Semei contra preceptum Dauid exijt de Hierusalem, per propriam voluntatè; non sicut fatuae virgines, quae exierunt obuiam sponso & sponsae, non intraverunt, quia olei charitatè nò habuerunt, sed lucis apparentis vanitatem. Mat. 25. Non sicut eijcitur, & exijt cum eo iurgium. Prou. per discordiam diuersitatem: Hi sunt qui seminant inter fratres discordias. Prou. 6. Per verba vacuitatis, falsitatis, dolositatis, duplicitatis, deceptionis, nequitiae, detractionis, iniquitatis, adulationis, contumelie, scandali, lasciuiae, ocij, garrulitatis, blasphemiae, maledictionis: sed religiosus debet exire sicut exierunt filij Israel de Aegypto vitiorum, & malorum sociorum, ut iam non seruiant Pharaoni, id est diabolo, in luto luxuriae, in latere auariciae, in palea superbiae. Et nota quò religiosi debent confidere in Deo, ut eis prouideat in suis necessitatibus. Quia in Psal. 9. Tibi derelictus est pauper. Et iterum: Iacta cogitatum tuum in Domino. & ipse te enutriet. Sicut enim terra valde bona est, quae ad solam caelestem pluuiam fructum profert, praeter humanam industriam, & laborem, sic videmus in quibusdam religiosi, quod Dominus eos fouet, & nutrit, quia non habent redditus, nec pecuniam congregatam: Hoc facit Dominus ad laudem ipsius, ut eis praeter laborem suum prouideat victum & vestitum, qui totam fiduciam ponunt in eum. Luc 12. Considerate coruos, qui non seminant, neque metunt, quibus nò est cellarium, neque horreum, & tamen Deus pascit illos, quanto magis vos qui pluris estis illis: Exemplum de filiis Israel in deserto, qui quadraginta annis nutriti sunt manna: immo qui eos pascit, qui eum impugnant, ut infideles, & peccatores, multo magis eos pascet, qui eum iugiter laudant: Religio est desertum, per quod filij Israel transeunt ad terram promissionis ducatu Dei; In deserto enim est hominum solitudo, florum pulchritudo, volucrium dulcedo: quia in religione sunt ocia contemplationis; exempla edificationis, concordia vnanimis conversationis. de 1. Et xo. 3. Cum duxisset Moyses gregem ad interiora deserti, apparuit ei Dominus. Gregorius. Quamuis Moyses fuit admixtus Aegyptijs, non apparuit ei Dominus, qui curis saecularibus impeditus, non est ad contemplandum aptus; sed cum homo ad secretum mens intime redit, & strepitibus mundi aures claudit, tunc in ocio contemplationis Deum cernit. Dan. 4. Visio capitis mei in cubili meo, visio capitis, intelligentia mentis; cubile tranquillitas cordis, & ocium studiose quietis; visio ergo capitis in cubili pericitur, quando inter studij sui secreta ocia ad mentis contemplationem mens humana

Bilitate intuens propriam humiliatur: hanc humilitatem docent uiles panis, quibus indutus est Iesus in principio ortus sui: Ioan. Bap. qui erat indutus pilis camelorum. Et fecit pelliceas tunicas primis parentibus: Et altare, quod iubetur fieri de lapidibus impositis. Exod. 20. Et de hoc Mar. 4. in figura grani synapsis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod minimum est de omnibus oleribus; humilitas. n. facit hominem viliorè, & minorè omnibus reputari, & præ omnibus exaltari: sicut quanto humilior est fundamentum, tanto altius super eo erigitur edificium, quia qui se humiliat exaltabitur.

Cogitatum tuum in Domino. & ipse te enutriet. Sicut enim terra valde bona est, quae ad solam caelestem pluuiam fructum profert, praeter humanam industriam, & laborem, sic videmus in quibusdam religiosi, quod Dominus eos fouet, & nutrit, quia non habent redditus, nec pecuniam congregatam: Hoc facit Dominus ad laudem ipsius, ut eis praeter laborem suum prouideat victum & vestitum, qui totam fiduciam ponunt in eum. Luc 12. Considerate coruos, qui non seminant, neque metunt, quibus nò est cellarium, neque horreum, & tamen Deus pascit illos, quanto magis vos qui pluris estis illis: Exemplum de filiis Israel in deserto, qui quadraginta annis nutriti sunt manna: immo qui eos pascit, qui eum impugnant, ut infideles, & peccatores, multo magis eos pascet, qui eum iugiter laudant: Religio est desertum, per quod filij Israel transeunt ad terram promissionis ducatu Dei; In deserto enim est hominum solitudo, florum pulchritudo, volucrium dulcedo: quia in religione sunt ocia contemplationis; exempla edificationis, concordia vnanimis conversationis. de 1. Et xo. 3. Cum duxisset Moyses gregem ad interiora deserti, apparuit ei Dominus. Gregorius. Quamuis Moyses fuit admixtus Aegyptijs, non apparuit ei Dominus, qui curis saecularibus impeditus, non est ad contemplandum aptus; sed cum homo ad secretum mens intime redit, & strepitibus mundi aures claudit, tunc in ocio contemplationis Deum cernit. Dan. 4. Visio capitis mei in cubili meo, visio capitis, intelligentia mentis; cubile tranquillitas cordis, & ocium studiose quietis; visio ergo capitis in cubili pericitur, quando inter studij sui secreta ocia ad mentis contemplationem mens humana

N n mana

Habitus.
Vestis.

Humilitas

Exire

3. Reg. 2.
Gloria ua
na.

Exire.
Seruire.
Exo. 1. c.

Pascit.

Pascit.

Desertum.
Oritus
Agri.
Gregor.

Vana diuina aspiratione subleuatur. De religioso enim diligente solitudinem dicitur Iob. 36. In figura asini siluetris, qui dicitur onager, cui dedi in solitudine domū, quā inhabitat mentis secretū, & tabernacula eius in terra saluginis: Salugo sitim accendit, & hi ex desiderio celestis patriæ accenduntur, ut sitiunt, sitiunt, ut satientur; immo habent vehemens desiderium, ut ibi corpore, ubi sunt corde, contēnunt multitudinem ciuitatis, atcedentes illud Seneca, Quoties inter homines fui, minus homo redij; Exatores non audis, quia etiam fumant quod necessario sufficit, restringunt tamen quod voluptas exigit, circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirat, quia elenatur intellectus eorū in præuiam veritatem, & rationes supernas reficitur, & pascitur affectus circa summā bonitatem, & cōsolationes internas, meditat frequētius circa eternitatē, & mansiones eternas. hæc. n. sunt viridaria nunquā virorē suam perdentia. de 2. Pinguē scēt speciosa deserti. Sicut. n. animal ex diuersis ferculis pinguescit, ita religionis ædificatio est ex diuersis sanctorū exēplis, quasi ex floribus diuersis, ubi florent liliū castitatis, rosa charitatis, viola humilitatis; & ita de alijs floribus virtutū. de 3. Esa. 51. Consolabitur Dñs Syon, & consolabitur eius quasi delicias, & solitudinē eius quasi hortū Dñi. Consolatur Dominus religiosos, per multiplicē cōsolationem; & si quā cadant in defectum, respiciētibus facilis est ad remissionem, & ponit religionē delicias celestes, & hortū Dñi. i. paradisum voluptatis pp vnānitatem eorum, & pacē; & sicut in horto conueniunt aues ad cantandū, sic in religione ad Deum corde, ore, opere laudandū. Religio. n. suavis est in cohibitione, mitis in sermone, quieta in corde, secura in opere. In hoc deserto religionis sancte nō timetur inopia poculorū, non penuria ferculorū, non violētia inimicorū: habēt. n. habitātes ibi suum pigmetariū. sabbā dantiā diuinæ suauitatis, cellariū. i. refectionē pacificæ satietatis, dormitoriū internæ trāquillitatis. Abundātia non timet paupertatē, satietas nō timet famem, pax non timet rapacitatē. De 1. Esa. 43. Dedi in deserto aquas, in inuio flumina, ut darē potū populō meo electo. Ista est aqua diuinæ cōsolationis, quæ fuit impetu de Libano; & de illo flumine, cuius imperus lætificat ciuitatem Dei, id est religionē. De 2. Num. 24. Dirigens Balaā, & c. Quare 23. a. b. Itē. 38. b. De tertio Can. 8. Quæ est ista, quæ ascēdit per desertū & c. Diabolus magis impugnāt religiosos Christo ad hæretes, quā alios. Sic Laban persequitur iacob recedentē. Gen. 21. Pharao filios Israel recedentes de Aegypto. Exod. 14. Ga baonitæ confederati filijs Israel statim impugnantur a quinque; regibus. i. à quinque; sensibus, Iosue 19. Sic Salomon accepta sapientia statim impetitur à meretricibus 3. Reg. 11. A lubricis cogitationibus; & Sodomitæ. i. cogitationes immunda, pulsant ad ostiū Loth, postquā in hospitio suo Angelos recepit. Gen. 19. Et Matth. 9. Diabolus dæmoniācū, quā post eius curationem multum dissepens ab eo exijt; Diabolus. n. allidebat eum, spumabat, stridēbat dentibus, arefcebat, frequenter eum in ignē, & aquā mittebat, quia allidit Diabolus cor peccatoris per auariciam, spumare facit per luxuriā; stridere dentibus per iram, arefcere per accidiam; dum nunc aduersis confundit, nunc prosperis blanditur, & ad peccandum allicit, quod significat ista tentatio: sic Tobias post opus pietatis excæcatur calidis stercorebus hirundinum, malarum cogitationum volitantium.

Circa formam tentationis Diabolicæ tria sunt consideranda, causa, cautela, forma: Forma est modus tentandi, quod patuit in tentatione Christi; quem diabolus tentauit de tribus; & super-

Virtutes

Desertum.

Aqua.

Matth. 9.

E

F

G

H

Additur quartum, Christiano; Nam etiam tribus modis tentauit Diabolus Christum, quatuor modis tentat genus humanum; tentauit Christum de gula, contra molestiam famis, in deserto, de vana gloria, in templi pinna- culo de auaritia, in monte excelso: Prima ergo tentatio est de gula, quia nisi prius gula refrænetur, frustra contra alia vitia laboratur: Sic tentati sunt filij Israel in deserto de cibis Aegypti, quā in mentem veniebant eis allia, & non erat eis aquę copia; concupierunt concupiscentiā in deserto, & tenta- uerunt Deum in inaquoso; non. n. solum cibis delicatis tentamur, per gu- lam; sed et grossis per auiditatem nimiam; vnde Esau non carnibus, aut pisci- bus, sed lent culæ immoderato appetitu primogenituram amisit, vnde non dixit diabolus; Dic ut lapides carnes vel pisces fiant, sed panes, quia in pa- ne & aqua excedendo modum, vel præueniendo tempus debitum, vel ha- bendo nimis auidum appetitum, incurritur gulæ viciū: nisi gula restringat- ur per chamū & frēnū: Exemplum de primis parentibus, & filia Iephte, quæ primo occurrit: Caro. s. nostra tota feminea immoletur per secretum Spiritus sancti cōsiliū: Secunda tentatio est de vana gloria & iactantia, vnde Chryf. querit, quā pot innotescere, quæ esset filius Dei. Rūdet, volare per aerem, non est propriè opus Dei, quia nec hoc vtile est alicui, nec ad vitam nec ad corpus: Si ergo nulli necessarium est, nec proficit ad salutem, volaue- rit aut quis prouocatus, pp ostentationem, hic solam facit & c. potius ex dia- bolo, quæ ex Deo Luc. 22. Surgite & orate ne intretis in tentationem, quia ora- tio maximè reprimit elationis tentationem: Et notabile est, quæ su per pinna- culū, de superbia tentauit Iesum; vnde Chryf. Quia fere oēs doctores, & p- latos subuertit elatio, id magister veritatis permittit se assumi super pinna- culum. i. recti fastigium, ubi sedes est doctorum, ut doceat eos tentari de va- na gloria: Tertia tentatio est de auaritia, Sic Amalech, qui interpretatur lingēs sanguinem, impugnauit Israel, & tentauit. Exod. 17. Quarta tentatio est de ignorantia, cū Angelus Sathan trāsfiguratur se in Angelū lucis. 2. Cor. 11. Hoc est quæ prætendit nobis malum sub specie boni palliatū, quæ non fuit in Chri- sto, quia non assumpsit ignorantiam; vnde sub specie boni à malo decipi nō potuit, qui plenus sapientia semper fuit; vnde de hoc potuit verè dici illud. Non tentabis Dñm Deum tuum. Hæc quadruplex tentatio figuratur in Psal. cum dicitur. A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurso, & dæmonio meridiano, & præmittitur, non timebis à timore nocturno. Per timorem enim nocturnum intelligi possunt molestiæ corpora- lium tribulationum; cuiusmodi solent fieri in his, qui assueti delicijs & vo- luptatibus, quæ conuertuntur ad Deum; quibus caro à principio cōtradicit, quia tribulationes, quæ designantur per noctes, quas experta est, metuit. Ideo 1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui non patitur vos tēari vltra id, quæ potestis, sed facit cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere; Secunda tentatio est sagitta volans, superbia leuiter transiens, sed non leuiter vulnerans, im- mō acutè penetrans; Sag. rta. n. volans leuiter transit, & graue vulnera infli- git; Hoc est superbia, quæ citò inficit; & quia nobis quodammodo ingenta est ex inobedientia primorum parentum, debemus humiliari, & non effe- ri; Et quia superbia maximè tentat in prosperitate, ideo dicitur sagitta volans in die; Tertia tentatio est, Negotium perambulans in tenebris, hoc est auaritia in cordibus excacatis; hac enim tentatione tentatus est Ananias, Act. 5. Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri Spiritui sancto, & defraudare de precio agri? Auari enim negocijs sæcularibus inuoluti, excæcantur feruenti cupiditate, sicut Tobias calidis stercorebus hirundinum; & ambulat in te- n-

Gula.

Psal. 130.

Iudi. 11. f

Elatio.

Doctor Prædica- tor.

Deut. 6. c. Psal. 90. b. Tentatio. Timor.

Tentatio. Sagitta.

Negociū.

Auaritia. nebris, hoc est, in occultis flagellis. Bernard. Auaritia est radix omnium malorum, secretum vitium, pestis occulta, mater hypocrisis, liuoris parens, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea sanctitatis: Quarta est demoniū meridiana: cum enim homo ad bonum currit, & quasi lucem errat, & in feruore spiritus, quasi in calore meridiei est: Diabolus enim malum sub specie boni palliat, & Angelus Sathana: se in Angelum lucis transfiguratur: & ista est tentatio communis, quia potest inueniri in tribus prædictis. Aliquando enim transfiguratur se, occultando malum sub specie boni temporalis, vt quando dicit, Tu es bonus episcopus, vel huiusmodi. Mat. 4. Offert enim omnia regna mundi, & dicit. Hæc omnia tibi dabo &c. Aliquando sub specie boni naturali, vt quando suggerit molliciem sub spem sustentationis nature. Mat. 4. Dic vt lapides isti panes fiant. Aliquando sub specie boni gratuiti, vt quando suggerit arctiorem pœnitentiam, vt subito subuertat. Mat. 4. Mitte te deorsum, id est, inclina te ad arctiorem statum: Quia Angelus suis mandauit de te, id est, Deus proteget te. Sic tentauerunt Iudæi Iesum, quasi sub specie boni, Mat. 22. Cognita Iesu nequitia eorum ait. Quid me tentatis hypocrite? Secundò patet tētationis finis & causa: Tentauit. n. Diabolus quadruplici ex causa, minatur vt terreat; blanditur vt decipiat; promittit vt peruertat; insidiatur vt rapiat: Minatur itaq; vt terreat, quia ostendit volenti migrare ad religionem, vel ad melioris vitæ frugem, fugere propositi difficultatem, complexionis fragilitatem, vestium alperitatem, ciborum vtilitatem, laborum assiduitatem, contrariorum prælatorum crudelitatem, animorum in fratribus diuersitatem, ieiuniorum diuturnitatē, & si retrocesserit apostasiam, & infidelitatem, vigiliarum spaciam, claustritē dia, cibi ieiunia, & omnia imbecillitati carnis contraria: & ex his nasci egritudines insanabiles, nec esse bonum turbare naturæ complexionem, ex subtractione enim cibiorum mutatur complexio; sequitur naturæ turbatio; ex conturbatione naturæ ægrotudo; ex ægrotudine mors, & sic diabolus factus est phisicus, disputans de complexionibus: Et si teneatur religio, vel propositum bonum, minatur de morte, & infirmitatibus: Videt enim ex subtractione cibiorum, minui libidinem, idèd minatur ægrotudinem; videt paupertate nutriri humilitatem, & idèd quarit occasionē vt impediatur eam; & ex his sequitur in eis, qui sunt pusillanimes, & effeminati id, quod dicitur Lucæ 8. Ad tempus credunt, & in tempore tētationis recedunt. Secundo blanditur, vt decipiat: Sic enim quasi blandiendo, ostendit rerum temporalium pulchritudinem, vt decipiat per illicitam delectationem: Sic. n. Loth recedens à patruo suo, deceptus est: Gen. 13. Cū leuasset oculos suos Loth vidit regionem Iordanis pulcherrimā, ac si esset paradisi portio; Sed sicut auis, quæ volat, superat laqueos; quæ verò se tenet in infimis, capitur; anima eleuata ab his creaturis, tanquam à laqueis, & transiens in sinu creatoris, euadit auaritiæ tempestatem. Psal. 17. In te eripiar à tētatione, & in Deo meo transgrediar murū. Murus. n. peccatum dī, quia inter Deum & hominem diuidit, & hominem defendit, & abscondit, ne mens currat ad Deū; defendit, vt excuset peccatum; abscondit, quasi possit effugere & latere Deum; sed in Deo murum transgredimur, dū per abundantiam lacrymarum, quasi per aliuonem murus destruitur; vel per confessionis scrutiniū, quasi subfodiendo labitur; nisi forte sit murus Sarcenicus, de quo nihil aut parum tollitur; qñ cor peccatoris induratur, ita qd de peccato non erubescit; & tunc necessaria esset vox predicationis cōminatoria vel ignis combustio, saffluentissima compunctio. Tertio promittit, vt peruertat, vt qui

non

A tnon terretur minis, nec fallitur blandicijs, peruertatur promissis: promittit enim manenti in seculo diuitias, & honores, quasi gratis daturus, quod anto periculo erunt homines: non enim habet homo diuitias gratis, cum efficiatur seruus peccati pro eis; non honores sine precio, non sine inuidia, non sine periculo; & sic vnusquisque tentatur à cōcupiscentia sua, abstractus à Deo, & illectus. Quarto insidiatur, vt rapiat à Deo; Insidiatur & cularibus, vt eos in prauo cōprehendat opere; religiosis per hypocrisim, & laudis humanæ gloriam. Vnde Eleazarus cecidit sub elephante & occisus est ab elephante: Osa elephantis iuncturas non habent, idèd membra sua sūt inflexibilia, & si quando vult quiescere, inclinat se ad arbore, & sic vritur quiete, se: I homines regionis illius arborem penè succindunt de die, & illic veniens, & inclinans bestia, corruit de nocte, quod competit superbo, cuius membra sūt inflexibilia, quia non acquiescit si arguitur per verba: **B** stat superbus erebans ad propriam voluntatem, quasi arborem, inclinatus; sed succinditur arbor propria voluntatis, & cadit vitium elationis; sed cadens bestia opprimit Eleazarum, quando insidians superbus opprimit iustum, vel estimando se solum iustum esse, vel nimium confidendo de suo opere, vel cessando a bono opere. Galat. 6. Considerans ait Apostolus, ne & tu tentetis: Has quatuor tētationes facile est adaptare quatuor animalibus secundum versam Psalmitæ, Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.

Tertio videnda n est de huius quadruplicis tētationis cautela siue victoria; non enim debemus appetere non tentari, sed de tētatione triumphare, quod est in tētationem non induci, vnde Isidorus. Vtile est Dei seruo post conuersionē tentari, quatenus a torpore negligentia sollicitantibus vicijs ad virtutes, animā per exercitium præparet tētationis. Vnde de illis, quos Dñs permittit tentari ad eorū vtilitatem, dicitur Sap. 3. In paucis vexari, in multis bene disponantur, quoniam Deus tētauit illos, & inuenit eos dignos se: Exèplum de tribus pueris, Dan. 1. Tenta nos obsecro diebus decem &c. Sic tentatus, & probatus est Abraam, vt occideret filium: Sic Tobias exæcatus, Iob flagellatus, Iudith, Susanna, Sara, martyres, tētati sunt: Sic ad exèplū nostrū Dñs Iesus Christus: Sūt. n. tētationes breues & transitoria, vnde dicit: In paucis vexati; nam & dierum est paucitas, & temporis breuitas. Sunt etiam vtilis, & fructuosa, vnde subditur, In multis bene disponuntur, faciūt enim opus dignum suo creatore; vnde sequitur, Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se: Ad hoc enim innituntur, vt per tētationes homo probetur, & probatus Deo acceptus redditur, sicut dixit angelus Tobie: Non enim ponitur granum in horreo, nisi excussa palea; nec vinum in dolio, nisi separata vindemia; nec oleum in lecycho, nisi amurcæ relicta, nec aurū in thesauro summi regis, nisi fuerit purissimū, & in fornace probatū: docet aut dñs vincere tētationē de gula, exercendo se ad spiritalē refectio; idèd dicebat: Nō in solo pane viuit homo; quia cum hō sit cōpositus ex duplici substantia, sicut corpus habet suā refectio in cibis corporalibus, ita aīa in spiritualibus, vt sūt scriptura sacra & veba diuina, quā refectio impedit carnalis esca, vnde Salomō cogitauit carnē suā abstrahere à vino, vt aīam suā transferret ad sapientiā. Eccl. 2. Dan. 1. Tres pueri abstinebāt ab esca regia, & impleri sunt sapientia: Tēta nos obsecro, ait Daniel, & dētur nobis legumina ad vescēdū, & aqua ad bibēdū. Sequit, Tētavit illos, & dedit illis legumina, pueris aut dedit Deus sapientiā, & sciētiā: Tunc ergo hō hanc tētationē vincit, qñ per abstinentiā puritati mētis

Elephas.

Superbus.

Psal. 90. c.

Probatio.

Tentatio.

Probatus.

Tob. 12. c.

Purgatum.

vacans, illuminari ad Dei sapientiam incipit: Docet etiam vincere tentationem de superbia & vanagloria, vitando omnem ostentationem; idem cum dixisset diabolus, mitte te deorsum, ait, non tentabis Dominum Deum tuum, id est, experientiam non sumes de me per ostentationis signa: Inde est sancti tentati humiliantur, & vincunt; impij autem vincuntur, & ex tentione superbiunt. Sap. 11. Cum tentati enim sunt, & quidam cum misericordia disciplinam accipientes: Scierunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur: Tentatio enim ista humiliat animam, abiecta omni praesumptione, sicut honorati, & paupertatem suam cognoscentes, & eam verecundantes, supplicat submissa voce, vnde qui vult vincere hanc tentationem, praeparat cor suum ad patientiam, & sic accedat ad orationem, quae maxime vincit tentionem. Eccl. 16. Ante orationem praepara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum. Docet etiam Dominus vincere tentationem de auaritia, per omnium temporalium abdicacionem; vnde diabolus tentanti eum de auaritia dixit: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruis: Auarus enim est idololatra, magis seruus nummo, quam Deo. Sed qui propter Deum omnia contemnit, ille spiritualiter Deo seruit, vnde Mat. h. 12. In persona eorum, qui omnia propter Christum contemunt, etiam patres & matres dicitur. Deuteronom. 30. Perfectio tua, & doctrina tua a viro sancto tuo: Quem probasti in tentatione? qui dixit patri suo, & matri suae, nescio vos, & fratribus suis, ignoro vos, hi custodierunt eloquium meum, & pactum meum seruauerunt; quod enim dices perfectio tua, quam tu das homini, quantum ad vitam, & doctrina tua, de qua doces hominem quo ad scientiam, est a viro sancto suo, id est, in manu sancti viri data ad docendum alios, quem probauit in tentatione, quia multipliciter tentatur homo antequam renunciet perfecte: Quis autem sit talis, subdit ille, qui dixit patri suo &c. id est qui delectationem carnalem & substantiam temporalem postponit delectationi Dei, & seruitio eius; quales fuerunt Leuitae, qui non pepercerunt parentibus suis Exo. 32. Immo custodierunt praecipua domini de interficiendis idoloatris; quia isti sunt, qui triumphant de auaritia, & de auaris: non enim debent retrahi homines a seruitute Dei propter affectionem parentum, vel amorem temporalium, quia Christus non deseruit crucem propter matrem dolentem, & assistentem, vnde 1. Reg. 6. dicitur de vaccis arcam trahentibus, quod ibant in directum per viam, quae ducit Bethsames, & itinere vno gradiebatur pergentes, & mugientes, & non declinabant ad dexteram, vel ad sinistram; vaccae arcam domini portantes sunt religiosi, iugum domini ferentes, arca foederis, & sinceritas est religionis; vituli, carnales amici, qui domi recluduntur, quando cum mundo relinquuntur, vt liberius arca portetur, in directum vadunt, quia semper in anteriora se extendunt; per viam quae ducit Bethsames, id est ad domum solis aeterni, vno itinere, quia non declinant ab unitatis rectitudine, mugiant voce pro vitulis, & non redeunt ad vitulos: quia orare debent pro carnalibus amicis, sed non redire ad illos: Docet etiam nos vincere tentationem de ignorantia per timoris continuationem. Eccles. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & praepara animam tuam ad tentationem, qui enim iugiter timet, nihil negligit, & sic in eo diabolus tentationis occasionem, vel efficaciam non inuenit. Genes. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: Ad litteram enim domestici hominis, inimici eius sunt, sed debemus omni affectioni parentum renunciare, quando volunt nos a meliori proposito impedire; vnde

Oratio.

Auaritia.

F

G

H

A de Hieronymus. Multi monachorum dum pariter miserentur, animas perdiderunt, vnde Leuit. 21. prohibebatur sacerdotibus interesse funeribus mortuorum, etiam parentum, & ibidem, licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine, & scissis vestibus vbera, quibus te nutrierat, ostendat mater, licet in limine laceat pater, per calcatum perge patrem, clausis oculis ad exercitium crucis euola, solum pietatis genus est in hac re esse crudelem: Gladium tenet hostis, vt me perimat, & ego de matris lachrymis cogitabo? Si credunt in Christum parentes mei, mihi faueant pro eius nomine pugnaturo; si non credunt, mortui sepeliant mortuos suos, sic egressus est Iacob ignorate Laban, Gen. 31. Qui persecutus Laban ait: Cur ignorante me fugere voluisti, vt indicares mihi, vt prosequer te cum gaudio, & canticis, & tympanis: In quo docemur egredere de mundo, & relinquere affectus carnalium parentum, vt non indicemus eis nostrum sanctum propositum: Qui multos egredi volentes persequuntur, & retrahunt, & aduolando decipiunt. Vnde Bernardus: Mira abusio, domus ardet, ignis inflat a tergo, fugienti prohibetur egredi, euadenti suadetur ingredi, & hoc ab his, qui in medio positi sunt, immo obstinata quadam dementia exire nolunt: Si ergo dolcant amici carnales, quia de mundo egredieris, ad religionem vadis, dicas illud Ioann. decimoquarto: Si diligeritis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem, & commenda eos gratiae Dei: sicut fecit Christus in cruce matrem Ioanni. Quia tibi dicitur, Obliviscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum.

De unitate, quae debet esse inter religiosos. Eph. 4. Solliciti seruire unitatem spiritus in vinculo pacis, hoc est unitatem, quam facit spiritus sanctus, pacem infundens, & dilectionem, vt per pacem omnes in vnum puniantur interius, & sic uniti in Deum ferantur superius, vt sit multitudinis creditum cor vnum, & anima vna. Act. 4. & Rom. 12. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, per mutuam, scilicet seruitutem 1. Cor. 12. Omnes vos vnum estis in Christo Iesu, vnus spiritus, totum corpus nostrum per membra, iuncturas, & copages eorum viuificat, & pacem in mutuis obsequijs consiliat: Nam oculus non tantum sibi videt, sed pedes dirigit in gressibus suis, & manus in operibus suis; os non tantum sibi comedit, nec stomachus tantum sibi digerit, sed conuenienter gerit, quod toti corpori nutriendo proficiat & sufficiat; ore sumitur, stomacho digeritur: Lingua si qua pars corporis laeditur, quasi affectum copatientis, & voce patientis assumens contra ledentem clamat, quid me ledis? Cor communi utilitate sollicitum, consilia disponit apud se, pro alijs, ita sicut pro se; manus ad obsequium pedum se humiliant; si vero casu altera vulneratur, non percussa repercutit illam, quae se vulnerauit, nec zelo vindictae armatur, sed illa, quae laeditur, quasi reatus sui conscia, & quasi dolore penitentiae compuncta, velut satisfactione, nomine sororis laetae medela curationis, quam meliorem potest, adhibere festinat: & humilitate obsequii, vt portentur implorari. Si praesens oculus imminente gladio in caput vibras mox se manus inter caput, & gladium interponit, & periculo se opponit, ut parcat capiti non parcat sibi: Quo nos haec exempla pertrahunt, nisi ad charitatem? Sic enim legem amoris scripsit Deus in nobis, ut sciamus quid agere debeamus in proximis. Genes. trigesimoquinto: Mutate vestimenta vestra, surgite, & ascendamus in Bethel, quod interpretatur domus Dei:

Cōitas.
Vindicta.
Remissio.Vnitas.
Corpus.
Membra.

Quis.

Et hoc facimus, quoad dimitis curis temporalib. & affectib. secularibus vestibus, intramus domum religionis, eua est domus Dei, & porta caeli. Gen. 28. Estimati sumus sicut oves occisionis. Habet. n. ouis lac ad bibendum; lanam ad vestiendum, pellem ad scribendum, carnem ad edendum; quia ista debet offerre religiosus; in lacte, dulcis eruditio, vel pia locutio; in vellere, honesta conuersatio; in pelle, pura & vera cognitio; in carne, sacra affectio; qui. n. dulciter loquitur, honeste conuersatur, pure intelligit, sincere diligit, est ovis Christi, secunda per dilectionem bonae operationis. De qua fecunditate, Gen. 30. Ponuntur virgae in canalibus, & ad eorum aspectus oves concipiunt; virgas in canalibus postas contemplatur, & contéplando concipimus, qñ rectitudinem vitæ sanctorum, qui cursum huius vitæ transferunt, consideramus, & inde in bono opere proficimus; vnde virgæ illæ fuerunt populæ, quod sit ex arbore populo, & ex platanis, ex quibus fit solidum & leuigatum aedificium; exemplum solidæ & irreprehensibilis est iustitiæ: ex amygdalis, ex quibus fit temperatissimus cibus, exemplū téperantiæ. In his tribus si sanctos sequimur, sicut oves fecúabimur.

Quo religiosus debeat esse sobrius verbis, Quere in tabula de locutione, Eph. 4. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & pater oíum, qui super oes est in oíibus nobis; & sicut in cythara ex diuersitate chordarū fit uniformis modulatio ad cōcentū, & in ouili Iacob albi & nigri agni, & varij diuersi ordines & status in Ecclesia, diuersæ stellæ in cælo, diuersa membra in corpore, ad manifestandum decorem eius, & isti pauperes, illi diuites, isti laborant cum Martha, illi vacant cum Maria. Nam qui dixit laborauimus manib. nostris, ne grauaret nouiter conuersos ipse dixit, Exerce te ad pietatē; & alibi: Qui altari seruit, de altari viuere debet: cur de hoc agitur coram laicis; apud eum, cui credita est Ecclesiæ dispensatio, per regulas Canonicas referendū esset. De quo Mala. 2. Nunquid non pater vnus omnium vestrum? Ipse est pater est, cui attribuitur autoritas, vt per quem fiat hereditatis cælestis distributio. Cant. 4. Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Oculi ecclesiæ, & mundi, qui toti corpori eius prouidere debent sunt clerici: Crines sunt religiosi subtiles per contemplationem, tenues per temporalium abdicationem, mūdī ac loti per honestatis conseruationem; unde religio Nazarcorum & fortitudo Samsonis in capillis est: Oēs aut crines, sponsæ unius crinis sunt, cum discriminati in uertice in uno nodo ad collū collecti sunt, quod religiosi discreti & distincti in suis officijs constituti sub uno obedientiæ iugo, constituti sunt. Quando ergo unitas est in ecclesia inter religiosos & clericos seculares, tunc cor domini ex hac unitate vehementer delectatur, & tunc duo consentiunt, & impetrant, q̄ uolunt; tunc. n. congregati in nomine domini: Qui in se inuicem inuehuntur, & inuicē mordent, illi ab inuicem confumentur. Non congregantur, ut consentiant in fraudulentia, in proprijs iniurijs ulciscendis, & uindictis appetēdis. Sicut illa saltatrix, quæ peiuit dicens uolo, vt des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Ioannes intrerit odiū, quia arguebat uitiū, decollatus, quia fregit silentiū, uox defert; non tñ actum est, q̄ uoluit Herodes; quia uox intercipi potuit, nō occidi. Magis. n. & liberius clamat uox angustijs corporis absoluta; alioquin uox sanguinis Abel occ. si non clamaret de terra. Gen. 4. Vnde uox Ioā. per totum mundū facinus proclamat, & ondit nequitiam Herodis, & iustitiā Ioannis, unde & dies Natalis Herodis factus est mortis eius, & dies mortis Ioānis, factus est dies Natalis sui in gloria æterna. Sic aliqñ Christi præ-

Vnitatis.
Cōcordia.
Ecclesiæ.
Collegiū.
Status ecclē.
Clerici.

Oculi.
Ecclesiæ.
Prælati.
Clerici.
Prædicatores.
Religiosi.
Capilli.
Crines.

Vox.

... ..

H

Lingua.
Locutio.

Can. 6.
Hortus.

...

Operari.

Ioan. 15. 2.
Operari.

Hortus.

Hortus.

Lachryme
Fons.

A dicatores decollantur, cū prædicationis cursus impeditur, vt inde ad ipsas ueritas simulata subinde amplius elucescat: Qñ fit idoli, vel cūpana; metalli species circūpositis follis. ponitur in igne fit tumultus folliū, attracto & emisso aëre, cōmouētur cineres, crescit flāma, volant scintillæ, formatur idoli, & adoratur; sic qñ cōueniunt fratres uani & ociosi, ponunt in medio metallū. i. materiā rumorū, folles aëre attrahunt, & emittunt, qui rumores audiunt, & dñt; Auditor ibi tumultus folliū. i. distinctio impatientiū; commouentur cineres, quia citò turbant leuitores; crescit flāma, dū succéditur ira; volant scintillæ uerba discordiæ & iniuriæ; formatur idoli, per propria uoluntatis propositū; adoratur, qñ in actum educitur, vel cū ei consentitur. Gen. 28. Vidit Iacob in somnis scalā stantem super terrā, & Angelos ascendentes, & c. Quare 38. b. in Gen. Cant. 6. Descendi in hortū meū vt uideré poma conuallij: Hortus iste, est religiorum collegium; sicut. n. in hortu sunt arbores diuersæ; q̄ non euidē faciūt fructū, sed alterū; & alternatim diuersi coloris, & saporis, s̄m uarietate plantarū; sic in religione; qm̄ ibi sunt personæ varijs officijs deditæ; hic legit, ille regit; hic cantat, ille procurat; iste prouidet sacristiæ, ille coquinæ, & sic de alijs, sic ordinauit summus hortolanus. Eccl. 2. Feci mihi hortos & pomeria, conserui cuncti generis arborib. hoc est personis differētibus: Hunc aut hortū reddunt delectabilem, & cōmendabilem duo, s. fertilitas fructuū, hoc est bonorū operū in religiosis; quia in hortu religionis nulla dēt esse arbor sterilis, q̄ fructū non faciat boni operis. ne maledicatur a Deo, sicut ficus, in qua quæsiuit dñs fructū, & non inuenit, sed solū folia, vnde maledicta statim aruit, & nunq̄ postea fructificauit. Mar. 11. Vidēs Iesus ficus arborē vnā secus uia, uenit ad eam, & non inuenit in ea nisi folia tm̄, & ait, nunq̄ ex te nascatur fructus in semperiternū, & arefacta est statim: Dñ. n. uulgariter, & bene, qui non facit, qñ pot. non faciet qñ uult: quia illi qui modo possunt bona facere, & nō faciūt, aliqñ uellent facere, sed non poterunt: quia forte subitō de terra tollentur, arefēt vt illa ficulnea, & in ignē mittentur s̄m suam Saluatoris in Ioan. Palmitem non facientem fructum tollent, & in ignem mittent, & ardeat, exemplo boni hortulani, qui arborem sterile euellit, & in ignē ponit. Luc. 3. Facite dignos fructus penitentiæ; sequitur, iam securis ad radicem arboris polita est, & oīs arbor quæ non facit fructum, excidetur, & in ignem mittetur: In hoc ergo horro debet esse copia fructuum, ne maledicatur à Dño, sed reficiatur fructu suo: Tunc. n. religiosus suis fructibus pacitur, qñ in bonis operibus delectatur. Amos 9. Facient hortos, & comedent fructus eorum. Sed dolendum est hodie, qm̄ aliqñ ualebat religio sicut hortus amēnus pp uarietatem bonorum operum, sed modo, vt pater, facta est desertū; Tranauit homo inimicus. i. Diabolus & superfeminauit zizaniā. Joel 2. Ante faciem eius ignis vorans terram coram eo, & post eum solitudo defert: Quia ignis auaritiæ, & superbiæ, uentus lasciuia, totum fructum huius hortū, vel combussit, vel deiecit. Amos 4. Percussit uos uento urente, hoc est aëris corruptione, multitudinem horrorum uestrorum: Multitudo fontium: hoc est abundantia lachrymarum; Ibi enim debet effluere riuulus cōpunctionis pro peccatis proprijs, nunc riuulus compassions pro miserijs alienis, nunc riuulus deuotionis pro dilectione patriæ cælestis: Nam solebat in claustris esse diluuium lachrymarum, quarum meritis totus mundus irrigabatur. Esa. 58. Eris quali hortus irriguus, & sicut fons cuius non deficiunt aquæ: Sed quia hodie Holofernes idest Diabolus præcudit conductus fontium & aquarum, vt dicitur Iudith 7. Ideo exsiccati sunt fontes

Fons. Fontes deuotionis, & ideo perditus est fructus bonæ operationis; unde aut nullum facimus fructum, aut putridum, & vermiculosum; quia arbor mala, & sine humore non potest fructus bonos facere, Quare expositionem **Arbor.** **Fructus.** Joel 1. Exsiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti; Aestimo quod si fontes adhuc defluerent, adhuc arbores nostræ fructificarent, sed impletum est illud Esa. 1. Erubescetis super hortos vestros, cū fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus sine aqua. Et aduerte quod quercus non facit fructum vsui humano aptum sed est cibus porcorum, id est Demoniorum; sic faciunt tales fructus dissoluti, vagi, discordes, carnales, quia Diabolus talibus fructibus delectatur; Sequitur: Vt vide rem poma conuallium, in quo tangitur finis visitationis, & aggregationis, **Quercus.** & utilitas, quæ est videre in statu religionis prouinciæ vel cõuentus. Vtrū scilicet & in quo deficiat, vel proficiat, secundum illud 1. Reg. 17. Fratres tuos visitabis: Descendat itaque Prælatus sicut bonus colonus in hortum suum, & videat poma, id est subiectos, si sit sedulitas in diuino officio, si bona fama in populo; si obedientia ad Prælatum, & sic de alijs, quia in horto & agro religionis non debent esse spinæ, hoc est morsus, vel aculei sollicitudinis temporalis, nec urtica pruritus concupiscentiæ carnalis, nec ruptura muri custodiæ regularis: Sicut de agro pigri hominis dicitur. **Visitatio.** **Hortus.** **Officium.** Prouer. 24. Per agrum pigri hominis transi &c. Deuotè fiat diuinum officium & attentè. Voces enim consonæ garritus sunt auium, seu uolucrum spiritualium, in auribus matris diuinæ, quæ resonare debent in horto religionis perfectæ, secundum quod petit dominus a deuota anima. Can. 8. Quæ habitas in hortis, fac me audire vocem tuam, amici, hoc est Angeli auscultant te: Sed vel vobis, quia hodie respicitur officium diuinum, & quasi oēs ad altare Dei vertunt tergum, & vultum seu faciem ad mundum: Unde plangit Propheta: Viæ Syon lugent, eo quod non sit, qui veniat ad solennitatem. Eze. 8. Certè vidisti fili hominis, & adhuc conuersus videbis abominationes maiores; & introduxit me in atrium domus domini, Et ecce 25. viri dorsa habentes contra templum, & facies eorum ad orientem: Certè vidisti fili hominis. Nunquid est hoc domui Iuda, non parceret oculus meus, & non miserebitur. Hortus religionis debet esse locus amœnus, vt sit desiderabilis ad videndū transeuntibus, delectabilis ad manēdum commorantibus, & hæc amœnitas horti religionis describitur Num. 24. Quam pulchra tabernacula tua ò Jacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosa, vt horti iuxta fluuios irrigui: Tabernacula Jacob, & tentoria Israel significant habitacula religiosorum quantum ad actiuos siue laicos, qui designantur per Jacob, interpretatur enim supplantator: Tales enim carnem macerare debent, & supplantare seu sub plāta & sub iugo rationis ponere: Sacrificantur etiam per Israel, quantum ad cõtemplatiuos siue clericos, interpretatur enim Israel videns Deum, quia tales clarius & manifestius secreta Dei contemplantur: Istorum habitacula debent esse valde pulchra, quia sunt demissa, ideo non timent ventum; sunt vmbrosa, ideo non sentiunt æstum; irrigua, ideo non timent lutum; quia fluuius rapit currens non tenet lutum; & ita locus religionis non timet ventum superbia, quia est in valle humilitatis; æstū immunditiæ, quia est in vmbra castitatis; lutū auaritiæ, quia illic est riuus largitatis, vel fluuius paupertatis; qui lutū auaritiæ abijcit: ista reddunt hortū religionis delectabile & decorū: quia in hoc quod est demissus, irriguus, & vmbrosus: est ibi varietas arborum, quarum nulla sterilis, sed oēs fructuosæ. i. bonis operib. abundantes; hic regit, hic legit,

A legit, hic orat, hic cõtat, hic præcipit, hic obedit. Eccl. 2. Feci mihi hortos, & pomeria, id est collegia religiosa: Pomeria quæ sunt arboribus fructiferis plena, & conserui ea cunctis generibus arborum, hoc est varijs personis diuersis officijs deseruientibus: locus cultus, & sollicitè paratus, & purgatus, vt non remaneat ibi germen malæ voluntatis in corde, nec folium inordinatæ locutionis in ore; nec ramusculus alicuius inhonestatis in signo cõuicij, vel opere. Et hoc est quod dicitur Esa. 58. Cum abstuleris de medio tui catenam, & desieris digitum extendere, & loqui quod non oportet, eris sicut hortus irriguus, & sicut fons cuius non deficiunt aquæ; Hæc catena significat colligantiam peccatorum & turbatorum, qui in diuisione vel turbatione fratris, conuentus, vel custodiæ, catenam faciunt, unde Prælato dicitur, Dissolue colligationes impietatis &c. Vel catena, quia satis sibi coherent mala cogitatio, mala delectatio, malus consensus, malus actus, & malus vsus; hæc catena tollenda est, & quasi per violentiam rumpenda, scilicet de medio cordis, aut de medio conuentus, custodiæ, prouinciæ, & religionis; ne digitus extendatur ad operationem, & os aperiat ad detractionem: Et talis religiosus, talis conuentus, talis custodia, talis prouincia, est sicut hortus irriguus, fertilis, & amœnus, purgatus per disciplinam & correctionē, sicut fons, cuius non deficiunt aquæ per abundantem lacrymarum effusionem, locus fertilis & fructuosus; quia in tali horto nulla debet esse arbor infructuosa, quia nullus debet esse ociosus, ne incurrat domini maledictionem, sicut ficulnea, de qua Luc. 13. Ecce anni tres erant &c. Ideo debet dicere anima religiosa, Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum: Quot enim bona facimus opera, tot domino apponimus fercula. Cant. 4. Hortus conclusus fons signatus, soror mea, sponsa mea, emissiones tuæ Paradisus: Est etiam hortus locus umbrosus, & ad colloquēdum aptus, & hoc colloquium fit in oratione, est enim hortus, locus secretus à tumultu seculi segregatus, ideo multum orationi aptus & congruus; in locis enim solitarijs decet loqui sponsam sponsæ, Christum animæ. Osee 2. Ducā eam in solitudinem & ibi loquar ad cor eius; & tale colloquium sequitur aliquoties fletus; quando anima deuota post singulorū, & gemibundam orationem recordatur absynthij dominicæ passionis; quia mortem dilecti dilecta sine compassione recordari non potest: in signum huius, dum Maria fletet ad monumentum, quod erat in horto, audit dominum dicentem, Mulier quid ploras? At illa putans illum hortulanum esse, dixit, tulerunt dominū meum, & nescio vbi posuerunt eum, &c. Aliquoties prorumpit in gaudium quoddam spirituale, ex quodam gustu spiritualis consolationis. Esa 51. Ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini, gaudium & læticia inuenietur in ea; gratiarum actio, & vox laudis; per solitudinē Syon, quæ interpretatur specula, intelligitur status religionis, ne digitus extendatur ad operationem, in quo multæ sunt reuelationes perfectis animabus; illic Deus, tanquam in horto colloquitur animæ quod non potest esse sine magna cordis iucunditate. Hier. 31. Veniēt, & laudabūt in monte Syō, ibi laudabūt Dñm super vniuersū cõpunctionis, oleo deuotionis, frumēto interne refectionis. Sequitur: Et erit aĩa eorū, quasi hortus irriguus pp pulchritudinē abundantie spiritualis. Hic est hortus, in quo facit Assuerus conuiuiū de cõmunionē. Hest. 1. In vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu constitum erat: Est ergo hortus religionis amœnus, cultus, irriguus, floridus, secretus, fertilis, & securus. 3. Reg. 18. Viquequo claudicatis in duas partes? Si Deus est Domi-

Dominus, sequimini eum; si autē Baal, sequimini eum: hoc dixit Elias puer
 sis ludæis, quod fuit figura quorundam malorum religionorū, qui habent
 nomen & habitum religionis, & opera faciunt secularium: Vtque quo
 claudicatis in via, donec rectē ambuletis; nomen, & habitum religionis ha
 bentes contraria nomini, & habitui opera facientes, de quibus Apocal. 3.
 Nomen habes, quomodo viuas, & mortuus es. Et August. Si vis habere
 nomen, tene rem; quia nomen sine re, species est dicta Chymerā: Talibus
 loquitur Dominus, Vos ex patre diabolo estis, & opera patris vestri vultis
 perficere: vbi Ambrosius. Eius est quisque filius cuius facit opera. Sequi
 tur; Mendacium est, se sacerdotem vel clericum confiteri, vel religiosum,
 & contraria huic ordini operari. Ideo possumus dicere: Omnis homo mē
 dax. Claudicauerunt, ait, a semitis suis; quia clausi. i. religiosi, defecerunt,
 residuique consumpti sunt. Ergo si Deus est Dominus sequimini eum, vt
 serui Dominum per compendium humilitatis; vt discipuli magistrum, per
 desertum paupertatis; ut pueri agnum, per virgultum castitatis. Hi enim se
 quuntur agnum quocunque ierit. Talibus claudicant bus signum, & no
 men habentibus sanctitatis, ex veritate tamen illis carentibus. ait Dominus:
 vtinam calidus esses per veram charitatem & gratiam; aut frigidus per a
 pertam & manifestam malitiam, sed tepidus es, ad modum tepidi, aliquid
 habes de calido, ex apparentia gratiæ; & aliquid de frigido, ex realitate cul
 pæ; incipiam te euomere ex ore meo, quia, ad litteram, tepidum prouocat
 vomitum. Tales. n. hypocritas fictos magis detestatur Dominus, quam a
 pertē malos; quia Deum offendunt, & populum decipiunt, & falsum no
 men sibi attribuunt. Gen. 19. Vxor Loth respexit retrō & conuersa est in
 statuam salis: vxor Loth, religiosa anima Christo desponsata, quæ monitu
 Angelorum sanctorum virorum, egressa est de Sodomis, immundicia mū
 di, cui dictum est, quod non respiciat retrō per appetitum temporalium,
 aut delectationum carnalium, quas dimisit, quia nemo mittens manum
 ad aratrum, & respiciens retrō, aptus est regno Dei: Sed dum talis vxor re
 trō respicit, considerando & appetendo temporalia & carnalia quæ dimi
 sit, in statuam salis conuertitur. Quia etsi figuram exteriorē retinet reli
 giosam, sicut statuam hominis, vitam tamen perdit gratiæ, & sterilis efficitur
 ab omni opere meritorio, quia in sale ariditas designatur.
 Exod. 3. Viam trium dierum ibimus in solitudinem &c. Isti figurant reli
 giosos, quia in Ægypto, idest in mundo, Deo non sacrificant, sed seruiunt
 Pharaoni, idest diabolo, in luto seditatis, & latere auariciæ, & cupiditatis.
 Inde egressi, iam submersis Ægyptijs ipsos persequentibus, omnibus, scilicet
 cet peccatis & carnalibus affectibus, intrant desertum religionis, & incedē
 tes viam trium dierum, paupertatis, castitatis & obedientiæ, sacrificiæ, ope
 ra meritoria offerunt Saluatori: In hoc autem deserto merentur accipere
 cibum refectionis, signum directionis, manum porrectionis, librum infor
 mationis. Quadraginta quippe annis, idest toto tempore uitæ nostre, quia
 figurat tempus pœnitentiæ, debemus uti cœlesti Manna. i. diuinis consola
 tionibus, & cœlestibus inuisionibus satiari, dimissis ollis carniū, scilicet
 mundanarum cogitationum, & temporalium negociationum, in Ægy
 pro, quod est in mundo, hoc cibo alti sunt filij Isael in deserto. Sed ueh il
 lis, qui nauicantes, qui saporem Manna cum perfidis ludæis spernentes,
 super huius cibi dulcedine nauescentes, carnes & seditates adhuc desiderāt,
 quas dimiserant in Ægypto. Sicut uxor Loth conuersa retro desiderauit
 delicias Sodomorum. Num. 11. Flagrauit populus desiderio carniū, iun
 ctis

ctis sibi pariter filij Isael, & dixerunt: Quis dabit nobis carnes ad uescē
 dum? Recordamur piscium, idest deliciarum affluētium, quos comedeba
 mus in Ægypto, in mentem veniunt nobis cucumeres, & pepones, porri,
 cepe & allia; anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi
 Manna. Sequitur, quod suum desiderium adimpleuerunt, & carnes come
 derunt. Sequitur: Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat ci
 bus huiusmodi, & ecce furor Domini concitatus est contra populum, &
 percussit populum plaga nimis magna, vocatusque est locus ille sepulchrum
 concupiscentiæ, & nullus eorum intrauit terram promissionis. Psal. 77.
 Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos:
 quid cucumeres, & pepones, qui de terra nascuntur, & multum inflātur,
 citō arefcunt, nisi superbia, arrogantia, fastuositas, aut ratione generis, aut
 ratione scientiæ, aut ratione diuitiarum? quid porri, & cepæ, quæ cum la
 chrymis comedantur; & allia, quorum comestione corpus nostrum inflā
 matur? nisi temporales diuitiæ, quæ cum multis laboribus acquiruntur,
 quibus, quasi forti alliata, mentes religiosorum vehementer inflammatur
 in solitudine religionis. Isti ergo, qui desiderant delicias Ægypti, idest diui
 tias & delicias mundi, nunquam intrabunt terram promissionis, quia om
 nem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad
 portas mortis. Naueant super cœlesti Manna, quia nec sapit eis orare, nec
 legere, nec diuino officio interesse, sed super ollas carniū semper deside
 rant sedere. Et nota de vinea. Esa. 5. Fecit autem labruscas &c. Quia quidā
 religiosi faciunt opera, quæ videntur bona; sed sunt ficta & Deo insipida.
 Quære 85. b. a. Matt. 7. Qui audit verba mea, & facit ea, similis est viro sa
 pienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Descendit pluuia carna
 lis seditatis, quia pluuia de carne oritur, & in terra resoluitur, quia qui in
 carne seminat, de carne metet corruptionem. Nam tinea de corruptione
 vestis oritur, & carnalis concupiscentia de carne corrupta: venerunt flu
 mina concupiscentiæ mundalis, honorum, promotionum, dignitatū, quæ
 cum magno impetu tentationis veniunt, sicut flumina cum impetu cur
 runt; Flauerunt venti tentationis diaboli. Isti sunt quatuor venti, qui pu
 gnant in mari huius mundi. Quære Dan. 7. Iste est vētus qui irruit a regio
 ne deserti; quia de inferno oritur, & concutit quatuor angulos domus reli
 gionis, quæ fundata est in quatuor virtutibus Cardinalibus; & moriuntur
 filij Iob edentes, & bibentes, quia datos religiosos carnalitatibus fortius tē
 tat, & interficit diabolus, quia propter gulam amiserunt primi parentes pa
 radisum, & uitæ perpetuitatem, Esau primogenituram, filij Isael terram
 promissionis: quia desiderauerunt carnes incurterunt mortem. Si domus
 est fundata supra petram, quæ est Christus, non cadit; si supra arenam, quæ
 est sterilis & dispergibilis, innumerabilis, & significat uanitatem mundi, ca
 dit domus illa, & est eius ruina magna; quia damnatur in corpore, & ani
 ma. Gen. 6. Fac tibi arcam de lignis leuigatis &c. Noe. Beatus Frācisus te,
 ait, inueni iustum coram me, &c. Arca, quam Noe fabricat religio sua, de
 lignis leuigatis, idest complanatis, amotis tumoribus, & gibbositatibus, &
 circuitatibus viciorum, & sollicitudinibus mundialibus, finita interioris in
 mente & exterioris in opere, bitumine charitatis fraternæ, in qua ponun
 tur de omnibus animantibus mundis & immundis. i. de oī conditione ho
 minum, clericis, laicis, senibus, iuuenibus, diuitibus, pauperibus. Nam de ista
 religione dicit Mat. 13. Simile est regnum celorum a fagene mustæ in maris, &
 ex oī gente piscium congreganti &c. In hac Arca sunt diuersa man
 nes

Deuotio.

Vineæ.

Opera
Concupi
scentia.

Ventus.

Gula.
Gen. 3 b.Mundus.
Frācisus.

Religio.

res diuersorum officiorum, & fenestra contemplationis, & columba de-
 trota orationis, portat ramum diuinæ gratiæ, & consolationis; in qua sal-
 uamur à diluuiō peccatorum inundantium, & à diluuiō suppliciorum cru-
 ciantium. De falsis religiosis qui simulant sanctitatem dicitur 3. Reg. 13.
 Altare scindetur, & effunderetur cinis, qui in eo est: quia eorum uilitas, quæ
 nomine cineris figuratur, quandoque aperietur, unde de talibus dicitur il-
 lud Matth. 23. Veh vobis, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ appa-
 rent hominibus speciosa, propter apparentem sanctitatem, & simulatam hone-
 statem; intus autem plena sunt ossibus mortuorum, idest diuersis uilitati-
 bus peccatorum; idem iratus Dominus contra tales ait: A san-ctuario meo
 incipies interficere. Apoc. 14. Vidi supra montem Syon agnum stantem,
 & cum eo centumquadraginta quatuor millia &c. Agnus Christus, Mōs
 religio, superius luminosa contemplatione, inferius spaciosa dilectione, in-
 terius humorosa deuotione, exterius pascuosa ædificatione, firma & stabi-
 lis in tentatione, vt tanquam mons nullo vento tentationis moueatur. Est
 autem mons Syon quod interpretatur specula, quia ibi speculamur quæ
 agenda, quæ fugienda, quæ meditanda, quæ desideranda. Psal. 77. Montem
 Syon, quem dilexit. Sunt autem cum agno eius uestigia imitantes, eius præ-
 cepta implentes, eius passionem contemplantes, eius præmia expectantes.
 Sunt autem isti signati, quia centumquadraginta quatuor millia &c. quæ-
 re 23. a. b. 42. a.

Ezech. 9. c.

Mont.

Agnus
Christus.

Ternarius.
Via.

Via.

Ecclia.

Exod. 3. Vocauit nos Deus Hebræorum, vt eamus viam trium dierum
 in solitudine. Sicut enim Diabolus triplici via ducit suos sequaces ad infer-
 num, quia omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut cō-
 cupiscentia oculorum, aut superbia vitæ; sic Christus triplici via contraria
 ducit ad terram promissionis, illæ sunt viæ ad descendendum, istæ ad ascen-
 dendum. Prima via, castitatis, quam iuchoauit in incarnatione; secunda pau-
 pertatis, quam ambulauit in conuersatione, quia ab angustia præsepis, vsq;
 ad patibulum crucis non inuenies nisi stigmata paupertatis: Tertia via hu-
 militatis & obedientiæ, quam consummauit in passione, quia factus est o-
 bediens vsque ad mortem. Per primas tres vias cadimus; sed per istas tres
 vias in regionem nostram reuertimur. Per viam charitatis vadimus, dum
 carnem abstinentia maceramus, dum sensus ab illicitis refrenamus, dum
 malas societates vitamus, dum orationi & deuotioni vacamus. Quia non
 vocauit nos Deus in immundiciam, sed in sanctificationem; vt sciât vnus-
 quisque vas suum possidere in sanctificatione & honore, quia habemus
 thesaurum in vasculis fictilibus. De via paupertatis quære in tabula de diui-
 tijs, & paupertate; de uia humilitatis, quære in tabula de humilitate & de
 obedientia. Sed huic vocationi multi contradicunt. Luc. 14. Homo quidam
 fecit cenam magnam, & vocauit multos, & ceperunt se excusare. Vnus di-
 xit villam emi, per factum superbiæ, & pompæ mundanæ; alius, iuga bouum
 emi quinque, terram arantium, per æstum auaritiæ; & alius, vxorem duxi
 per fluxum immunditiæ: qui enim ista diligunt, cenam religionis res-
 puunt, & de illis concluditur, nemo illorum, qui vocati sunt, gustabit
 cenam meam. Esa. 5. Vine facta est dilecto &c. Istud exponitur de Ec-
 clesia, & potest exponi de religione, Quære 128. a. & de religioso. Genes.
 Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Gen. 27.
 Commédât dominus religionis institutorem, & religionis obseruatorem;
 Institutorem vocat filium, propter perfectam imitationem, obseruatorem
 vel ipsam religionem comparat agro pleno à domino benedicto. Quære
 de

A de conditionibus agri, vel horti, quia idem potest de vtroque dici, in ista ta-
 bula. In agro itaque religionis beatè seminauit summus agricola Christus
 sancta consilia, statuta salubria, virtuosa exempla, miranda prodigia, præ-
 clara priuilegia, proponens sanctorum patrum opera exemplaria, tanquã
 signa directionis, & vexilla excitationis, his, qui uocati sunt ad agrum reli-
 gionis. De isto itaq; agro loquedo, tangitur in verbo proposito huius san-
 ctæ religionis. Matth. 13. Domine nonne bonum semen seminasti in agro
 tuo? unde ergo habet zizaniam? Tangitur in hoc verbo huius religionis
 actor, ductor, cultor; Actor Christus sub nomine Domini: Domine, du-
 ctor sanctus Franciscus, sub conditione seminis boni. Cultor frater deuo-
 tus sub ratione agri; ita vt possit dicere domino, Nonne domine Iesu Chri-
 ste actor huius religionis, bonum semen seminasti, dans ductorem & præ-
 sentiam perfectionis in agro huius religionis. Ager huius religionis est,
 diligenter obseruandus, quantum ad votum; prouidenter exercendus, quan-
 tum ad cultum; patienter expectandus, quantum ad fructum; & est vehe-
 menter desiderandus, & summo precio comparandus. Considerans enim
 statum religionis, statum sincerum, statum secretum, statum perfectum,
 statum securum. Libenter homo sapiens abnegans semetipsum, tollens
 Crucem suam, sequitur Christum, & renunciens omnibus emit religio-
 nis agrum. Prouer. vlt. Considerauit agrum, & emit illum. Iste enim ager
 habet incomparabilis thesauri fragrantiam: huius thesauri, frater bonus
 sentit fragrantiam & odorem, & gustat saporem. Hier. 41. Habemus the-
 saurum in agro frumenti, vini, hordei, & mellis, in frumento cibus doctri-
 næ, in hordeo fructus penitentiæ, in oleo nitor conscientiæ, in melle dul-
 cor consolationis, contemplationis, spiritualis lætitiæ: Ecce quadruplex the-
 saurus in isto agro absconditus homini mundano; sed notus fratri deuoto,
 inter quos præmittitur sanctitas innocentie, quæ designatur in frumento
 simila propter puritatem; ad hanc sequitur securitas confidentiæ, quæ si-
 gnatur in hordei testa, quæ medullam securè custodit; ad hanc sequitur se-
 renitas lætitiæ quæ in oleo designatur; huic succedit suauitas diuinæ præ-
 sentiæ & degustationis supernæ quæ significatur in melle. Quid enim fru-
 menti similia purius? Quid medulla hordei lætè sub testa securius? Quid
 olei nitore iocundius? Quid mellis dulcore suauius? Sed, proh dolor, ho-
 mo religionis inimicus, frater solo nomine, fictus, falsus, indeuotus, & pi-
 ctus, solo nomine iniuste sibi vendicat istum agrum, portans habitum, præ-
 uaricans statum, quod figuratum est, Ruth. 4. Quando ait, emeris agrum,
 Ruth Moabitidem debes accipere: Ruth deficiens vel defectio interpreta-
 tur, & significat paupertatem: Moabitis ex patre interpretatur: Ruth
 Moabitis paupertas nostra à patre nostro Francisco nobis pro hæreditate,
 & possessione dimissa; sicut ait, hæc sit portio nostra quæ perducit in terrã
 viuentium, cui dilecti fratres totaliter in hærentes, nihil aliud &c. Super se
 minant ergo zizaniam qui superficialiter portantes habitum, præuaricant
 votum, & Ruth nolentes accipere, nolunt agrum istum possidere. Secun-
 do ager iste est vigilanter obseruandus quantum ad votum. Can. 7. Veni, Ager.
 egrediamur in agrum, commoremur in villis. Mane surgamus ad vineas: Can. 7. d.
 egrediamur dicit per cautelam circumspèctionis, ad agrum custodiendum;
 commoremur in villis muratis, & clausis per clausuram religionis, ne ef-
 fluamus in incuriam dissolutionis & euagationis. Mane sur. ad vine. per
 culturam sanctæ actionis, vt mereamur accipere denarium diuinæ retribu-
 tionis, ne torpeamus per ocium euagationis: hæc enim tria custodiunt
 agrum,

Ager
Hortus
Seminare.

Ager.
Hortus.

Ruth 4. b.

Seminare.

Veni, Ager.
Can. 7. d.

Gen. 24. p. agrum, quia obseruant religionis votum; Sic Isaac egrediebatur ad mediā E
Prou. 24. d dum in agro. **Gen. 24.** Sed hodie custodia religionis dissipatur pigris cor
Ager. poris. **Prouer. 24.** Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum impleuerant vrticæ, operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat: vrticæ pruritus voluptatis, spinæ punituræ ambitionis & cupiditatis, ruina maceriæ, contumaciæ & anfractus voluntatis propriæ & inobedientiæ; hæc tria triplicem religionis sēpem diruunt, triplicem murum suffodiunt, quia voti triplicis vinculum rumpūt. Vrit vrticæ castitatem, pungit spina paupertatem, ruit macer a, dum perit obedientia: Noli ergo exemplo Ruth dimittere agrum tuum. De mane itaque vsque nunc sta in agro, ne vadas ad colligendum in agrum alterum: sed diligenter custodi agrum tuum, vt perseveratē colligas fructum: **Ter**
Ager. tidē ager iste est prouidenter exercendus quantum ad cultum, ne ager per
Hortus. agriculturam virtutum fertilis, fiat per incuriam sterilis. **Prouer. 24.** Diligenter exerce agrum tuum. Cultura huius agri consistit in tribus, quia rigatur, aratur, purgatur: Rigatur per deuotionem & contritionem **Iud. 1.** Dedit **Caleph Axæ** filiæ suæ agrum, in quo erat irriguum superius, & irriguum inferius; inferius pro commissis, superius pro promissis, quia in diluio aquæ purgantes mundum effluebant à superiori & inferiori; inferius propter suspicia peccatorum, superius propter desideria æternorum. Purgatur autem per frequentem confessionem, per disciplinam, per correctionem, & visitationem. **Prouer. 24.** Per agrum hominis pigri, &c. Aratur per satisfactionem. **Hierem. 26.** Syon quasi ager arabitur: seminatur per bonorum operum exercitationem. **Quartidē** ager iste est patienter expectandus, quantum ad fructum. **Iaco. vlt.** Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum: fructus religionis temporaneus, est præsens consolatio; serotinus vero æterna fruitio. **Ruth 2.** Vadam in agrum, & colligam spicas quæ metentur fugiūt manus, metunt beati manipulos fruitionis, nos hic spicas colligimus spiritualis consolationis: nunc quidem miseriam affligimur, sed suo tempore lætabimur, quia bonorum laborum gloriosus est fructus. **Hebr. 12.** Omnis disciplina in presenti non videtur esse gaudij, sed meroris; postea autem fructum paradisi exercitatis per eam reddet iustitiæ iustus iudex: si enim in hac vita tantum sperantes essemus, miserabiliores essemus cunctis animantibus **1. Cor. 15.** Interim ergo consolemur in terra peregrinantium, donec cum Christo epulemur in terra viuentium, sicut scriptum est in **Can. Deut.** Constituit eum super excelsum terram, vt comederet fructus agrorum vt fingeret mel &c. Religiosus deuotus describitur. **Apoc. 8.** cum dicitur, stetit Angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum &c. **Quære 29. b.** Ideo modò Deus non exaudit orationes religiosorum, quia eis dicitur illud **Esa. 1.** Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? incensum abominatio est mihi; Kalendas vestras, & festiuitates vestras odit anima mea &c. **Quære 45. a. & 14. a.** **Matth. 25.** Prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Itæ virgines, à mundi, carnis, & Diaboli concupiscentijs ablinentes, sunt animæ religiose, & quæ debent se preparare sicut itæ virgines Evangelicæ ad recipiendum Christum. **Quære 56. b. 57. b. 2. 1. b.** **Deuter. 8.** Ductor tuus fuit in solitudine, vb. erat serpens flatu adurens, scorpio, & diptis &c. Solitudo ita est religio: à tumultu mundanorum strepituum se parata. **Quære** supra in hac tabula: religio dicitur desertum, vel solitudo. In hac solitudine
 occur-

A occurrunt nobis tria vicia, mundus, caro, Diabolus, in sciētia, & illaqueantia, quæ per ista tria genera serpentum designantur. **Quære 4. a. 7. b.** Vulnerati à prædictis serpentibus aspiciendo serpentem æneum, quem **Moses** erexit in ligno, qui figurabat Christum dominum suspensum pro nobis in ligno, morsus cuiuscunque tentationis sanatur. **Numer. 21.** **Nadab** & **Abiu** Sacerdotes posuerunt ignem alienum in thuribulis suis, & consumpti sunt a flamma, quæ inde erupit. **Quære 29. b. 29. a.** **Matth. 25.** Homo quidam peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, & vni dedit quinque talenta, alij duo, alij vnum; Hic describuntur boni & mali religiosi. **Quære 19. a. b.** **Lucæ 1.** Seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris: In persona religiosorum, qui electi sunt ad Christi seruitium, dicitur illud verbum; vbi patet quòd in religioso, deuoto Christi seruo, debet esse affectio pura in sanctitate: quia prius respexit dominus ad Abel, quàm ad munera eius: non enim acceptat Deus alicuius seruitium, nisi prius acceptet eius animam; idè ad gratum Deo seruitium requiritur affectio munda, & conscientia pura. **Secundò** requiritur discretio plena; quia in omni sacrificio debet poni sal sapientiæ, idè additur & iustitia: **Tertiò** requiritur intentio recta coram ipso; Seruiamus, ait, coram ipso: Tunc enim seruiamus coram ipso, quando in omnibus sic seruiamus, quasi Deo facie ad faciem præsentem, Angelo assistente, Diabolo insidiante, mundo iudicante; **Quartò** requiritur continuatio perfecta, quia finis, non pugna, coronat; in omni sacrificio præcipitur cauda offerri: Sed timendum est, quòd de seruatoribus Christi, qui specialiter sunt religiosi dicitur illud verbum **Iob 4.** Ecce quia notorium est toti mundo, qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem: **Iti** qui deberēt esse Angeli, mundi affectione, clari conuersatione, alti contemplatione, prouidi circumspectione, prompti obedientia & subiectione, non sunt stabiles in claustro, ad orandum in choro, ad cantandum in præceptis, ad obseruandum in promissis, & votis, ad non transgrediendum, immo in istis reperit prauitatem cordis, oris, operis. Religio figuratur per Paradisum voluptatis, in quo sunt omnia genera arborum, omne lignum pulchrum visu; & ad vescendum suauiter, id est, omnia genera virtutum charismatum, & donorum, ex quibus vescuntur deuoti lignum vitæ; in medio, Christus; idè designatur per vineam domini **Sabaoth**. **Esa. 5.** in cuius medio est turris, quia turris fortissima nomē domini: postea Cherubin in quo notatur, prudentia prælati, & gladius flammeus atq; versatilis, id est, dura executio discipline ad custodiendam vitam ligni vitæ: **Iste paradus** est sincerissimus pulchritudine propter munditiam & castitatem; securissimus quietudine, propter voluntariam paupertatem; fertilissimus plenitudine, propter plenitudinem operationis; sublimissimus celsitudine, propter eminentiam perfectionis; inde egreditur fluuius orationum, ad irrigandum vniuersam terram secularium **Gen. 3.** Collocauit Dominus ante paradusum gladiū, &c. **Gen. 2.** Producit Dominus de humo terræ omne lignum pulchrum visu, lignum etiam vitæ **Apoc. 2.** Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso. **Eccles. 24.** Ego quasi fluuius **Dorix**, & quasi aquæ ductus exiui de paradiso. **Falsi**, & ficti religiosi figurantur per nuncios **Dauid**, quibus **Aimon**, id est, Diabolus rasis mediam barbam, vt dicitur **2. Reg. 10.** **Iti** sunt ficti hypocritæ, **quære 48. b.** in **Mat. 17.** Assumpsit Iesus Petrum, **Iacobum**, & **Ioannem**, & duxit illos in montem excelsum seorsū, & transfiguratus est ante eos: In **Petro** obedientia; in **Iacobo** paupertas voluntaria; in **Ioane** castitas munda, designatur.
 O o
 tur.

Tentatio.

Luc. 1. g

Seruire
consciētia.
Gen. 4. a

Angeli.

Stabiles.

Paradisus.

Paradisus.

Gen. 3. a
Gen. 2. b
Apoc. 2. h.
Eccle. 24. d
Can. 4. d2 Re. 10. b.
Matt. 17. a.

Ternarius. rut. Ista tria vora sequentes & seruantes, assumuntur cum Iesu in mon-
Etem religionis. Quare dicatur mons, quare 125. a. b. Ibi transfiguratur ante
 eos, & ostendit eis figuram gloriæ, quam eis promittit; sed Petrus non
 potest ascendere, quia iacet in carcere vinculus catenis duabus, nec est Iacobus.
 nec Ioannes; remanet Christus solus in monte: quare prædictam
 auctoritatem Matth. supra 23. a. 25. a. Et nota, de nuncijs dicitur. Eccles. 39.
 Florete flores, quasi liliam, date florem, & frondete in gratia. quare 28. b.
 26. b. Eccles. 43. Vide arcum & benedic, qui fecit illum, &c. Quia in reli-
 gioso debent quatuor colores, id est quatuor virtute Cardinales. considera-
 ri; videlicet, charitas ex igne, castitas ex aëre, deuotio ex aqua, humilitas ex
 terra. Quare 34. a. 16. a. b. 17. a. a. Vos autem sedete in ciuitate, quoad vsque
 induamini virtute ex alto; A postolis fuit dictum, quorum religiosi vitam
 imitantur. Qui sedendo & quiescendo in hac ciuitate Spiritum sanctum
 recipere meruerunt. Habet autem ista ciuitas situs firmitudinem ab inferi-
 oribus, quod respicit laborem actionis; statum solitudinis ab exteriori, quod
 respicit securitatem conuersationis; gradus celsitudinem, à superiori; quod
 respicit claritatem contemplationis, sed hodie impletum est: videns Ie-
 sus ciuitatem, fleuit super illam, in Luca, quare 83. b. Ait Rebecca, quæ fi-
 gurat religionem de filijs litigiosis, qui ducunt matrem ad mortem; si sic
 futurum erat, quid necesse fuit concipere? Gen. 22. Expectate hic cum ani-
 mo: Loquitur ad seruos suos, Ego, & puer illuc vsque properantes, post-
 quam adorauerimus, reuertemur ad vos; Abraham vir religiosus & con-
 templatiuus; serui sunt sensus, asinus corpus, quæ omnia tanquam impe-
 dientia debet à se sequelstrare ad tempus donec cum puero Iesu vacet dile-
 ctionis & amoris amplexibus; tandem ad laborem sanctæ actionis oportu-
 no tempore reuersurus. Exod. 10. Tenebræ factæ sunt in tota Aegypto
 palpabiles, id est in mundo, vbi erant filij Israel, id est religiosi, lux erat di-
 uinæ gratiæ; eos dirigens in cognoscendis, & regulans in agendis; quia
 eos præcedit Dominus in deserto huius mundi in columna nubis refrige-
 rantis per diem prosperitatis, & in columna ignis illustrantis, consolantis,
 inflammantis, in nocte aduersitatis. Gen. 19. In montem saluum te fac.
 Exeunti de Sodoma mundi, salus promittitur in monte religionis, quæ
 est mons, quare 190. a. b. In istum montem noui luminis assumpsit Iesus
 Petrum, qui interpretatur agnoscens obedientiam; Iacobus interpretatur
 supplantator, & designat paupertatem voluntariam; Ioannes interpreta-
 tur, in quo est gratia, castitatem mundam. Vnde in monte sunt tria taber-
 nacula, castitatis, paupertatis, obedientiæ; in quibus saluamur à tribus exer-
 citibus Diaboli, à concupiscentia carnis, à concupiscentia oculorum, à su-
 perbia vitæ. Multi portant crucem non suam sed alienam, quia non dicunt,
 nec faciunt, nec cytharizant cum Angelis, in Apo. 14. Cum cytharis suis,
 sed alienis; grauiam imponentes onera, digito suo nolentes ea tangere.
 Religiosus plus meretur in consimili opere, quam secularis; quia vt di-
 cit Anselmus in libro de similitudinibus, Religiosus dat Domino suo arbo-
 rem & fructum, id est, voluntatem, & opus bonum; secularis, dat fructum,
 sed non arborem, quia retinet propriam voluntatem. Matth. 19. Ecce, ait,
 Petrus in persona religiosorum, nos reliquimus omnia, & secuti sumus
 te, quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod
 vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in se-
 de maiestatis suæ, sedebitis, & vos super sedes duodecim, iudicantes duo-
 decim tribus Israel: In quo verbo ostendit nobis, quid deponendum, quia
 pondus

A pondus impediens, Reliquimus omnia. Quid assumendum, modus ex-
 pectandus, fructus proueniens, suffi-
 ciens, reficiens, Sedebitis, &c. Ostendit ergo quid deponendum. Quia
 pondus impediens, & deprimens, & retrahens, Vos ait, qui reliquistis
 omnia, omnes proprias voluntates, omnes mundanas vanitates, omnes
 carnales voluptates, exemplo Christi dicentis, Relinquo mundum, & va-
 do ad patrem: Relinquenda quidem sunt prædicta ab his, qui uolunt
 Christum nudum sequi, quia habent casum defectiuum, statum afflictiu-
 um, tactum infectiuum, fructum damnatiuum. Mundus ait Ioann. in
 maligno positus est. Sic ergo pater quid deponendum; quia pondus, quod
 impedit & deprimat: Relinquimus omnia utique, professione & affe-
 ctione; non sicut uxor Loth, quæ conuersa est retrorsum, recordata de
 delictis Sodomorum, quas dimiserat; non sicut filij Israel, qui cibaria Aeg-
 ypti, quæ dimiserant desiderabant, quare supra in ista tabula. Secundò
 ostenditur, Quid assumendum, quia modus conueniens, modus, qui ex-
 pedit & conuenit, secuti sumus te: Te enim Domine Iesu sequi per de-
 sertum paupertatis, per virgultum castitatis, per compendium charitatis
 est facile, delectabile, utile; Quia talis via, & talis peregrinatio habet ve-
 stigium indeuabile, scilicet Christi conuersationem. Christus passus est
 pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius; solacium
 infatigabile, Christi consolationem, quia præcedit nos in hoc deserto, do-
 nec veniamus ad terram promissionis, in columna ignis ad consolandum
 tempore aduersitatis, & in columna nubis ad temperandum in die pro-
 speritatis, vnde ait, Magister sequar te quocumque ieris. Hi sequuntur
 agnum quocumque ierit: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris:
 Iob, vestigia eius secutus est pes meus. Qui sequitur, ait, me, quia ego
 sum cibus consolationis, potus oblectationis, baculus sustentationis, virga
 consolationis & directionis, uenite ergo ad me omnes, qui laboratis, &
 onerati estis, & ego reficiam vos. Habet tertio hæc peregrinatio deside-
 rium inextinguibile, regni considerationem. Habet quarto premium im-
 preciable, regni retributionem. Matth. 19. Si uis perfectus, Matth. 9. vinum
 nouum in atres novos; vites noui sunt nouitij, quare 28. b. In Matth. 19. c.
 Matth. 12. Si uis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pau-
 peribus, & veni, & sequere me, & habebis thesaurum in cælo: Quia sicut
 diues nihil habet in cælo, sed totum in terra; sic pauper Evangelicus nihil
 habet in terra, sed totum in cælo; vnde diuidunt illum versiculum. Dicit
 diues. Quid enim mihi est in cælo? Dicit pauper, & à te quid volui super
 terram? Tertio ostendit. Quid expectandum, fructus, qui reficit, sufficit,
 nunquam deficit. Quia sedebitis super sedes, &c. Sequitur. Centuplum
 accipietis, & vitam æternam possidebitis. Matth. 5. Dicitur de religiosi,
 uos estis lux mundi, per claram conuersationem & ædificationem; vos e-
 stis sal terræ, per plenam deuotionem; nos ciuitas in monte posita, per sin-
 gularem perfectionem; vos amici, per ignitam dilectionem; vos ge-
 nus electum, regale sacerdotium, gens sancta, per singularem electionem
 & ædificationem. 1. Ioann. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cælo,
 pater, verbum, & spiritus; & tres sunt qui testimonium dant in terra, spi-
 ritus, aqua, & sanguis. Si statum religionis consideremus pro statu præ-
 terito cælum, pro statu verò præsentis terra meritis potest dici: Cælestis
 quedam religio ornata sanctorum fratrum numero, stellis micantibus ra-
 dijs exemplorum, cælum, id est, tota cælestis merito apparebit: Tunc
 Eccl. 11. d. 1.

Tempora-
lia.

1. Pet. 2.

Apo. 14.

Iob 23.

Matt 19. c.
Matth. 9. c.
Nouitij.Matt. 19. d.
Matt. 5.

Lux.

Vos;

Phil. 3. d.

Eccl. 11. d.

Tres testi-
mo.Stellæ.
Ca. 1. 2. c.Stultus.
Ecclef. 1.
Arena.
Mundus.Domus.
Conscientia.
Ecclesia.Terra.
Ecclesia.
Testimo-
nij.

enim poterant religiosi dicere nostra conuersatio in cælis est. Tunc in E
cælo religionis testimonium perhibebat pater. In exemplari vita præsi-
dentium verbum; salutari doctrina legentium, & prædicantium spi-
ritus, scilicet in feruenti deuotione, oratione, affectione fratrum sim-
plicium. Sed vobis, quia videtur impletum illud Apocalyp. sexto:
Stellæ ceciderunt de cælo super terram, sicut ficus emittit botros suos,
cum a vento magno mouetur; quia flante, impellente, & conquassante
istas stellas vento tentationis, ambitionis, diuisionis, suspitionis, carnalis de-
lectationis, cecidimus euidenter de statu perfectionis ad terram infimam
deordinationis, & dissolutionis, iuxta illud Matth. 7. De domo ædifi-
cata super arenam, quæ cecidit, & fuit ruina illius magna de viro
stulto, quia certe inter nos stultorum infinitus est numerus. Hi ædi-
ficant domum suam supra petram, arenam, lapidem sterilem, instabi-
lem, quæ designat vanitatem, voluptatem, ociositatem, carnalitatem,
ambitionem, præsumptionem, dissolutionem, euagationem, diuisionem, in-
deuotionem, quæ subruunt, & subuertunt nostram religionem, quia de-
scendit pluuia carnalis delectationis; veniunt flumina ambitionis, cum
mirabili impetu; flant venti diabolicæ tentationis, & suggestionis, & ir-
ruunt in domum illam, conscientiam immundam, vanam, dissolutam, in-
deuotam, ambitionem, & cadit, & est ruina illius domus magna, quia ta-
lis damnatur in corpore, & anima. Exemplum de domo, in qua comede-
bant carnales filij Iob, quæ coccussa a vento corruit, & omnes mortui sunt.
Ideo tres sunt, qui testimonium dant modò in terra, in religione, tota ter-
rena, ad modum terræ depressa pondere ambitionis, compressa frigore in-
deuotionis, repressa puluere carnalis delectationis: Spiritus ignis ambi-
tionis superbiæ, & diuisionis aquæ frigidæ indeuotionis: Sanguis corruptæ
affectionis, carnalis delectationis, & detractionis, cum scriptum sit, Carnem
cum sanguine non comedetis; quod faciunt detractores, quia intingunt tu-
nicam innocentis Ioseph in sanguine. Religiosos plangit. Hierem. Tre-
no. 4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, disper-
si sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum, quia facti sunt cur-
sores, negotiatores. Filij Syon incliti, amicti auro primo, prima, & præ-
cipua honestate, quomodo reputati sunt in vasa tætea, lutea, sordida, fragi-
lia, opus manum figuli, sicut sæculares alij: Quæris quomodo facti sunt.
Psalm. 105. Commixti sunt inter gentes, dimisso claustro per mundum
euagando, & didicerunt opera eorum, negotiari, mentiri, & serui-
erunt sculpilibus eorum, & factum est illis scandalum. De religiosis il-
lud Deuteronom. Domum ædificans, vineam plantans, vxorem ducens
excluduntur à cæna Domini: Sicut a cæna excluduntur dicentes, villa-
nem emi, vxorem duxi, iuga bouum emi. Domum ædificans, in quo super-
bia; vineam plantans, auaritia; vxorem desponsans, immunditia. Luc. 14.
Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Homo ille ad
imaginem Dei factus, de imagine corporaliter consignatus fuit Beatus Fran-
ciscus, qui ad cœnam agni prouidi vocauit multos viros, & mulieres,
clericos, laicos, iuuenes, diuites, senes, pauperes: Quia ordo suus est illa
magna sagena missa in mare mundi, quæ congregat omne genus piscium:
Ista cœna propinabatur in principio ordinis, vinum interna, & lachry-
mose compunctionis. Psalm. 59. Potasti nos uno compunctionis:
tunc enim poculum meum cum fletu miscebam. Potum aut da nobis in la-
chrymis in mensura. Ad hanc cœnam inuitati comedeabant tunc pi-
scem

A scem assum, vitulum saginatum, mellis fauam; Manna cœlicum uti-
que comedeabant fratres in principio ordinis: De cibo Christi post resur-
rectionem, propter corporis proprii pœnalem afflictionem; vitulum
saginatum, propter passionis Christi instrumentalem compassionem,
meditationem, & considerationem; mellis fauam, propter internam
deuotionem; Manna cœlicum, propter supernam contemplationem:
Ista erant fercula, ista erant cibaria, quibus fratres in principio ordinis,
sicut boni filij Irael egressi corpore & affectione de Aegypto, vesce-
bantur; sed modò sicut illi perfidi Iudæi desiderant cibaria Aegypti,
& carnes quas dimiserant in mundo, vanitates, voluptates, car-
nalitates, honores, & anima eorum nauseat super Manna cœle-
sti, ideò non intrabunt terram promissionis; sed in sepulchris con-
cupiscentiæ remanebunt. Dicitur est Ruth, quoddam iungeret bu-
cellam panis duri in aceto; quia quando religiosus sentit se austerita-
te pœnitentiæ premi, debet recordari aceti, fellis, & passionis Chri-
sti.

B Matth. 6. Considerate lilia agri, quomodo crescunt; In verbis istis, Matt.
6. Viros religiosos saluator monet, intruit, & informat, In quibus no-
bis proponitur, origo perfectionis, ex animi consideratione; secundò
additur pulchritudo conuersationis, ex lilijs consideratione, lilia agri;
tertiò subditur altitudo professionis, ex sui conditione; quartò conclu-
ditur, promptitudo executionis, & plenitudo operationis, ex virtuali
augmentatione. Circa primum est sciendum, quòd consideratio, rati-
o est omnium malorum extirpandorum; bonorum & virtutum inse-
rendorum; quia nullus de peccato conteritur, nisi ex offensæ & supplicij
consideratione; nullus in bono exercetur, nisi ex præmij consideratione;

C vnde Bernard. Consideratio tua a teipso incipiat, &c. quia ex tali consi-
deratione surgit in nobis, timor supplicij, amor Dei & præmij; odium
peccati ad præsentia mala & pericula declinandum; quia foris pugnae,
intus rumores: Aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens cir-
cuit, quærens quem deuoret. vnde Leo Papa, non desinit hostis anti-
quus ubique deceptionis laqueos protendere, &c. Futura pericula ad
præcauendum; Hieronymus, Facile contemnit omnia, qui se semper
cogitat moriturum: Promissa præmia ad acquirendum: Proverb. vlti-
mo, Considerauit semitas domus suæ, & panem ociosa non comedit;
Item considerauit agrum, & emit illum; de fructu operum suorum plan-
tauit vineam. Iosue secundo. Exploratores terram considerare venterunt.
Job 23. Considerans vultum eius timore, &c. De secundo attende, quòd
lilia pallent in radice, vident in folijs, albert in floribus, rubent in gra-
minis: Pallor quem timor inducit, significat humilitatem; viror, qui vi-
sum pascit, mentis iocunditatem; candor, qui nigrum repellit, casti-
tatem; rubor, qui calorem præterdit, charitatem. Et isti sunt quat-
tuor colores, qui in iride mysticè designantur, quia in statu religionis,
in præsentibus debet inueniri humilitas, in simplicibus castitas, in of-
ficialibus & inferioribus mentis alacritas; in omnibus, charitas. Ec-
clesiastic. 39. Florete flores, quati lilium date florem, & Psalm. Iustus
germinabit, sicut lilium, & florebit, &c. Circa tertium de agro, quo-
modo religio est ager. Quare 190. b in Gen. Ibidem in Mar. Circa quar-
tum attende, quòd crescit lilium, terræ adherendo immobiliter; humorem
attrahendo inuisibiliter; nutrimentum distribuendo proportionabiliter;

D Lilia. Consideratio.
Diabolus.
Lilia.
Lilium.
Crescere.
Crescere.

C **o**mpendo in opnabiliter & insensibiliter. De primo 2. Reg. 10. Manete in Hierico, donec crescat barba vestra. De secundo 1. Petri 2. quasi modo infantes ut crescatis in salutem. De tertio 1. Esdræ 5. Domus Dei extruitur, & crescit in manibus Iudæorum. Ad Ephes. 2. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. De quarto. Exod. 1. Quanto magis opprimebatur filij Israel, tanto magis crescebant, & multiplicabant. Gen. 41. Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Matt. 3. Erat Ioannes in deserto &c. Vbi aduerte quod status religionis deserto comparatur & solitudini, quia in deserto inuenitur hominum habitantium solitudo; florū redolentium pulchritudo; auium cantantium multitudo & dulcedo; sic in religione sunt ocia contēplationis; exempla, ædificationis; concordia conuersationis & cohabitationis: Fugientes itaq; de mundo cū illa muliere, de qua Apoc. dicitur. Mulier fugit in solitudinem &c. intremus desertum, & solitudinem religionis, vbi sunt ocia contēplationis, suspiria contritionis, irrigua deuotionis, pascua sanctę operationis. Exod. 3. Cum duxisset Moy. gregem ad interiora deserti, apparuit ei Dominus. Ibi dicit Gregor. Quamdiu Moy. fuit coniunctus Aegyptijs, non apparuit ei Dominus, quia curis secularibus impeditus, non est ad contēplandum aptus, sed cum homo ad secretum mentis redit, & strepitibus mundi aures claudit, tunc in ocio contēplationis, Deum cernit, quia scriptum est, sedebit solitarius & tacebit, quia eleuabit se supra se: Vnde de religioso diligente solitudinem & desertum claustrum, fugiente strepitum mundi dicitur Iob 39. In figura asini siluestris, cui dedi in solitudine domum; quia religiosus debet habitare intra claustrum, non intra forum; & cum toto grege sensum intrare mentis secretum; quia intrat mors per fenestras nostras, vnde Sen. Quoties inter homines fui, minus homo redij. Sequitur. Tabernacula eius in terra saluginis; salugo sitim accendit; quia boni religiosi ex desiderio cęlestis patrię, quando diligentius considerant, tanto magis accenduntur, ut sitiant, & quanto feruentius sitiunt, tanto ardentius quærunt: Sequitur, Contemnit multitudinem ciuitatis; quia, ad litteram, boni religiosi nolunt cum secularibus conuersari; sicut patet de beato Antonio Abbate, de quo sic legitur: Beatus Antonius Abbas cum esset in ciuitate Patras in monasterio, non valebat Dei seruitium facere, quomodo ipse cupiebat; quia quotidie videbat ad se venire multas gentes seculares, & dicebat. Quid faciemus fratres, quia non est hic locus quietus, ut saluare possimus animas nostras. Quere in eius legenda. Sequitur. Clamorem exactoris, id est, ventris, non audit; quia religiosus, etsi sumat quod necessitati sufficit, restringit tamen quod voluptas periculosę, & gulosę exigit, ut enim Gregorius ibidem exponit, Exactor iste pessimus, qui quotidie clamat, quotidie vltra debitum exigit, venter noster insatiabilis appellatur: Sequitur, Circumspicit montes pascuę suę, & virentia quęque perquirat; quia dum religiosus a tumultu mundi sequestratus fuerit, dum voluptates arctauerit dum gulam restrinxerit, dum sensus & motus sensuales domauerit, tunc montes pascuę suę respicit; quia tunc affectus vberius pascitur, superna bonitate & consolatione; tunc virentia quęque respicit, quia tunc intellectus clarior illustratur prima veritate & cognitione: Hęc est bonitas semper redolens; hęc est veritas semper virens & nunquam marcescens. Secundo dico, quod in deserto religionis inuenitur florum redolentium pulchritudo; Exemplum sanctę ædificationis, Pinguescent speciosa deserti: Sicut enim animal dum cibatur diuersis ferculis, impinguatur; ita religio-

A nis honestas ex diuersis exemplis, quasi ex diuersis floribus decoratur; quia in religione candet liliū castitatis, rubet rosa charitatis, viret viola humilitatis. Ecclesiast. 39. Florete flores quasi liliū, &c. Tertio in deserto inuenitur auium cantantium, congratulantium multitudo; Quia in religione est concordia conuersationis, Esa. quingessimoprimo. Pōnunt desertum eius, quasi delicias; & solitudinem eius, quasi hortum Domini; Desertum quippe religionis quasi delicias Dominus ponit, quia propter mutuam dilectionem, & charitatem omnia pernalia, dulcia & delectabilia facit: Et sicut in horto clauso, ameno, irriguo, florido aues conueniunt ad cantandum, sic in religione clausa, per sequestrationem; florida, per honestam conuersationem; irrigua, per internam deuotionem; amena & delectabilis, quasi paradysus voluptatis per mutuam dilectionem, conueniunt deuoti ad Dei laudem & iubilationem, ut sic fit religio hortus clausus, per sensuum custoditionem; cultus, per defectuum correctionem; & vitiorum extirpationem; fecundus, per meritorum aggregationem; irriguus, per vberem deuotionem; floridus per honestam conuersationem. Flores vineę, feruor deuotionis; quę fugat omnia venenosa sicut flos vineę; Germinem mali punici, vigor operationis; tunc enim germinant mala punica, cum ex flore caritatis, multiplicantur opera pietatis & sanctitatis: Sicut ergo dominus filios Israel in deserto rexit, ne in victualibus deficerent; protexit, ne coram hostibus caderent; direxit, ne in solitudine viam perderent, ne ab itinere terrę promissionis in aliquo deuiarent; sic illos qui de Aegypto mundi exeunt, & ad desertum religionis fugiunt, regit, per sufficientiam necessariorum; protegit, contra malitiam aduersorum; dirigit, per semitas consiliorum; ut tandem perueniant ad terram promissionis ciuium supernorum: Qui ergo volunt Aegyptum fugere, & submersionem Aegyptiorum euadere, debent mundum fugere. Verus religiosus figuratur per Eliam, qui fugiens a facie Hiezabelis, quę interpretatur fluxus sterquilini, & significat mundum, obdormiuit sub iunipero, quę est arbor aculeata designans religionem &c. Quere 1. b. 2. b. 22. b. 45. b. 65. b. Tres pueri in camino ignis designant religiosos tria videntes: Quod in fornace tentationis positi succensa stupa superbie, malleolis auaritię, pice immunditię, naphtha mundialis & vanę glorię, Christi consolatione, & pręsentia liberantur. quarto Regum secundo. Habitatio ciuitatis huius optima est, sed aquę pessimę sunt &c. Elisęus, Christus, quia ipse Christus est verus Saluator: ciuitas optima, religio, quia optimi ciues, optimę leges, optimi ministri, optimus dux, optimum territorium, optimi fontes, optimę mansiones, optimi viri; sed aquę pessimę sunt; per aquas intelligimus tentationes; quę licet sint molles, tamen guttatim cauant lapides fortes, id est carnalium mentes, & fluendo corrodunt ripas sensuum, & subuertunt turre & ædificia: sic tentationes dum admittunt cauant & mollescunt mentes, & submergunt totum ædificium spirituale. Iob decimoquarto. Lapidexcauant aquę, & alluione paulatim terra consumitur: Treno. tertio. Inundauerunt aquę super caput meum, dixi perij, inuocabo nomen tuum domine. Psalm. sexagesimo octauo. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam: In istis aquis positus Petrus cum cępisset mergi, clamauit dicens, domine saluum

Salugo.

Mundus cōsanguinci.

F

G

H

Hortus.

Can. 6.

Ciuitas.
Regimen.
Regnum.
Habitatio.
Tentatio.
Aquę.

me fac. Matth. 8. Descendit pluuia, & uenerunt flumina. Sic ergo i-
sta aqua sunt pessima, quia ad pessimum ducunt, ad peccatum & infer-
num; terra autem, id est corpus nostrum, sterilis est, quia subiacet maledi-
ctioni primi peccati, ex qua spinas, & tribulos nobis germinat: Sed ecce
consilium Elisæi, id est Christi, afferte mihi uas nouum, id est cor mundum,
& nouum. Ezech. 36. Dabo uobis cor nouum &c. Psal. 50. Cor mundum
crea in me Deus: & mittite in illud sal, id est diuinam sapientiam, uel Dei
gratiam; quo facto ait dominus, Sanauit aquas has: Quia per donum diui-
næ sapientiæ & gratiæ, sanatur homo ab omni tentatione, & non erit in
eis ultra mors, neque sterilitas, quia etsi tentamur, protecti tamen auxilio
diuinæ gratiæ non inducimur in tentationem: neque sterilitas, quia auxi-
lium diuinæ gratiæ fecundat animam ad fructum operationis meritoriæ.
Genes. 17. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris
tui, & ueni in terram, quam monstrabo tibi; quia religiosus corpore & af-
fectione debet mundum dimittere, & uenire ad terram securam religionis,
quæ sicut lacte sanctæ actionis, & melle contemplationis. Ps. 54. Obluiscere
populum tuum, & domum patris tui.

Mundus.

Fertis.

Leo.

Tentatio.

Sitiis.

Considera-
tio.

Diabolus nititur hominem impedire ab ingressu religionis. Samson tri-
pliciter ostendit fortitudinem suam antequam esset deceptus à Dalila, in
laceratione leonis. Iud. 14. Volenti enim ducere uxorem, primò occurrit
leo, quo dilacerato, occurrit examen apum: Samson interpretatur sol eo-
rum, & significat religiosum, uel uolentem intrare religionem, siue facere
pœnitentiam: uxor quam uult ducere, religio, uel pœnitentia; statim occur-
rit leo rugiens, scilicet Diabolus tentans & trahens 1. Pet. 5. Aduersarius
uester Diabolus tanquam leo rugiens &c. Rugit autem per suggestionem
terribilium, inducendo ad pusillanimitatem; dicens quomodo poteris face-
re tantam pœnitentiam? sed irruit spiritus domini in Samsonem, & dilace-
rat leonem. In uerbo irruendi notatur repentinus motus, & subitus adue-
tus gratiæ Dei ad adiuuandum, quia nescit tarda molimina Spiritus san-
cti gratia. Exemplum de Angelo descendente cum tribus pueris in cami-
no ignis, non quærat moras, non quærat inducias. Act. 2. Factus est repen-
te de celo sonus &c. contra illos, qui multum uolunt deliberare de ingres-
su religionis, uel statu pœnitentiæ: tunc ergo leonem dilacerat, cum virtu-
te Spiritus sancti tentationem superat. Sed de ore leonis mortui Samson
mel habuit, quia illa pœnitentia, quæ nos deuoratura erat in magnam con-
uertitur dulcedinem. Secundò fuit fortior in expugnatione Philistinor-
um, à quibus ligatus fuerat duobus funibus. Iud. 15. Philistim interpre-
tatur portio cadens. Sicut homo mandanans portiones mundanas, auarus
diuitias, carnalis uoluptates, ambitiosus honores. Sicut est appetere; pota-
re, desiderium adimplere. Thi. 2. Omnes diuites hos percutere est uincere
istos appetitus. Duo sunt timor aduersitatis, siue pœnalitatis religionis,
& amor prosperitatis siue dilectionis carnis, qui per ardorem ignis diuini
amoris rumpuntur: Cum mandibula asini, id est cum consideratione uil-
litis, & proprii corporis eos interficit; & aquam lachrymarum & deuotio-
nis inde haurit. Fortior fuit asportatione portarum Gaza, quæ inter-
pretatur fortitudo eius, hoc est præsens uita, in qua est fortitudo & con-
fidentia mundanorum. Duæ portæ huius ciuitatis sunt humilitas nati-
uitatis, & uilitas mortis: Per unam intratur ad ciuitatem huius mundi;
per aliam eximus, ambæ sunt uiles: Meretrix, carnalis corruptio. Pro-
uerb. quinto. Fauis distillans labia meretricis. Labia meretricis sunt

ima-

A imaginatio, & sensualitas, quibus intendit se copulare spiritus & oscula-
ri, ac effeminare labia spiritus quæ sunt intellectus, & affectus; labium
imaginationis uoluptuosorum, uult se copulare intellectui ad cognitio-
nem; labium sensualitatis, affectui ad delectationem, & sic fauum carna-
lis libidinis distillare. Domus est cor nostrum, in quo carnalis corruptio
inhabitat. Roman. septimo. Infelix homo quis liberabit me de corpore
mortis huius. Iosue 6. Maledictus qui reedificabit Hierico, quod interio-
pretatur luna, & significat mutabilitatem temporalium, quam religiosi
destruunt, quando mundo & temporalibus renunciant: hanc religio
reedificat, & maledictionem incurrit, quando affectu, uel effectu repetit
temporalia, quæ dimisit. Galat. 6. Mihi absit gloriari nisi in Cruce domi-
ni nostri Iesu Christi. In cruce religionis, clavis obedientiæ configitur a-
nima in pedibus, & manibus. Manus animæ dextera, potestas faciendi
quod placet, pes dexter, proprius sensus, sinister propria uoluntas, clavis
ergo obedientiæ configitur anima in manibus, ut non habeat potestatem
faciendi quod placet; nec dimittendi, quod displicet; ut dicat prælato,
quod Christus patri, non mea uoluntas, sed tua fiat; & in pedibus, ut non
moueat proprio sensu, uel proprio affectu, unde dictum est. Quid
ad te.

De uestibus & pœnitentia religionis, Matth. 3. Erat Ioann. indutus &c.
Ioann. interpretatur in quo est gratia, & significat religiosum uestimē-
tum; ad litteram, uile debet esse, uestimentum conuersatio pœnitentis; in
pilis, asperitas; in camelo, quod est animal humile, humilitas; quæ debet in
pelle conuersationis abundare. Zona stringens uentrem, continentia.
Esa. 58. continentia enim sine asperitate, humilitate, & abstinentia non
potest seruari: sed aliqui sunt sicut arundo, apparent pleni, & sunt ua-
cui; apparent fortes, & sunt debiles; apparent stabiles & constantes, &
sunt ad omnem uentum mobiles; quod negat dominus de Ioann. Si-
cut serpens exponit corpus ut custodiat caput, sic religiosus debet expo-
nere corpus pœnitentiæ & mortificationi, ut custodiat mentem, & per
arctum foramen pœnitentiæ transire, & antiquam pellem, quam in se-
culo nutruerat deponere; quod male fecit Abimelech. Iud. nono. Cui
mulier illisit fragmen molæ super caput. Nota historiam; Abimelech
interpretatur rex, & significat religiosum, quia seruire Deo regnare est;
oppidum, mundus; mulier, carnalis concupiscentia; quæ fragmen mo-
læ grani, scilicet lapide, caput Abimelech frangit, quando ictu mundana
tentationis religiosum interficit: Filij Israel, id est deuoti, Aegyptum
mundi fugientes; Manna, cœlesti consolatione aliti sunt, non in Aegy-
pto, id est mundo, sed in deserto religionis. Turba, quæ sequitur Chri-
stum quinque panibus & piscibus diuinitus multiplicatis, in deserto est
refecta. Ioann. in deserto melle, locustis, & aqua nutritur. Ezech. primo.
Facies hominis. Quatuor genera hominum sunt in religione; Facies
hominis debet apparere in nouicijs, nam homo est animal rationale,
mortale, disciplinabile, mansuetum natura; primò debet esse rationa-
lis per discretam uoti considerationem; ideò conceditur annus probatio-
nis; secundò debet considerare quod est mortalis, ideò non debet for-
midare carnis mortificationem, nec pœnalitates religionis, sed sub iunipe-
ro arbore aculeata obdormire cum Helia, panē, & aquā comedere; tertio
debet esse susceptibile disciplina Christi, per temporalium abrenunciatio-
ne

Luxuria.

Cruce.
Obedientiæ.

Subditus.

Hypocrita

Homo.
Status.
Animalia.
Religio.

Luc. 9. c. ne, & audire illud verbum; Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam. Et iterum: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; hæc est prima lectio scholæ Christi, Luc. 14. Nisi quis renunciauerit omnia, quæ possidet, non potest esse meus discipulus: Quarto debet esse mansuetum natura per omnimodam obedientiam. Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Facies leonis debet apparere in prælato per magnanimitatem; quia leo prostrato pariter homini, sic prælato culpam recognoscenti: nullum formidare, contra malos rugire, Leo rugiet, quis non timebit: Facies bouis debet apparere in officialibus; bos enim non laborat solum sibi, sed familiæ domini, sic officiales non sibi, sed familiæ conuentus debent laborare, & congregare. Iob 1. Boues arabant. Facies aquilæ debet apparere in statu claustralium & clericorum, lectorum, prædicatorum, qui debent esse contemplatiui. Aquila super omnes volat, sic anima contemplatiua desiderijs, & suspirijs, quæ sunt duæ alæ, volat ad meditandum æterna: aquila irreuerberatis oculis solem aspicit sic contemplatiuus oculis meditationis, & amoris soleni diuinitatis, nec descedit ad terrena. Eccles. 11. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. Videat ergo religiosus an oculum aquilæ, vel nocturæ habeat. Leui. 19. Non feres agrum diuerso semine, semen bonum est bonum verbum, & sacramenta Dei, Luc. 8. Zizania sunt verba curiosa, & vana, siue sapientia mundana: Agrum diuerso semine seminat, qui signa sanctitatis præterdit in habitu, & præuericat conuersatione exteriori, & male agit in conscientia interiori; Leuit. 19. Vestemque, quæ de lino, & lana contexta est, &c. Per linum, quod interius latet in tali veste, intelligitur conscientia; per lanam, quæ exterius patet in tali veste, intelliguntur exteriora signa, religiosus hypocrita, ex veste lana, ac lino contexta induitur, quando habet exteriora signa sanctitatis, & res signis talibus non correspondet.

Hipocrita imago. Et nota de hypocritis religiosis. Quia duplex est imago, quædam picta, quædam nihil habet de re, nisi superficiem exteriorem de foris, non intus, quia nec cor, nec alia membra interiora pinguntur in ea, hæc est hypocritis aliquorum religiosorum. Matth. 23. Veh vobis, qui similes estis sepulcris dealbatis. Est etiam imago impressa, quæ profundatur intra rei substantiam, & hæc debet esse in religiosis, in quibus debet signatum signo correspondere, ne sint sicut falsæ tenebræ, in qua pendet signum ad vendendum vinum, & nihil est de vino, aut si est, corruptum est. Ezech. 41. Per omnem domum in circuitu, &c. Expressa domus est conscientia animæ contemplatiua: Cherub amor est, amor enim est plenitudo regis, palma, est regnum æternum Apoc. 7. In conspectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Exprimi ergo debet figura palmæ in conscientia, siue in pariete conscientia: quia semper beatitudo æterna debet esse in consideratione, ergo debet figura Cherub, quia semper debet esse amor in affectione: duplicem autem faciem debet habere Cherub, hominis, & leonis quantum ad duplicem statum tentationis; est enim status aduersitatis, in quo tentatur pusillanimitas, contra quam necessaria est facies leonis, id est magnanimitas, conuersa est ad palmam, vt amore æternæ beatitudinis, nihil aduersi, nihil terribile timeatur. Est etiam status prosperitatis, in quo tentat elatio, cõtra quam necessaria est facies hominis, quod est animal mansuetum, in quo notatur humilitas Gen. 32. In baculo meo transiui Iordanem istum, &c. Iacob ditatus significat animam religiosam, quæ diu fuit in penitentia, quæ proficiendo de virtute in virtutem, bonis operibus, & meritis est ditata: quæ

A se in actiua vita per Liam, & in contemplatiua per Rachelem designata, exercuit, talis transit vadum Iaboth, quod interpretatur puluis, & significat nostræ mortalitatis fragilitatem. Genes. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris: Transit autem in baculo, id est in diuini auxiliij vel crucis Christi subsidio, in quo confidendum est; non in baculo arundineo, id est, in mundo, vel diuitijs; cui si innixus fuerit homo perforabit manum eius. 4. Reg. 18. Mat. 11. Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam: Ioseph interpretatur apponens, & significat religiosum, qui continuè debet apponere ante oculos suos statum, quem assumpsit beneficia Dei, & peccata. Abacuch 2. Super custodiam meam stabo, debet esse filius Dauid, id est, manu fortis, contra tentationes; Pulcher aspectu, per conuersationem, debet accipere Mariam coniugem suam, id est, religionem, quæ desponsatur tempore probationis Interpretatur enim Maria amaritudo, illuminatrix, domina, quæ omnia conueniunt religioni. Exod. 16. Promittitur filijs Israel per Moyse. Vespere comedetis carnes, &c. Tangitur status Deo seruiuentium, & penitentiam agentium, in quibus propter diutinos labores incipit murmurare caro contra spiritum, & carnalia desideria contra mentem surgere. His promittitur duplex consolatio per Moyse. In carne, & pane, quod est in carne assumptæ humanitatis; in Manna dulcedinis diuinitatis. Datur in vespere comestio carnalium, quia declinanti ad noctem peccati, siue suffragij penitentia, remedium est consideratio humanitatis dominicæ: Mane vero saturitas panis, quia accedenti ad lucem diuinæ misericordiæ per contemplationem, solatium, & sustentatio est, consideratio dulcedinis diuinitatis. Hoc idem figuratum est Ruth 2. Inginge bucellam, &c. Ruth interpretatur videns, vel festinans, & significat religiosum, vel penitentem. Boos, in quo Robur, significat Christum: Ager religio, vel penitentia status. Panis durus, austeritas penitentia; acetum, consideratio passionis dominicæ; in quo si panis intinctus fuerit, durus non erit: Malo granatum designat religiosos, qui sunt velut multa grana sub uno cortice collata; tubea, per charitatem; infirmis proficientia, per bonum exemplum, prædicationem, orationem; in diuersis cellulis manentia, per officiorum distinctionem. Can. 4. Emissiones tuæ paradus malorum puniceorum. Iudic. 1. Petit Axa irriguum superius & inferius. Axa sedens super asinum, religiosa, & penitens anima; domans corpus proprium, petit a patre Christo irriguum inferius copiam lachrymarum propter incolarum presentis miseria; irriguum superius pro dilectione beatitudinis, & gloria. 3. Regum 19. Fugit Elias a facie Iezabelis, & obdormiuit sub iunipero, &c. Iezabel interpretatur fluxus sterquilini, & significat mundum; progressus Helix fuga mundi, & impletio consiliorum. Philip. 3. Omnia arbitratus sum ut stercora, ut Christum lucrifacerem: Aduentus in desertum ingressus religionis: Iuniperus arbor aculeata, religionis austeritas & disciplina, quæ tot habet aculeos pungentes, quot habet penitates; sub ista obdormiuit Helias, quia oportet religiosum quasi insensibilem esse, & in penitatibus obdormire; Non discurrere quot, & quantæ sunt, vel quare sunt, vel ad quid impositæ sunt: Afferit Angelus panem subcineticum, quia Christus homini laboranti in religione, immittit consolationem ex mortis consideratione. Et hoc significat cinis, Memento homo quia cinis es, & in cinerem reuerteris: Quare ergo contristabitur quis dimittendo sæculum, diuitias, parentes, amicos? 1. Timoth. 6. Nihil intulimus in hunc mundum. Iob 1. Nudusegressus sum, &c. Hiero. Facile contemnit omnia qui se semper

Cruz.

Murmuratio.

Gula. Penitentia Malo granatum.

Lachrymæ Deuotio.

Cogitat mortuum. Quomodo etiam non consolabitur, cui regnum cælo E
 rum promittitur. Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est re
 gnum cælorum: additur pani penitentia, aqua lachrymarum, quæ in mo
 dum potus defert cibum consolationis ad interiora virium animæ. Psalm.
 79. Cibabit nos pane lachrymarum. Psalm. Potum dabis nobis in lachry
 mis in mensura. Bis comedit ad ambulandum per dies, & noctes, dies tem
 pus prosperitatis, nox tempus aduersitatis; idem duplici consolatione indi
 get anima, vt nec prosperitate possit deficere, nec aduersitate possit deijci,
 vel frangi: sic in fortitudine cibi illius ambulauit quadraginta diebus, &
 quadraginta noctibus vsque ad mortem Dei Oreb, id est, vsque ad refectio
 nem æternam: Oreb interpretatur mensa. Luc. 19. vt edatis, & bibatis super
 mensam meam in regno patris mei. Matth. 17. Assumpsit Petrum, Iacobum,
 & Ioannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum, &c. in Petro si
 gnificatur obedientia; habuit enim vnum nomen, & triplex cognome **F**
 phas, id est, caput omnium; quia nihil debet facere religiosus sine obedien
 tia capitis: Bariona, id est, filius columbæ per simplicitatem; Petrus, id est, a
 gnoscens, per discretionem; debet enim obedientia esse simplex non inter
 rogando quare hoc sibi præcipiatur, & non alij. Ioan. 21. Sequere me. Ecce
 præceptum obedientia. Ille dixit, Hic autem quid, quasi dicat, quare mihi
 hoc præcipis, & non illi? Sed prælatus debet dicere, Quid ad te? quasi dicat,
 Tu non habes de mea intentione, vel voluntate rationem quaerere, sed de
 bes simpliciter obedire: Item debet esse discreta, vt nihil quod sit contra ani
 mam, vel regulam fiat. In Iacobo significatur paupertas; interpretatur enim
 luctator; qui enim vult sapienter luctari cum Diabolo, debet vestimenta
 temporalium deponere per voluntariam paupertatem. Gregorius: Quid
 sunt terrena omnia nisi quædam corporis indumenta; nihil maligni spiri
 tus: in hoc mundo proprium possident. nudi ergo cum nudo luctari debe
 mus; nam si vestitus quisq; cum nudo luctetur, citius ad terram deijcitur, **G**
 quia habet, vnde teneatur. In Ioanne significatur castitas, siue virginitas:
 hic est enim electus a Domino, quia hi sequuntur agnum quocunque ie
 rit, per viam contemplationis. Secundo duxit eos in montem excelsum,
 per Scripturæ lectionem: Est enim ductio ad montem contemplationis p
 Scripturæ lectionem. Esa. 2. Venite ascendamus ad montem Domini, &
 ad domum Dei Iacob per æternorum meditationem. Esa 40. Super mon
 tem excelsum ascende tu. Deut. 32. Dicitur est Moysi: Ascende in montem
 istum Abarim, & contemplantare terram, per æternorum degustationem. Tre
 nor. 3. Sedebit solitarius, & tacebit, quia eleuabit se supra se: Ista sunt ante
 cedentia ad contemplationem: Alia cõcomitantur contemplationem, sci
 licet factum, & facti testimonium; factum quia resplendit facies eius si
 cut sol; in facie splendida sicut sol, contemplatio diuinitatis. Exod. 33. Faci
 em meam; In vestimentis albis quasi nix; not. contemplatio humanita
 tis. Apoc. 19 Habebat in vestimento suo scriptum, rex regum, & Dominus
 dominantium. Constantia ponitur testimonium facti. Si enim vera est trãs
 figuratio, & contemplatio, necesse est, vt adit Moys. In Moysè, qui tantum
 dilexit populum vt diceret eis hanc noxam, aut dele me de lib.
 in quo me scripsisti. Exo. 32. Nota dilectionem proximi in Helia, qui tantum
 habuit zelum. 3. Reg. 19. zelo zelatus sum pro Domino exercituum, signi
 ficatur dilectio Dei: Vel aliter possunt ista duo moralizari, iuxta interpreta
 tionem vocabulorum: Postea ponuntur contraria ad contemplantionem, quæ
 sunt duo; tumma iocunditas, quæ notatur cum Petrus dixit Domine, bonum
 est

Mons.

H

A est nos hic esse, quia dulce lumen & delectabile est oculis videre solem: Se
 cundum est humilitas, quia quanto aliquis illud lumen intencius contem
 platur, tanto clarius videt quod nihil omnino est, vel boni à se habet: Hoc
 notatur ante dicit, ceciderunt &c. Et ista de causa in Apo. 24. Seniores ce
 ciderunt cum thronum deponeret coronas suas. Eze. 2. Hæc visio similis glo
 riæ Domini Psalm. 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Num. 15. Homo
 colligens ligna in sabbato debet lapidari: Sabbatum quod interpretatur re
 quies, est religio; in qua debet esse quies a tumultu negotiorum tempora
 lium; ligna quibus augetur ignis, sunt temporalia, quibus augetur cupiditas
 & auaritia; vnde fornax Babylonis, id est, cupiditatis, malleolis, id est sar
 mentis vinearum legitur succensa: Colligere ligna est congregare diuitias,
 & tractare negotia temporalia: Si ergo videris religiosum negotiantem cir
 ca temporalia, lapidibus debet obrui, id est duris increpationibus obiurgari,
B talis significatur per Acham, qui de anathemate Hierico accepit. Iosue 7.
 cap. & lapidatus est.

Tribus cognoscimus, quod aliquis perfectè mortuus est, priuatione calo
 ris, priuatione motus, priuatione Spiritus; Similiter religiosum mortuum
 mundo perfectè dicimus, in quo nullus calor amoris naturalis; nullus mo
 tus propriæ voluntatis; nullus spiritus impatientia: vel murmurationis: Si
 autem aliquid illorum triu in illo videas, ille non est perfectè mundo mortuus;
 Nec est de illis, quibus dicitur Col. 3. Mortui estis, & vira vestra, &c. Mar.
 6. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Huc pertinet ad con
 templationem pusillanimitatis, quæ occurrit volentibus intrare religio
 nem: Lapis significat apertam duritiam religionis, quem lapidem supponit
 Iacob capiri suo cum videt illam beatam visionem scilicet. Gen. 28. quia ali
 ter non potest cœlestia contemplari, & hæc est petra, quæ fundebat riuos
 olei Iob 29. Nam duritia apparentis religionis effundit riuos æternæ con
 solationis; venit ergo in quæstione cordi muliebris volenti intrare religio
 nem: quis reuoluet nobis lapidem &c. Monumentum, in quo Christus
 quiescit, est anima; sed carnalis & muliebris anima formidat; Angelus au
 tem domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, quod figura
 tum est Gen. 29. Amouit lapidè, quo os putei claudebatur ad adaquandū
 greges, &c. Puteus aquarum viuientium affluetia diuinæ consolationis, ad
 quam sicut deuota anima. Psalm. 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem vi
 uum. Psalm. 41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum ita de
 siderat anima mea &c. quæ etiã in præsentibus nominatur Rachel; cuius gre
 ges sunt innocentes affectiones, quibus acquiritur affluentia diuinæ conso
 lationis, non ergo solliciteris de amotione lapidis, quo os putei clauditur:
 clauditur autem illa profunda, & intima consolatio lapide, id est duritia ap
 pariti; sed ne timeas, adest verus Iacob, Christus ipse, qui amouebit lapidè,
 quo puteus claudit, vt haurias abundè aquas consolationis diuinæ. Can. 3.
D In lectulo meo quæsiui per noctes: Inueni quem diligit anima mea, hic lo
 quitur anima contemplatiua, & religiosa. Quare 36. b.

Eze. 27. Fili hominis assume lamentum & dices o Tyre, &c. Tyrus in
 terpretatur angustia; & significat statum religionis propter amaritudinem
 disciplinae & obseruantia regularis perfectio decoris, est honestas cõuer
 sationis, & dicitur sita in corde maris propter amaritudinè austeritatis disciplinae:
 Hunc est quod admiratur populus, de casu Tyri, cum sit ciuitas posita in corde
 maris, quæ non potest oppugnari, vnde Ezech. 4. Cõportabit aggerem, &c.
 Comp ortatur aggeres ad implendum fossata, disponuntur arietes, id est ma
 china

Contem
platio.
Humilitas.Pusillani
mitas.
Timor.

china ad frangendum lapides murorum; postmodum castra dant insultus ad capiendum ciuitatem: In comportatione aggeris, tentatio cupiditatis; nā agger idem est quod terræ cumulus; in dispositione arietum, tentatio superbia; & elationis; in admonitione castrorum, tentatio carnalium desideriorum, quæ militant aduersus animam 1. Pet. 2. De his tribus religio videtur esse secuta, nāri ex omni parte circumdata, per votū paupertatis contra impugnationem cupiditatis, per votum obedientiæ, contra iectum elationis, & superbiæ; per votum castitatis contra impugnationem desiderij carnalis, ideo mirandum, & dolendum est, quomodo cecidit religio à statu perfectionis, vnde Ezech. 26. Dicitur de Tyro in figura religionis, In terra sedebunt atroniti: Si quæris quomodo capta est ab aduersarijs ciuitas sic fortis, sita in corde maris, dico, quod hoc est, quia male fuerunt portæ, id est, sensus, custodiæ, quia intrauit mors per fenestras nostras: scitis quod ad portas obsideret ciuitas; cōgregantur hostes; comporantur aggeres, eriguntur machinæ; & tūc perfecta est obsidio, ita ad portas sensuum obsideretur anima per hostes, id est, demones; comportantur aggeres temporalium, eriguntur machinæ tentationis, & tunc perfecta est obsidio, vnde dicitur in libro 4. Regum 3. circumdata est ciuitas a fundibularijs. Diabolus erigit machinam superbiæ, & fundibulatur honores, inuidiam, iram, superbiā, & similia.

Dicitur in lib. 1. Reg. 11. quod Naas Ammonites obsedit quandam ciuitatem filiorū Israel, scilicet viros Gabes Galaad, & multum arctauit eos, tunc dixerunt filij Israel ad ipsum, habe nos fœderatos, & seruiemus tibi. Respōdit Naas, In hoc feriam, &c. Quare 46. a. 52. a. Sic ergo diabolus erigit machinam superbiæ, Mundus erigit machinam auaritiæ, & fundibulatur aurum, argentum, possessiones, agros, vineas, terras, & similia, ex quibus oriuntur lites, contentiones, iurgia, bella, & contentiones regum, & principum: Percutit etiam tactu manuum, id est, munus, quæ dissipant consilia, subuertunt iudicia, impediunt & protrahunt negocia, & forte, conferunt aliquaō beneficio: Item adest caro, quæ obsidet, & erigit machinam luxuriæ, quæ obsidet portam oris, id est, portam stercorariam, & ista obsidio est periculosissima, quia caro est intimior, propinquior, & custes infidelior, quia lingua congruit in duo opera naturæ, scilicet, in gustu, & loquela, & vtroque modo impugnatur anima; ideo cōtra linguam posuit Deus murum dentium, & antemurale labiorum contra loquela, sed omnino mutus, & antemurale pariter dissipatus est. Vel dicendū quod mutus est continētia, antemurale abstinentia, continentia est contra luxuriam, abstinentia cōtra gulam, & quando perit antemurale abstinentiæ, necesse est, quod pereat murus continentia; vel dicendum, quod tres portæ ciuitatis animæ, sunt intellectus, voluntas, sensus: prima obsideret a Diabolo, secunda a mūdo, tertia à carne, & vix est aliquis status, vix aliqua ciuitas, quæ per malā custodiam alicuius portæ non capiatur. Deu. 13. si tibi voluerit persuadere frater tuus, &c. Nota histo. Hæc lex religiosi in claustris seruire volentes, qui multoties amicorum suggestionem recurrunt, & seruunt dijs alienis, id est, vitijs eorum. 1. Cor. 12. Tot enim sunt dii peccatorum, quot vitia, vnde de gulosis dicitur, Quorum Deus venter est: nulli ergo talia suggerenti portas aperi ac quiescendo, sed statim interfice increpando; nec propter cōiunctionem carnis, vt patti, vel mari, nec propter aliquam dilectionem, vt amico, vel familiari. Non enim venit Deus mittere pacem inter tales; sed gladium. Sicut ait Saluator: Si oculus tuus scandalizat te, erue eum

eum

A eum, & proijce abs te, sic de manu, de pede, vnde sequitur. Sit prius manus tua, &c. contrarium eius, quod suggestit, faciendo, & non miserearis, pietatem habendo.

Prouer. 30. Lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile sibi: Lepusculus, id est, cuniculus. paruus lepus, quia in petra religionis cauar, & parat sibi domum, ne vulpes, id est, diabolus possit ibi cauere, sed sit astutus, vt vulpes, quando non potest caueam per se intrare per apertum peccatum, ponit intus furem malarum cogitationum, parat re per opportunitatem. Gen. 1. Germinet terra herbam virentem. Terra ista non arida, sed irrigua deuotione, florida conuersatione, fructifera meritorum aggregatione, est religio, quæ herbam virentem ad pastum animalium generat, & germinat, quando bonorum operum exempla verbo, & facto demonstrant. Gen. 24. Seruus Abrahæ suspendit inaures ad ornandum faciem Rebeccæ. Seruus Abrahæ Christus, formam serui accipiens: Rebecca, deuota anima; in cuius aures Christus inaures ad ornandum suspendit, quando ornamenta virtutum & morum ei tribuit. Exod. 25. Facies candelabrum ductile de auro mundissimo &c. Quere 83. a. Genes. 27. Dixit Rebecca Iacob filio suo, affer mihi duos hœdos optimos, &c. Rebecca gratia: duo hœdi corpus & anima, quibus libenter Isaac Deus pater vescitur, dum corpus per abstinentiam, anima per mundiciam sibi offertur. Pro quibus Iacob, id est, supplantator, religiosus, consequitur benedictionem æternam, in pinguedine visionis humanitatis, & rore celi fructuionis diuinitatis. Iud. 9. Ficus, & vitis noluerunt deserere dulcedinem suam, vt inter ligna promouerentur. Quere 35. a. 38. a. 74. b. Apoc. 6. Stellæ cadent de cœlo. Circa religionem ostenditur status perfectionis in situ de cœlo, nostra conuersatio in cœlis est, lapsus transgressionis in caverna cadent, gradus professionis, in stellis. Apoc. 12. Mulier fugit in solitudinem, vbi habet locum paratum a Deo, vt ibi pascat illā, & nota quod solitudo religionis est fuga mūdi. Psal. 54. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine, caula Dei. Iob 21. Cui dedi in solitudine, vita cœli. Esa. 51. Ponet solitudinem eius quasi hortum domini, & delicias: Adducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius. Sed contra in solitudine mūdi deuiat error. Psal. 106. Errauerūt in solitudine in inaquoso, &c. Heb. 11. In solitudinibus errantes obuiat horror. Hierem. 25. Erit vniuersa, &c. Aestuat ardor. Gen. 21. in figura Agar errabat in solitudine, propter ista tria dicitur ad Heb. 11. In solitudinibus errantes. Est etiam solitudo mentis, quæ est apta ad meditandum. Hier. 9. Quis dabit in solitudine apta ad contemplandum? Esa. 43. Ponam eam, &c. locus ad exultandum. Esa. 35. Exultabit solitudo, &c. Apoc. 12. Dux sunt mulieris duæ alæ aquilæ magnæ, vt volarent in desertum, in locum suum, vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis: hic tãgitur opportunitas fugiendi, cum dicitur, vt uolaret in desertum vbertas beneficij, vbi alitur per tempus. &c. Mulier ista est ecclesia, vel religio, vel anima deuota, fecunda meritis. Prouer. 31. Mulierem fortem quis inueniet, speciosa donis, amicta sole, varietatibus. Psalm. 44. Omnis gloria eius ab iniustis. in similibus aureis, circumamicta varietatibus, clara exemplis: sole: Eccles. 44. Sol illuminans per omnia respexit. Apocalyp. 12. Mulier amicta sole. Dux alæ, duæ vitæ, actiua, & contemplatiua quæ intelligitur per Martham, & Mariam; per Rachel, & Liam; & per Petrum & Ioannē, vel duæ alæ ad cōtemptus terrenorum, appetitus æternorum: Vel duæ alæ, sapientia, & patientia: sapientia in prouidendo prospera: patientia in tolerando aduersa: vel

Mulier.
ecclesia.
Religio.

dux

duæ alæ, duo præcepta charitatis, diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum sicut teipsum; vel duæ alæ timor suppliciorum, amor eternorum: Vel duæ alæ, duæ potentia animæ. intellectus cognoscendo, voluntas, & affectus diligendo: Vel duæ alæ, iustitia, & misericordia: Nā per illas examinantur cogitationes, & ponderantur actiones: Per istam aquilam possumus intelligere deuotam animam. Cui datæ sunt alæ, scilicet cōsideratio sui, & Dei. Quære 31. b. in 3. Reg. Psalm. 45. Fluminis imperus lætificat ciuitatem Dei, hoc de religione intelligitur, quæ diuinis consolationibus lætificatur; Quæ dicitur ciuitas, quia in ipsa est vniuersitas ciuiū in subditis; Prælati officialibus vnanimitas cordium. Esa. 19. Ciuitas solis vocabitur vna. Psalm. 54. Vidi contradictionem in ciuitate: Vniuersitas actuum, Ecce quā bonum, & quā iucundum habitare fratres in vnum.

Ciuitas.
Ecclesia

Et nota quod mater Iesu quærit eum inter cognatos, & ne tos, sed ibi Iesus non inuenitur, immo frequenter perditur. Luc. 9. Permite me sepe flere, &c. Glo. Si Discipulus secutus Dominum, renunciat Dominum arguitur, quid fiet illis, qui nulla necessitate visitant sepe domos eorum, quos reliquerunt? Mat. 27. Velum templi scissum est, &c. Quia vbi discordia oritur, ibi Iesus expirat, & moritur: Multitudinis enim credentium erat cor vnum, & anima vna. 1. Machab. 4. Fecerunt vasa noua sancta. Nouicia debent esse vasa solida contra tentationem; vasa munda, & casta contra infectionem; vasa ornata, per virtutum aggregationem, vasa aperta per sensum circumspectionem, & custoditionem, quia vas quod non habet operculum immundum erit. Eccles. 5. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Eccles. 50. Vas admirabile opus excel. in 4. Reg. 2. Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal. Naum 2. Porta apertæ sunt per concupiscentiam, replum ad solum dirutum est per discordiam, miles captus ductus est per ignorantiam, ancilla gementes & murmurantes per ambitionem & inuidiam, vnde qui viderunt statum in principio religionis, & modo flent, & dolent. 1. Esdræ 10. Seniores, qui viderat prius quod erat in oculis eorum, sebant voce magna. Eccles. 43. Vide arcum, & benedic qui fecit illum, valde speciosus est in decore suo. Ista cœlestis impressio, quæ fit ex solo solis radio in nube aquosa, significat nouicios deuotos, quorum anima est quasi nubes de terra eleuata, per temporalium abdicationem; aqua plena per deuotionem: radio solis penetrata per gratiæ infusionem: ex quo radio in anima eius quattuor colores sicut in iride generantur, color rubeus charitatis, quasi de cœlo castitatis, & puritatis quasi ex aere, pietatis, ex aqua, humilitatis ex terra, & tūc valde speciosus est in decore suo: Quia religiosi figurantur per tres pueros in fornace Babylonica positos, inter quos est Christus liberans, & saluans. Gen. 44. In sacco Benjamin inuentus est scyphus aureus: Benjamin adolescentulus in mentis excessu, deuotus nouicius, in sacco sciæ conscientia inuenitur scyphus propinans Ioseph, id est, Christo quadruplex poculum, angelicæ conuersationis, euangelicæ perfectionis, apostolicæ professionis, & tacitæ contemplationis, Exodus. 3. Solue calceamenta de pedibus tuis; locus enim in quo stas, terra sancta est: qui vult ad contemplationem diuorum accedere, debet calceamenta omnium temporalium & mundanarum curarum deponere, quia locus religionis, in quo stat, sanctus est. Io. 5. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilee &c. Iste nuptiæ spirituales fiunt inter animam, & religionem, quia fiunt in Cana Galilee; quia Galilæa transfigurationis interpretatur; quia mente,

Nonicius.
Petrus.

cor.

A corpore, & affectione debet transmigra & transire de mundo ad religionem. Psal. 10. Transmigra in montem sicut passer, vt dicat: Relinquo mundum, & vado ad patrem, ibi est Iesus, & mater eius, & discipuli, ibi aqua insipida dilectionis carnalis, vel afflictionis penalis conuertitur in vinum internæ cōsolationis, quod lætificat cor hominis. Gen. Erant nudi & non erubescerant, quia pauperes, & nudi propter Christum non debent erubescere, sed gloriari; vnde ait sanctus Franciscus, nec oportet nos verendari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. 1. Machab. 2. Nunc ergo filij æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum, & memores estote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Ista loquitur Matathias in persona beati Francisci filijs suis in his temporibus malis, quia Matathias interpretatur donatus, per quem significatur beatus Franciscus. Ad vos ergo fratres sermo dirigitur, cū dicitur, Nunc beato filij: Nunc, ait, cum conculcatur veritas: nunc, cum præcipitur equitas: nunc, dum refrigescit charitas: nunc, dum inualefcit iniquitas. Et nunc quæ est expectatio mea, nonne Dominus? Nunc emulatores legis estote: Lex idem utique lex, quam legistis, quam elegistis, qua ligati estis: Lex Domini in maculata conuertens animas, quia mandatum lucerna est, & lex lux: In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte, plenitudo legis est dilectio. Quicūque igitur hæc regulā secuti fuerint, pax super illos. Gala. 6. Videte igitur quales litteris scripserim vobis manus mea, legem hanc legite, regulam perlegite. Scripsi, ait, vobis litteris indelebilibus, pp religionis catholicæ fundamentum, litteris inæquiperabilibus, pp perfectionis euangelicæ cōplementū, litteris irreprehensibilibus pp professionis Apostolicæ fulcimentū. Quis est igitur qui vobis noceat, si boni emulatores fueritis. 1. Pet. 3. Date aut animas vestras: testamentū patrū, ordinatio statutorū, pro quorū obseruatione debemus animas nostras dare, concupisibile, per desiderium executionis: rationale, per studium informationis, inuisibilem, per zelū correctionis. Sequitur: Memores estote, &c. Opera patrū proponuntur vobis in speculum contēplabilis veritatis, in vultu patrū, seu exemplū imitabilis sanctitatis: in gaudiū admirabilis dignitatis: in præmiū, desiderabilis felicitatis, ne sitis degeneres filij. Sequitur, Accipiet? &c. Magna gloria generalis, æternæ felicitatis: magna gloria spiritualis, internæ satietatis magna gloria singularis, iudicialis potestatis, & autoritatis, quæ debetur singulariter viris Apostolicis. Mat. 19. Quod vos, qui reliquistis, &c. Iste sunt minimi, qui omnia dimiserunt pro Christo, & ideo iudicis erunt cum ipso, vt dicit glo. super Mat. quia iudiciū pauperibus tribuit: Sequitur nomen æternum. Est autem triplex nomen æternitatis, quod scribitur in electis, videlicet nomē præcelsæ deitatis, quia filij Dei vocabuntur. Mat. 5. Supernæ ciuitatis caracteristicæ Christianitatis. Apo. 3. Qui vicem scribam super eum nomen meum, & nomen ciuitatis nouæ Hierusalem, & nomen meum nouum. 1. Esdræ 10. Seniores populi dixerant Esdræ sacerdoti, Surge, tuum est decernere, nosque erimus tecū, confortare, & fac. Ita debent dicere sibi prælati. Genes. 24. Ingredere benedictio Domini cur foris stas? historice Laban loquitur ad Eliezar: Mystice Episcopi ad iuuenem, quem inuitat ad religionem. Laban enim interpretatur candidus, per quem designatur Christus; ad iuuenem, qui est candidior lucis æternæ. Sapient. 7. Quia dilectus meus candidus, & rubicundus. Cantic. 5. Eliezar interpretatur Deo separatus,

Filij.
Pugna.
Clerici.

Opera.
Exempla.

Nomen.

Papa.
Prælati.

Gen. 12. a.

Egredere.

Ingredere.

Mundus.
Status.

per quem significatur nouitius, & religiosus, qui precisus à mundo per habitum religionis, separatus est Deo. Ps. 54. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Vnde hic introducitur iuuenis, qui ad ingressum religionis inuitatur, vt clementer interpellatus, cur foris stas; vt potenter & patèter inuitatur, Ingredere, vt affluenter dotatus, Benedicte Domini: Increpatio respicit statum secularem, inuitatio statum regularem, dotatio finctum salutare: Sic dictum est Noe. Ingredere in arcam tu & filij &c. Moraliter itaque circa statum religiosi, hic tangit Spiritus sanctus donū uocationis, fructū conuersionis, damnum dilationis: Primū probat ingressus religionis, cum dicitur: Ingredere. Esa. 2. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humi à facie timoris Dñi: Sic Loth ingressus est Segor. Gen. 19. Secundum probat donum benedictionis, cum additur, benedicte Dñi, Gen. 12. Benedicā tibi, & eris benedictus, quia in rore cœli, & pinguedine terræ erit benedictio tua. Ps. 20. Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Prou. 10. Benedictio Dñi super caput iusti. Ps. 33. Etenim benedictionē dabit legislator, sic ergo talis benedictionibus, præuenitur, benedictionibus inuestitur, benedictionibus insignitur: hoc igitur donum benedictionis præuenit in principio, inuestit in medio, insignit in termino. Tertium probat periculum euagationis, cum subditur, Cur foris stas. Apoc. 11. Surge, metire templum & altare, & adorantes in co: atrium autē q̄ est foris templū, eijce foras, & ne metiatis illud. Apoc. vlt. foris canes &c. Circa primum notandum, q̄ uocatis ad statum religionis debetur ingressus uirtuosus, congressus bellicosus, progressus operosus, egressus gloriosus: de 1. Prouer. 4. Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis, quas cū ingressus fueris non ardebuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculū, Deut. 2. 3. Reg. vlt. Sume arma, & ingredere prælium, & induere uestimētis: porro rex Israel mutauit habitum, & ingressus est bellum. Eccl. 2. Fili accedēs ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. De tertio: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo &c. Sequitur. Qui ingreditur sine macula &c. De quarto: Io. 10. Ego sum ostiū, per me si quis introierit, saluabitur; & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Matth. 17. Bonum est nos hic esse. Religiosi uocationis suæ gratiam recognoscentis uerba sunt ista, in quibus primo tangitur fructus utilitatis, quem probat affluentia boni, cum dicitur bonum est. Secundò uirtus securitatis, quam probat circumstantia loci, cum dicitur hic. Tertio status perénitatis, quem probat permanentia uerbi, cum subditur esse: Vt autem opposita iuxta se posita, plenius elucescant, secundum Philosophum, primo Elen. vltimo: videndum, quæ sit differentia status secularis, & terrestris. Status namque secularis est locus exilij, lacus contagi, lapsus periculi, lectus ocij, laqueus diaboli: Econtrario status terrestris est status stabilitatis contra exilium; synceritatis contra contagium, securitatis contra periculum, strenuitatis contra ocium, sanctitatis contra Diabolum. de 1. Mich. 2. Surgite, ite, quia non habetis hic requiem. De contrario. Psal. 131. Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, &c. de 2. Ezech. 8. Fili hominis ingredere, & uide abominationes, quas isti faciunt hic. De contrario, Genes. 28. Non est hic aliud, nisi domus Dei & porta cœli. De tertio. Genes. 19. Surgite egredimini de loco isto. De contrario. Genes. 19. Est hic ciuitas parua, ad quam possum fugere, & saluabor in ea. De quarto. Mat. 20. Quid hic statis tota die ociosi? De contrario Heb. 13. Nō habemus hic manētē ciuitatem, sed futuram inquirimus. Luc. 19. Querebat Zachæus

A chæus uidere Iesum, & non poterat præ turba, & ascendēs in arborem Sycomorum, &c. Ille designat illos, qui nolunt penitere, & uolunt ad Iet. m accedere, sed turba parentum, & negociorum impedit ipsos; idē debet ascendere arbore Sycomorum, quæ designat religionem, & statim uidit Iesum. Quere 52 b. 48. a. 6. 1. a. Esa. Venite ascēdamus ad montē Dei, & ad domū Dei Iacob, & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius: religio est mons, Quære supra, est domus Dei, & porta cœli: Via sunt præcepta: Semitæ, sunt consilia; quæ sunt magis arcta, & stricta, in quibus est difficultas in obseruantia, quod figuratum est in 1. Reg. 14. Vbi dicitur, quod Ionathas ascendit reptans pedibus, & manibus: dicit reptans propter leiunij macerationem, pedibus propter peregrinationem uel affectionem; manibus propter eleemosynarum largitionem. Hier. 49. Quasi aquila ascēdet, & uolabit, & expandet alas suas. Religiosi dicunt illud, Propter te mori sciamur tota die, altissimi sumus, sicut oues occisionis: Comparantur autem ouibus, propter obedientiā. Ioan. 10. Oues meæ uocem meam audiūt, propter patientiam. Esa. 53. Sicut ouis ad occisionē ductus est; propter innocentiam. 2. Reg. 24. Isti qui oues sunt, quid fecerunt? pp fecunditatem, & bonorum operum abundantiam. Psal. 143. Oues eorum scetose, absūdātes: Si ergo sit in facto tuo contumacia, in uerbo impatiētia, in animo malitia, in opere accidia, & negligētia, reputaberis cū ouibus Laban maculosis, errantibus intellectu. Psal. 118. Erraui sicut ouis quæ periit tumentibus affectu. Gen. 33. Habeo oues factas, quas si ambulando laborare fecero, morietur una die cuncti greges, dolentibus in effectu. Psal. 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Deut. 7. Te Israel elegit Dñs Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris, de cunctis populis, qui sunt super terrā. Status autem religionis specialiter uocatur Israel & per Israel designat, quadruplici ratione, uidelicet pp positū electionis, signū interpretationis, donū benedictionis, pactū repromissionis. De 1. Esa. 44. Audi Iacob serue meus Israel, quæ elegi. Psal. 134. Iacob elegit sibi domus Israel in possessionē sibi. Ro. 11. Reliquit Israel sibi electionē gratiæ Dei saluæ factæ sunt. De 2. Baruch 4. Beati sumus Israel, quæ quæ Deo placent nobis manifesta sunt: anima est populus Domini memorabilis; Israel interpretatur uidentem Deū per fidē, uel contēplationē. De 3. Gen. 32. Nequaquam Iacob appellabit nomen tuū, sed Israel. Sequitur: Vidi Dñm facie ad faciem, & salua facta est anima mea. De quarto. Ro. 9. Non omnes qui sunt ex Israel, hi Israelite, neque; qui semen sunt Abrahæ, filij sunt omnes; sed in Isaac uocabitur tibi semē. i. non filij carnis, sed qui filij sunt promissionis; isti æstimantur in semine uiri; ergo Israelitæ sunt spiritualiter, quorum est adoptio filiorū, & gloria, & testamentū, & legis latio, & obsequiū, & promissa. Gen. 41. Eductū de carcere Ioseph rotōnderunt, ac ueste mutata obtulerunt regi; ad literā, agitur de liberatione Ioseph de carcere Pharaonis. Mylicē autē est uocatio ad statum religionis; ostenditur autem nouitio, quid fugiendū, quid offerendū; quia fugienda est conuersatio secularis; quia euasio periculorum, relinquenda possessio temporalis, quia exclusio superfluum; eligenda professio regularis, quia electio, uel impletio cōsiliorum: Offerēda oblatio salutaris, quia exercitio meritorum; rectē autem per Ioseph nouicij designantur; cuius innocentiam fraterna emulatio non peruerit; cuius pudicitiam familiaris persuasio non infecit; cuius patientiam fortuna aduersitas non turbauit; cuius clementiam sceptri autoritas non inflauit; fuit autem Ioseph altissimus in contēplādo, ut patet in somniorum interpretatione; æquissimus

In prouidendo, vt patet in alimentorum distributione; prudentissimus in gubernando, vt patet in regni Aegypti dilatatione, piissimus in compatien-
 tis, vt patet in fratrum suorum dilectione & iniuria remissione. Circa fecunditū noua, quod tres sunt tonfores. Quia tondet diabolus opera merito-
 rum. 2. Reg. 10. Talit itaq. Amon. i. diabolus gratis iniquus: Rex filiorū A-
 mon. i. populi dolorū. nuncios Dauid, rasitque dimid a patrē barbæ eorū,
 & præcidit vestes eorum vsque ad nates, & dimisit eos. Tondit caro, &
 mundus charismata donorū. Iud. 16. Vocauit Dalila. i. filia infatigabilis car-
 nis, vel mundi concupiscentia tonforē, & rasit septē crines Sālonis. i. vni-
 uersa dona, & virtutes. & cepit abijcere eū: Tōdet Deus super sua peccato-
 rū. Hier. 7. Tōde capillū tuū. i. omne vitiū & superflūū; & pro jce per verū
 contēptū, & fume & induere plāctū. i. religionis plangentis habitū, exem-
 plo Iob 1. Surrexit Iob scidit vestimēta sua, tonfoq; capite, corruit in terra.
 Circa tertiū nota q; intrans religionē debet primo mutare vestē vanita-
 tis in vestē humilitatis, exēplo Eliæ, & Hester 14. Cūq; deposuisset Hester
 vestes regias, fletibus, & luctui apta indumenta suscepit. Secūdo debet mu-
 tare vestem voluptatis in vestem castitatis. Eccles. 42. A vestimentis procedit
 tineā, & a muliere iniquitas viri. Talis vestis mutāda est in candidam.
 Eccles. 4. Omni tēpore sint vestimenta tua candida. Amictus lumine sicut
 vestimento; quia vestimenta Christi facta sunt candida in Transfiguratione.
 Tertio mutanda est vestis cupiditatis; in vestem charitatis, liberalitatis,
 & pietatis. Esa. 9. Vestimentum mixtum sanguine, erit in combustione, &
 cibus ignis. Muta igitur veterem vestem in vestem auream charitatis. Psal.
 44. Assitit regina à dextris eius in vestitu deaurato, &c. Hęc vestis imprecia-
 bilis introducit ad nuptias agni. Quō huc intrasti nō habēs vestē nuptialē.
 Circa quartum attende, quod religiosus debet offerre corpus in hostiam
 per carnis mortificationē. Ro. 12. Obsecro vos per misericordiā Dei, vt ex-
 hibeadis corpora vestra, hostiā viuētē, sanctā, Deo placentem, rōnabile ob-
 sequiū vestrū. Secundo animā in sacrificiū, p contritionem Psal. 50. Sacrifi-
 ciū Deo spiritus cōtribulatus, cor cōtritum, hu. &c. Iud. 5. Qui obtulistis
 aīas vestras sponte, aperite benedictionē Dño: Tertio totū seipsum in holo-
 caustū deuotionis. psal. 50. Tunc acceptabis sacrificiū iustitię, oblationes, &
 holocausta. Tonfura est abdicatio supernorū; corona, victoria viciorū: Ra-
 sura, reuelatio secretorū. Matth. 10. Estote prudētes sicut serpentes, & sim-
 plices sicut colūbæ: quia serpens incantatori aurem claudit, corpus expo-
 nit, caput custodit, oculus soli aperit, & opponit, vt renouetur, arcto for-
 amine se cōstringit: sic vir prudens religiosus, autē claudit adulatori & tēta-
 tori, corpus exponit mortificationi; caput custodit rationis, oculos dirigit
 ad gratiam, vt renouetur per arctam pœnitentiā; & circumspiciens, se re-
 colligit, & inuoluit sicut serpens per humilitatem, & sicut columba volās
 dilatatur per charitatem: Exemplum de Dauid. Prouer. 3. Vir prudens diri-
 git gressus suos. Prouer. 17. In facie prudentis lucet sapientia. Quis putas
 est fidelis seruus, & prudens? &c. Matth. 25. Prudentes virgines accēperunt
 oleum in vasis suis cum lampad. contra Deu. 32. Gens absque cōsilio
 est, & sine prudentia; vti nam saperēt, cum discretionē disponendo præsen-
 tia; & intelligerent, cum amaritudine recogitando præterita, ac nouissima
 prouiderent cum sollicitudine præcauēdo futura. Rom. 12. Nolite esse pru-
 dentes apud vosmetipsos, quia prudentia carnis mors est. Estote prudentes,
 & vigilate in orationibus, quia aduersarius vester diabolus tanquā leo
 rugiens circuit, quærens quē deuoret: quia vt dicit Leo in ferm. de circum-

Caro.

Mutare.
Vestis.
Habitus

Psal. 190. 2.

Matth. 25.
Oblatio.
Officium.

Serpens.

Leo.

A cisione. Non desinit hostis antiquus vbiq; deceptionis laqueos, protende-
 re; nouit cui adhibeat estus cupiditatis, &c. Idcirco pastor Ecclesie Petrus,
 ad circumspeditionis vigilantiam nos informat; Estote ait, prudentes, &c.
 Iam. n. statum, & morsu illius bestie terribilis, in cuius ore sunt tres ordines
 dentium, vt dicit Dan. 7. Concupiscentia. sc. carnis, oculorum, & superbia vi-
 tæ, totum mundum, omnem statum infecit & momordit; quia igitur iam
 eius statum aspectus obfuscat, effectus obliquatur, affectus recuratur;
 hinc est q; nobis est necessaria, lucens prudentia, dirigens aspectū, frequēs
 vigilia, promouens effectum, feruens instantia, erigens affectum, proponit
 itaque nobis princeps ecclesie hoc verbum informatiuum, exhortatiuum,
 excitatiuum. Est itaq; verbū informantis, ad circumspeditionem, exhortati-
 uis ad operationem, excitatis ad deuotionem, aspectum circumspeditionis,
 informat prudentia, diligens esto. Prou. 17. In facie prudentis lucet sapien-
 tia; effectum probationis & operationis, insinuat vigilantia, diligēs vigilia.
 B 1. Pet. 5. Sobrius estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanq; leo
 rugiens, &c. Affectum deuotionis excitat oratio feruens: Vigilare, ait, in
 orationibus. Luc. 18. Oportet semper orare, & non deficere.
 Circa primū vbi informamur ad studiū circumspeditionis cū præmit-
 titur, Estote pru. est sciendū q; cum prudentia sit oculus aīæ directiuus, do-
 cet, aduerrere flebilē culpā, labilem vitā, difficilem pugnā, vt sic aīa directā
 prudentia diligenter aduertat respectu præteriti, culpā flebilē disponendā; res-
 pectu præsentis, vitā labilem disponendā; respectu futuri, pugnā difficile &
 penā formidabile & interminabile præcauendā. Docet ergo prudentia respec-
 tu præteriti aduerrere culpā, fletū, derelationē. Prou. 2. Si inclinaueris cor
 tuū prudentia, & quesieris eā quasi pecuniā, tunc intelliges timorē Dñi.
 C Sequitur: Consiliū custodit te, & prudentia seruabit te, vt eruaris à via ma-
 la. Scdo docet respectu præsentis aduerte, vitā labi. dispo. Sic. n. ille prudentes
 virgines, Mat. 25. Disposuerunt se accipientes oleū gratiæ in lampadib. cor-
 dis, ne à sponso præuenerentur, & à nuptijs excluderentur. Prudentes, ait,
 acceperunt oleum in uasis suis cum lampadib. Docet tertio respectu futu-
 ri, aduerrere pugnam difficilem præcauendam. De quo pōt exponi illud Iob
 26. Prudentia eius percussit superbum: videns itaq; Moyf. hodie quōsdā in
 ter religiosos, qui quasi alij filij Agar exquirunt prudentiā, q̄ de terra, ne-
 gociatores terræ, & thīnā illam, q̄ de terra est, diabolicā prudentiā exquirē-
 tes per uīā imprudentiā, q̄ ingressi sunt, cōtra negligētēs ait: Gens absq; cō-
 silio est, & sine prudentia; vti nam saperēt, cū amaritudine præterita cogitā-
 do; & intelligerent, cū discretionē præsentia disponēdo; ac nouissima prouide-
 rēt, futura cū solitudine præcauēdo. Sic patet primū vbi informamur ad stu-
 diū circumspeditionis. Estote pru. Sequitur vigilate, vbi excitamur ad exer-
 citiū operationis, ad qđ quidem exercitiū, vt sit meritum, requiritur in-
 defectibilis plenitudo, infatigabilis prōptitudo, inobliquabilis rectitudo. Ple-
 nitudo in operatione, ne sit defectus; promptitudo in executione, ne sit cō-
 tēptus; rectitudo in intentione, ne sit abusus. Obmissio quippe operationis
 debet; causat defectum, rebellio voluntatis contraria, mōstrat contēptū,
 puerio intentionis rectæ, facti abusus: Vigilare itaq; debēt viri pfecti, vt ha-
 beāt in suo exercitio, plenitudinē indefectibile; culpā flebilē expiantē per sa-
 tisfactionē; promptitudinē, vitā labilem disponentē: rectitudinē inobliquā,
 hostē fugitē superantem. Debet itaque esse in nostro exercitio indefectibi-
 lis plenitudo. 2. ad Thimot. 4. Tu vero vigila, in oībus labora. Infatigabilis
 prōptitudo, Luc. 21. Vigilare omni tempore orantes, vt digni habeamini fu-

Diabolus.
Tentatio.
Insidia.Bestia.
Diabolus.
Concupiscentia.
Peccata.Oculus.
Prudentia.
Sapientia.
Consideratio.
Tempora.

Prudentia.

Vigilare.
Operari.

gere à ventura ier., & stare ante filium hominis. Inobliquabilis reſtitudo. **E** Eccl. 39. Inſus cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculo, &c. Ne itaque cum fatuis virginibus dormientibus, & dormitantibus priuemur oleo, prœueniamur à ſponſo, excludamur à regno, circa exercitium bonorum operum quotidie vigilemus. Luc. 12. Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenit vigilantem: Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem.

Oratio.
Deuotio.

Tertio excitamur ad deſiderium, & amplexum orationis, Vigilate, ait in orationibus: Vigilandum quidem nobis eſt in oratione, fonte irrigante, face inflammante, pace reformante, & quietante. Eſt enim oratio irriguū copioſum, inſeſcibilis plenitudinis, culpæ ſtebilis mundatium, incendiū amoruſum inſatigabilis promptitudinis, vitæ labilis directiuum, ſubſidium virtuouſum inobliquabilis reſtitudinis, hoſtis pugilis delectiuum, & proſtratiuum. Eſt dico oratio irriguum copioſum, Eſa. 38. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam, &c. Genef. 2. Fons aſcendebat de terra, i. de corde humili. Quia ratio humiliantis ſe, nubes penetrat: Eſt etiam incendiū amoruſum, &c. Apoc. 8. Stetit Angelus iuxta aram templi. Eſt etiam oratio ſubſidium virtuouſum, &c. Orans nempè Iudith Holofernem interfecit. Iud. 13. Stetit Iudith ante lectum orans cum lachrymis, & dicens, confortame Deus Iſrael, &c. Orans Moy. tenens virgam Dei in manu, vicit Amalech: orando Ezechias vicit Senacherib. Eſa. 37. Aſcendit Ezechias in domum Domini, & orauit ad Dominum dicens, Domine Deus Iſrael, &c. Hæc eſt illa cythara, cuius dulci ſono ſpiritus malignus à Saule effugatur. Hoc enim genus dæmoniorum non eiicitur niſi in oratione & ieiunio. Thob. 12. Bona eſt oratio cum ieiunio. Thren. 4. Candidi facti ſunt Nazaræi eius, candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſaphyro pulchriores.

Nazaræi.

Novitij quidem Nazaræi dicuntur, electionis ſorte Domino conſecrati. Si autem Nazaræi, ergo mundi, vncti, ſancti, floridi: deſignat quippe cædor niuis, munditiam pudicitia; nitor lactis, vnctionem ſapientia; rubor eboris, ſanctitatem patientia; & feruorem dilectionis interna; decor ſaphyri ſplendorem conuerſationis honeſta; quia eſt coloris cœleſtis, vt dicant, noſtra conuerſatio in cælis eſt. Leuit. 23. Sumetis vobis die primo, fructus arboris pulcherrima; ſpatulaſq; palmarum, ramos ligni diuerſarum frondium & ſalices de torrente, & lætabimur coram Domino Deo noſtro. Hoc dicitur novitij: Vt ergo à poſtremo incipiamus præcepit Moyſes prima die, i. deſt tempore novitatus, ſiue in iuuentute ſumi ſalices de torrente, i. continentiam carne & mente. Salicis ſterilitas, ſecundum gloſſam, eſt continentia: integritas: Ramos ligni diuerſarum frondium, i. lætū in omnibus operibus humilitatis obſequium; ſpatulaſque palmarum, i. deſt perſeuerantiam operum bonorum cum victoria vitiorum, & tentationū; denique fructus arboris pulcherrima; i. exempla crucis paſſionis Domini, quæ eſt arbor in medio terra, cuius ſummitas tangit cælum. Dan. 4. Hebræi dicunt, q. arbor iſta pulcherrima, cuius fructus ſunt mala punice, quæ ſimul omni tempore habet botros, flores, & folia, & fructus in omni differentia teneros, virides & maturos: Sic anima ſancta maxime novitij, & religioſi, ſemper debet habere botros ſanctæ meditationis; flores modeſta; locutionis, folia honeſte conuerſationis, fructus meritoria; actionis, teneros de die in die crescendo per vitæ inuolutionem; iuxta illud, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem. Et illud: ſons par

Novitij.
Dics.

Conuerſatio
creſcit.

uus.

Aus creuit in fluium magnum, & in aquas plurimas redundauit: Viri- **Fructus.**
des, per continuam & feruentem exercitationem; Maturos per ſinalem perſeuerantiam & conſummationem.

Gen. 28. Vidit Iacob in ſomnis ſcalā, & angelos aſcendentes, &c. Iacob ſupplanator, religioſus; ſomnus, obliuio temporalium. Lapis ſuppoſitus capiti, paſſionis Chriſti memoria: Fuga Iacob, exitus de mundo. Scala quæ attingit ad cælum, eſt religio; videmus angelos aſcendentes, & deſcendentes, quæ exempla ſanctorum patrum præcedentium, tam quoad contemplationē, & quo ad actionem cõtemplamur. Exo. 15. Egreſſi filii Iſrael de Aegypto venerunt in Helym, & ibi caſtrametati inuenerunt duodecim fontes & ſeptuaginta palmās. Aegyptus, mundus: deſertū, religio: filii Iſrael, religioſi: duodecim fontes abundantia deuotionis: ſeptuaginta palmæ, victoria vitiorum. Helym interpretatur robuſti & cadentes, quæ debent eſſe robuſti in **Mundus.**
Fons.
Deuotio.

B Chriſti ſeruitio, cadere mundo & quieſcere ſub palma humilitatis, & poti **Novitij.**
ri doctrina, deuotione, & exemplis duodecim Apoſtolorum. 3. Reg. Dñ de **Psal. 130.**
nouitio: Nubecula parua, quaſi veſtigium hoīs aſcendebat de mari: Mare, eſt **Nubes.**
mundus: Hoc mare magnum, &c. Nubecula, aīa deuota nouitij, vtique nubecula à terra eleuata per temporalium abdicatōne; à ſole illuſtrata, per con **Vitis.**
templationē; aquis repleta, per deuotionē; à vento agitata & circumducta, **Vinca.**
per obedientia; impletionem, aſcendit per virtutum aggregationem, quaſi **Ministrare**
veſtigium hoīs per Chriſti imitationem. Gen. 40. Videbā vitem, in qua erant **Seruire.**
tres propagines paulatim in gemmas creſcere, &c. Vitis iſta in ſimæ ſtatura, **Matth. 23.**
per humilitatem; integre clauſura; per cuſtodiam ſenſuum diligentem; **Matth. 18.**
perfectæ cultura; per diſciplinam fruſtiferam, per bonorum operum abun **Omnibus.**
dantiam. Tres propagines, lingua ſobrietatis, inceſſus matritatis, ſenſuum **Seruire.**
honestas, &c. 2. Cor. 6. In omnibus exh. beamus noſmetipſos, ſicut Dei mini **2. Cor. 6. a.**
ſtros: Dignum debita; ſeruituris obſequium ex tribus frequenter incurrit **Exhibere.**
impediuentum, aut ex contēptu obmiſſionis, aut ex diſſenſu coactionis, **Offerte.**
aut ex abuſu intentionis. Propter primum, condemnat ſuā Euāgelica ſer **Operariis.**
uium ociantem, operari nolentem, talentum abſcondentem, propter ſecun **Verbum.**
dum, ſeruum malignantem, ingratum exiſtentē, conſeruum flagellantem **Prædicatio.**
& affligentem; propter tertium, ſeruum diſſipantem, lautius epulantem, **Prædicatio.**

C ſtros: Dignum debita; ſeruituris obſequium ex tribus frequenter incurrit **2. Cor. 6. a.**
impediuentum, aut ex contēptu obmiſſionis, aut ex diſſenſu coactionis, **Exhibere.**
aut ex abuſu intentionis. Propter primum, condemnat ſuā Euāgelica ſer **Offerte.**
uium ociantem, operari nolentem, talentum abſcondentem, propter ſecun **Operariis.**
dum, ſeruum malignantem, ingratum exiſtentē, conſeruum flagellantem **Verbum.**
& affligentem; propter tertium, ſeruum diſſipantem, lautius epulantem, **Prædicatio.**

D ſeruitio, cadere mundo & quieſcere ſub palma humilitatis, & poti **2. Cor. 6. a.**
ri doctrina, deuotione, & exemplis duodecim Apoſtolorum. 3. Reg. Dñ de **Exhibere.**
nouitio: Nubecula parua, quaſi veſtigium hoīs aſcendebat de mari: Mare, eſt **Offerte.**
mundus: Hoc mare magnum, &c. Nubecula, aīa deuota nouitij, vtique nubecula à terra eleuata per temporalium abdicatōne; à ſole illuſtrata, per con **Operariis.**
templationē; aquis repleta, per deuotionē; à vento agitata & circumducta, **Verbum.**
per obedientia; impletionem, aſcendit per virtutum aggregationem, quaſi **Prædicatio.**
veſtigium hoīs per Chriſti imitationem. Gen. 40. Videbā vitem, in qua erant **Prædicatio.**

ne, nec obliquatur intentione: Tertio informat nos ad operis vilitatem, si u Dei ministri. Glo. Non hominibus adulates. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi. Glo. Ministros, non Dominos; Christi, nō Diaboli crepitantes per superbiam; non carnis dispumantes per luxuriam, non mundi astuantes per auariciam, sed Christi famulantes per obediētiā.

Dextera. Ministeriū Seruicium
Est itaque sciēdum quod religiosi specialiter dicuntur ministri Christi, Dei gratia specialiter electi, Dei dextera singulariter directi, Dei regula specialiter perfecti, Dei cura specialiter relecti. Ad hoc itaque ministerium requiritur circumspēctio prouidens, conuersatio innocens, exhortatio instruens, executio seruiens, vt sit discretus ne decipiatur, acceptus ne despiciatur, attentus, ne deprehendatur; perfectus ne deiciatur: Circa primū attendendum est, quod ministro Christi necessaria est prouidentia circumspēctā, qua oblata discernat, discreta decernat, decreta eligat, electa perficiat, non quærens quod sibi libeat, sed quod Deus, & prelatus inbeat. Aug. 10. conf. c. 16. Optimus minister tuus est Domine, qui non intuet hoc a te audire, quod ipse voluerit, sed hoc potius velle, quod a te audierit. Prou. 14. Acceptus est regi minister intelligēs. Sic Iosue ministrabat Moyse. Exo. 33. Nunc ascendens in montē per contēplationē, nūc in tabernaculo residens per deuotā orationē, nunc ad populū exiēs per prouidā considerat o nē, nūc possessiones distribuens per iustā dispensationē. Ita ergo prouidētia, quæ secundū Bernard. clamat mundus, deficiā; caro, inficiā; diabolus, decipiam; Christus, reficiā. quæ ergo sequeris: sed hodie plures sunt ministri non accepti regi, quia noluerunt intelligere, vt bene agerent; immo facti sunt sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. De quib. Deu. 32. Gens absq; consilio ad vitandū mala, & sine prudentia ad faciendū bona, quia sapientes sunt, vt faciant mala, bona autē nescierunt, sine consilio deliberationis, sine prudentia discretionis, vt inā sapērent recogitando præterita. s. opera, quæ obmiserunt, peccatā, quæ commiserunt, tempora, quæ amiserunt, vt intelligerent intuerendo præsentia, se videlicet, spoliatos gratia, maculatos culpa, condēnatos sententia, & nouissima prouiderent præ cogitando futura, s. exitū ineuitabilē, reditū impossibilem, iustū interminabilem: Intelligite ergo insipientes in populo, & stulti aliquando sapite: Et si non semper, saltē aliquando, post innumera, post enormia, post diuturna peccata, post tantā Dei patientiā, post tam longā, & malā vitā. Exemplo Nabuchodonosor, qui in fine dierum leuauit oculos ad celū, sensus, figura, regnū, sunt sibi pariter restituta; audiant itaq; & pauent, quod dicit Sap. 6. Cū essetis ministri regis illius, nec recte iudicatis, sed contra legē iustitiæ, neq; secundum voluntatem Dei ambulastis, horrende, & cito apparebit nobis, quando iudiciū durissimū his, qui præfunt, fiet durū, quia iniuste intrauerūt; durius, quia male, & impudice vixerūt; durissimū, quia male rexerūt.

Prouidere. Prudentia
Circā secundum est sciendū q̄ ministro Dei necessaria est innocētia conuersationis respectu Dei, sui proximi, vt nemini noceant neminē lædant, neminem offendant. 2. Cor. 6. Nemini dātes vllā offensionē, vt nō vituperetur ministeriū nostrū: Nemini autē dātes vllā offensionē. Glo. verbo, vel exēplo, vt non vituperet ministeriū nostrū. Glo. q̄vitiq; fieret, si qd̄ verbo docemus, opere nō implemus: Vituperat autē ministeriū, cū in ministro apparet exēplū insolentiæ, verbū contumeliæ, signū malitiæ, factū iniuriæ, q̄tia econtrario in ipso dēt relucere exēplū perfectionis, verbū edificatiōnis, signū fraternæ dilectionis, factum mutux subuentionis: De talibus mi-

Prelatus
Circā tertium est sciendum, quod ministro Christi necessaria est gratia exhortationis. Deus enim idoneos nos facit ministros noui testamenti, nō littera, sed spiritu. 2. Corint. 3. Sic Paulus iniungebat ministerium Thimotheo. Thimo. 4. Tu vero vigila. Glo. in disciplina exercitacione, & scripturæ expletione; In omnibus labora. Glo. docēdis. Opus fac euan. Glo. Quod prædicās ore, testare opere, ministerium imple. Glo. scientia, vita, & doctrina. Sobrius esto. Gl. quia hæc virtus omnes alias temperat: Sic Paulus fideliter ministrabat, nunc humiliter obsecrando, nunc fideliter exhortando, nunc viriliter increpando, nunc subtiliter disputando. Ephes. 3. Factus est minister Euangelij secundum gratiam, quæ data est mihi. Nec solum indi gent gratia exhortationis ad proximum, sed etiam intercessionis ad Deū. Ioel 2. Inter vestibulum, & altare plorabant Sacerdotes ministri, &c. Sed hodie dimisso Apostolorum exemplo, splendaram scripturarum, & doctandarum animarum, vacant ministerio preclaudarum mensurarum, & multiplicandarum epularum. Act. 6. Non est æquum, &c. nos verò oratio ni & ministerio, &c.

Bernardus
Circā quartum attendēdum, quod ministerio Christi necessaria est effi cacia exhortationis per exercitium sanctæ actionis. In hoc ministerio docet Petrus octo fercula apponi, quasi in spiritali mensa. 2. Pe. 1. Vos autē fratres ministrare in fide iustificationis, in virtute operationis, scientiā discretionis, in scientia discretionis abstinētiā macerationis, in abstinētia macerationis, patientiā tolerationis, in patientia tolerationis, pietatem cōpassionis, in pietate cōpassionis, fraternitatem dilectionis, in fraternitate dilectionis, charitatē consummationis, quæ est vinculū perfectionis: Sic Martha satagebat circa frequens ministerium, Martha inquam affectualiter diligēs, hilār iter recipiens, corporaliter deferuens, liberaliter distribuens. Luc. 10. Ad sic ministrādū Christus nos inuitauit. Io. 12. Qui mihi ministrat, me sequatur. Aug. quid est me sequat, nisi me imitetur: sed forma, relinquendo mūdum, abnegando seipsum; portādo Crucis vexillum; assumendo religionis iugum, exemplo Apostolorū. Aug. de bono coniugali, bene sequebantur qui de substantia sua Christo ac discipulis eius necessaria ministrabant, sed ne his qui omnē substantiam dimiserant, vt expeditius eundem dominum seque-

Confidera tio. Intelligēt. Moys. Considera tio. Intelligere
Circā secundum est sciendū q̄ ministro Dei necessaria est innocētia conuersationis respectu Dei, sui proximi, vt nemini noceant neminē lædant, neminem offendant. 2. Cor. 6. Nemini dātes vllā offensionē, vt nō vituperetur ministeriū nostrū: Nemini autē dātes vllā offensionē. Glo. verbo, vel exēplo, vt non vituperet ministeriū nostrū. Glo. q̄vitiq; fieret, si qd̄ verbo docemus, opere nō implemus: Vituperat autē ministeriū, cū in ministro apparet exēplū insolentiæ, verbū contumeliæ, signū malitiæ, factū iniuriæ, q̄tia econtrario in ipso dēt relucere exēplū perfectionis, verbū edificatiōnis, signū fraternæ dilectionis, factum mutux subuentionis: De talibus mi-

Prelatus Iudicium
Circā tertium est sciendum, quod ministro Christi necessaria est gratia exhortationis. Deus enim idoneos nos facit ministros noui testamenti, nō littera, sed spiritu. 2. Corint. 3. Sic Paulus iniungebat ministerium Thimotheo. Thimo. 4. Tu vero vigila. Glo. in disciplina exercitacione, & scripturæ expletione; In omnibus labora. Glo. docēdis. Opus fac euan. Glo. Quod prædicās ore, testare opere, ministerium imple. Glo. scientia, vita, & doctrina. Sobrius esto. Gl. quia hæc virtus omnes alias temperat: Sic Paulus fideliter ministrabat, nunc humiliter obsecrando, nunc fideliter exhortando, nunc viriliter increpando, nunc subtiliter disputando. Ephes. 3. Factus est minister Euangelij secundum gratiam, quæ data est mihi. Nec solum indi gent gratia exhortationis ad proximum, sed etiam intercessionis ad Deū. Ioel 2. Inter vestibulum, & altare plorabant Sacerdotes ministri, &c. Sed hodie dimisso Apostolorum exemplo, splendaram scripturarum, & doctandarum animarum, vacant ministerio preclaudarum mensurarum, & multiplicandarum epularum. Act. 6. Non est æquum, &c. nos verò oratio ni & ministerio, &c.

Conuersa tio. Ministeriū Ministeriū
Circā quartum attendēdum, quod ministerio Christi necessaria est effi cacia exhortationis per exercitium sanctæ actionis. In hoc ministerio docet Petrus octo fercula apponi, quasi in spiritali mensa. 2. Pe. 1. Vos autē fratres ministrare in fide iustificationis, in virtute operationis, scientiā discretionis, in scientia discretionis abstinētiā macerationis, in abstinētia macerationis, patientiā tolerationis, in patientia tolerationis, pietatem cōpassionis, in pietate cōpassionis, fraternitatem dilectionis, in fraternitate dilectionis, charitatē consummationis, quæ est vinculū perfectionis: Sic Martha satagebat circa frequens ministerium, Martha inquam affectualiter diligēs, hilār iter recipiens, corporaliter deferuens, liberaliter distribuens. Luc. 10. Ad sic ministrādū Christus nos inuitauit. Io. 12. Qui mihi ministrat, me sequatur. Aug. quid est me sequat, nisi me imitetur: sed forma, relinquendo mūdum, abnegando seipsum; portādo Crucis vexillum; assumendo religionis iugum, exemplo Apostolorū. Aug. de bono coniugali, bene sequebantur qui de substantia sua Christo ac discipulis eius necessaria ministrabant, sed ne his qui omnē substantiam dimiserant, vt expeditius eundem dominum seque-

A ministris dicitur Esa. 41. Vos sacerdotes Domini, ministri Dei, dicitur vobis, Si puer Samuel innocens coram Domino ministrabat. 1. Reg. 2. Quæ legimus conuersantē in sanctitate, prophetizantē in veritate, arguentē in potestate, iudicantē in aequitate: Qui pp innocentia suā placebat Deo, & hominibus, vt dicitur ibidē: Sed hodie multi qui vocantur, & se dicunt ministros Christi, clare apparent ministri Nabuchodonosor regis Chaldaei, fornacem incendentes concupiscentiæ, & exsufflantes gratiā innocentiæ. Nabuchodonosor interpretatur sedens in angustia gehennæ, ferox ad persecutionem ecclesiæ, significatur fornax concupiscentiæ, quæ per rorē gratiæ minui potest, tolli autē non potest. Ligna fornacē incendunt, stupa vanæ cogitationis, naphtha scædæ delectationis, pice impudicæ actionis, malleolis prauæ assuefactionis: Ministri sufflatores fornacis, sunt immundi, elati, inuidi, iracundi; Quatuor fornacis spiracula, per quæ euomitur quadruplex flamma, sunt vanitas, per quam erumpit tumor superbia; voluptas, per quam erumpit fetor luxuria; nequitia, per quam erumpit liuor inuidia; malignitas, per quam erumpit furor iracundia. Isti sunt ministri Iesum alapis cedentes. Mar. 26. Rursus ipsum crucifigentes sibimetipsis. Heb. 6. Huius autē fornacis principalis sufflator est diabolus.

B Circā tertium est sciendum, quod ministro Christi necessaria est gratia exhortationis. Deus enim idoneos nos facit ministros noui testamenti, nō littera, sed spiritu. 2. Corint. 3. Sic Paulus iniungebat ministerium Thimotheo. Thimo. 4. Tu vero vigila. Glo. in disciplina exercitacione, & scripturæ expletione; In omnibus labora. Glo. docēdis. Opus fac euan. Glo. Quod prædicās ore, testare opere, ministerium imple. Glo. scientia, vita, & doctrina. Sobrius esto. Gl. quia hæc virtus omnes alias temperat: Sic Paulus fideliter ministrabat, nunc humiliter obsecrando, nunc fideliter exhortando, nunc viriliter increpando, nunc subtiliter disputando. Ephes. 3. Factus est minister Euangelij secundum gratiam, quæ data est mihi. Nec solum indi gent gratia exhortationis ad proximum, sed etiam intercessionis ad Deū. Ioel 2. Inter vestibulum, & altare plorabant Sacerdotes ministri, &c. Sed hodie dimisso Apostolorum exemplo, splendaram scripturarum, & doctandarum animarum, vacant ministerio preclaudarum mensurarum, & multiplicandarum epularum. Act. 6. Non est æquum, &c. nos verò oratio ni & ministerio, &c.

D Circā quartum attendēdum, quod ministerio Christi necessaria est effi cacia exhortationis per exercitium sanctæ actionis. In hoc ministerio docet Petrus octo fercula apponi, quasi in spiritali mensa. 2. Pe. 1. Vos autē fratres ministrare in fide iustificationis, in virtute operationis, scientiā discretionis, in scientia discretionis abstinētiā macerationis, in abstinētia macerationis, patientiā tolerationis, in patientia tolerationis, pietatem cōpassionis, in pietate cōpassionis, fraternitatem dilectionis, in fraternitate dilectionis, charitatē consummationis, quæ est vinculū perfectionis: Sic Martha satagebat circa frequens ministerium, Martha inquam affectualiter diligēs, hilār iter recipiens, corporaliter deferuens, liberaliter distribuens. Luc. 10. Ad sic ministrādū Christus nos inuitauit. Io. 12. Qui mihi ministrat, me sequatur. Aug. quid est me sequat, nisi me imitetur: sed forma, relinquendo mūdum, abnegando seipsum; portādo Crucis vexillum; assumendo religionis iugum, exemplo Apostolorū. Aug. de bono coniugali, bene sequebantur qui de substantia sua Christo ac discipulis eius necessaria ministrabant, sed ne his qui omnē substantiam dimiserant, vt expeditius eundem dominum seque-

Magister Dan. 3. Iudices. Prelati.

Fornax. Concupiscentia. Fornax.

Sobrietas. Abstinētia.

Et. 157. 158.

Prelati.

1. 157.

sequerentur. Hieronymus ad Demetriadem. Apostolici fastigij perfecti o
 virtutis est omnia vendere, & pauperibus distribuere, & sic leuem & ex-
 pediri cum Christo ad celestia conuolare. Ecce ait Petrus nos reliquimus
 omnia, & secuti sumus te. Bene, ait Bernardus, Petre reliquisti omnia, &
 non ad insipientiam tibi, non enim sequi poteris dominum oneratus. Et
 Hieronymus ad Julianum . epistola 25. Extruis monasteria, multus per te
 sanctorum numerus sustentatur, sed melius faceres, si ipse sanctus inter san-
 ctos viueres: Si quis ergo sequens Christum, sic Christo ministrauerit, ho-
 norificabit eum pater Christi, qui est in caelis. Iob. 12. Super quo Augusti-
 nus: Quem honorem maiorem accipere poterit adoptatus, quam sit tibi, vbi
 est vnicus; non aequalis factus diuinitati, sed sociatus aeternitati? Et nota de
 nouicijs in illis tribus pueris, qui abstinendo, orando, delicias spernendo, me-
 ruerunt accipere scientiam, sapientiam & intelligentiam, & de fornace, sci-
 licet cuiuslibet tentationis, liberari.

Dan. 1. c.

Opera.
Ocium.

Et nota de religiosis oc. vis. Luc. 13. Arborem habebat quidam &c. Vi-
 nea religio, Ficus quae facit fructus dulces, religiosus: Nos autem non so-
 lum tribus annis, sed etiam multis sumus in religione sine fructu, ideo ti-
 mere debemus illud, Succide illam, vt quid etiam terram, &c. Genes. 12.
 Egredere de terra tua, & de domo tua, & de cognatione tua; quia religiosi
 ista debent tam affectione, quam possessione dimittere. Non sic vxor Loth
 egressa est de Sodomis, quae retro respexit; non sic filij Israel de Aegypto,
 qui desiderauerunt carnes & cibaria Aegypti. Act. 9. Surge ingredi ciui-
 tatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Inuitatur qui libet ad ingres-
 sum religionis a Christo: Surge, ait, & est verbu Christi exprobrantis mun-
 danam vanitatem; inuitantis ad Angelicam puritatem, & securitatem; in-
 formantis ad apostolicam sanctitatem: In his itaque verbis exhortamur ad
 detestandum lectum in laqueum infectionis; Surge qui dormis, & exurge
 a mortuis, & illuminabit te Christus. Surgite postquam sederitis qui man-
 ducatis panem doloris, ad sumendum statum religionis: Ingredere ciuitatem.

Psal. 126.
Gen. 19. d

Matth. 3. b
Ezech. 1. b

4 Reg. 2. b

Amos 3. b.
Deut. 8. c.

Gen. 19. Est hic ciuitas parua, ad quam possum fugere, vt saluet in ea; que-
 re supra quomodo regio dicitur ciuitas: ad audiendum & perficiendum do-
 cumentum perfectionis dicitur tibi quid te oporteat facere, Quodcunque
 dixerint vobis seruate, & facite. Facite dignos fructus paenitentiae. Ezech. 1.
 In quadriga erant quatuor aialia, quae designant quatuor genera hoium,
 quae sunt in religione, quae est quadriga & currit, quod ad celu venimus cu
 Heli: Vnde de Beato Francisco in solari specie, vexit te quadriga: in leone,
 status praesidentium; quia leo rugiendo terret animalia, sic praelatus suo ru-
 gitu bestialiter viuentes: Leo rugit, quis non timebit in aquila status contem-
 platiuorum legentium, praedicantium: in homine status simplicium, oran-
 tium, psallentium: in boue fructus laborantium, & officialium. Deuter. 8.
 Ductor tuus fui in solitudine, in qua erat serpens statu adurens, scorpio. &
 dipas: Religio est solitudo, & desertum. Quare de hoc supra. 4. a. 3. b.
 58. a. 73. b

De Rapina.

DE rapina, & vsura 3 Regum 21. Achab fecit sibi hortum olerum de
 viuca. Naboth quare in tabula de diuitijs, & cupiditate 38.

Da

A

De Resurrectione.

Virga Aaron sicca floruit, & in amygdala, &c. Virga sicca in taberna-
 culo & caro Christi, vel nostra mortua iacentes in sepulchro, que tunc
 erumpit in flores, cum assumit immortalitatis, & gloriae dotes: Et nota de
 Samsone, qui surgens media nocte portauit ambas portas, corpus scilicet
 & animam, cum postibus suis, cum omnibus animae viribus. Et nota totu
 illud Ezech. 37. a quatuor ventis spiritus super interfectos istos, & reuiu-
 ficant. Et nota de catulo leonis, qui ad rugitum excitatur a morte.

Nu. 17. c.
Iud. 6. a.

De Spiritu Sancto.

Dixit Dominus ad Moysen, Congrega mihi septuaginta viros, descen-
 dam, & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, & eis tradam vt susten-
 tent te cum onus populi: Vbi nota secundum Petrum Damian. quod ex
 hoc nullum sui spiritus Moyses patebatur dispendium, sicut nec candela
 ardens cum aliam accendit. Idem, ait, fuit spiritus Moyses & aliorum, sic
 Christi, & Apostolorum, & omnium fidelium, vno enim spiritu vnitatis,
 & concordiae membra cum capite vegetantur & viuunt: Quod sicut spiri-
 tus Physicus in corpore animalis, qui est substantia quaedam subtilis & aerea,
 virtutes corporis excitat ad peragendas vel operandas suas actiones, sic Spi-
 ritus sanctus in anima intumescit, inuisibiliter operans ipsam reuocat a malo,
 & permouet ad bonum; quia amor Dei nunquam est ociosus: operatur magna,
 si est: si autem operari renuit, amor non est, sed de dilectione Dei, mens,
 lingua, & manus requirantur, Quia tres sunt, qui testimonium dant in ter-
 ra, spiritus, aqua, sanguis. Quare 12. l. a. In prima Can. Io. Reuocando a ma-
 lo tria operatur, scilicet paenitentiam, fiduciam, veniam: Promouendo ad
 bonum tria operatur, claritatem in intellectu, charitatem in affectu, facili-
 tatem in effectu; operatur paenitentiam, quia arguit conscientiam; culpam
 proponendo; ad memoriam reuocando; poenam, quam incurrimus, com-
 minando; gloriam, quam perdidimus, ostendendo. Ioan. 17. Cum venerit
 spiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, quod commisit; de iudi-
 cio in quo se immisit: hoc autem argumentum facit in anima, non vt ea con-
 fundat, sed vt ad paenitentiam adducat: Ad paenitentiam tria suggerit, con-
 tritionem, confessionem, satisfactionem, Ro. 2. Ignoras quod benignitatis
 Dei spiritus, scilicet sanctus, ad paenitentiam te adiuuat? Sicut enim auster,
 qui est ventus calidus gelu dissoluit, & humorem crescere facit, sic Spiritus
 sanctus cor humanu quoddam obstinationis geliciduo costrictu, in lachry-
 mis coitionis mollescere facit: Flauit spiritus eius, & sicut aqua. Iud. 14.

Scientia.
Inuidia.

Opera.
Amor.

1. Io. 5. b

Irruit spiritus dñi in Sampsonem, & lacerauit leone, vt quasi hędum in fru-
 stra decerperet, sic funes rupit, sic Philistaeos vicit; quia si seniat tentatio leo-
 nis superbie, siue funes luxuria, siue Philistaei auaritia, irruente Spiritu san-
 cto in aia, omnis tentatio vincitur; vnde Spiritus sanctus est ille Angelus,
 qui liberat tres pueros, id est cunctos fideles, de fornace tentationis Baby-
 lonica: Secundo operatur in nobis fiducia, per tria, scilicet per peccati dereli-
 ctionem, derelicti detestationem, pietatis considerationem. I. 2. c. 1. Vbi erat
 impetus spiritus, illic gradiebatur, nec reuertebantur animalia, cum ambu-
 larent: Quidam enim ad impetum Sancti spiritus conuertuntur, sed post-
 modum negligentia & desidia resoluti cum parum profecerint, ad mo-
 dicam.

Auster.

Psal. 147.

Fortitudo.
Tentatio.

ficam tentationem: in culpam pristinam relabuntur; non sic sancta anima-
 lia, quia ubicunque ea ducit impetus Spiritus sancti, &c. Gal. 3. Sic stulti fa-
 cti estis, vt cum spiritu coeperitis, carne consummami: Sap. 1. In male-
 uolam animam non introibit sapientia: Spiritus sanctus disciplinae, effugiet
 fictum, & auferet se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu, & corripie-
 tur a superueniente iniquitate: Impossibile enim est animam immundam
 quantumcunque studeat aliquid spiritualis liquoris effundere, sicut liquor
 suauissimus in vase corrupto facilius corrumpitur, quam vas ipsum aliqua
 participatione suauitatis immuter; Gen. 6. Non permanebit spiritus meus
 in homine, quia caro est. Et sicut liquor subtilis non remanet in vase diui-
 so & fracto, nec anima viuificat corpus diuisum; sic gratia sancti spiritus
 non manet in corde diuiso, nec vitam praestat animae diuisae per odium &
 rancorem a proximo, quia caritas est vis vnitiua; Sed e contrario spiritus
 malignus habitat in corde immundo & diuiso, vt patet in Saule, qui Da-
 uid odio habebat; Spiritus sanctus illustrat intellectum ad cognitionem, in-
 flammat affectum ad dilectionem, roborat affectum ad oppositionem, regu-
 lat sensum ad rectam intentionem, quae omnia patent in Apostolis, Actuum
 2. Loquebantur varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, qui
 reuelauit eis occulta scripturarum, docuit omnia genera linguarum, qui fe-
 cit loqui lingua oris & operis; mox enim, vt mentem tetigerit, docet, so-
 lumque tetigisse docuisse est; Spiritus sanctus origo, & radix est omnium vir-
 tutum, & omnium donorum spiritualium, quia sicut multi arboris rami
 in vna radice prodeunt, sic multae virtutes ex charitate generantur, nec ali-
 quod opus est Deo acceptum; si non sit a Spiritu sancto elicium, quia non
 habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice dilectio-
 nis; Et sicut idem radius solis in diuersis partibus nubis diuersos causat co-
 lores, vt patet in iride, sic Spiritus sanctus in diuersis viribus animae, diuer-
 sas causat virtutes, veritatem in intellectu; charitatem in affectu; veritatem
 in lingua; honestatem in vita, sobrietatem in gustu, castitatem in
 tactu.

Et sicut idem radius solis secundum diuersitatem arborum & herbarum
 causat diuersitatem fructuum, saporum, odorum, colorum, sic idem Spiritus
 sanctus causat in anima omnes odores & sensationes spirituales, om-
 nes harmonias caelestes, omnes fructus bonorum operum, omnes colores
 virtutum; Ipse enim ad modum lilij, albet in virginibus; palliat ad modum
 violae, in confessoribus; rubet ad modum rosae in martyribus; virescit vt sma-
 ragdus, in orantibus, deuotis, & contemplantibus; colore aureum facit in
 Apostolis mundum contemnentibus; Haec enim omnia operatur vnus
 atque idem spiritus diuidens singulis prout vult. Mat. 9. Vinum nouum in
 vtres novos, quare de Spiritu sancto in tota tabula de gratia, de charitate,
 de amore Dei. Eze. 36. Effundam super vos aquam mundam, & munda-
 bimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis cor nouum, & spi-
 ritum meum ponam in medio vestri; Spiritus nouus est gratia Spiritus san-
 cti, quae reddit hominem nouum, eo quod facit deponere vetustam vitam,
 & reddit hominem nouum semper, & infatigabilem ad opus bonum; nam
 qui amat non laborat, & ita hominem renouat, qui etiam malum perpetra-
 tum ante infusionem gratiae, postmodum non iterat.

Spiritus sanctus dicitur paracletus, id est consolator, consolatur enim to-
 tam animam, illuminando intellectum, infundens splendorem, inflammando
 affectum, dans feruorem, sanando effectum, mitigans dolorem; delecta-

Cecium.
 Inuidia.

1. Cor. 2. b.

E
 F
 G
 H

Ado spiritualem gustum, per suauitatis dulcorem; splendorem cognitionis,
 feruorem dilectionis, dolorem tentationis, dulcorem deuotionis. Inde est
 quod sub quadruplici metaphora venit Spiritus sanctus. Splendor, ignis,
 vnguenti seu olei, fluij, vel mellis. De primo dicitur, Veni lumen cor-
 dium; adueniente enim Spiritu sancto discipuli diuinitatis gloriam ampli-
 us cognouerunt, & cognitam praedicaerunt, & in illa illuminatione
 mulum consolati sunt: vnde Lucae 2. Simeon iustus, & timoratus expe-
 ctans consolationem Israel consolatus est in visione Iesu dicens: Nunc di-
 mittis, &c. Quia viderunt oculi &c. Lumen ad reuelationem gentium. De
 secundo. In igne descendit Spiritus sanctus, vt inflammaret corda discipu-
 lorum dilectione, hoc est, vt verbis essent profui, & charitate feruidi; om-
 nes enim quos Spiritus sanctus replet, ardentes & loquentes facit; vt sicut
 ignis facit ferrum candens & rubicundum, vt patet in carbone vel ferro
 ignito, ita gratia Spiritus sancti infusa cordi facit ipsum cor feruescere, vt
 nullam tribulationem timeat, immo vt in omni tribulatione laetetur; quia
 ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habitus sunt
 pro nomine Iesu contumeliam pati: Ipse est enim pater misericordiarum,
 & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nos-
 tra: Immo ignis vehementer accensus vento turbini, & tempestate cre-
 scit, & augetur; & charitas radicata in tribulatione augmentatur & dila-
 tatur: In tribulatione dilatasti me: Sicut etiam ignis purgat omnem rube-
 ginem peccatorum; quia haec rubigo non nisi isto igne purgari potest; ele-
 uat ad contemplationem supernorum; subtiliat per contemptum terrenorum;
 probat & purificat per tolerantiam & patientiam aduersorum & tor-
 mentorum.

De tertio patet, quia Spiritus sanctus vnguentum est. Cant. 1. Fragran-
 tia vnguentis optimis, id est Spiritus sancti donis, quibus fragrant vbera
 sponsae: Vnguentum hoc ex pluribus speciebus conficitur, quia in Spi-
 ritu sancto plura dona gratiae comprehenduntur: Virtus huius vnguenti,
 seu vnctionis spiritualis tumores sedat, dura mollit, aspera lenit, vulne-
 ra sanat, carnem putridam tollit & consumit, calores & rigores lenit, cae-
 cis visum, claudis gressum, mutis verbum, timidis constantiam, desolatis
 tristitiam praestat, errantes ad viam deducit rectam: Quia Spiritus san-
 ctus tollit omnem tentationem, & tumorem superbiae; mollit corda
 indurata per obstinationem & accidiam, & mollia reddit ad recipien-
 dum spirituales impressiones, sicut fit de metallo in igne; asperitatem irae
 inuidiaeque in mansuetudinem vertit; vulnera, id est huiusmodi auaritia sanat
 & claudit, carnem putridam gastrimargiae & luxuriae desiccatur & consu-
 mit. Esa. 61. Spiritus Domini super me, &c. De quarto patet Gen. 2. Flu-
 uius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde
 diuiditur in quattuor capita: Spiritus sanctus qui de loco voluptatis egre-
 ditur, quia a patre, & filio procedit: Sicut odor suauitatis ex arbore aroma-
 tica spiratur. Eccl. 24. Ego quasi aquae ductus exiui de paradiso. Fluius
 ille dicitur procedere de sede Dei & agni; Quia a patre, & filio procedit. De
 melle Eccl. 24. Spiritus meus super mel dulcis, sic enim consolatur in deuo-
 tione, primo eliciens rorantes lachrymas plenas quadam suauis, & inexpressi-
 bili dulcedine; quibus succedit quadam dulcedo mellita meriti experime-
 ntalis; sed ori humano inexpressibilis, sicut nec dulcedo mellis potest ex-
 primi, sed magis sentiri, vt qui talia experitur dicat, quod dixerunt Hebraei,
 gustato Manna, quod alios experti non fuerant, Manhu quod interpreta-

Spiritus-
 Patientia.

tur:

do

Quære: Quid est hoc? unde Gregorius: Gustato spiritu desipit omnis caro: **Bernardus**, Delicata est consolatio diuina, & non datur admittentibus alienam.

Quare in tabula de deuotione, de anima deuota. Istam consolationem non recipiunt carci, per errorem & ignorantiam; aridi, per auaritiam & concupiscentiam; tumidi, per superbiam; languidi per accidiam; foetidi, per imunditiam.

Spiritus sanctus est ignis, qui nunquam dicit sufficit; nulla aqua tribulationis extinguitur; quia aqua multæ non potuerunt extinguere charitatē, &c. **Quære**, 30. a. Et nota quod charitas, &c. Apoc. 22. Ostendit mihi fluuiū aquæ uitæ, procedentem de sede Dei & agni. Per modum enim fluminis orientis & procedentis à fonte, & riuo, procedit Spiritus sanctus æterna processione a patre & filio; nec fons est riuus vel flumen; nec flumen fons, vel riuus; & sic de alijs, ita eadem est natura, & substantia patris, filij, & Spiritus sancti, nec tamen Pater est Filius, vel Spiritus sanctus, & sic de alijs: Similiter eadem est substantia & natura animæ in memoria, intelligentia, & voluntate: Nec tamen memoria est intelligentia, vel voluntas, nec eouerso: Procedit ergo istud flumen de sede Dei & agni, quia Spiritus sanctus procedit de substantia patris & filij. Et sicut flumen habens in summis collibus principium suæ emanationis, descendit ad valles, nec relinquit fontem siue originem; ita Spiritus sanctus descendit ad mentes nostras, nec relinquit Patrem aut Filium: Ista processio æterna manifestat in diuinis perfectionem naturæ, diffusionem gratiæ, plenitudinem gloriæ, actualitatem influentiæ: Primum patet secundum Damascē, quia uerbum diuinum non est deficientius quàm nostrum, &c. Matth. 3. Baptizato Iesu, & orate, aper-

Processio.

tum est cælum, & descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum, & vox patris audita est; Hic est filius meus dilectus: Spiritus enim sanctus, resoluens animam, & quasi baptizans, in lachrymis compunctionis lauat eam in affectum, & deuotionem orationis; & reuelat ei secretum suum, quando illuminat eam claritate contemplationis; & toto lumine circumfulgetur, ut & cæli perforati, & aperti uideantur. Et hoc est baptizato Iesu, & orante, aperti sunt cæli, unde quando multus est impetus pluuiarum dicitur quod uidetur cælum perforatum. Psal. 147. Fiauit spiritus eius & fluent aquæ; iuxta illud. Catharactæ cæli apertæ sunt, & tunc descendit Spiritus sanctus sicut columba, quæ uolat & gemit, quia dum in specie erigitur quasi uolare uidetur; sed gemit dum Spiritus sanctus gemitibus inenarrabilibus eam postulare facit, quia uidet illam immensitatem gauisij, ad quod raptim uelitur, sed mole carnis retardare, necessitate propria ad carnis fragilitatem reuertitur; & tunc gemit, quia illud ibi ascendere nequit: Et dicitur Spiritus sanctus descendere corporali specie, quia ibi in ueritate Spiritus sancti, est sicut in suspirijs, & gestulationibus apparet, quia anima trahitur, & agitur plus quam agat inducentis impetum sequi uelit, nolit, & interius, quædã uox auditur, quia Spiritus sanctus testimonium reddit spiritui nostro, quia filij De sumus, id est ait; Hic est filius meus dilectus. 3. Reg. 19. Dixit Dominus Heliz. Egredere, & sta in monte coram Domino, & ecce Dominus transit, & spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum; non in spiritu. Dominus; post spiritum, commotio; non in commotione Dominus post commotionem ignis; non in igne Dominus; post ignem, sibilus auræ tenuis, ibi Dominus: Spiritus grandis for-

tis

Superbia.

Aris, est spiritus superbia, qui montes subuertit, super os scilicet, & potentes huius sæculi, & petras conterit, duos scilicet & obstinatos deprimi; dum enim eleuantur, deprimuntur; quia tolluntur in altum, ut lapsi grauiore ruant. Et post spiritum commotio. i. auaritiæ sollicitudo; post commotionem ignis, id est ardor libidinis, sed non est Deus, id est Spiritus sanctus, in spiritu superbia, nec commotione auaritiæ, nec in igne luxuriæ, sed in sibilu tenuis auræ, hoc est in illo ineffabili gaudio & quodam in sibilu pacificæ & tranquillæ conscientiæ. Spiritus tuus deducet me in terram rectam, hoc est delectabiliter ducet, & rectè ad patriam meam. Sed hodie cõpletum est illud Isai. 2. Dabo signa in terra deorsum, Sanguinem luxuriæ, ignem auaritiæ, uaporem fumi, qui in alto erigitur, & statim annihilatur quantum ad factam superbiæ; quia tres sunt, qui testimonium dant in terra, Spiritus superbiæ, aqua transeantis concupiscentiæ, sanguis maculantis imunditiæ: quia omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ. Isti sunt tres spiritus immundi in modum ranarum, qui exeunt de ore draconis, & de ore bestiar. **Quære** 11. a. Ioan. 16. Cum uenerit spiritus ueritatis, &c. Spiritus enim sanctus est spiritus ueritatis & fraudulentariæ, non uilitatis & auaritiæ, non uoluptatis & carnalis concupiscentiæ, non uoluntatis propriæ & tumentis superbiæ, & discordiæ: Primus spiritus est in hypocritis, secundus in cupidis, tertius in luxuriosis, quartus in superbis. De primo, Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictam. De secundo, Luc. 13. Mulier habebat spiritum infirmitatis, & erat inclinata, nec poterat sursum respicere. **Quære** 77. a. De tertio, Apoc. 18. Facta est Babylon habitatio Damonioru, & custodia omnis spiritus immundi, quia luxuriosus, &c.

Quære 80. a. in Apoc. De quarto, Act. 7. Dura ceruice, & incircucis cordibus; spiritui sancto semper resistitis. Iste est spiritus pessimus, quem misit Dominus inter Abimelech, & viros Sichem. Iud. 9. Quia inter superbos semper sunt rixæ & iurgia, hoc autem non docet spiritus ueritatis; quia est spiritus humilitatis, ut dicamus, cor mundu crea in me Deus &c. In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te domine, &c. Docet itaque spiritus sanctus omnem ueritatem uitæ, contra hypocrisim & fraudulentiam; iustitiæ contra auaritiam, ueritatem famæ contra luxuriam, notitiæ, contra superbiam, quæ non permittit hominem habere sui notitiam. Ezech. 37. Hæc dicit dominus o sibus, ecce intromittam in uos spiritum & uiuetis. Sicut enim sine spiritu non uiuit anima naturali uita, ita sine spiritu sancto non uiuit uita gratuita. Apo. 11. Spiritus uitæ à Deo intrauit in eos, & steterunt super pedes suos. Ezech. 1. Spiritus uitæ erat in rotis. Cum enim anima spiritum sanctum non habet, quasi in infimis iacet; sed cum in eam infunditur, tunc affectiones eius in ipsam eriguntur.

D Ezech. 44. Et fundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam; & germinabunt inter herbas, quasi salices, iuxta præterfluentes aquas: Iste dicit Deo, ego sum: Spiritus sanctus effunditur super semen uestrum, quando consolatur, & respirare facit spiritum affictum: Benedictionem suam mittit super stirpem uestram, quando multiplicat uobis gratiam ad bonorum operum abundantiam: Germinamus inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas, quando germen boni propositi erumpit in herbam uirentem, & in flores sermones adificatorij. Et inde sequitur effectus uelox boni operis, sicut salix iuxta aquam crescit cito: Et quia talis anima sentit in se gratiam Dei declaratam per opera,

Ideo dicit iste, ego tam domini, quia ex spe veniæ confidenter vocat se filium adoptivum Dei: Calor Spiritus sancti cor peccatoris congelatum & oblitatum resolvit in lachrymas. Gen. 1. Spiritus domini ferebatur super aquas, hoc est penitentiam lachrymas. Ps. 147. Flavit spiritus eius, & fluent aquae. Num. 31. Armavit Moys. Christus, duodecim millia virorum. i. col legium duodecim Apostolorum, qui & duodecim fuerunt, & mille dicuntur propter supremum & ultimum gradum perfectionis, sicut millenarius est ultimus limes numerorum: Isti iuerunt ad impugnandum infideles, quia Madianitæ interpretantur contradicentes, hos Christus armavit septem donis Spiritus sancti, quibus armati, nec ferro, nec igne, nec fame, nec carcere, nec aliquo mortis genere superari potuerunt, quia dum spiritum eis misit, tunc sol clarior, & abundantius solito refulsit in clipeos aureos, scilicet in Apostolos, & fortitudo gentium. i. infidelium dissipata est. Act. 9. Circumfulsit eum lux de cælo, &c. Ista lux est Spiritus sanctus prius exæcans, ne videat terrena ad concupiscendum; post illuminans, ad celestia contemplandum; conuertens animas, ad obediendum. Domine, ait, quid me vis facere? Informans ad prædicandum, quia continuò intras in Synagogas prædicabat Iesum; præstans constantiam ad tolerandum in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, &c. Psal. 17. Ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo: hic describitur per Prophetam domini Spiritus sancti eminentia dignitatis, euidencia veritatis, efficacia potestatis, vt sic ostendat huius doni excellentiam conditionis, in essendo, euidenciam emanationis in procedendo, efficaciam actionis in operando; eminentem dignitatem in essendo, insinuat quiddam excessiua, ignis nomine designata: Ignis euidenciam veritatem in procedendo, demonstrat proprietates distinctiua, faciem nomine demonstrata: Per faciem enim secundum Gregorium notitia designatur, vnde notanter ignis à facie dicitur procedere, quia non solum à patre, sed etiam à filio, qui est patris verbum & notitia procedit. Efficacem potestatem in operando, declarat qualitas ignitiua & actiua carbonum accensorum, & incendij nomine figurata. Carbones, id est Apostoli & fideles succensi sunt ab eo Dan. 7. Fluvius igneus, rapidusque egrediebatur a facie eius, vbi ostenditur hoc donum sancti spiritus natura generosum, quia à facie egrediebatur à filio. i. spirabatur, mensura copiosum, quia fluuius: hic est ille fluuius, qui egreditur de loco voluptatis, eo quod procedit de throno diuinitatis ad irrigandum paradysum, totam. s. ecclesiam militantem, & fidelem animam, vt fructus vberes afferat meritorum. Et diuiditur in quatuor capita, quia per quatuor mundi climata eius virtus & efficacia, per Apostolorum alueum deriuatur. Nomen itaque fluuij redundantiæ designat Spiritus sancti, cuius humor lauat sordes peccatorum, secundat ad fructus meritorum, refrigerat ardorem peccatorum, recreat & sustentat labores viatorum. Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eum fons aquæ salientis in vitam æternam: hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, vt de Samaria, Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Inundantia huius fluuius impleuit corda Apostolorum, quia repleti sunt omnes spiritu sancto: huius pulchritudinis fuerunt quatuor signa continuò subsequuta intelligentia scripturarum, notitia linguarum, claritas miraculorum, magnanimitas tormentorum. Iste est fluuius emundans, refrigerans, fecundans, vtiq; emundans conscientiam, refrigerans concupiscenciam, fecundans animam, vt fructus afferat meritorum. Ostenditur scdo viuacitas in figura, quia fluuius

Ecclesia.

Fluuius.

E
F
G
H

A fluuius igneus, & rapidus, vtiq; fluuius ad sordidos emundandum; igneus ad frigidus inflammandum, rapidus ad tepidos excitandum, & subito immutandum: Nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia, quia mox vt mentem tetigerit, docet, solumque tetigisse docuisse est. Ostendit ergo mihi fluuium, ecce donum in mensura copiosum; aquæ viuæ, ecce donum figura, & similitudine virtuosum: procedens de se se Dei, & agni, Patris scilicet & filij veri agni. Ecce donum ex natura, & origine generosum: quia enim a Patre, & filio consubstantialiter, & æternaliter procedit, Deus est, quia spiritus est Deus.

Huius etiam doni excellentem potestatem declarat qualitas ignitiua; carbones succensi sunt ab eo: Isti sunt carbones seraphici ardentes & incendentes: ardentes interius incendio charitatis: incendentes exterius exemplo sanctitatis: tales fuerunt Apostoli, de quibus Ezech. 1. Similitudo animalium est aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lapidarum. Ipsi fuerunt animalia onera Christi portancia ad laborandum, in fatigabilia per exercitium prædicationis: carbones ardentes propter incensam dilectionis: lampades lucentes, & alios illustrantes, propter exemplum ædificationis. Naum 2. Aspectus eorum quasi lampades, & quasi fulgura discurrentia, plena oculis propter claritatem cognitionis. Ante præterita flagitia obiurgando, diuina contra peccatorem data iudicia prædicando, retro futura iudicia, & periculosa nunciando: Hæc enim animalia ibant vbiq; que erat imperius sancti spiritus, ibant ad proximi ædificationem, reuertebantur ad suam circumspectionem, ibant per altam contemplationem, reuertebantur per strenuam actionem: in similitudine fulgoris coruscantis per acutam prædicationem, & diuinam peccatorum comminationem. Treno. 1. De excelso misit ignem in ossibus, & erudiuit me. Verbum est sanctæ ecclesiæ loquens de dono sancti spiritus, quod datum fuit a Christo in suis filiis, & Apostolis: qui sunt ossa fortia totam fabricam corporis ecclesiæ portancia & sustentantia, medullis deuotionis plena, in quibus Christus ecclesiæ sponsus, ignem de excelso misit, quando de cælo Spiritum sanctum in linguis igneis eorum cordibus infudit: Iste igne per ora Apostolorum erudita est ecclesia, vt sciat que credenda, que agenda, que timenda, que speranda. Et aduerte in igne naturali splendorem directiuum, calorem attractiuum, vigorem vnitiuum, vt sic aduertamus quod hic ignis diuini amoris, quem quotidie accendit Christus in cordibus deuoris, suo splendore illustrat ad cognitionem, suo calore, inflammat per dilectionem, suo vigore, transformat, & vnit per fruitionem. Itaque ab hoc igne, quo succenduntur mentes deuore, procedit splendor inoffuscabilis doctrinæ veritatis, calor inextinguibilis, dator charitatis, vigor insuperabilis transformat per fruitionem inexplicabilis bonitatis, & felicitatis. De isto igne, cuius splendor illustrat ad generalem notitiam veritatis, quia spiritus veritatis docebit uos omnem veritatem. Psal. 103. Facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ab isto etiam igne procedit calor inextinguibilis charitatis. Leuitic. sexto. Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutrit sacerdos, supponens ligna per singulos dies, imposito desuper holocausto. Quare 10. b. 28. a. 75. b. Ab isto etiam igne procedit vigor insuperabilis vnitatis. Exod. 24. Erat spiritus gloriæ Domini quasi ignis ardens in conspectu filiorum Israel. Quare 24. a. dono, & bonitate Spiritus sancti omnes nostre orationes exaudiuntur, & munera, seu seruitia attenduntur. Iudic. 14. Cum ascenderet flamma

Io. 4. d.

Prædicator

Ignis Sol.

Oratio

Holocaufti in celum, &c. Quare 11. a. 17. a. 28. b. 29. b. Tertij Reg. 17. He-
 lias edificauit altare in nomine domini, & composuit ligna, & diuisit bo-
 nem per membra, & posuit super ligna, & cecidit ignis de celo, & deuora-
 uit holocaustum, & ligna: Helias vir deuotus, altare conscia, a tare de terra
 facietis mihi, ligna, Dei beneficia nobis collata: Bos, caro nostra, & omnis
 oblatio Deo facta: Bos in parte scinditur, quando quaelibet pars corporis
 Rom. 12. a mortificatur. E: hibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo
 placentem, rationabile obsequium uestrum. Ignis de celo descendit, & ho-
 locaustum vorat, quia Spiritus sanctus, donum & seruitium nostrum gra-
 tificat, & acceptat. Et nota quod Spiritus sanctus est ille Angelus, qui for-
 nacem cuiuscumque tentationis & tribulationis refrigerat tribus pueris,
 id est cunctis fidelibus. Quare 48. a. 51. b. 98. a. Est etiam Spiritus san-
 ctus ille Angelus, qui Petrum de carcere liberauit, id est peccatorem a pec-
 cato liberat. Actu. 2. Factus est repente de celo sonus, tanquam aduenientis
 F
 Ventus. spiritus, &c. Spiritus sanctus sub similitudine venti validi venit; quia ve-
 tus dat aquae fluxum, terrae fructum, nauis cursum, aeri refrigerium: Sic
 Spiritus sanctus dat aquae fluxum, per lamentum internae contritionis, &
 Psal. 147. b deuotionis: Flauit spiritus eius, & fluent aquae; terrae fructum, per augme-
 tum sanctae operationis; nauis cursum, per instinctum directionis; aeri re-
 frigerium, per refrigerium tentationis. Ipse procurat diluuium lachryma-
 rum, rumpit fontes abyssi, & aperit cataractas caeli ad peccatorum purga-
 tionem: Ipse est columba, quae portat ramum oliuae Noe, quia procurat pa-
 cem inter nos & Deum: ideo in columbae specie Spiritus sanctus visus est.
 Ipse est fluuius Iordanis, qui interpretatur rius iudicii, quia diuinum iu-
 dicium ad memoriae reducit: Et in eo lauatur Naaman leprosus peccator,
 & restituitur caro eius, ut caro pueri paruuli: Irruente spiritu domini in
 Iud. 14. b Samson, leonem lacerauit, funes rupit. Philistaeos interfecit, quia virtute
 Spiritus sancti omnis tentatio vincitur. Quare 98. a. 303. a.

De Spe.

Sicut sol suo motu in quatuor quadris caeli distinguit quatuor tempo-
 ra anni, sic Dei gratia irradians in anima deuota, distinguit quatuor
 Liliu. affectiones. Quere 26. b. in lilio significantur quatuor virtutes, quia liliu
 habet in radice pallorem, in folijs virorem, in floribus candorem, in grano
 ruborem: Ista designant quatuor virtutes charitatis: vnde August. vocat
 Virtutes. libellum quandam, de quatuor virtutibus charitatis, significatis in lilio:
 Radix liliij recta & pallida, fides est latens, quae est de inuisibilibus bonis:
 pallens, & timorem inducens, quia est de supplicijs aeternis, & gaudis sem-
 piternis: quae ex hac duplici consideratione mentem humiliat fides, ut
 H
 Fides. amplius in aeternis gaudijs exaltetur fides, & ut timor superbiae propter
 considerata supplicia reprimatur. Cantic. 2. Ego flos campi, & liliu con-
 uallium, folia liliij, quae adherent hastili sunt viridia hastile ambientia, &
 significant spem, quae est in Deum erecta. De viridario paradisi immar-
 cescibilia praelibans gaudia, & in Deo circulans affectiones, & desideria.
 Matth. sexto. Considerate lilia agri, quomodo creesunt. Candor floris
 gaudium designat in sufferentia tribulationis. Cantic. secundo. Sicut li-
 lium inter spinas, sic omica mea inter filias: Rubor grani interioris, fer-
 uorem designat dilectionis, scilicet charitatem, quae non excidit, sicut ru-
 bor colorem proprium de facili non amittit: Haec est charitatis perfeue-
 rantia,

Arantia, cui debetur corona. Cant. 7. Venter tuus sicut aceruus liliij; Sicut
 aceruus tritici vallatus lilijs; Venter iste bonae conceptiones, crebro partu-
 riens, semper gaudens, semper parturiens sed nunquam vacuus: sicut aceruus
 tritici, verbis aedificationis, vallatus lilijs, dum semper protegitur & ornatur
 studiis puritatis, & bene vallatus, cum in bono opere per constantiam & perse-
 uerantiam custoditur. Exo. 25. Hastile candelabri erat de auro purissimo, ha-
 lens calamos, Scyphos, & lilia ex eo procedentia. Quia spes debet esse lon-
 ganimis, stabilis circa aeterna non volubilis, decorata operibus bonis. Spes des-
 gnatur in Saphyro; Est enim gemma similis sereno caelo: Saepe enim cla-
 ritate illius patriae praelibamus, quam tenere non possumus. Esai. 54.
 Sternam per ordinem lapides tuos, fundabo te in Saphyris. Spes enim
 reddit hominem ordinatum, ut nec in aduersis cadaat, nec in prosperis ri-
 deat, est enim sicut arra futuri praemij, & praegustatio aeternae suauitatis.
 B
 cui concessum est intrare in hortum voluptatis Paradisi, & inde afferre
 flores & aromata, ad condiendum amaritudinem praesentis aduersitatis.
 Sicut opus primae diei scilicet lux, significat fidem; & singula opera singu-
 Fides. lorum dierum singulas designant virtutes: Sic opus secundae diei, est illu-
 Virtutes. minatio spei, quando factum est firmamentum, quod diuidit aquas super-
 ciores, & inferiores, quia spes firmat animam in medio praesumptionis a
 superiori, & desperationis ab inferiori. Sicut primus gradus ascendendi
 ad templum caeli est per fidem; sic secundus gradus est per spem. Quare
 in tabula de virtutibus in communi. Cantic. tertio. Quae est ista, quae
 ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatis myrrhae, thuris,
 & vniuersi pulueris pigmentarii? Anima quae habet spem formatam, de-
 bet esse sicut virgula fumi ex aromatis Myrrhae, per amaritudinem, ex
 consideratione culpa; Thuris, ex consideratione misericordiae diuinae: &
 tunc sequitur in ea infusio gratiae, quae comparatur vniuerso pulueri pig-
 C
 mentario, propter vniuersalitatem, & incomprehensibilitatem dulcedi-
 nis.

Sperare debemus de diuino auxilio, in omni periculo, in omni tribula-
 Confidere
 Auxilium
 tionem, quia ipse est salus omnium sperantium in se; exemplum de tribus
 Dan. 3. g.
 pueris in camino ignis ardentis; de Abraham, qui in spem contra spem
 Saluat.
 credit, de Susanna, de Sara. Leuit. vigesimo. Si quis dederit de semine
 Gen. 15. a
 suo, idolo Moloch, morte moriatur: Moloch fuit filius Amon, & inter-
 Dan. 13. g.
 pretatur rex, significans Diabolum, qui est rex super omnes filios super-
 Gen. 21. a
 biae; Ipsi autem de semine nostro damus, quando desperando, bona, quae
 facimus, perdimus: Et nota quantam spem habebat in Christo, mulier
 Matt. 15. c.
 Cananea a finibus Tyri egressa, quae clamauit dicens, Miserere mei fili
 Marc. 6. b
 Dauid; & illa, quae dixit: Si tetigero tantum simbriam vestimenti eius,
 Luc. 23. f.
 Luc. 18. g.
 D
 salua ero; & latro dicens, Memento mei domine, dum veneris in re-
 gnum tuum; & caecus qui a turbis increpatus magis clamabat, miserere
 mei fili Dauid; & Iob, qui dicebat etiam si occiderit me, in ipso sperabo;
 Sic sperauit Iob, & duplicata sunt ei omnia; Sic Tobias, & illuminatus
 est; sic Dauid de manu Saulis liberatus, In te, ait, Domine speraui, non
 confundar in aeternum; Sic Noe, & liberatus est a diluuiio; sic sancti mar-
 tyres, & liberati sunt ab omni periculo; sic ille, qui dixit, tantum dic ver-
 bo, & sanabitur puer meus; Sic Daniel, & liberatus est de lacu leonum,
 quia spes exauditionis facit continuare clamorem orationis; quod patet
 in illa muliere Cananea. Matth. decimo quinto, quae clamabat post Chri-
 stum; licet enim eam exaudire dominus dissimulasset, nunquam tamen

Iudith 8.

de eius misericordia desperans, semper in clamore perseveravit & constans fuit. Quia Marci septimo dicitur, quod in domo rogavit dominum, ut eiceret à nra eius Dæmonium. Et Matth. decimo quinto dicitur. Dimitte eam quia clamat post te; ex quo patet longanimitas spei, quia in domo non exaudita clamando, currebat post Christum, & repulsa est, sed non fracta, vel fatigata. Non enim bene sperat, qui citò non exauditus desperat; unde Iudith reprehendit eos, qui posuerunt tempus miserationis diuinæ, si intra quinque dies non fruerentur diuino adiutorio: Non est, ait, iste sermo, qui misericordiam prouocet, sed potius, qui iram excitet, & furorem accendat; Posuistis vos tempus miserationis diuinæ; in arbitrio vestro diem constituistis ei; humiliemus illi animas nostras, & in spiritu contrito & humiliato seruiemus illi, dicamus sientes domino, ut secundum voluntatem suam sic fiat nobis, & secundum misericordiam suam faciat nobiscum; nos autem Deum nescimus præter ipsum; expectemus humiles consolationem eius. Quære de spe in tota tabula de tribulatione, & patientia.

Sortilegium.

Auguſt. 4. Reg. 1. a. de Saule qui accedens ad Pythoniſſam, præcepit ſibi ſuſcitari Samuelem, & in caſtrino mortuus eſt in bello cum filiis. Item nota quòd dicitur in lege contra Pythoneſ, & Augures, & reſpicientes ſomnia.

Superbia.

Dan. 4. f

Eſa. 14. d

2. Reg. 15. c

Luc 14. d

Luc 7. c

4. Reg. 6. d

Danic. 7. a

Gen. 40. d

Superbia eicit hominem à regno Dei, sicut humilitas illuc exaltat; & facit hominem bestialem, & auferit ei sensum, figuram, cognitionem, & facit eum socium Dæmoniorum. Exemplum de Nabuchodonosor, & de Lucifero. Eſai. decimo quarto. Superbi designantur per Absalonem, qui impugnavit patrem, Quære sexagesimo, b. in 2. Regum. Designantur per illum, qui dixit villam emi, & non possum ire. Item per illum mortuum, quem suscitavit Iesus in porta ciuitatis Naym. Quære sexagesimo tertio, a. b. Per Naaman leprosum diuitem; quia hæc lepra superbię communiter sequitur diuites. Quære sexagesimo b. 131. b. in tabula de humilitate. Superbus designatur per lecnam, quę habet alas. Daniel. septimo. Quære 104. a. in Daniel. Item designantur per illum pistorem Pharaonis, qui fuit suspensus 162. a. 232. b. Item designantur per latrones Syrię. Quære 124. b. & per imaginem bestię. 15. b. per Dathan & Abiron. fol. 157. b. per ventum validum, quo naus submergitur, fol. 149. a. Item Diabolus specialiter dominatur superbis, quia est rex super omnes filios superbię. 169. a. in Matthæum designatur per primam bestiam, Daniel. septimo. 169. a. b. in Daniel. 171. a. b. omnes superbi eiciuntur à regno Dei, sic Lucifer, sic primi parentes, Quære 170. b. f. perbia designatur in vrtica. fol. 186. Unde sunt tantæ caliditatis, quod superbia est causa inobediencię & diuisionis. Quære 201. b. 202. a. Quod superbia est sagitta volans in die

187. a

G

H

Et no-

A Et nota quantum est pondus superbię, quia ipsa est, quæ temeritatē Aegyptios in profundum, quasi lapides; & Luciferum de cælo ad profundum. Eſa. 14. Super altitudinem nubium exaltabo solum meum, similis ero altissimo; verumtamen ad infernum detraheris in profundum lacus: Sic quidam superbi, & ambitiosi reputant omnes alios inferiores se: & quanto se reputant altiores, tanto secundum veritatem sunt alij inferiores & viliores. 2. Regum 1. Montes Gelboę nec ros nec pluuia veniat super vos, nec sicut agri primitiarum: Montes isti alti, & tumentes sunt superbi, in quibus non descendit ros diuinę consolationis; nec pluuia diuinę gratiæ; nec recipiunt rorem gratię, nec pluiam doctrinę; nec sunt agri primitiarum, hoc est non faciunt fructus delectabiles, seu Deo gratos. Gen. 6.

Gigantes erant super terram, isti sunt parentes à saculo, viri famosi: Sunt autem gigantes homines immensi corporibus, potentes viribus, inconditi moribus, nominati in honoribus. Sic hodie clerici & superbi sunt gigantes; sunt enim immensi corporibus per gulosiorem, fortes viribus per malignitatem, famosi in honoribus, per cupiditatem; inconditi moribus, per crudelitatem, Sed Moyſid est Christus, terram Gigantum subiecit filijs Israel, quod fit quando superbos mundi Israel reducit ad humilitatem Deuter. 10. Circuncidite præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius. Superbus enim ita est obduratus per obstinationem, quod flecti non potest per humilitatem; unde Seneca in epistolis, prius animum nostrum formare incipimus, & corrigere, quàm indurescat prauitas eius; sed nec induratus despero. Nihil est quod non expugnet pertinax opera, & intente ac diligens cura, roborata in rectum, quænis flexa reuocabit, curuatas trabes calor explicat, & alternata in id fingitur quod vsus nollet exigit, quanto facilius animus accipit formam flexibilem, qui

C omni humore mollior & obsequentior. Quid enim aliud est animus, quàm quodammodo se habens spiritus? Videns autem spiritum tanto esse faciliorem, quàm alia materia, quanto tenuior est, idem lex præcepit vt arbores circumcidantur, id est morus elati, & rigidi moriantur.

Illis, qui de vili statu eleuati statim superbiunt, & se ipsam non cognoscunt Hester 16. dicit Alſtherus, Aman à nobis peregrinus susceptus est, & tantam in se expertus humanitatem, vt pater nollet vocaretur, & adoraretur post regem secundus, qui tantum in arrogantie tumorem sublatuſ est, vt regno nos priuare niterentur in spiritu. Gen. 11. Venite, ædificemus ciuitatem, & turrim, cuius cacumen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum: descendit autem Dominus, vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam. Aedificabant enim turrim superbię, cuius cacumen pertingebat ad cælum per contemptum Dei, & celebrare volebant nomen suum, id est celebre facere in extollentiã sui, & oppres-

D sionem proximi.

Cuius turris tria impugnant latera, Dei contemptus, & quarunt odiũ proximi; contemnant enim superbi Deum, in flagellis, in præceptis, in beneficijs, cum potius deberet enim confiteri, & reuereri, in flagellis potentem, in præceptis sapientem, in beneficijs benignũ, sicut camelus non potest intrare per foramen acus, sic nec superbus in regnũ celorum, quia Christus est ostium. Ego sum ostium; ubi aut ostium humile est, oportet & altus inclinet caput, alias non intrabit. Matth. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum, idem emis imponitur nostris capitibus, vt tam ex originis seditate, quàm ex uinẽdi breuitate, & ex

Gigas.

Prelati. Clerici.

Superbia.

Hanis vilitate intelligamus quantum nos Deo humiliare debemus. **H**umiliate capita vestra Deo. Ezech. 7. Floruit virga, germinauit superbia, iniquitas surrexit in virga impietatis; Germen dicitur quasi generamen, & ided superbia generare dicitur, quia omnium peccatorum caput, & initium dicitur: Arescunt riuuli, si vena præcindatur; non conualefcunt rami, radice succisa; sic deficiunt vitia, si superbia extirpetur aliquando; si fontis aqua infundas, in riuulos deriuatur. Si stercora radici apponas pullulat; si camino ignem, incendium auumentatur; quia si origini nostra per inobedientia vitium infectæ in Adam, occasionem elationis adhibuerimus; adeo serpit hoc vitium, vt vix, etiam cum velis, valeas remedium adhibere. Iniquitas surrexit in virgam impietatis; quia superbia semper quærit vindictam, & virga feueritatis exiit mansuetudinem rationalem, & induit sauitiem & crudelitatem bestialem. Daniel. 4. Ego Nabuchodonosor eram florens in palatio meo; qui tumens superbia dixerat, nonne hæc est Babylon, quam ego ædificauit, & cetera. Sed audi sententiam contra superbum latam; eijcient te ab hominibus, & cum feris erit habitatio tua: Superbus enim abiectio homine seu humana ratione, mutatur in bestiam, agens opera non mansuetudinis; sed tyranidis; propter quod dicebat Traianus Imperator Romanus, insanum esse hominem, qui cum habuerit oculos lippos, maluit eos effodere, quàm curare: Aliqui gloriantur, & superbiunt de potentia: Arfaxat gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui; quidam de profapia similes Iudæis, qui gloriantur se esse filios Abraham. Osee 9. Gloria à partu, & ab utero, & à conceptu pudor, in utero fetor, in partu dolor, & ided inde non surgit gloria, sed verecundia. Quid superbis terra & cinis? Quære de hoc in tabula de generis nobilitate: Quidam de pulchritudine, vt Lucifer; quidam de scientia. 1. Corinth. 1. Quæ stulta sunt elegit Deus, vt confundat sapientes, vt gloriatur omnis caro in conspectu eius. Et est argumentum Apostoli: Si Deus prædixit sapientiam mundi esse destruendam; nec placuit per illam saluos facere credentes, sed magis ostendit eam confusione dignam; ergo non est gloriandum de ea; in nullo istorum vel similibus est gloriandum. Qui gloriatur, in Domino gloriatur. De illis qui superbiunt propter amicos Hest. 16. Multi bonitate & honore principum, qui in eos collectus est, abusi sunt in superbia, & c. Nota histo. viliter abijcitur superbia vt pater in illo, in primo Machab. 4. qui paulo ante astra cæli contingere videbatur, & c. Nota histo. sicut Saul electus fuit propter humilitatem; nonne cum paruulus esset in oculis suis, caput factus est in tribubus Israel? Sic propter superbiam abiectus fuit, quia mandatum Domini non impleuit humiliter, non sustinuit viriliter, non perseuerauit longanimiter. Eleazarus occidit elephantem, & occisus est ab elephante. Ossa elephantis iuncturas non habent, & ided membra eius sunt inflexibilia, & quâdo vult quiescere, inclinat se ad arbore, & sic vitur quiete; sed homines regionis illius arborem scindunt de die, & illuc veniens & se inclinans bestia corruit de nocte, quod competit superbia; cuius membra sunt inflexibilia, quia non acquiescunt si arguantur per verba; stat superbus erectus, & ad propriam voluntatem quasi ad arborem inclinatus, sed succidatur arbor propria voluntatis, & corruet vitium elationis; sed cadens bestia opprimit Eleazarum, quando arrogans, & superbus opprimit iustum: spiritus superbiæ tollit intelligentiam; quod figuratum fuit in diuisione linguarum in illis, qui ædificabant turrim; & tollit vnitatem, quia illi abinuicem sunt diuisi, cuius

contra-

A contrarium facit spiritus sanctus. Et nota quod Saul superbus erexit sibi forniciem triumphalem, quia superbi semper quærunt sibi facere nomen: semper superbi confunduntur, exemplum de Senacherib, qui exprobrabat agminibus Dei viuentis: Exemplum de Antiocho superbissimo, de Holoferne, cui caput Iudith amputauit; vnde docet Saluator humiliari: Recumbe, ait, in nouissimo loco, vt dicatur tibi, amice ascende superius, & superbo dicitur, da huic locum: Dixit superbus dæmon, eritis sicut dii, & quia superbe voluerunt rapere diuinitatem, ideo amiserunt felicitatem. Superbi semper volunt ascendere, ided iusto Dei iudicio descendunt: Exemplum de Aman superbo, qui suspensus fuit ab humili Mardocheo; & de Achitofel; sic Absalon superbe voluit ascendere ad regnum patris, & finaliter fuit suspensus; sic Ananias; Adonias aspirans præsumptuosè, regnare voluit, vt dicitur in 2. Machab. 4. Sic Iason superbe voluit vsurpare summum sacerdotium; sicut Abimelech volens ascendere, interfecit septuaginta fratres suos; Sed vide finem istorum superborum, quia gimus Abimelech excerebratum; Absalon lanceis confossum & suspensum; Ananiam gladio interfectum; Iasonem exulatum interfectum, & remansisse inhumatum.

De Sacramentis.

Efficacia sacramentorum designata est in illa probatica piscina, quæ erat Hierosolymis, & non alibi, quia in sola Christi ecclesia sunt sacramenta efficacia. Item Genes. 2. Fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terræ, quia in omnibus sacramentis datur gratia, qua irrigatur anima, & tota ecclesia: Item fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, idest totam ecclesiam, quæ fluuiio sacramentalis gratiæ irrigatur. Item Apocal. 20. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & agni; quia solus Deus hoc instituit sacramentum: Transitus maris rubri, figura fuit baptisimi. In illa die erit fons patens domui Iacob, & c.

De Sanctis.

Fundamenta eius in montibus sanctis, id est ciuitas cælestis fundata in sanctis: duodecim lapides qui in fundamento ciuitatis, sunt duodecim gradus sanctorum in illa gloria; per iaspidem intelligitur Deus, qui est illud primum & principale fundamentum, scilicet Christus, quia fundamentum aliud nemo potest ponere, præter illud quod positum est, quod est Christus Iesus: Fuit enim Christus velut lapis, coloris viridis, in conuersatione; translucens, quia erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, & c. Fugauit febres, vt patet in miraculorum operatione; pellens phantasias, id est Dæmonum tentationes & impulsiones; iuuat parturientes, dando propositum bene cogitandi & bene operandi. Per Saphyrum intelligo virginem matrem Christi, quia inter alios lapides preciosos est in colore cælo simillimus; sic mater Christi Maria, est ipsi similior, & conformior tam natura, quàm gratia; quia etiam Saphyrus dicitur gemma gemmarum, sic Maria Virgo virginum: Item sanat oculos, caput, linguam, sic Maria reficit subditos cõtemplantes, quos intelligo per oculos, prælatos, doctores, siue prædicatores.

Per Calcedonium, intelligo Angelos: lucet enim in occulto, sic Angeli multa beneficia nobis praestant, quae nos ignoramus. Item ad se attrahit paleas, sic Angeli, peccatores. Smaragdo comparantur Patriarchae, tantae enim viriditatis est, ut iungat aera, in quo notatur fides Patriarcharum, quia credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam: est formae concavae, in quo notatur humilitas. Genes. 18. Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis, & cinis; item non mutatur sole, vel umbra, sic nec Patriarchae prosperitate, vel adversitate. Psalm. 120. Per diem sol non uret te, neque luna per noctem. Per Sardonicem intelliguntur Prophetae, venit enim de India, ubi nascitur Sol, scilicet intelligentia Prophetarum, a patre luminum; item est tricolor, niger in medio, cadidus in imo, rubens in summo, in quo commendatur doctrina philosophorum, quae est nigra: in quantum commendat austertatem poenitentiae: alba, in quantum describit promissa gloriae: rubea in quantum unatur poenam gehennae. Ideo Ezechiel. 2. Ostensus est liber, in quo erant lamentationes, carmen, & Veh. Lamentationes, quo ad poenitentiam: Carmen, quo ad gloriam: Veh, quoad gehennam: Per Sardium, designantur Apostoli, est sanguinei coloris; in quo notatur tribulatio Apostolorum, est lapis vilissimus; sic ipsi a mundo uiles reputati sunt. 1. Corinth. 4. Tanquam purgamenta, &c. In praesentia Sardij non nocet Onix, qui est malus lapis, facit enim somnia terribilia, & significat Diabolum, qui in praesentia Apostolorum nihil poterat nocere: Chryso passio comparantur Evangelistae, similis est marini colore, ita doctrina eorum. Ezechiel. 1. Species, &c. Mare incutit timorem, ingerit capiti dolorem, prouocat nauseam; sic doctrina eorum incutit timorem gehennae. Matthaei 11. Veh tibi, increpat principes, & Imperatores, prouocat nauseam per confessionem peccatorum. Item scintillat sicut ignis; sic uerba eorum ignita: Ignitum eloquium tuum vehementer; tuetur a timoribus nocturnis; sic eorum doctrina a tentationibus demonum. Berillo comparantur martyres, similis est enim in colore oleo, in quo notatur feruens charitas martyrum; est sex angularum, in quo notatur eorum perfectio; habuerunt tres angulos a parte sinistra, quantum ad patientiam flagellorum, uerborum, signorum; a parte etiam dextera habuerunt tres angulos, scilicet dilectionem Dei, sui, & proximi. Item ualidius oculis infirmis, sic sanguis Christi, & martyrum in tentationibus omnibus fidelibus Christianis: unde Machabaei ostendebant elephantibus sanguinem uuae, & mori, ut acuerent eos in praelium, sanguis uuae sanguis Christi, sanguis mori sanguis martyrum: Topazio comparantur confessores, est enim similis auro, & ari: Sic confessores habent colorem auri propter actiuam, etis propter contemplatiuam, lueet, tactus splendorem solis, sic confessores, tacti radio gratiae, compescit undas fluentes, sic confessores fluctus uanitatum huius saeculi.

Chryso passus est decimus, cui comparantur Doctores, propter tria; oritur enim in uia, ubi est maximus calor propter ortum, sic intelligentia sacrae scripturae oritur a feruore deuotionis Hierem. 6. Ecce ego do uerba mea in ore tuo, gnem urentem dicit Dominus: est in superficie uiridis, guttatis quasi aureis guttis, in uirentem in uirentem in articulis fidei; in guttis perfectio in moribus: est uariis coloribus sicut purpura; sic doctor debet ornari uarietate uirtutum, quia spiritus Domini ornat uirtutes: ornamenta colorum sunt uirtutes praedicantium: Iacintho comparantur praedicatorum propter tria: mutantur enim cum aere. Nam in aere sereno perspicuus

A spicuis est; in nubilo obscurus, sic praelatus debet esse durus elatis, mansuetus bonis, infirmus cum infirmis, & sic debet esse mutabilis per compassionem. Unde ait Apostolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor. Est durissimus, nam nulli cedit nisi adamanti, sic praelati pro iustitia nulli debent cedere, nisi ueritati, quae adamanti comparatur. Ezechiel. 3. Ut Adamantem & siliem dedi faciem tuam: Ametisto comparantur Virgines; habent enim colorem roseum, in quo notatur color uirginitatis, siue uere uirginitatis. Item quaedam species Ametisti similis est uiole, in quo notatur humilitas, nascitur enim parum super terram uiola, & haec est proprietas uirginum, ut patet in uirgine uirginum. Unde ait Respexit humilitatem ancillae suae. Item est ebrietati contraria, in quo notatur sobrietas, si ne qua non potest seruari castitas.

Praelatus.
Ametistus

B

De Timore.



Videtur unum Angelum stantem in sole, & clamanit uoce magna dicens omnibus aurbus, quae uolant per medium caelum; uenite congregamini ad caenam magnam Dei, ut manducetis carnes regum, & tribunorum, & fortium eorum, & sedentium in ipsis: Angelus in sole, Christus est, quia clare uidet omnia, nuda, & aperta sunt omnia oculis eius, ipse condemnabit, & caetera. Quare 118. Apocalyp. secundo. Memor esto uide excideris, & age poenitentiam; si non uigilaueris, ueniam ad te, & caetera, Matth. uigilate uos. Si sciret pater familias qua hora fur ueniret, uigilaret, &c. quare 108. b. b. b. Matth. Clausa est ianua, a tempore enim peccati primi hominis, &c. Quare 108. b. Deuteronom. undecimo. Cauete ne recedatis a Domino, ratusque Deus claudat caelum, & pluuia non descendant. Quare 153. b. 2. 3. a. primi Regum septimo. In tonitruo fragore magno in die illa. & exterruit Philistaeos; & caeteri sunt a filiis Israel; Philistaei potione cadentes interpretantur, & designant peccatores inebriatos peccandi consuetudine, quos Deus excitat a lecto foetoris, in quo diutius iacuerunt; cum reducit eis ad memoriam illud tonitruum diuinae sententiae. Ite maledicti in ignem aeternum. Et illucescit eis dies, cum agnoscunt magnitudinem, & multitudinem peccatorum suorum, & carentiam meritorum, & timorem suppliciorum, & separationem a consortio beatorum, dicit exterruit ad differentiam timoris humani, qui peccatum ad horam exterius reprimat, se eo ipso interius magis imprimit, & oportunitate habita uehementius ebullit, quia inclusum fuerat non exunctum; sicut ueherius pullulat, quod praecisum est superficie tenus, non radicis amputatum; ceduntur autem a filiis Israel Philistaei, quando uirtus occupat locum uicij sibi contrarij. Et nota illud Esa. quinto. Et nunc ostendam uobis quid faciam uinea mea; diruam maceiem eius, non putabitur, non fodietur. Quare in tabula Esa. Ezechiel. quatuordecimo. Vir, qui habebat funiculum, &c. Quare 96. b. Matth. 22. Quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? ligatis pedibus, & manibus proijcere eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium. Et nota quod illud Mala. 3. Ecce uenit dicit Dominus exerc-

Vide de iudicio diuino, & 30. b. no. & 40. b. 40. a. 44. 45. 51. 58. 63. Apoc. 19. 6. Consuetudo. Matth. 25.

exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus, & quis stabit ad viden-
 dum eam? Ipse colabit, constabit, purgabit, mundabit. *Quære* 24. h. 11. b. **E**
Apocal. 6. Dicent montibus cadite super nos, & abscondite nos a facie iræ
 agni: De timore in expulsionem Angelorum de cælo, parentum de paradiso,
 submersione humani generis in diluuium, subuersione Sodomorum in incē
 dio: Et nota quomodo Datan, & Abiron viuos terra absorbit ppter inobe-
 dientiam: *Danie. 2.* De statua quam lapis abscessus de monte totaliter con-
 fruit & redigit in fauillam. *Quære* 59. b. 109. a. De filijs Iob, qui comē-
 dentes & bibentes oppressi sunt in domo. *Corin. 10.* Qui stat per gratiā,
 videat per prouidentiam, ne cadat per culpam; vel qui stat in tempore, vi-
 deat cum timore, ne cadat ab amore; in via enim, in qua sunt latrones &
 pericula, periculosum est stare; & maximē nobis, cum inter profectum hu-
 ius vitæ & defectum, nihil reperiatur medium, quia in via Dei non pro-
 gredi, est regredi; cuius probatio est, quia nunquam homo in eodem sta-
 tu permanet, sed quomodo corpus nostrum continuē crescit, aut decre-
 scit incessabiliter, ita necesse est semper ipsum aut proficere aut deficere, vn-
 de aut ascendis aut descendis, Si attentas stare, necesse habes ruere, propter
 quod Iacob vidit in scala Angelos ascendentes, & descendentes, non stan-
 tes, vel sedentes, vel oclantes, sciebant enim quod penduli sunt gradus in-
 ter scalares ipsius scalæ, & via lubrica; stare autem in pendulo & lubrico di-
 spositio est ad præcipitium. Ex quo patet quod minimē bonus est, qui me-
 lior esse non vult, & secundum Ber. vbi incipit nolle fieri melior, ibi definit
 esse bonus; animalia enim sancta ibant, & reuerrebantur; quia ibunt de vir-
 tute in virtutem. *Matth. 18.* Redde quod debes, & illud: Redde rationem
 villificationis tuæ; Cuius ventilabrum in manu sua, & emūdabit aream suā,
 & congregabit triticum in horreum suum, paleas autē comburet igni inex-
 tinguibili: Sicut enim in præsentī, manus Domini sunt apertæ ad dandum
 & remittendum, sic in futuro ad ferendum & puniendum; quia nunc est
 tempus clementiæ, postmodum vindictæ. *Quære* 113. b. 110. b. b. timor
 aperit portam ad amorem; sicut acus ad hoc quod filium transeat per pan-
 num; quia initium sapientiæ timor Domini: cui enim dimittit peccata,
 quia concutitur ex timore futuræ iustitiæ, ille incipit actum vitalem habe-
 re: Vnde sicut timor est primum donum, ita vita est primus motus, ex quo
 sempiterno fluens; timor est farculus, quo foditur vitis animæ, vt viuat
 & fructum afferat: timor enim rimatur vsque ad radices intentionum &
 operationum; & nihil operandum negligit; Et circa radicem vineę, vt calo-
 ri solis appareat, & non nascantur ibi vermiculi fossam facit; vnde de vinea
 neglecta dicitur. *Esa. 5.* Non putabitur, & non fodiatur, & ascendent super
 eam vepres: Sicut enim terra quæ non colitur, producit inutilia grana: &
 vinea, quæ non foditur, superflua sarmenta; sic anima, quæ timore Dei non
 penetratur, multiplicat peccata; quando vinea non foditur, ita quod ver-
 mes remanent circa radicem comedentes eam, & fructus perditur, & vi-
 nea siccatur; quia quando anima per diligentæ timorem non bene purga-
 tur, vinea deuotionis perditur, & vinea siccatur. Vnde *Deuter. 28.* Vineam
 plantabis, & fodies, & vinum non bibes; non colliges quippiam ex ea, va-
 stabit eam vermiculus: Timor enim est operarius agrarius, cum quo tractā
 dum est de omni opere. *Eccle. 37.* Qui enim considerat vitam breuitatem, &
 mortis incertitudinem, iudicij æquitatem, iudicij severitatem, pœnæ qua-
 litatem, interminabilitatem, & inuasibilitatem, mala quæ fecit, bona quæ
 omisit, anxietur de præsentī; male conscius de præterito; minime securus
 de

Via.

Vinea.

Considera-
 tio.

A de futuro, quia considerat mortem certam, modum, horam, locum, tem-
 pus incertum: Timet diuortium corporis & animæ, quando caro reuerte-
 tur in terram, & spiritus ibit ad Deum, qui fecit illum; vel transibit ad
 ignem purgatorium, vel rapietur ad æternum supplicium, quia exhibit
 spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogi-
 tationes eorum. Qui etiam considerat extremum iudicium, timet senten-
 tiam iustissimam, diuturnissimam, vbi vix vir iustus saluabitur: Et idē non
 est mirum, si timor incitat nos ad operandum: Nisi in timore Domini
 perititeris, citō subuertetur domus tua: Beatus homo qui semper pauidus
 est: Sicut amor est panis, quo vescuntur filij: quia panis, cor hominis con-
 firmat; sic timor est panis, quo vesci debent peccatores & serui. *Eccles. 33.*
 Cibaria, virga, & onus asino, panis, disciplina & opus seruo: In hoc enim
 statu adhuc timet finis sui incertitudinem, purgatorij amaritudinem, ex-
 tremi iudicij rectitudinem, æterni supplicij longitudinem: Iste est panis co-
 ctus in craticula. *Leui. 2.* Nam timor pœnam habet, in qua frigitur, sicut
 panis in craticula assatur, dum caro afflicta murmurat. *Eccle. 10.* Semē hoc
 honorabitur, quod timet Dominum Deum: timet, qui hic considerat ma-
 gnitudinem sui sceleris; illic potentiam iudicantis; qui erubescit prauita-
 tem suam, & expauescit diuinam potentiam, sententiam, & iustitiam: Iste
 honorabitur, quia timor talis facit eum in præsentī humiliari, & in futuro
 exaltari, vnde granum synapis semen est minimum omnibus seminibus, &
 tamen cum crescit maius est omnibus oleribus. *Mat. 13.* quia timor quan-
 tō magis facit hominem resilire per humilitatem intra & infra seipsum,
 tantō magis facit eum ascendere apud Deum: qui bene significatur per
 granum sinapis, quod linguam mordet, lachrymas prouocat, sternuta-
 tionem & phlegma de cerebro educit, & contra paralytum linguæ valet:
 hoc semen si masticetur, & sub lingua ponatur, curatur tumor eius: timor
 enim operatur conscientiam remordentem, lachrymarum effusionem &
 gemitum: Sternutationem educit, peccatorum confessionem; & linguam
 soluit ad confessionem & diuinam laudem. *Apoca. 20.* Iudicati sunt, mor-
 tui ex his, quæ scripta erant in libris, secundum opera eorum. *Quære* 112. **Gen. 37. f.**
 b. Et nota quantum debet timere peccator, qui potest dicere illud. Puer nō
 comparet, & ego quo ibo? Scindat cum fletu vestimenta, id est, peccatorum
 velamina, quia in sua cisterna, id est, conscientia, puer Christus non com-
 paret, & quo ibit sine illo, qui est via sine deuoio, nisi in præcipitium; qui est
 vita sine termino, nisi in mortem & supplicium; qui est veritas sine dubio,
 nisi in errorem & nubilum: Et nota quantum timuit Balthasar, qui vidit
 manum scribentem contra se in pariete, quod omnes compages corporis
 eius soluebantur; quantum debemus nos timere, qui cognoscimus manum
 Dei, quæ scripsit contra nos sententiam, quibus dicitur in hora mortis,
 quam ignoramus. Mane, Techel, Phares. *quære* 51. a. *Gen. 6.* Finis vni-
 uersæ carnis venit coram me, & ibidem; non permanebit spiritus meus in
 homine, quia caro est. Nota ibi sententiam contra totum mundum latam,
 Tertij Reg. 6. Malleus, & securis non sunt audita in domo Domini, dum
 ædificaretur: quia animæ nostræ ex quibus superna ciuitas ædificatur nun-
 quam ibi collocabuntur, donec per pœnas purgatorij omnes culpæ sint pur-
 gate, & omnes curuitates & gibbositates, quas hic contraximus, ad rectitu-
 dinem sint redactæ. *Quære* 21. a. 33. b.
Nun. 22. Quomodo timor Dei nos restringit, ne ad illicita procedamus.
 Ibi dixit Angelus ad Balaam. Vade, & caue ne aliud quàm præcepto tibi
 loquaris: Anima est sensus sine intellectu. Balaam sedens super asinum
 voluntas

Mors.

Opera:
 Prou. 28.

Synapsis.

Gen. 37. f.

Gladius.
Considera
tio.

1. Io. 4. d.

Mundus.
Tempora
lia.

voluntas, quæ viribus animæ præsidet: Balaam interpretatur absorbens, de-
uorans, precipitans, & significat Diabolum; qui tunc Balaam contra popu-
lum Domini ire iubet; quando contra præcepta Domini nos facere admo-
net: Balaam interpretatur turbans gentem, aut deuorans populum, &
significat voluntatem, cuius malitia omnes v. res animæ perturbantur. An-
gelus Christus, qui tenens gladium contra asinam, quem timens asina nõ
audet procedere vltra: Gladius, Dei sententia, quam aduertens ratio, non
audet procedere vltra ad illicita perpetranda quantumcumque pungatur à
voluntate: sed tunc Balaam Angelum tenentem gladium videt, cum per do-
num diuinæ gratiæ Angelo, id est, rationi acquiescit, & à peccato se retra-
hit: Istam ergo timor retraxit a malo, & induxit ad bonum, quod figura-
tum est in Paulo tactu lucis, quasi timore Dei prostrato, cui dictum est. Du-
rum est tibi contra stimulum calcitrare: ecce retractum a malo, & ille: Do-
mine quid me vis facere? ecce inductum ad bonum; Retractus a malo tribus
diebus abstinet, quia mundus diuitias, caro, delicias; Diabolus pompas
nobis ministrant, à quibus debemus modis omnibus abstinere, sicut à vene-
no mortifero: Tertio timor subiicit cor superbum hominis, quia secundum
Aug. Sicut factor transfigit acum per pannum, non ut acus ibi remaneat,
sed vt filum in pannum introducat, & sicut sutor non ponit feram, vel pi-
lum in filo, nisi vt filum introducat in corio, sic Deus ad hoc inducit timo-
rem in corde humano, non vt timor seruilibus ibi remaneat, sed ut per timo-
rem amorem Dei introducat; sed sicut dum filum introducat acus extra-
hitur, sic perfecta charitas foras mittit timorem seruilem; qui est quando
homo a peccato abstinet timore solum pœnæ, sicut bestia retrahitur ex tali
pœna a persecutione obiecti; sed non expellit timorem filialem; qui est
quæ homo abstinet a peccato, quia timer offendere patrem suum, quem dili-
git de timore, quo cor superbum subiicitur. Sic patet, quod timor Dei, cor
superbum subiicit, à malo retrahit, ad bonum inducit: Et nota, quod si ali-
quis esset in mari vehementer turbato in naui fragili, tantum timeret,
quod merces, vt posset euadere proijceret, filios, & parentes obliuioni tra-
deret, pedem vel manum, vt posset euadere, daret: sic nos in hoc mari peri-
culoso nauigantes debemus merces temporalium, quæ nos demergunt,
proijcere, & omnia mundana abijcere, & clamare: Domine salua nos, pe-
rimus. Timor est ianitor animæ, qui semper debet vigilare, & castrum pro-
pter timorem hostium obseruare & custodire; quia dormiente ostiaria ancil-
la, quæ purgabat triticum in seruore diei, intrauerunt duo latrones & ab-
sciderunt caput Isboset: Apostoli tenebant fores clausas propter metum Iu-
deorum, qui figurant nostros hostes spirituales. Quære 196. a. 198. b.

De tribulatione, persecutione, & patientia.

Charitas nulla tribulatione frangitur, sed fortificatur; quia aqua mul-
ta non possunt extinguere charitatē, & est ad modum synapis, quod
quanto plus teritur, fortius efficitur, & ad modum vnguenti, quia quanto
magis comoritur, magis redolet. quære 28. b. Sic tactus & probatus est Iob,
Tobias, Iudith, Sarra, Ioseph, & oēs, qui Deo p'acuerunt, per multas tribu-
lationes probati sunt. Quære de hoc in tabula de bello spirituali, De tenta-
tione 47. b. in 1. Petr. palma quæto maiori onere in sua iuuentute & teneri-
tudine premitur, tanto altius crescit, & semper contra pondus se erigit; sic est
de anima virtuosa 94. b. 93. a. 27. b. 173. b. 173. De patientia quam habuerit

lij

A filij eorum in persecutione Aegyptiorum; & de patientia David, in perse-
cutione Saulis; de patientia Iacob, in persecutione Esau; de patientia Sar-
ra, in persecutione ancillæ; de patientia Apostolorum, martyrum, Chri-
sti a Iudæis. Quære 93. 181. a. de Angelo Smyrnæ: Modicus ignis a uento
extinguitur, sed magnus ignis a uento maximo magis accenditur, sicut mo-
dica charitas modica tribulatione extinguitur, sed magna charitas tanto
magis crescit, & inflammatur. Exemplum de Apostolis, & martyribus,
quia tribulationes, infirmitates, & persecutiones, ac flagella nos excitant,
vt conuertamur ad Deum. Actuum duodecimo. Petrus quidem serua-
batur in carcere; Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitacu-
lo carceris, percussoque latere Petri excitauit eum, dicens. Surge veloci-
ter: Excitat enim Angelus, id est, Christus, existentes in carcere peccati, per-
cutiendo in latere per immissiones infirmitatum, tribulationum, persecu-
tionum, intantum, vt surgant velociter: sed ipsi quando sunt excitati, ali-
quando tantum procrastinant, quod bonum propositum exequi non pos-
sunt, sed ipsum perdunt, vt dicant vulnerauerunt me, & non sensi, percus-
serunt me, & non sensi, quia furor illis secundum similitudinem serpen-
tis sicut aspidis surdi, & c. Num. 31. Omne quod potest transire per flamas
igne purgabitur, quicquid autem ignem non poterit sustinere, aqua expia-
tionis sanctificabitur; quia diuina clementia fortes in charitate multiplici-
ter tribulari, debiles, & pusillanimes aqua lachrymarum purgat. Apocal. 2.
Angelo smyrnæ ecclesiæ scribe: Scio tribulationem tuam, & patientiam tuam,
quia blasphemaris ab his qui dicunt se Iudæos, & non sunt, sed sunt Syna-
goga Sathanæ, nil horum timeas, quæ passurus es. Smyrna interpretatur
canticum eorum, pauperes enim religiosi, qui per detractionem vertuntur
in quorundam prouerbium, & canticum secundum illud Hier. Factus sum in deri-
sum omni populo, canticum eorum tota die, quos confortat spiritus san-
ctus, vt patienter se habeant in persecutione, & tribulatione. Flagellat. n.
Dñs aliqui bonos per malos, vt boni purgentur temporaliter, & mali puni-
antur æternaliter; sic. n. pius pater virga verberat filium, vt corrigat, & post ver-
ba filium sibi reconciliat, & virga in igne proijcitur: Sicut filij Israel pecca-
tis suis exigentibus per iniquos principes olim flagellati sunt; quibus tãdẽ
interfectis, & filijs Israel purgatis, & correctis Dño reconciliati sunt. Gen-
22. Præcepit Dñs Abraham, vt immolaret Isaac filium suum; Isaac interpretatur
gaudium, si ergo præcepit tibi Dñs, vt immoles ei tuum gaudium temporale, de-
bes propterea & fideliter obedire, quia non morietur Isaac, sed aries, quia nõ
peribit tibi vera lætitia, sed carnis contumacia, & Isaac desuper ligna leua-
bitur, spiritus in cruce Dñi mortificata carne gloriabitur. Nos ergo, vt dicitur
D Iuc. 8. memores esse debemus, quoniam pater noster Abraham tentatus est, & per
multas tribulationes probatus, amicus Dei effectus est, sic Isaac, sic Iacob,
sic Moy. & omnes, qui placuerunt Deo per multas tribulationes transie-
runt, & c. Luc. 16. Diues Epulo mortuus est, & sepultus in inferno. Et Laza-
rus tribulatus, & patiens, sepultus in sinu Abraham; quia qui in ista vita con-
solationes carnales recipiunt, in alia tribulantur, & qui in ista vita tribulantur
in alia consolationes recipiunt in æternum. Sicut inuidias pluuia parietem luteum
dissoluit, & subuertit, marmoreum mudat & abluat, ita mali in tribulationibus
murmurant, & fraguntur, boni corriguntur, & non fraguntur, & sicut sub eodem
igne aurum mudatur, purgatur, & probatur, palca vero fumatur, & vastatur, sic sub eadem
tribulatione boni purgantur, & meliores efficiuntur: mali vastantur, & blasphe-
mant, ac reprobant. Na pari modo agitata fiet lutum, & dulciter fragrat vngu-
tum

Ossa
Ecclesia.
Tren. d.

vi. Qui fortes sunt in tribulationibus ossibus comparantur debiles, & fragiles carni fluxibili. Vnde de Apostolis sustentantibus totam fabricam ecclesie, sicut ossa sustentant totam fabricam corporis: De excello misit ignem, scilicet sancti spiritus, in ossibus meis; & erudiuit me; quia his qui forte sunt in tribulationibus infunditur consolatio spiritus sancti, sed non in moribus; de quibus. Gen. 6. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Vnde dicitur. 3. Reg. 13. Sepelite me in sepulchro, ubi vir Dei sepulcrum est, & iuxta ossa eius ponite ossa mea. Ossa dura & fortia sunt sancti, tribulationes sustinentes, & in eis infragibiles: Isti sunt, qui non franguntur per impatientiam, immo alij debent sanari ab impatientia & fortificari in tribulationibus per eorum contactum 4. Reg. 13. Reuixit mortuus cum terigisset ossa Elisai: In talibus ossibus infragibilibus immitit, ut praemissi, Christus spiritum sanctum. Iud. 8. Flagella Domini, quasi serui Domini, qui corripimur, ad emendationem & non ad perditionem nostram euenisse credamus: Flagella Domini sunt infirmitates, tribulationes, persecutiones, quae nobis immitit ad nostram purgationem, quia non posuit granum in horreo nisi prius excussa palea duro flagello; sic flagello multiplici caesus est Christus ad nostram informationem, quia oportebat pati Christum, & resurgere a mortuis, & ita intrare in gloriam suam: Christus enim passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Dan. 3. Angelus Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornace, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum flantem, & si terigit eos ignis non contristauit, nec quicquam molestia intulit: haec enim serenitas in tribulatione, per quam anima in poenitentia delectatur, nec signo, nec facto, nec verbo impatiens esse conuincitur. Ionae 4. Percussit sol super caput Ionae, & aestuauit, & petijt animam suam ut moreretur: sol vrens immanitas persecutionis; estus sequens, ex sole, contristatio, quam non potentes ferre debiles, quorum typum gerit Ionas, desiderant mortem. Ecl. 17. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis: Ibi enim sicut in fornace purgantur, solidantur, dilatantur. Psal. 4. In tribulatione dilatasti mihi. Apoc. 7. Hi qui amisti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt? Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni, id est seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Quare 61. Deus permittit suos amicos tribulari, quos tamen habet chariores, quam malos; sicut homo ponit pedem in luto, ubi non poneret dentem, & tamen chariorem habet pedem quam dentem. Eia. 4. Creauit Dominus splendorem ignis flammantis in nocte, hoc est in tribulatione: Flamma enim vehementer accensa vento & tempestate crescit & augmentatur, & charitas radicata tribulatione, amplatur. Psal. 4. In tribulatione dilatasti mihi. Praecipit Dominus, quod Cherubim ductiles, id est, per malleationem facti ponerentur in templo Domini, sic candelabrum ductile, id est, per malleationem factum positum in domo & templo Domini; quia nullus in templo caelestis regni ponetur, nisi primò per malleationem fuerit malleatus; quia malleus, & securis non sunt audita in domo Domini dum edificaretur, ut dicitur 3. Reg. 6. Sed extra tunc ligna, quae lapides dolabantur, & poliebantur antequam in domo Domini adificarentur; sic est de templo caelestis patriae. Exo. 25. Facies candelabrum ductile de auro purissimo: candelabrum cuius materia est aurum, per charitatem. Tres pedes fides Trinitatis: Hastilis erectio, spei eleuatio. Lumen accensum, gratia: debet esse ductile; ductile est, quod crebris malleorum, percussio-

Flagella.

Charitas.

Patientia.

A sionibus non rumpitur, sed dilatatur, quia sancti viri nullis percussioibus, aut persecutionibus, per impatientiam rumpuntur, sed dilatantur. In tribulatione dilatasti mihi: Hinc est, quod omnes lapides positi in templo dolabantur & quadrabantur extra, quia malleus & securis non sunt audita, dum templum edificaretur, quia lapides viuus, qui sunt in superna Ierusalem constructuendi, primò oportet, quod in praesenti vita per multas tribulationes dolentur, quadrentur, & poliantur, antequam in superna Ierusalem collocentur. Iud. 7. Duc populum tuum ad aquas, & ibi probabo illos, qui manu & lingua lambuerint sicut solent canes lambere, separa eos seorsum, qui probatio. autem curuatis genibus biberint in alteram partem erunt: Aqua, tribulationum inundantia; in manu, dilectionis operatio; lingua, gratiarum actio: Probatur ergo Dominus per tribulationes, ut homo eas suscipiat in vera operis dilectione & gratiarum actione; non ut cadamus in eis per impatientiam

B & pusillanimitatem, sicut illi, qui curuabant genua ad bibendas aquas; id est reprobi sunt a Domino: Proba me Dñe, & tenta me, vix renes meos, & cor meum. Probat. n. Deus animam per tribulationes, & infirmitates, sicut olla terrea, vel vas vitreum tactu & percussione probatur. si enim percuitur, & bene resonat tinniendo, signum est, quod est sanum & integrum; si autem sonnum reddat raucum, signum est, quod est fractum; sic qui bene respondent percussi à Domino infirmitatibus, percussioibus, & tribulationibus, signum est dum gratias agunt, quod in charitate sunt; si verò per impatientiam franguntur aut blasphemant, signum est quod ex Deo non sunt: Sic resonabat ille, qui dicebat libenter glorior in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Probat itaque Deus charitatem in anima, si est tepida, vel feruida; quia sicut feruor est signum charitatis magna, ita tepor est signum charitatis modica; id est petebat propheta hunc feruorem, propter hanc charitatis probationem: Ignis enim, qui aqua non extinguitur, charitas feruens est, quae tribulatione magis augetur, quam minuitur. Gen. 27. Dixit Iaac accede ad me, ut tangam te fili mi, & probe, utrum tu sis filius meus Esau, an non: Probat enim Deus charitatem, per quam sumus filij Dei adoptiuim tangendo, id est tribulationes immittendo; sicut vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Ecl. 27. Quia bona vasa in igne consolidantur, & consolidata dulcius sonant: Et sic charitas in tribulatione probatur, per patientiam non crepat, sed per gratiarum actionem dulciter sonat: Sic granum synapis, quando magis teritur, tanto fortius sapit; vnde Grego. Sicut unguenta redolere nesciunt, nisi commota, & sicut aromata fragrantiam suam, cum incenduntur expandunt; ut patet de incenso; ita sancti viri, omne quod virtutibus redolent, in tribulationibus innotescunt: Quemadmodum contra Ionam fugientem insurrexit mare, & reduxit eum ad exequendum diuinum praecipitum, sic Christus per agritudinem, tribulationes, & necessitates reducit ad suam cognitionem peccatorum recordationem, & diuinorum praecipitorum implementationem. Luc. 16. quod Lazarus, qui patienter sustinuit infirmitates & necessitates meruit in sinu Abrahae consolari; diues & pulo, qui tribulatus non fuit, consolari non meruit. Iud. 6. Dicit Cedon si Dominus abiscum est, cur apprehenderunt nos haec mala, id est oppressiones, quibus alienigenis seruebant? Sed ad hanc quaestionem respondet Boëtius in libro de consolatione: Sic parit ei diuina dispensatio, quem deterorem facere possit aduersitas; boni enim supplicij inexpugnabile exemplum carnis proferunt iniustum. Et in hac auctoritate redditur ratio duorum membrorum,

Psal. 4. 2.

Iud. 7. a.

Tempora

Religiosi.

Psal. 24. a.

Probat.

2. Cor. 12. b

Probat.

C feruorem, propter hanc charitatis probationem: Ignis enim, qui aqua non extinguitur, charitas feruens est, quae tribulatione magis augetur, quam minuitur. Gen. 27. Dixit Iaac accede ad me, ut tangam te fili mi, & probe, utrum tu sis filius meus Esau, an non: Probat enim Deus charitatem, per quam sumus filij Dei adoptiuim tangendo, id est tribulationes immittendo; sicut vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Ecl. 27. Quia bona vasa in igne consolidantur, & consolidata dulcius sonant: Et sic charitas in tribulatione probatur, per patientiam non crepat, sed per gratiarum actionem dulciter sonat: Sic granum synapis, quando magis teritur, tanto fortius sapit; vnde Grego. Sicut unguenta redolere nesciunt, nisi commota, & sicut aromata fragrantiam suam, cum incenduntur expandunt; ut patet de incenso; ita sancti viri, omne quod virtutibus redolent, in tribulationibus innotescunt: Quemadmodum contra Ionam fugientem insurrexit mare, & reduxit eum ad exequendum diuinum praecipitum, sic Christus per agritudinem, tribulationes, & necessitates reducit ad suam cognitionem peccatorum recordationem, & diuinorum praecipitorum implementationem. Luc. 16. quod Lazarus, qui patienter sustinuit infirmitates & necessitates meruit in sinu Abrahae consolari; diues & pulo, qui tribulatus non fuit, consolari non meruit. Iud. 6. Dicit Cedon si Dominus abiscum est, cur apprehenderunt nos haec mala, id est oppressiones, quibus alienigenis seruebant? Sed ad hanc quaestionem respondet Boëtius in libro de consolatione: Sic parit ei diuina dispensatio, quem deterorem facere possit aduersitas; boni enim supplicij inexpugnabile exemplum carnis proferunt iniustum. Et in hac auctoritate redditur ratio duorum membrorum,

D Christus per agritudinem, tribulationes, & necessitates reducit ad suam cognitionem peccatorum recordationem, & diuinorum praecipitorum implementationem. Luc. 16. quod Lazarus, qui patienter sustinuit infirmitates & necessitates meruit in sinu Abrahae consolari; diues & pulo, qui tribulatus non fuit, consolari non meruit. Iud. 6. Dicit Cedon si Dominus abiscum est, cur apprehenderunt nos haec mala, id est oppressiones, quibus alienigenis seruebant? Sed ad hanc quaestionem respondet Boëtius in libro de consolatione: Sic parit ei diuina dispensatio, quem deterorem facere possit aduersitas; boni enim supplicij inexpugnabile exemplum carnis proferunt iniustum. Et in hac auctoritate redditur ratio duorum membrorum, cur

Iud. 8. c. cur & diues recepit mala, Lazarus verd bona: Sed nota, quod multi sunt ad modum infirmorum stultorum, qui medicinam amarā respuunt, quæ tamen inducit sanitatem; sic aliqui respuunt tribulationes, quæ animam sanant & in sanitate conseruant. **Iud. 8.** Memores esse debetis quomodo pater noster Abraham per multas tribulationes, &c. Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt, quia firmiter dimicauerunt; transierunt, non succubuerunt; lorica corporis, dolores penetrauerunt; in anima verd nihil facere potuerunt: Vnde anima patiens, lilio comparatur, sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias: Liliū inter spinas crescit, & tamen pungitur; quia tribulatio per fortitudinem, patientiam operatur: non habet quod pungat, vel quod se defendat tenellus ille flosculus, innocentiam in se commendans, & patientia luctus, & redolens inter pungentes, nec se, nec alium lacerat aculeis suis, sed laceraur, & pungitur potius alienis, & punctus crescit virtutum perfectione, & redolet miti responsione, & gratiarum actione. **Exo. 17.** Filij Israel castramentati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo; qui iurgius contra Moysen, ait: Da nobis aquam, vt bibamus; quibus Moys. Cur iurgamini contra me, cur tentatis Dominum? Sicut ergo pro aquæ penuria, & murmurauit contra Moys. Murmurauit populus ad aquas marinas, nec redarguit eum Dominus, quia nouiter conuersi erant, sed iam cum processissent, & experti fuissent diuina circa se beneficia, redarguuntur; quia tribulationibus & necessitatibus franguntur, significantes eos, qui a penitentiis resiliunt & inchoatas non perficiunt.

Cum sumus fortes ad tolerantiam tribulationum, semper debemus recurrere, & in omni necessitate, maximè vbi deficit humanum auxilium, quia cum per orationem mens ad Deum recurrit, diuinum auxilium impetramus. **2. Paral. 20.** In nobis non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere: Sed cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos dirigamus ad te: tribulatio charitatem non extinguit, sed fortius accendit: sicut modica aqua in ignem proiecta carbonem succendit, vnde faber carbonem, vt feruentius ardeant, parua aqua spargit; Excellentioris ardoris est ignis charitatis, quàm ignis infernalis, sicut spirituale efficacius quàm corporale; & quod Deo vnit, quàm quod nos punit: Et cum ranti ardoris est ignis infernalis, quod licet omnia maria in ipsum influerent, non tamen ipsum ad modicum refrigerarent; Ex quo patet quod signum est defectus charitatis, quò non accenditur immò remittitur ad laborem tribulationis & persecutionis: Item amor carnali videtur labor magnus modicus, quia qui amat non laborat, sicut patet in Iacob, cui videbatur seruitutis suæ dies pauci, præ amoris magnitudine; ergo multò fortius hoc facit amor spiritualis & charitatis, qui est efficaciam maioris; vnde modica est illa dilectio, quæ modico vento tribulationis extinguitur.

Sicut ignis facit ferrum candens, & rubeum reddit, vt patet in carbone accenso & ferro ignito: Ita gratia Spiritus sancti infusa in cordibus facit ipsum cor feruescere, vt nullam tribulationem timeat, immò, vt in omni tribulatione lateat. **2. Corin. 1.** Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, immò ignis vehementer accensus vento & rempestate crescit & augetur sic charitas & virtus radicata in tribulatione augetur: In tribulatione dilatati mihi, vt possit dicere illud **Iob 6.** Hæc sit consolatio mea vt affligens me dolore, non parcas.

A parcas. **Luc. 8.** Semen cecidit in terram bonam, quod ibidem exponit Dns de his, qui afferunt fructum in patientia: Spes enim patientiam operatur; quia ex spe veniæ, & gloriæ omnia aduersa patienter tolerantur: vnde sancti martyres fortes, non amittebant mentis dulcedinem in tribulatione in terris premebantur, & de cælis confortabantur & consolabantur: simul eodem tempore sugeres mel de petra, & oleum de saxo durissimo; ibi enim est oleum, & mel, vbi malicia & tribulatio non minuit cordis dulcedinem; vnde **Eccles. 46.** Dedit Dominus Caleph fortitudinem, vsque in senectute autem permansit illi virtus, vt ascenderet in excelsum terræ locum, & semen ipsius obtinuit hæreditatem: quia per patientiam possidemus animam nostram, quasi hæreditatem.

Sunt aliqui, qui videtur deuoti, & Deum timere, quamdiu sunt in prosperitate, sed modica tribulatione statim franguntur; similes pisces marino, qui nescit uiuere nisi in aqua, sed extra positus, statim moritur: Isti sunt similes calculo de aquis sumpto, qui si leuiter tangatur est lenis, suavis, & frigidus, si vero ferro dure percussatur, emittit scintillas igneas; sic isti quædiu in consolationibus tanguntur, sunt lenes & mites, sed modica tribulatione percussantur, emittunt scintillas impatientiæ & blasphemiarum: aqua quieta putrescit, & sordes colligit, sed quæ est in motu, pura permanet; sic dum stamus in quiete & consolatione, sordes recipimus cogitationum, dum tribulamur, purgamur. **Eccles. 38.** A ligno indulcata est aqua, &c. aquæ Marath, quæ propter amaritudinem non possunt bibi, sunt tribulationes, in firmatas, persecutiones; sed apposito ligno crucis, dum cogitamus quanta Christus pertulit, omnis tribulatio dulcis, & potabilis atque portabilis efficitur: Hinc dictum est **Ruth 2.** quod bucellam aridam, quæ designat tribulationem & persecutionem intingat in aceto, ut facilius possit comedi. **Genes. 31.** Die noctuq; æstu urebar & gelu. Quia qui cupit uirtutibus cum Iacob ditari, necesse habet tribulationibus uri & cruciari. **Gen. 26.** Cum dicerent Palestini Isaac, recede a nobis, statim cum omni patientia recessit; similiter cum obstruxissent puteos, quos ipse foderat, relictis illis statim alios fodit; dicens quod in illatis iniuriis patientiam debemus habere, non contendere. **Matth. 5.** Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Quare de tribulatione & patientia, in tabula de timore, & de amore Dei, & de charitate. In omni statu mali persecuti sunt bonos, primò in statu innocentie figuratum est in persecutione Abel a Cayn, **Genes. 4.** Sic hodie carnales persequuntur innocentes. **Ioh. 5.** Persequuntur Iudæi Christum. **Iohan. 15.** Si me persecuti sunt, & uos persequuntur: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: Item carnales persequuntur contemplatiuos, figuratum est in persecutione Esau, ac filij liberæ, ab Ismaele fratre suo, filio ancillæ. **Galat. 4.** Quo is, qui secundum carnem persequetur eum, qui secundum spiritum; Isaac interpretatur Iesus, & significat contemplantes. **Hiere. 15.** In persona istorum recordare mei Domine. **3. Reg. 18.** Persecuti sunt prophetae: Item persequuntur actiuos, quod figuratur in persecutione Iacob ab Esau, & in persecutione filiorum Israel a Pharaone. Indurabor Pharaonis. Item tales persequuntur prelatos, quod figuratum est in persecutione Ioseph a fratribus suis: Nūquid rex noster eris? Per Ioseph figuratur prelati bonus, qui præfertur toti terræ Egypti; figuratum est etiam in persecutione Dauid à Saule. **1. Reg. 18.** Persecutus est Saul, & **Luc. 11.** Mittam ad uos, &c. **Dan. 10.** Ecce manus Domini tetigit me per flagellorum immisionem, & crexit me super genua mea per gratiam infusionem.

2. Machab. 3. Tu autem flagellatus nuncia omnibus magnalia Dei: Paulus **E** percussus, increpatus & prostratus de cælo, factus est de lupo pastor, de persecutore, prædicator, de hoste, domesticus, & qui antequam flagellaretur, Christum persequebatur, flagellatus parat se ad obediend: Aug. Iam parat se ad obediendum, qui prius seuebat ad persequendum; vt castigatus dicat illud Hiere. **31.** Castigastime, & eruditus sum, quasi iuuenulus indomitus; Vnde sentiens vtilitatem diuini flagelli, dicit illud: Heb. **12.** Quem. n. diligit Deus, castigat; flagellat autem oem filium, quem recipit: tribulationes & diuina flagella probant & reprobant; probos probant, & reprobant reprobos. Vnde **Aug. 1. de ciuitate Dei:** Sicut sub eodem igne aurum rutilat, palea fumat; ita vna eademque vis passionis irruens, bonos probat, purificat, & eliquat; malos damnat, vastat, & exterminat; vnde in eadem vel consimili tribulatione mali Deum detestantur & blasphemant, boni deprecantur, & laudant; nec interest qualia, sed qualis quisque patitur: qualis enim quisque apud se lateat, contumelia illata probat; nam pari motu exagitatum horribiliter exhalat, & suauiter attritu fragrat vnguentum: Qui ergo flagella vitæ præsentis diligenter auertit, euidenter cognoscit, quod tribulationes & flagella, à Deo immissa inducunt considerationem culpæ, ostendunt commedationem iustitiæ, adducunt correctionem mendæ. **Iud. 8.** Nos ergo non vltiscamur nos, pro his, quæ patimur: sed impunitas peccatis nostris hæc ipsa supplicia quæ patimur minora esse flagella Domini, quasi serui Domini, qui corripimur ad emendationem, non ad correctionem nostram euenisse credamus: Ex consideratione itaque culpæ animatur anima ad virtutem patientiæ in omni persecutione & tribulatione: Bene enim consideratur culpa, patienter toleratur pœna; sicque pœna non est pœna sed pœnitentia, quia non solum est satisfactoria, sed meritoria, quia vt ait Gregor. Oculos quos culpa claudit, pœna aperit; considera si pateris quod ex culpa tua patieris; quid ergo mirum si patienter pateris pro culpa tua; cum Christus patienter tam multa passus fuerit pro culpa tua? Bernardus in sermone de passione Dei, qui non seruauerit patientiam, perdit animam suam; vide opus Domini, flagellis cæsus, spinis coronatus, clavis confixus, omnium tamen dolorum immemor, pater, ait, ignosce illis: Elige itaque patienter flagellari cum Christo potius quam cruciari damnabiliter cum Pylato: Si queris causam, ecce, quia patientia temperat illatam pœnam, & vitat inferendam; **Aug. in lib. de patientia.** Patientes, qui mala malunt non committendo ferre, quam non ferendo committere, & leuiora faciunt, quæ per patientiam patiuntur, & peiora euadunt, quibus per impatientiam mergerentur. Ex commendatione iustitiæ flagella hortantur ad virtutem patientiæ; audi Gregorium: Si iusto Domino non nisi iusta placere scimus; pati autem nulla, nisi quæ Domino placent possumus; iusta sunt ergo cuncta quæ patimur; quid ergo frangeris per impatientiam, quid irasceris contra iustitiam? an ignoras, quod iustè expiatur transgressio per obedientiam? ex honoratio per reuerentiam, delectatio per pœnam; Si sit itaque labor in patientia, sit amor ex iustitia: Quinque enim de causis, semper tamen iustis, flagella & tribulationes contingunt, secundum Gregorium, & Bedam, scilicet ad fastus repressionem, vt in Paulo, ad meriti perfectionem, vt in Iob 1. ad peccati correctionem, vt in Maria sorore Moïsis; ad Dei glorificationem, vt in cæco nato; ad damnationis inchoationem, vt in Herode, & hæc quinque continentur in versiculo. Cur homo torqueretur ne fastus ei dominetur, vt purior esse probetur, vt crimine purificetur, Deus vt sic glorificetur, vt perpetuo crucie-

Aug. 1.

Gregor.

Iud. 8.

G

H

A crucietur: Attende itaque quod patientia in flagellis reprimit fastum, perficit meritum, corrigit peccatum, glorificat Deum: Impatientia hic nebeat infernum, accendit enim præfens malum, & acquirit æternum; Augustinus, impatientes, cum pati mala nolunt, non vt à malis eruantur afficiuntur; sed vt mala grauiora patiantur, acquirunt: Prohibet itaque Spiritus sanctus impatientiam, & commendat patientiam: Gregor. Quoties Deus peccatorem feriendo flagellat, ad hoc flagellum immittit, ut parcat, qui ergo desiderat emendari sustineat flagellari: quia secundum Augustinum. Vis desideriorum, tolerantiam causat laborum, consideratio enim præmij, minuit vim flagelli: Attende itaque fructum patientiæ: Paulus flagellatur, & emendatur: Dauid flagellatur, & reconciliatur: Thobias flagellatur, & illuminatur: Iob flagellatur, & omnis eius substantia duplicatur. **O** per omnia desiderabilis patientia: Nam secundum Gregorium, respectu sui, patientia est radix custosque virtutum, respectu subiecti, patientia est virtus, quæ facit mala æquanimiter pati: respectu aduersarij, patientia est virtus, quam etiam ipse amat, qui eam portat: hæc Gregorius: Respectu finis, patientia est virtus, quæ opus perfectum habet, Iac. **1.** Patientia enim pauperum non peribit in finem; Super quo verbo August. non dabit finem felicitatis sempiternæ, qui dat patientiam voluntati, qui vtrumque donum conatus est donare charitati: Curramus ad propositum nobis certamè dicentes cum Ber. super Can. Vtrumque mihi es domine Iesu; & speculum patiendi, & præmium patienti, tu doces manus meas ad prælium, exemplo virtutis, tu coronas per victoriam caput meum. nam non coronabitur nisi qui legitimè certauerit: per præsentiam maiestatis **1. Mach. 2.** Nunc ergo filij æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum, & meminitote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum: Mathathias tempore persecutionis proposuit filiis suis ista verba. Mathathias interpretatur donatus, & designat Dei filium, Iesum Christum, nobis datum, &c. Quare **288. a.**

B Argentum igne examinatum, purgatum septuplum: Hoc dicitur de viro in tribulatione probato. Egressus Sathan percussit Iob vlcere pessimo a planta pedis vsque ad verticem, qui testa saniem radebat iacens in sterquilino, & sequitur, In omnibus his non peccauit Iob labijs suis; nec stultum aliquid contra Deum locutus est. Augustin. quod lima ferro; quod fornax auro, quod flagellum grano; hoc facit tribulatio viro iusto: dicitur quod Neemias edificauit portas Ierusalem, quæ succensæ fuerant; & dicitur ibi, tertia porta erat porta vetus; per quam intelligitur patientia, & fortitudo martyrum & sanctorum, quæ dicitur porta vetus, quia per patientiam in tribulationibus intrauerunt omnes sancti veteris testamenti Abraam, Isaac, Iacob, & ipse Christus; quia lapidati sunt, scilicet sunt, &c. Iudith **8.** Memores esse debent, &c. Isti sunt clipei fortes, & infrangibiles, qui dependent ex turri Dauid, in Cant. **4.** Quare de patientia in tribulationibus in tabula de fortitudine: Mansuetudo est scutum patientiæ: Mansuetudo est, quæ dura verba sustinet, & dulcia respondet; quia verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: Et mollis responsio frangit iram: Sicut enim scutum, & antemurale duros ictus recipit, nec frangitur, sic mansuetudo & patientia in castro animæ duros ictus iniuriarum & tribulationum sustinet, nec frangitur, & castrum animæ custodit; sed vasa vitrea & fragibilia in re molli custodiuntur & inuoluuntur: Sic verbum mansuetudinis non permittit hominem labi, dum dura verba sustinet, & mollia responder: Illisunt, **Matt. 5.**

Act. 9.
2. Reg. 24.
Tho 2.
Iob 42. c.

Heb. 12.

2. Tre. 2.

Psal. 11.

Iob 1.

Nec. 3.

Heb. 9.

Matt. 21.

Iud. 8.

Can. 4.

Eccle. 6. a

Prouer. 15.

Marus.

Patientia.

Matt. 5.

qui possident terram, intra seipfos, quod non faciunt iracundi. Luc. 21. In patientia vestras possidebitis animas vestras: nō sic iracūdi, qui seipfos non possident, sed efficiuntur bestia. Tho. 3. Hæc enim habet pro certo: omnis qui colit te, quoniam vita eius si in probatione fuerit, coronabitur: Sic probauit populum dominus, Iudic. 7. Quare 207. b. Ille modus probandi est dialecticus; inducit enim certitudinem & fidem, vt patet in prædicta auctoritate Tobia, hic enim habet, & c. Iacobi 1. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronā: Et ille modus probandi est demonstratiuus, quia procedit ex immediatis: Sicut enim terram interponi est proxima causa, & immediata defectus, quem patitur luna, vel stella, ita probari per tribulationes in præfenti, & non deficere in eis, est propositio immediata ad concludendum ad vitam æternam. Ecclesiast. 3. 1. Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est, & erit illi gloria æterna, Iob 23. Ipse scit vitam meam, & probauit me quasi aurum, quod per ignem tranfit; hoc dicit Iob exemplar patientiæ: Circa quod aduerte, quod secundum quod sunt quatuor genera disputationum, secundum hoc sunt quatuor modi tentationum, siue probationum. Quædam disputatio est sophistica, quæ procedit ex his, quæ videntur vera, sed habent falsitatem: quædam tentatiua, quæ procedit ex eis, quæ videntur respōdenti secundum propriā facultatem: quædam dialectica quæ procedit ex his, quæ habent probabilitatem; quædam demonstratiua quæ procedit ex his, quæ habent necessitatem. Probat autem Diabolus modo sophistico, vt inducat in errorem; dominus autem, modo tentatiuo, vt incutiat ad timorem; modo dialectico, vt alliciat ad amorem; modo demonstratiuo, vt instituat in honorem: De primo dicitur 4. Reg. 25. quod Sophar probat tyrones de populo terræ, & dicitur Hier. 52. quod iste Sophar interpretatur diuidens, vt patet in glo. ibidem. at hoc specialiter probat Diabolus, vt hominem per peccatum diuidat à confortio fidelium, & à portione terræ viuentium. De secundo Exod. 20. Vt probaret vos, venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non pereatis: Sicut enim tentator probat aliquem, vt tentatum reducat ad suam falsam opinionem, sic Deus probat hominem, ne ruat ex elatione, quod præciebat dicens, Proba me domine, & tenta me, vt renes meos, & cor meum, si cut enim ignis super terrā appositus comburit radices herbarum, ita quod in illo loco non facile nascitur herba; ita ignis tentationis, & tribulationis positus super carnem comburit radices concupiscentiarum, vt in ea non de facili nascantur herbæ venosæ lasciuia, & delectationis. De probatione dialectica & demonstratiua, quæ in columna præcedente immedie: quod autem additur in prædicta auctoritate, Probauit me quasi aurū, & c. Est sciendum quod aurum ignitum habet puritatem in materia, claritatem in forma; ductilitatem in opere, grauitatem in pōdere. In quibus quattuor designantur, quæ per patientiam humanam formantur, In primo puritas cordis, ex qua Deo placeat; in secundo, veritas oris, ex qua proximum lucrifaciat; in tertio, sanctitas in dilatione boni operis vt in se proficiat; In quarto, firmitas in profectis, ne deficiat. Psal. 91. Iustus vt palma florebit, & c. Hoc dicitur de viro tribulationibus probato; quia palma insinuat patientiam in tribulationibus, & tentationibus, quia palma est arbor victorie, qua vtebantur victores eo quod palma non cedit ponderi, sed semper contra pondus insurgit, & in sursum nititur, si radices eius lapidibus opprimantur. Sicut dicit Aristot. lib. 7. problematum, & Plutar. 7. lib. memoriahum. Patientia autem victoriam obtinet: vnde in apocrijs Esdræ legitur

Iob 23.

Disputatio.

Probatio. Tentatio.

Micro. 52. f.

Psal. 91. a.

Psal. 91. c.

A de sanctis, quibus in signum victoriæ datæ sunt palmæ, sic, ego Esdras vidi in monte Syon turbam magnam, quam numerare non potui, & omnes cæticis laudabant dominum, & in medio eorum iuuenis statura excellens eminentior omnibus illis, & singulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur: Ego autem miraculo tenebar, tunc interrogabam angelum, & dixi, Qui sunt hi, domine? Qui respondens dixit: Hi sunt qui mortalem tunicam deposuerunt, immortalem susceperunt, & confessi sunt nomen domini, modò coronantur, & accipiunt palmæ, & ad Angelum dixit: Ille iuuenis quis est, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? Qui respondens dixit mihi, Ipse est filius Dei, quem in seculo cōfessi sunt: Ego autem magnificare eos cœpi, qui fortiter pugnaverunt pro nomine domini. Et Apoc. 7. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat; Sequitur: Palmæ in manibus eorum: Ecce quomodo patientiæ in tribulationibus debetur corona. Quia vt dicit August. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit: Cum probatus fuerit accipiet coronam vitam.

De tentatione.

D Diabolus designatur per serpentem qui callidè nobis insidiatur, & maxime calcaneo: Quia in fine vitæ magis nititur nos tentare, sed nos bello spirituali. 25. a serpente, intueatur serpentem æneum Christum in ligno pendentem, & continud liberabitur. tria vitia tentant nos, quæ designantur per tria genera serpentium; Occurrent tibi in deserto serpens flatu adurens, scorpō, & dipsas. Quare 4. a. 8. b. 58. a. 126. b. Fornax Babylonica succensa naphtha, stupa, pice, malleolis, designat vniuersalem tentationem immunditiæ, auaritiæ, superbiæ, vanagloriæ a quibus liberamur per Angelum, per gratiam Christi. Quare 48. a. 51. b. 98. a. b. per totum. Irruente spiritu domini in Sāsonem leonem confregit, vincula rupit, Philistæos interfecit, in quo notatur multiplex modus tentationis, & modus vincendi. Quare 99. a. b. Oratio summè valet contra tentationem, Sic pugnādo Moyes vicit Amalech, sic Iudith Holofernem, sic Moyses fugauit ranas, & per tentationem omnes sancti coronati sunt. Quare 127. a. in Exo. 127. b. in Iudith. Semper dimittit nobis Deus radices tentationum ad nostram exercitationem; sicut Iebusæus remansit cum filiis Israel, Quare 128. a. De triplici tentatione, mundi, carnis, Dæmonis 131. a. quatuor venti, qui pugnant in medio mari huius mundi, sunt quatuor genera tētationum; vnde debemus clamare ad dominum, Domine salua nos, perimus. Iesus eijcit Dæmonium tentationis à corde, quia hoc genus Dæmoniorum, id est tentationum, non eijcitur, nisi in oratione & ieiunio, quod figuratum fuit, quia spiritus malus eijciebatur à Saule, quando Dauid tangebatur citharam, quæ figurat orationem deuotam. Quare 139. b. 173. a. Quomodo diabolus latèter nos tentat, Quare 146. a. quomodo Diabolus nos tentat per carnē, & quomodo est ei resistendum. 175. b. b. Diabolus magis impugnat religiosos quā alios, & de diuersis modis quibus nos impugnat & tētat Quare 187. b. Tētatio, qua Christus tētatus fuit a Diabolo in deserto, est exēplum oīs tentationis, & exemplū victoriæ cuiuslibet tētationis. Quare 187. b. Innundantia tētationis submergit nauē nisi Deus eam liberet; quare 194. b. in Iob. de impetu tētationis, & de mō vincendi eā, in Sāsonne, qui leonē confregit, vincula rupit, Philistæos interfecit, quare 187. b. 201. a. de varijs modis tentationū, & victoria carū. 195. a.

Vide de bello spiritali. 25. 206. de peccato. 47.

Vide cap. 14. 49. 57. 60. 71. 92.

Oratio. **Diabolus.** **1. Pet. 5. b.** **Religio.** **Tentatio.** **Pugna.** **Diabolus.** **Psal. 57. a.** **Pugna.** **Psal. 90. c.**

de utilitate tērationis, & quōd alio modō & alio sine probat Deus, alio modo, & sine Diabolus; & de multiplici modo probationis. 1. 4. 1. b. Iud. 5. Stelle manentes in ordine & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt. Sisara interpretatur excludens gaudium, significans Diabolum, qui exclusus est à gaudio paradisi, & nos nititur continuè excludere. Bernardus. Ecce nō dormitabit neque dormiet, qui custodit Israēl. Et quare? quia non dormitat, ne que dormit qui impugnat Israēl: Quia aduersarius vester Diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: Non enim desinit hostis antiquus, vbi que deceptionis laqueos protendere, vt dicit Leo in sermone de Circumcisione: Contra istum debent pugnare stelle, vt habent in natura, puritatem, per nitorem conscientiarum: in aspectu, claritatem per odorem famæ: in situ altitudinem, per terrenorum abdicationem; in eccl̄itu, virtuositatem, per deuotam orationem: & vt vincant, debent manere in ordine, & cursu suo; in ordine manent, per plenam obseruantiam professionis, in cursu, per exercitationem continuam actionis: Diabolus nos tentat, nos impugnat, quatuor modis, sicut aspis, basiliscus, leo, draco: Aspis nocet morfu, Basiliscus, visu; Draco, flatu; Leo, terret rugitu: Pugnat ergo vt aspis, mordendo per mentis duritiam; vnde aspis obturat aurem, ne audiat vocē incantantium; sed vincitur cum sancti Angeli movent, & inducunt nos ad obedientiam: Pugnat vt basiliscus, per inuidiam; sed expugnatur per charitatem fraternam, vnde 1. Cor. 15. se dicit Paulus pugnasse aduersus bestias Ephesi: Bestia enim quasi vasta inuidia est, quæ aliorū bona deuasit & corrodit: Pugnat vt draco, per auariciam; vnde etiam draco absconditur in arena; sed expugnatur per eleemosynam: Pugnat vt leo fortis, per iracundiam & superbiam; sed vincitur per patientiam & orationem deuotam. Iud. 8. Memores estote Moyserai Domini, qui Amalech cōfidentem in virtute sua, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando, deiecit; sic prostrati erunt vniuersi hostes Israēl, si perseueraueritis in hoc opere, quod cepistis: quia, Nobile vincēdi genus est patientia; vincit Qui patitur; si vis vincere, discite pati: Sic enim Exod. 17. Moyserai expugnauit Amalech per patientiam, & orationem; Habēs virgam Dei in manu sua; Quare 10. a. 27. b. 43. a. De istis quatuor tērationibus dicitur: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. primi Regū 17. Goliath venit contra David cum hasta & galea & scuto; sed præualuit David & interfecit eum in funda & lapide in nomine Domini. Quare 39. b. 88. b. Ecclē. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem; vnde legitur de quodam, quōd quando tētabatur de muliere, semper habebat in imaginatione quōd sub corio faciei mulieris esset serpens, qui in specie mulieris decipiebat, & sic tentationem vincebat.

Et quod cor nostrum est quasi castrum in medio inimicorū positum, quōd ab inimicis continuè machinis impugnatur; nam erigit Caro, machinam immunditiæ; & proijcit gulostates, voluptates, &c. Mundus, machinam auaritiæ; & fundibulatur aurum, possessiones; Diabolus, machinam superbiam; & proijcit honores, dignitates; idē miles Christi debet pugnare potentem, carnem affligendo; cunctis delectationibus viriliter resistendo; omnia sensum diligenter claudendo & custodiendo; poterit mundana contemnendo; vanitates, voluptates, vilitates, abijciendo; prudenter diabolum fugiendo; & eius tentationibus resistendo, quia non coronabitur nisi qui sic legitime certauerit.

Estote ergo fortes in bello, & pugnate contra cum antiquo serpente.

Baruc

A Baruc; Quid est Israel, quoniam in medio inimicorū es: Et quia sic obsidetur cor nostrum ex omni parte, & castrum est valde debile, cum omni diligentia est seruandum. Prouerb. 4. Omni custodia serua cor tuum, quia ab ipso vita procedit: & portæ sensuum debent semper claudi, ne intreret mors per fenestras vestras. Bernardus: Ecce non dormitabit neque dormiet qui impugnat Israēl. Quare in tabula de custodia sensuum: Itaque sumus parati ad resistendum, quantum aduersarij ad impugnandum; vt in isto castro positus nō vaces otio somolentiæ, aut delitijs; sed parum bibas & comedas per sobrietatem: Quia Osee 4. Fornicatio & ebrietas auferet cor continuè vigiles, per circumspeditionem, Ecclesiast. 21. Cor facti quasi vas fractum, omnem sapientiam non tenebit: non ergo docet obsessum vacare delitijs, sed vigilare per sollicitudinem: quia aduersarius tanquam leo circuit quærens quem deuoret; raro egrediaris de castro; quia non nisi in necessitate, & cum timore & citō regrediaris; non te nimis exponas ad exteriora, quia corrupta est Dina; sed reuertere ad conscientiam, & ibi latita, vt lepuleculi in antro: Si fuerit obsessum in angustiā, & secundū veritatem obsessi timeant, caute super muros quasi nō timeat hostes, & sint in latitia: quia si caro in penitentia affligitur, spiritus inō delectatur: Si periculū in obsidione imminet, mittantur nuncijs ad regē, à quo tenetur castrū, & ad amicos, & hoc per orationē ad sanctos, quia retineantur in castro homines defensabiles, s. viriles cogitationes; emittantur mulieres, affectiones molles & carnales, & pueri. affectiones terrenorum: nam pueri plus diligunt pomum quā domum; & auari denarium, quā Deum vel cælum. 1. Reg. 11. Naas Amonites obsedit viros Iabes Galaad, & cum obsessi essent, & petiissent ab eo foedus, noluit eos habere foederatos, nisi eruisset dextros oculos omnium; qui miserunt nuncios ad Saul, & auditis nuncijs, fleuit omnis populus, & irruit Saul super eos, qui tenebant obsidionem illam, & interfecit eos: Reliqui verō dispersi sunt, vt non relinquerentur duo pariter: Naas qui interpretatur serpens, est Diabolus, obsidens animam tentando, quæ fatigata diffidit, quōd possit resistere, & vult quasi pacem facere per consentiam peccati, & se reddere, sed ille vult ei amorem diuinum auferre, aut fortē cognitionem, quæ regit & dirigit totum corpus, sed aduertens anima damnū peccati resumptis viribus sollicitat orationibus Christum & sanctos, qui compatiētes ei, mittunt adiutorium, & liberationē: sed aliqui disparguntur, & non sunt interfecti a Saul, hoc est quod in anima post victoriam tentationis, relinquit aliquas tentationes ad exercitium, ne torpeat, & assecuretur in via: Grauiissima enim tentatio secundum August. est non tentari; Diabolus circuit castrum animæ nostræ, vt videat ex qua parte debilius est, & per illam tentando impugnet, & idē ex illa parte muniendum est; si autem castrum nostrum fuerit bene fundatum in fide; bene parietibus sultum in spe, bene cementatum feruenti Deidilectione, parum timebit machinam tentationis. Dicitur de viro sapienti qui edificauit domum suam supra petram, quæ est Christus; descendit pluuia, tentatio carnis, venerunt flumina, tentatio mundi, flauerunt vēti, suggestio Diaboli, irruerunt in illam, & non cecidit, quia fundata erat supra petram; sed domus viri stulti fundata super arenam, sic tentata decidit, vt ibidem dicitur; Exemplum de domo, quæ cecidit super filios Iob, qui vacabant epulis, & carnalitatibus. Diabolus inuidens beato Benedicto suggestit monachis, vt propinarent ei venenum in calice vitreo, quia malitiæ eorum se opponebat; Sed ad signum crucis vas fractum fuit, & ven-

R r 4

num

Gen. 3.a num effusum: Similiter Florentino presbytero mittenti ei panem veneno sum vir sanctus præsciuit, & præcepit coruo, vt panem ad talem locum deferret vbi à nullo inueniri posset: Et nota processum tentationis Diaboli in processu serpentis, quando tentauit primos parentes: eritis, ait, sicut dii: quia semper sub specie mellis propinat fel: Sic Iael dedit potum lactis Sisaræ, & postea infixit clauum mortis in eius capite. **Can. 2.** Capite vobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit. **Vulpis.** Vulpes paruulæ sunt motus veniales, vel subtiles astutiæ Diaboli, quas præuidet anima perfecta diligenter, quia demoliuntur animas deuotas, quando florent sanctis propositis & meditationibus. Vnde quando Abraam offerebat sacrificium abigebat muscas cum diligentia, quæ designant peccata venialia, & maculant sacrificium animæ deuotæ. **Mar. 4.** Cum terigisset mulier Iesum, confestim siccatus est sanguis eius, & sentijt corpore, quia sanata est: quia anima mollis & effeminata, quæ non cessat fluere sanguinem per peccati dilectionem, tangit Iesum; memorando Christum crucifixum, & sentiendo in seipsa acerbiter passionis per experimentum; subtrahit sibi voluntatem illicitam, & sic curatur eius peccatum; & sanguis sanguinè tangit & curat, dum sanguis Christi sanguinem peccati filtrere facit; Illi qui sunt læsi ab igne solent remedium quærere accedendo ad ignem, & fortiter calefaciendo partem læsam, vt qui grauem intulerat dolore inferendo, grauiorem temperet ardorem; quia remedium singulare est tentationis carnis, ignire, & exercere cor suum in meditationibus & affectionibus charitatis: quia introductio vnus oppositi est fuga alterius. **Luc. 2.** Pastores erant custodientes vigilias noctis super gregem suum: quilibet enim est pastor & gubernator sui, & debet custodire vigilias noctis huius vitæ tenebrôsæ, suum gregem scilicet, affectionum, cogitationum, locutionum, actionum: hic habemus exemplum de vigilia passeris, Vigilauit & factus fuit sicut passer solitarius in tecto; Passer enim volatile paruum, quod terrimè pullos diligit, & in foraminibus petræ, ne capiatur ab accipitre, nidum facit, vigilare nõ cessat; quicquid deglutit, citò digerit; quia ventri eius nullum habet diuerticulum, in quo recipiat cibum: vnde cibus ille corpus non impingat, sed sustentat & confortat; quia vir iustus & prudens vigilat, & custodit seipsum diligenter contra insidias Diaboli: **Sobrii,** ait, estote, & vigilate, &c. se paruum & abiectum reputat, proximos amat, Dæmonem formidat, vigilat, vt nihil superfluum & alienum retineat, sed festinat: Vtitur temporalibus non ad voluptatem, sed ad necessitatem. De tali vigilia, ad sui custodiam habemus exemplum in gruibus, quæ alternim vigilat pro se inuicem habentes sollicitudinem. disponunt vigilas de nocte, explorant aliq̄ ex qua parte tententur insidia, præcedit vna alias, & per vices suscipiunt vigilia. Estote prudentes, & vigilate in orationibus, &c. hoc dicitur contra insidias Diaboli, quæ in tabula expositionem istius autoritatis, Diabolus facit sicut vulpis, quæ fingit se mortuam, & ponit se in medio auium, donec capiat, quam intendit, sic Sathanas transfigurans se in Angelum lucis, viros perfectos, contra quos altitius pugnat, nititur decipere. Et est exemplum Polypodis, de quo dicit Basiliius in Hexameron, &c. **Quare 117.**

Matt. 14.d Cum Petrus cepisset mergi clamauit, Domine saluum me fac; Sic nos clamare debemus in tentationibus. **Esa. 2.** Ingredere in petram abscondere in fossa humo: si tentatus es de concupiscentia carnis, vide passionis acerbiter; si de concupiscentia oculorum, vide Christi paupertatem; si de super

A bia vitæ, vide passionis humilitatem, & sic ingredi in fossam humi: & sicut columba in petra à rapacitate auium, ita habebis in Christi passione & eius vulneribus refugium. **Latus. n.** suum apertum est, vt ibi habites securè; sicut sub pallio mater abscondit puerum, quando timet. Petra refugium erinacis, id est Christi passio pœnitentibus & tentatis; sicut aspicientes ad serpentem æneum curabantur à morsibus serpentis: Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animam suam: quia fugere debemus carnis delicias, mundi diuitias, hostis fallacias. **Tho. 1.** Cum omnes irent ad vitulos aureos quos Ieroboam fecit, hic solus fugit consortia omnium, & pergebat ad Hierusalem in templum; nihil est enim quod tantum valet ad effugiendum Diaboli tentationem, sicut recurrere ad Dominum per orationem; in qua quædam securitas obtinendi infligitur; maximè cum procedit, vel ex innocentia, vel ex condigna penitentia; hoc est quoniam stenda non commisit, vel commissi dignè desleuit, aut si non est contra Diabolum pugnantis oportunitas, nunquam deest orandi necessitas: Idem ait Saluator, Vigilate omni tempore orantes. Sunt autem fugiendæ fallaciæ Diaboli in tribus, quæ sunt, elatio cordis, detractio oris, simulatio operis: Ceruus masculus cum impingatur later, ne propter pinguedinem homines eum venentur: eiectis etiam cornibus latent cerui in die, & nocte pascuntur, donec in eis cornua renouantur, sic viri sancti latent cum deuotionem suam occultant, & se in Christo recreant, & occultè bona multiplicat; Quia depradari desiderant, qui thesaurum publicè in via portant. **Iob 10.** Visitatio tua custodiuit spiritum meum. Hæc visitatio diuina fit per immisionem infirmitatum & tribulationum, quæ si corpus exponunt, spiritum à telis & sagittis Diaboli tutè custodiunt; sicut serpens exponit totum corpus, vt caput custodiat: Vnde ait Apostolus, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi: Deus probat charitatem iuxta illud. Proba me Domine, & tenta me. **Quare 133.b.** Sicut piscator ponit escam sub hamo, vt piscem capiat; sic Diabolus ponit delectationem super venenum peccati, vt animam alliciat & attrahat; scilicet diuitias, delicias, honores, pompas. Hinc est, quod tribus modis attrahit Diabolus homines, In hamo carnalitatibus, & deliciarum; vbi esca delectationis extra prætenditur, & intus latet penalitatis ferrum: In sagena cupiditatis, cui oēs studerè à minimo vsque ad maximum: In reti elationis & uanitatis, quod ad capiendas aues in area est expansum. **Can. 4.** Quæ pulchra es amica mea, oculi tui colubarum: Columbe. n. resident iuxta fluenta plenissima, in quibus vident vmbas obiectas accipitrū, & aliarum auium rapacium. Sic aia deuota, virtutibus pulchra, in sacris scripturis & eius exemplis videt, quomodo debet fugere mundi carnis & diaboli tentationes: Nam ex scripturis patet, quomodo Salomō cecidit per diuitias & delicias; Absalō per superbiam; Samson per mulierem, & sic de alijs. **1. Reg. 17.** Tulit Dauid baculū, quem semper habebat in manibus, & elegit sibi quinque limpidissimos lapides. **Quere 88.b.** Tho. Pars iecoris posita iuxta per prunas exterminat oē genus demoniorum. **Quere 64.a.** Quo fel piscis Tobie illuminat oculos, quia amaritudo passionis Christi nos illuminat ad videndum periculum tentationis. Hinc ait Iob. Collyrio in iuge oculos tuos, vt videas. **quere 41.b. 63.b.** sicut Madianitæ ornauerunt filias suas. **Nu. 25.** vt Israhel deciperet; sic Diabolus rerū concupiscibiliū & maximè pteritū delectationū, imagines oculis mentis obijcit, vt mens in earum delectationibus & consensu turpiter prosternatur; sed mira presumpcio eius, qui corā omni multitudine ad scortum Madianitis intrauit; & non minus mirabilis eius, qui

Refugium
Passio.
Cru.
Pb. 103.c

Num. 21.c

Oratio.

Luc. 21.g

Sancti.

Visitatio.

Custodia.

2. Cor. 12.b

Pb. 25.a
Decipit.
Delectatio
Diabolus.Can. 4.a
Custodia.

qui inter desideria eternorum, & suspiria lachrymarum preteritarum, san-
 ctas, & delectationes per delectationem respicit, & in eis consentit. Eph.
 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus
 rectores tenebrarum harum. Et ideo summæ sunt diaboli astutiæ precau-
 da. Num. 21. Fecit Moyses serpentem æneum pro signo, quem percussit
 inucentes, sanabantur; vulnerati enim occulta diaboli tentatione, inspi-
 ciant Christum in cruce pendentem per compassionem, & mutationem,
 & plenam inuenient sanitatem: Nam si tentatur de honoribus, inueniet
 mortem vilissimam; si de delicijs mortem acerbissimam; si de diuitijs, nu-
 ditatem pauperrimam; & sic triumphauit de Nicanore, hoc est de diabo-
 lo passionis virtute & fide. 2. Machab. 15. Suspenderunt caput Nicanoris
 in summa arce, vt esset euidentis signum & manifestum auxilium Dei. Pro-
 pter hoc dicebat Acham, Quod peteret signum liberationis suæ, & victo-
 riæ ab hostibus suis. Pete tibi signum a Domino Deo tuo: ratum non est
 enim sine hoc signo bellare, quod facit militem Christi visibilem per paci-
 tiam, quæ nullis aduersis succumbit, & inuisibilem secundum humilitate.
 quæ lucem huius mundi contemnit: Diabolus semper de vno vicio trahi,
 ad aliud: ipse enim leo, & draco est; Leo violentus, per audaciam; Draco vt
 rulentus per astutiam: quia leo desponsat sibi malitiam; Draco hypocrisis: in
 cuius figura Nicanor regabat Iudam vxorem ducere, filios procreare,
 & nuptias facere, quia nititur decipere per hypocrisis, quæ est in eis, qui
 consentunt se nosse Deum, factis autem negant, cum in eis sit amor prop-
 riæ laudis, & terrenæ dignitatis, & cum hypocrisis diabolo desponsatur,
 affert illa in dotem conscientiam vacuam; ille in donationem propter nup-
 tias, vanam gloriam: Vacua conscientia est in duobus, quæ sunt inanis ex-
 pectatio, & inanis excacatio. Vana gloria in duobus, quæ sunt leuis exal-
 tatio, breuis exultatio, inanis expectatio reddit conscientiam inflatam sine
 intrinseca luce. Expectant enim hypocritæ, vt laudentur, vt honoren-
 tur, sed inaniter; Quia sæpe hoc non consequuntur. Gen. 27. Tædet me vi-
 ræ, nolo uiuere. Heth interpretatur vita, & pauor, hypocrisis significans,
 qui præterunt extrinsecus; vnde uiuere videntur, & habent intrinsecus,
 vnde debent timere, habent enim supercilia demissa oculos tumetes, & pal-
 pebras turpes, faciem exterminatam & pallore suffusam, Labia iugiter qua-
 si sub silentio habent ruminantia; exterius induti vestimentis ouium, cum in-
 terius lateant, aut dolosæ vulpes, aut lupi rapaces. Talibus non coniungi-
 tur simplex Iacob, sed pilosus Esau, & conuiuium nuptiali supersticiosam me-
 sam ornant panibus Phariseorum fermentatis. Salsa, compunctio virium
 amaræ; non in scyphis argenteis de scoria fabricatis; maceratio carnis co-
 quinam instruit, ieiunium carnes macilentas apponit, sonant ibi blanda cæ-
 tica adulatorum cum quibusdam discordantijs detractorum, fictæ vigi-
 liæ lectum sternaunt modico stramine sparso, & sacco, vel cilicio subiecto;
 & sic ex dracone virulento, & hypocrisis detestabili, procreantur filij adul-
 teri, & illegitimi, & replentur loca sanctorum filijs alienis, qui volunt ad
 honores promoueri, & vocari sancti, ac spirituales, eò quod sunt in cucul-
 la candida tanquam vestimentis omnium, similes sepulchris dealbatis. Deu.
 32. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Bern.
 Diabolus ingredientibus proponit mel sophist cum, progredientibus fel,
 & acetum, egredientibus execrabile venenum aspidum, sitientibus abstin-
 tium huius mundi sequi naufragium, vitæ labentis pati infortunium: no-

A ta ergo quod dicit venenum aspidum; est enim quoddam genus aspidis,
 quod somno necat, sicut patuit in Cleopatra, quæ aspides mammillis ap-
 ponit, & sic somno morte soluta est: Sic delectatio carnalis perimit animã,
 dum aufert ei animæ sanctitatem, ideo Ezechiel. 44. Non biber vinum om-
 nis sacerdos, quando ingressurus est arrium interius. Eccle. 31. Amaritudo
 animæ vinum multum potatum. Matth. 13. Simile factum est regnum cæ-
 lorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo, cum autem dorm-
 irent homines, venit inimicus eius, & superfeminavit zizaniam. Homo
 iste Christus, ager, ecclesia, religio, conscientia: Semen virtutes, dona, me-
 rita: Inimicus diabolus, qui superfeminavit vicia, quære 82. Denteron. 28.
 Sementem multam iacies in terram, & modicam frugem congregabis, quia
 locustæ deuorabunt omnia, hoc est Dæmones, qui aut vana gloria, aut ne-
 gligentia, aut impœnitentia deuorare nituntur omnia nostra bona, & me-
 rita. Iudith post ieiunium amputauit caput Holofernis, id est, suggestionē
 diabolicæ tentationis. Quære 106. b. Ieiunio Madianitæ, id est, dæmones su-
 perat, & cythara Dauid, id est, malignus spiritus expellitur. Quære 106.
 b. Exod. 9. Grando Aegypti læsit primitiua, & serorina, quia ictus diabolicę
 tentationis læsit in principio boni operis, & in fine, iuuenes, & senes, no-
 nicios, & professos. In quadragesima, & in statu penitentia maxime dia-
 bolus tentat animam, quia uidet eam a se recedere, ideo nititur eam mo-
 dis omnibus retinere, sic Laban persequitur Iacob recedentem; Pharaon si-
 lios Israel recedentes. Gabaonitę confederati filijs Israel statim impugnan-
 tur a quinque regibus, scilicet quinque corporis sensibus; & Salomon ac-
 cepta sapientia statim impetitur a meretricibus, id est, a lubricis, & carnali-
 bus cogitationibus; & Sodomitæ, id est, cogitationes immundæ pulsant ad
 ostium Loth, postquam in hospitio suo Angelos recepit. Et Matth. 9. Dia-
 bolus demoniacum ante eius curationem multum decerpens ab eo exiit:
 Diabolus enim allidebat eum, spumabat, stridebat dentibus, arefcebat, fre-
 quenter eum in aquam, & in ignem mittebat; quia allidit diabolus cor pec-
 catoris per auaritiam, spumare facit per luxuriam, stridere dentibus per ir-
 ram, arefcere per accidiam, dum nunc aduersis confundit, nunc prosperis
 blanditur, & ad peccandum allicit, quod significat ista vexatio demoniaci.
 Diabolus tentauit Christum primò de gula, quia nisi prius gula refrene-
 tur, frustra contra alia vitia laboratur. Sic tentati sunt filij Israel in deser-
 to de cibis Aegypti, quando in mentem veniebant eis olla carniū, & pe-
 & allia, & non erat eis aquæ copia: Concupierunt concupiscentiam in de-
 sero, & tentauerunt Deum in aquoso. Quære de hoc 102. a. a. Secunda te-
 ntatio fuit de uana gloria, & iactantia. Quære 17. a. Tertia tentatio fuit de
 auaritia: hæc omnia tibi dabo, &c. Sic Amalech, qui interpretatur lingens
 sanguinem, impugnavit Israel, & tentauit. Cupidi, qui sanguinem paupe-
 rum bibunt. Quarta tentatio fuit de ignorantia, cum Angelus Satanæ trans
 figurauit se in Angelum lucis, hoc est, qui præterdit, & offert animæ ma-
 lum sub boni specie palliatum; fel sub melie quod non fuit in Christo, qui
 non assumpit ignorantiam, vnde sub specie boni decipi a malo non potuit.
 Hæc quadruplex tentatio figuratur in Psal. 90. A signata volante in die,
 negotio perambulante in tenebris ab incurfu & dæmone meridiano;
 præmittitur non timebis a timore nocturno: per timorem nocturnum in-
 telligi possunt molestiæ corporalium tribulationum, cuiusmodi solent fe-
 ri in his, qui assueti in delicijs, & voluptatibus, quando conuertuntur ad
 Deum, & ad statum penitentia, & religionis, quibus caro a principio
 con-

A spid.

Delectatio.

Religio.
Conscientia.
Diabolus.

Tentatio.

Gen. 31.
Exo. 14.
Sensus.
Iosue 10.
3. Reg. 3.
3. Reg. 11.Gen. 19.
Gula.Num. 11.
Psal. 105.
Tentatio.Exo. 17.
Tentatio.
2. Cor. 11.Psal. 90.
Tentatio.
Tribulatio.

contradicit, quia tribulationes, quæ designantur per noctes, quâs experta est metuit. Ideo 1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari ultra id, quod potestis, sed facit cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Secunda tentatio est, sagitta volans, superbia leuiter transiens, sed non leuiter vulnerans: sagitta enim volans leuiter transit, & graue vulnus infligit, hoc est superbia, quæ citò interficit, ut patet in lucifero, & sequacibus. Et quia nobis quodammodo ingenita est ex inobedientia parentum primorum, debemus humiliari, & non efferi. Eccl. 37. Fili in vita tua tenta animam tuam, & si fuerit nequam, ne des illi potestatem. Et quia superbia tentat in prosperitate: ideo dicitur sagitta volans in die, scilicet prosperitatis, & honoris. Tertia tentatio est negocium perambulans in tenebris, hoc est, auaritia in cordibus excæcatis: Hac tentatione tentatus est Ananias; Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri spiritui sancto, & defraudare de precio agri? Auari enim negotijs sæcularibus inuoluti, excæcantur fluenti cupiditate, sicut Tobias stercorebus calidis hirundinû: qui ambulant in tenebris, hoc est in occultis fallacijs; vnde Bernardus, Auaritia est radix omnium malorum; secretum virus, pellis occulta, mater hypocrisis, criminum fomes, virtutum erugo, tinea sanctitatis: Quarta tentatio est, demonum meridianum; cum enim homo ad bonum currit, & quasi ad lucem errat, & in feruore spiritus sancti quasi in calore meridiei est, diabolus tunc malum sub specie boni palliat, & Angelus Satanae in Angelum lucis se transfiguratur. Et ista est tentatio communis, quia potest inueniri in tribus prædictis; aliquando enim transfiguratur se occultando malum sub specie boni temporalis, ut quâdo dicit, Tu es bonus episcopus, vel huiusmodi; Offert enim omnia regna mundi, ut dicit, Hæc omnia tibi dabo, &c. Aliquando sub specie boni naturalis, ut quando suggerit molliem sub specie naturæ sustentandæ. Dic ut lapides isti panes fiant. Aliquando sub specie boni gratuiti, ut quando suggerit arctiorem penitentiam, ut subito labuerat. Mitte te deorsum, id est, inclina te ad arctiorem statum; quia angelis suis mandauit de te, id est, Deus proteget te; sic tentauerunt Iudæi Iesum quasi ignorantem, sub specie boni, cognita Iesus nequitia eorum ait, Quid me tentatis hypocritæ. Quære de tentatione. 185. 186. b

Iob. 30. Nocte os meum perforatur doloribus; & qui me comedunt, non dormiunt, in multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capio tunicæ succinxerunt me. Certum est secundum historiam, quod corpus eius scatebat vermibus, ex quorum multitudine impediatur ei somnus, sed in hoc significantur tentationes carnis, quæ nos impetunt, & consumunt, & ne confitemur ad Deum per orationem, vel ne proximo faciamus affectum. Iob. 13. Quasi putredo consumendus sum a tinea. glo. carnis corruptione conterendus, & quasi vestimentum, quod comeditur a tinea, quia sicut vestimentum de ipso exorta tinea comeditur, ita homo in semetipso habet putredinem, in qua resoluitur, & spiritualiter et homo habet in se, unde tentetur. Sed hoc notabile est, quod tinea sine sonitu perforat; sic quandoq; tentationum nostrarum vulnera non cognoscimus, nisi postquam ab eis confossi fuerimus. Dixit Iesus Petro. Modicè fidei quare dubitasti? quia in omni tentatione per deuotam orationem debemus ad Christum recurrere, ut ad Dominum confideret.

Apoc. 12. Visum est aliud signum in celo. i. in ecclesia: & ecce draco magnus malitia, & rufus astutia, habens capita septem: Septem scilicet peccata principalia,

A palia, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum; quia de omni statu tentat de illis vitijs. A malech, id est, Diabolus vincitur, quoadiu Moy. stat in monte habens virgam Dei in manu. Quære 10. a. 26. b. David tangendo cytharam. i. per orationem deuotam fugabat malignum spiritum a Saule. Quære 139. b. Lucæ 10. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones; Quia postquam homo descendit à statu innocentia ad statum presentis miseria, vix potest euadere astutias latronum, scilicet demonum, qui nobis ubique insidiantur; Et si homo in statu innocentie non fuit securus ab astutia diabolica, quin ab eo tentaretur, & vinceretur, quis in hac miseria potest esse securus, quin ab ipso tentetur, & quin ab ipso vincatur, seducatur, ventus vehemens veniens a regione deserti, id est, a diabolo, designat diabolicam tentationem vehementem, quæ interficit filios Iob in conuiuio, quia tentatio Diaboli maxime præualet illis, qui vacant epulis, delitijs, & carnalitatibus. 2. Reg. 4. Dicitur quod duo latrones abstulerunt caput Isobet quando ostiaria, quæ purgabat triticum obdormiuit in feruore die; quia quæ ratio, quæ debet purgare agrum conscientie, obdormit in feruore tentationis, tunc duo latrones, caro, & mundus sursum intrant, & inducendo voluntatem ad consensum auferunt gratiam, per quam anima uiuit: Gedeon uolens impugnare Madian, id est, Diabolum, qui interpretatur contradicens, confregit hydrias per abstinentiam; cecinit buccina per orationem deuotam; tenens lampades bonorum operum in manu per ædificationem claram, & sic obtinetur de tentione Diaboli victoria.

Dan. 7. Quatuor venti pugnant in medio mari, &c. Mare, mundus: Hoc mare magnum, & spaciosum fluctuat, quadruplici vento agitatum, iuxta illud. 1. Ioan. 2. Omne quod, &c. Nam diabolus stat uento superbia, quasi ab Aquilone, mundus uento auaricia, & concupiscentia, caro immundicia, malus homo inuidia, quibus fluctuat mundus; Sed discipulis tranquillitas in mari, quia si ad Christum per orationem recurramus, statim cessat omnis tentatio: Delbora sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur; solet quæri quies sub arboribus propter umbram refrigerij, quod est animæ tentatae necessarium, quæ patitur æstus tentationum, & inflammationes diuersorum desideriorum, in quo docetur anima tentationibus fatigata ad umbram palmæ, id est, crucis currere: penitentiam agat, & caput affligat ad modum passionis Domini; sub umbra illius franguntur æstus vitiorum, & refrigeratur incendium libidinis, & datur prandium spirituale consolationis, ut possit dicere, Sub umbra illius, quem desiderabam sedi, & fructus eius dulces gutturi meo: Esau osculatus est Iacob, &c. Quia quando Diabolus non potest nos decipere, per prospera, quod significat osculum fraudulentum, decipit: Statim debemus resistere tentationi antequam mordeat, quia figuratum est in Genes. 6. Dicitur de muliere, ipsa conteret caput tuum; caput serpentis est prima suggestio peccati, quod a muliere, id est, a ratione, vel conscientia bonis operibus fecunda, est conterendum, ne dormiente ancilla ostiaria, ingrediantur duo latrones, & Isobet in inguine percutiatur, & moriatur. 2. Regum 4. Nota historia: Regna interpretatur exultatio in istis, filij sunt motus ad peccandum, qui sopita ratione, & non aduertente periculum, intrant, & interficiunt Isobet. i. virum confusionis. i. peccatorem: quia ergo mundus, caro, demonia, diuersa mouent prelia; necesse est, ut non dormiat, neque dormitet, qui custodit Israel: quia non dormitat, neque dormit, qui impugnat Israel: qui cr-

go

1. Thi 2
 Job 41.
 Eccl. 27.
 Ps. 119.
 Timor.
 Operari.
 4. Reg. 19.
 Vanagloria.

go vult regnare cum David, necesse est, vt prius vincat vrsu, id est carnales delectationes, quia vrsus diligit dulcia, & leonem, id est, mundi tentationem, & Goliath, id est Diabolum siue superbiam, quia non coronabitur, nisi qui legitime certauerit: Et nota de tentatione ex gratia Dei liberante in fornace trium puerorum, quæ succensa erat bituma, pice, naphtha, malleolis. Dan. 3. Rex, Diabolus: Ipse est rex super omnes filios superbiam; Fornax, tentatio: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Ista fornax accenditur, ex quatuor, ex quibus intelligitur omnis tentatio. Quia omnis tentatio vel est ab interiori, vt à fomite, & hoc intelligitur in naphtha, quæ est fex olei, quæ remanet oleo eliquato: Natura. n. nota in statu innocentia, fuit oleum purum eliquatum; sed post peccatum, est quasi fæces impuræ. Rom. 7. Scio quod non habitat, &c. sed naphtha, id est fomes, quod est fomentum ignis concupiscentia, remansit: Si proueniat ab exteriori, hoc est tripliciter, secundum tria, quæ nos impugnant. 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis, &c. Tentatio de superbia vitæ, nota in stupa Esa. 1. Erit fortitudo vestra, tentatio de concupiscentia carnis designatur in pice. Eccl. 13. Qui tetigerit picem: Tentatio de concupiscentia vitæ, siue de rebus temporalibus, significatur in malleolis siue sarmentis, quæ modo mirabili faciunt ignem calidum & penetratiuum; sed statim transeunt & incinerantur. Sap. 5. Transferunt omnia, sic ergo multipliciter incenditur fornax tentationis: sed dominus conuertit incendium in refrigerium; vnde Angelus domini. i. gratia missa à domino, fecit medium fornaci quasi ventum rotis, &c. Ita quod non tetigit eos ignis, in cogitatione, nec contristauit, in affectione; vel non contristauit in aduersitate; nec quicquam molestia intulit, in prosperitate; hoc fuit factum Sydrac, Mysac, & Abdenago: Sidrac interpretatur seruiens tacendo, in quo notatur humilitas. Misac interpretatur gaudium, vel risus, in quo notatur paupertas voluntaria & læta. Abdenago interpretatur decor, in quo notatur castitas munda, qui. n. ista tria diligunt, & propter Deum custodiunt se ab incendio tentationis Diaboli & inferni liberantur. Sed minister regis Babylonis, id est Diaboli & mundi incendit. Nota processum tentationis, & modum liberationis in carceratione Petri, & duabus carceribus, & liberatione per Angelum, in Acti. Quære 59. b. 62. a. a. 68. b. 70. 96. b. Petrus cum cepisset mergi clamauit dicens. Nota histo. Sic nos timentes sentire tentationi, debemus ad Christum clamare. Ad dominum cum tribularetur clamauit, & exaudiuit me: Diabolus decipit multos, qui diu seruiunt Christo. Sicut. n. post ieiunium tentauit Christum; sic post multa bona opera nos tentabit: Sic Tobias post sepulturam, dum quiesceret, excæcatus est. Et idem nullus debet quasi securus quiescere vel dormire, quia tales capit Diabolus. Figuratum est Iud. 18. Viderunt filij Dan populum in Lachis habitantem abique ullo timore iuxta consuetudinem Sydoniorum, securum & quietum, in nullo eis penitus resistere: Venerunt in Lachis, & percusserunt eos in ore gladij, &c. Nullus ergo quasi securus quiescat post bona opera, quia tales aliquando cadunt, vel per superbiam, vel ostentationem: vt Ezechias qui post tantam victoriam hostium, vbi dominus ceterum octuaginta quinque millia de Assyrijs interfecit. Et propter ipsum fecerat umbram solis reuerti decem lineis: postea cecidit per elationem, quæ nuncijs regis Babylonis ostendit omnes thesauros domus, &c. Sic aliqui postquam aliqua bona fecerunt volunt videri, & totum amittunt: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Contingit etiam tales tentari per

con-

A concupiscentiam carnis; Sicut Samson postquam interfecit vrsu, leonem, & Philistæos, tentatus & seductus est à muliere: sic Salomon post tantam sapientiam periit. sic Tobias post opera pietatis, iacens in lecto excæcatus est: sic David post tot victorias commisit homicidium & adulterium: sic Petrus postquam confessus fuerat, Tu es Christus filius Dei viui, & postquam dominum secutus fuerat vsque ad mortem, ad vocem mulieris Christum negauit. Nullus ergo post bona opera securus quiescat & dormiat, sed vigilet, & se custodiat diligenter. In nullo statu Diabolus dat quietem homini, sed semper insidiatur, vt serpens in calcaneo. i. vsque ad finem vitæ. Ioel. 1. Residuum Eruca comedit locusta, & residuum locustæ comedit ærugo, & residuum Eruca comedit brucus: In Eruca, quæ toto corpore rept, nota luxuriam; in locusta, quæ salt in calore, nec in imo graditur, significatur vana gloria; in bruco, qui est animal parui corporis & magni ventris, gula; in rubigine, quæ etiam consumit metalla, auaritia: Eruca enim consumit multos in adolescentia, & si ponatur quod in adolescentia euadat corruptionem luxurie, in iuuentute totum consumitur per vanam gloriam, vel superbiam, sicut fuit in fatuis virginibus; idem dicitur quod residuum eruca comedit locusta, & si, quo raro accidit, aliquis in adolescentia: euadat luxuriam, in iuuentute vanam gloriam, tamen in virili ætate corrumpitur per gastrimargiam & gulam, & ita residuum locustæ comedit brucus; & esto quod aliquis hæc tria in tribus ætatibus euadat, tamen in senectute corrumpetur per auaritiam. Nam secundum Hieronymum, Cum cuncta alia vitia in homine senescente senescant, sola auaritia iuuenescit: & ita residuum bruci comedit rubigo Contra quam rubiginem, ait saluator, The-saurizate vobis thesauros in celo. Deut. 8. Ductor tuus fui in solitudine, vbi erat serpens flatu adarens, scorpio, & dipsas: Ista designant tria vitia, quæ nos tentant in solitudine huius mundi, & si morfi ab eis fuerimus intueamur serpentem æneum, scilicet Christum in ligno Crucis pendente. Quære 4. a. 8. b. 58. a. Ad sonitum cytharæ David, id est orationis deuotæ, malignus tentationis spiritus à Saule fugatur. Quære 139. a. Iud. 4. Iael, quæ interpretatur vanitas, Sisara, id est peccatori, propinat lac carnalis delectationis, & infigit in caput eius, per consensum; & sic soporem morti sociat, dum malleo consuetudinis totum caput mentis perforat. Apocalyp. Stellæ ceciderunt de celo, id est religiosi & clerici à statu suæ perfectionis celesti & alto; quemadmodum ficus mittit grossos suos cum à vento magno mouetur, id est a valida tentatione. Quære 85. a. Magnes attrahit ferrum, & adamas etiam, & fortius quam magnes; sic Christus & Diabolus attrahunt ad se animas, sed Christus rapit de manu Diaboli, sicut adamas rapit ferrum de conspectu magnetis. Exod. 14. Factum est in vigilia matutina, & ecce respexit dominus super castra Aegyptiorum, & subuertit currus eorum, ferebanturque in profundum: Vigilia matutina, tempus beatæ incarnationis, vel tempus deuotæ orationis, quo Deus Aegyptios, nos persequentes & nos tentantes subuertit, & nos liberat de manibus eorum. Indith orando & ieiunando præcidit caput Holofernis, qui designat Diabolum, sic nos vincimus eius tentationem. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba. Serpens in cantatori autem claudit, corpus exponit, caput custodit, oculos soli opponit, & vt renouetur, in arcto foramine se constringit. Sic vir prudens, qui vult resistere tentationi Diaboli, autem claudit suæ suggestioni: corpus exponit, mortificationi, caput custodit, rationis; oculos dirigat, ad lucem gratiæ; vt renouetur, per a-

Ocium.

Iud. 16.

3. Reg. 11.

Tho. 2. b

Matth. 16.

Iud. 13.

Serpens.

claus-

Tertium transit penitentia, & circumspiciens se sicut serpens centraliter se recolligit per humilitatem, & sicut columba volans dilatur per caritatem. Apocal. 6. Vidi & ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, morte, & bestiis terræ. Equus iste, spiritus peccatoris; qui dicitur equus propter pronitatem lasciuit; pallidus, propter deformitatem culpæ: fessor est Diabolus, qui dicitur mors, quia occasionaliter procurauit mortem culpæ, & per consequens naturæ pariter, & gehennæ. Infernus sequitur eum, quia licet contra peccatores lata sit sententia damnationis; suspenditur tamen executio, propter misericordiam & penitentiam, & data est illi potestas super quatuor partes terræ, videlicet super oriens superbiæ, occidentis auaritiæ, aquilonem inuidiæ, austrum luxuriæ: quia istos potest specialiter tentare, & vincere, ut interficiat superbos, gladio vanitatis, avaros, fame cupiditatis, inuidos, morte iniquitatis, luxuriosos, bestiis motibus voluptatis: Diabolus in principio tentationis nititur hominem excæcare, ne aduertat ad finem, ad quæ intendit per tentationem inducere. Fuit Samson excæcatus, quia per meretricem traditus; in quo notatur carnalis concupiscentia, quæ excæcat hominē: Sedechias fuit excæcatus, in quo notatur superbia, quia regia dignitate elatus, alij subesse noluit: Tobias, in quo auaritia vel otiositas designatur; nam temporalia comparat Apostolus stercoreibus, Omnia arbitratus sum ut stercorea, &c. Elimas magus, per quem designatur infidelitas; nam resistebat Paulo prædicanti fidem: Sic sodomitæ percussi sunt cæcitate à minimo vsque ad maximum, propter immunditiam: In tentatione Christi habemus exemplum, quo instruiamur; apparatus, quo aggrediamur; auxiliium, quo muniamur; promissum, quo alliciamur. De primo, Matr. 4. Ductus est Iesus in desertum, &c. Tentauit eum Diabolus in deserto de carnalitate, in templo de superbiæ vanitate, in monte de cupiditate: hoc modo quotidie tentat nos. Significare sunt in leone, vrsō, gigante, quos occidit David: In leone superbia, in vrsō, qui diligit mel, gula, in gigante, qui insuperabilis videbatur, concupiscentia. De secundo de apparatu armorum, quæ sunt virtutes. Eccles. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. De tertio, Apoc. 3. Dillexi te, & seruauit te in hora tentationis. 1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ultra id quod potestis. De quarto, Iac. 1. Beatus vir qui sustulit tentationem. Ieroboam posuit duos vitulos in duobus montibus, ut populus adorans illos, retraheretur ne ascenderet ad adorandum in Ierusalem. Ieroboam interpretatur diuisio populi, & significat Diabolum; Duo vituli, quos populus adorat voluptas & vanitas. Vnum ponit in monte deliciarum, alium in monte diuitiarum; per quod retrahitur populus à seruitio & adoratione Christi.

Tres status.

Tres status hominum sunt, qui placent Deo, actiui, contemplatiui, prælati. Ezech. 14. Si steterint coram me Iob, Daniel, Noe, &c. Ad Iob pertinent actiui; ad Daniel, cui reuelantur mysteria, contemplatiui; ad Noe qui regit arcam, prælati. Dicit autem: Si steterint, non si ceperint: quia qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit.

De

De temperantia.

Detemperantia Quære in tabula de abstinentia, & de ieiunio, de virginitate, 223. b.

De dispensatione temporalium.

Quomodo temporalia sunt dispensanda. Matth. 8. Vni dedit quinq; talenta, alii duo, alij vnum, &c. Quære 19. a. b. de auaritia, de diuitijs.

De Virginitate.

Anima virginalis, & casta, est ille hortus Assueri, qui regio culta, & manuscritus est, vbi Christus facit suum conuiuium, quia virgines sunt agno Christo familiares, & sequuntur agnum quocumque ierit: Scriptura commendat, quod anima virginalis est Christi sponsa, & debet habere quadruplicem decorem, figuratū per quatuor virgines comedentes de pulchritudine in scriptura. Quære 12. b. Qui vult virginitatem seruare: det uisum, & alios sensus claudere, & seruare: nā Dina egressa ut videret mulieres regionis illius, corrupta est. David aspiciendo Bersabee se lauante, adulterium comisit: Ioseph nisi palliū dimisisset, & fugisset, castitatem perdidisset. Sāton pp familiaritatem Dalilæ captus & excæcatus fuit. Salomon, cū esset prudētissimus, per mulieres deprauatus fuit. Quære 50. a. in Gen. Vocans Rebecca, &c. Virginitas lilio cōparatur, & Angelos imitatur, quæ re 96. Vnde legimus Ge. 39. Iniecit domina oculos in Ioseph, &c. No. hist. Ex quo collige, quod qui vult castitatem custodire, oportet quod fugiat verba, & consortia mulierum. Quære 104. a. & in tabula gen. Apoc. 21. Vidit Io. ciuitatem sanctā descendente de cælo, habentē claritatem Dei, & lumen eius simile lapidi precioso, tāquam lapidi iaspidis, & crystalli. Ciuitas ista bene ordinata, casta anima, quæ de cælo descendit, quia continens esse anima non potest, nisi Deus dederit. Iaspis mitigat calorem febrilem; Crystallus habet naturam peruiam, & transparentem, quia anima casta, & continens vincit concupiscentiam, & ardorem carnalium desideriorum, & habilis est ad receptionem celestium, & spiritualium illuminationum: Dicitur autem lumen illius, &c. Quia sicut lumen per feces transiens non fedatur, sic casta anima existens in carne corrupta, non maculatur. Apocal. 3. Habes pauca nomina, quæ non inquinauerunt vestimenta sua, ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt, quia pauci sunt castitatem seruantes, & illi sunt digni, ut nominentur, quia sunt uirtute, & apud Deum famosi: Illi ambulat cum Christo, quia uirgines sequuntur agnum quocumque ierit. Virgines fuerunt figuratæ in Nazaraïs, qui interpretantur sanctus, mundus, floridus: Illi non bibant vinum, quia ut dicit Hieronymus, Virgo Christi uinum fugiat pro ueneno, uel per uinum, carnalis delectatio intelligitur. Vnde de illis dicitur: Candidiores Nazaraï eius niue, nitidiores lacte, & rubicundiores ebore antiquo, saphyro pulchriores: Iacob fuit percussus ab Angelo, id est, neruus femoris eius emarcuit, quia racha diuine gratiæ neruus famoris, in quo designatur nis generatina, & concupiscentia carnalis, extinguitur, vel tepescit tactu gratiæ. Cantic. 4. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus.

Vide in tabula de custodia sensuū, de matrimonio, de concupiscentia, de delitijs, de luxuria, de iuuenibus. Hester 1. 2

Thren. 3. b

Genes. 32. f

Bernard. gnatus emissiones tuę Paradisus: quia anima casta virtutum floribus, sanctis contemplationibus plena, & fructibus bonorum operum fecunda, debet esse vniuersique clausa per custodiam sensuum: Fons, per vbertatem deuotionis & lachrymarum: signatus annulo fidei, voti, & timoris diuini: Cuius emissiones sunt Paradisus, quando verbis & operibus honestis quasi assimilatur Angelis; quia vt dicit Hieronymus in sermone assumptionis Beate Marię, & Paulam; Semper est Angelis cognata virginitas; nam in carne, præter carnem: viuere potius est vita Angelica quam humana: Quando anima vacat soli Deo, intus secreta intentione, & in se habitat quasi sola, & clausa & quieta; tunc cauet à sagitta volante in die, & a negotio perambulante in tenebris; non, egressa, vaga, & vana sicut Dina, quę statim corrupta est: Ided Iudith zelatrix castitatis fecit in superioribus domus suę secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, scilicet cogitationibus sanctis, & affectionibus mundis; Et ad litteram puellę istę possunt dici sensus, qui in virginibus sunt puellares & verecundi; & debent manere clausi: Videmus enim quod quando rosa, viola, & alij flores manu tanguntur, statim marcescunt; sic virginitas tactu illicito corrumpitur & perit: Quomodo Susanna Zelatrix castitatis prius voluit se morti & infamie exponere, quam contra castitate facere: Melius, ait, est incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei mei; Si hoc, ait, egero mors mihi est. & Omnis murus circuitus Ierusalem ex lapide candido & mundo; quia humilitas est murus virtutum in anima, quę delectatur in candore & munditia proprię conscientię: in cuius figura præcepit dominus fieri altare de lapidibus, quos ferrum non tetigit, & informibus & impolitis: Puritas carnis comparatur Smaragdo lapidi precioso: Lapis iste in frigidis regionibus inuenitur, cuius viriditas incomparabilis non obscurefcit, lucidus similis vitro mundo; hæc est illa incomparabilis pudicitia, quę non vrit, nec vritur, sed animam reddit peruiam, vt radio sapientię penetretur & illuminetur. Apocalyp. 4. Iris erat in circuitu sedis, similis visioni Smaragdine, sedes munda, in qua dominus quiescit, vt in loco florido anima casta & munda: Iris, qui causatur ex nube rorida & radio solis, est gratia castitatis, quę refrigerat carnem & illuminat mentem: Preciosus iste lapis, qui maiorem hemitriteum, id est febrem ex putrefactione melancholię in venis ortum, repellit; quia putredinem luxuriosorum, qui sicut iumenta in stercore suo putrescunt, etiam vsque ad interiora, vbi sunt nature offencula, id est, peccata contra naturam, attingit: Ecclesiast. 32. In fabricatione auri signum est smaragdi; lac est sanguis in mammillis digestus, simpliciu cibis, discretium sexus, sequele conceptus; in quibus designantur quatuor, quę pertinent ad candorem & puritatem conscientię; in digestionē lactis puritas confessionis; sicut enim humor prius conuertitur in sanguinem, deinde sanguis digeritur in lactis albedinem; sic primò fit confessio criminis, deinde confessio diuine laudis: Lac est cibus simplicium, in quo simplicitas intentionis 1. Petr. 2. Sicut modo geniti infantes lac concupiscite; Lac est discretium sexus, ex abundantia enim superfluitatis, solæ mulieres habent lac; in quo notatur consideratio proprię fragilitatis; quia virgines maximè debent timere, eò quod portant thesaurum in vase fictili, quod de facili frangitur: Lac est sequele conceptus: tunc enim ubertim lac ab vberibus fluit: hæc est vbertas diuine consolationis, quam maxime merentur, & recipiunt virginēs.

Virgi-

A Virginitas est flos, cuius odor spirat coram Deo & Angelis; vnde ait, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus: Hic est enim quasi platio rose in Hiericho, sint lumbi vestri præcincti. Luc. 12. Vbi ait Gregorius; Lumbos præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus; hoc cingulum est temperantia quę reprimit ne caro inficiatur actu commixtionis illicitæ, sicut luto, vel tactu inhonesto: Sicut cingulum restringit vestes ne maculentur luto: Hæc est zona aurea circa mammillas; Accingite lumbos vestros super vbera, id est, habete castitatem in corde & corpore: hoc cingulum non debet esse nimis laxum per familiaritates, aspectus impudicos & verba libidinosa, sed arctum cum poenitentia austera; vnde religiosi iacent cincti; sed quidam non restringunt cingulum; similes tibaldis, qui in æstate stant in taberna cum cingulo ad collum; Isti sunt, qui loquuntur de castitate, & non restringunt motus carnales; nec refrænant sensus suos, nec prauas affectiones. Ecclesiast. 39. Florete flores quasi lilium date florem, & frondete in gratiam; flores gratiosi & redolentes sunt virgines, quæ florent, quasi lilium per incorruptionem; Et sequuntur tria, quæ specialiter attribuuntur eis; habent enim aureolam in capitibus; dicunt canticum, quod alij non possunt dicere; sequuntur agnum quocunque ierit: Et hoc per appropriationem, quia non habuerunt ferra lasciuie in capitibus, neque cantilenas aut verba turpitudinis in ore, nec pedibus choreas duxerunt propter hoc sequitur: Date florem, & frondete in gratiam; quo ad ferra, quæ sunt ex floribus & frondibus; quantum ad secundum sequitur collaudate canticum: quantum ad tertium sequitur: Benedicite Deum in operibus suis. Florete flores quasi lilium, Date odorem, & frondete in gratiam, collaudate canticum, & benedicite dominum in omnibus operibus suis: Flos lilij valet contra adustiones; & castitas contra concupiscentiæ ardorem: solent remedium quærere, qui fuerunt læsi ab igne, accedentes ad ignem; vt grauior adustio quasi reddat in sensibilem primam adustionem; quia remedium singulare est tentationis carnalis ignire, & exercere cor suum in meditationibus, & affectionibus castitatis: Date odorem bonæ famæ, ut dicatis illud, Ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis: Odorem vitis florentis, vt dicitur, nõ possunt sullinere bufones, nec habitum castitatis videre carnales; & additur, & honestatis: Est autem honoris status, qui pertinent ad præmium virginum eo quod virgines habebunt aureolam in capite, proferent canticum nouum ore, sequuntur agnum quocunque ierit vtroque pede, vt immediate supra exposui; Sed vitinam consideret iste flos tenellus & delicatus, quod ad tactum sepe efficitur marcidus: quia virginitas sepe corrumpitur dum tactus illicitus sequitur: Iob 15. Lederet quasi in primo flore vna botrus eius, & quasi oliua proiciens florem suum: In palma quę præcellit durabilitate, castitas designatur; quę corpus, & animam custodit à corruptione, quam qui seruauerit, coronam obtinebit: Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos, altaria tua domine virtutum: Passer solitarius in tecto, qui se sequatrat a malarum mulierum consortio: Turtur sine compare, quę amatrix est continentie intus; & pulli, cor plenum affectionibus sanctis. Cantic. 2. Dilectus meus qui pascat inter lilia: Pasceitur enim Christus in horto, vbi crescunt lilia castitatis, cuius delectatur candore, & odore pasceitur ad iocunditatem in lilijs, hoc est in affectionibus sanctis. Sunt autem in lilio sex folia; quia ad puritatem perpetuam sex sunt necessaria, vt dicitur in libro de

collati omnibus patrum. Primus pudicitie gradus est, ne vigilans impugnetur **E** ne carnali monachus elidatur: secundus ne mens illius voluptarijs cogitationibus immoretur; tertius ne femineo vel tenuiter, ad concupiscentiam moueatur aspectu: quartus est ne vigilans vel simplicem perferat carnis motu; quintus ut nec vigilans amplius de muliebri recordatione concipiat, quam si operationem lateru, vel cuiuslibet alterius officinae mente tractaret: sextus ne illecebrosum fantasmatis mulierum vel dormiens illudatur; licet. n. hoc iudicario non sit peccatu, tñ certum indicium est concupiscentie interioris latitantis: sed vtru hoc sit possibile in vita, ista nullus diffinire poterit, nisi q per longa experientiam & cordis puritatem peruenerit ad confinia carnis & spiritus, ut sciat quid humanæ conditioni necessario sit attributu: quid vero ex consuetudine vitiosa, & incuria iuuentutis sit inuectum, cum iam in

Exercitiu.
Coscietia.

Somnia.
Psal. 138.

natura inferamus intemperatiam nostram fragilitati naturæ attribuiamus, immo in autorem naturæ, culpam retorquemus: Inipientia viri corrumpit vias suas, Dñs, aut causatur cor; puto. n. q multi si se exercitarent in sanctis meditationibus & orationibus, vigilijs, ieiunijs & afflictionibus, quales inueniunt se in templo, tales se inuenirent in lecto, quales de die, tales de nocte; & impleretur quod dñ, Nox illuminatio mea, in delictijs meis, quæ tenebræ, &c. Item nox sicut dies illuminabitur, &c. sequitur. Quia tu posse disti renes meos: Sed possunt aliqui dicere: Nox illusio mea in delictijs meis.

Balsamum purum, ut dicunt Dioscorides & Plinius, vestem nõ maculat superasperum; cuius tanta vis dñ esse, ut si sol incaluerit, in manu teneri non possit; & cum oleum sursum feratur, in aqua positum balsamum fundum petit, & si purissimum fuerit, in aqua munda destillatu non protinus diffunditur, sed residet, & totam aquam albidam facit, & lacti mixtum coagulat illud & restringit, quia perfecta castitas, & mentis puritas honestatem exteriori non maculat, & cum charitate incaluerit, & efferbuerit se manu tractari nõ tolerat; non in publicum prodit sed se humiliat & occultat; non sese per euagationem sensuum & cogitationu diffundit, ut dicat illud.

Eccl. 24.

Tren. 2. c.
Cinis.

Balsamum non mixtum odor meus: Non mixtu, vanitate: vnde folia balsami arboris semper debent esse viridia, & flores nõ caduci: Et sicut balsamu aromatizans, in verbis, factis, signis odorem diffundit. Tren. 2. Asperferunt capita sua cinere virgines Hierusalem. Cinis secundum Constantinu, mundificat, mortificat, exsiccat; mundificat, terrenu contagiũ; mortificat, sicut cinis ardore igneũ; desiccatur, humore aqueum; quia castitas corruptione carnis mundificat; libidinem metis desiccatur, humorem fluidæ & vanæ delectationis exsiccat: Gen. 39. Filius accreftens Ioseph, & decorus aspectu, qui comprehensus a muliere, maluit uestem in manibus relinquere, quam verecundiam perdere: Hæc. n. est optima comes pudicitie custodiendæ, quæ est

Locutio.

Societas.

in motu, statu, gestu, incessu corporis habeatur, in verbis tamen maxime necesse est, ut modum loquedi iuuenis non excedat; nihil indecoru sermo ostendat, speculum enim mentis refulget in verbis; & bona domus in vestibulo cognoscitur; Cũ quidam stultus & carnalis diceret audiente Pythagora, malle se esse cũ mulieribus, q̄ cõuersari cũ philosophis: Et sues, inquit, libentius in ceno, q̄ in limpida aqua moratur: carnales in feditate nutriti nõ gustant, nec in aliquo sentiunt dulcedinẽ castitatis: sicut febricitans, qui habet linguam infectam amaritudine humoris, non discernit dulcedinẽ & sapore boni cibi, sicut aliquis vellet dulcedinem mellis indicare illi, qui nunquam mel gustasset, nunq̄ dulcedinẽ illam auribus perciperet, quam gustu nõ sensisset, sed qui gustauit, ille sentit & admiratur in seipso dulcedinẽ; quia

quand

quanto quis fuerit purior & incorruptior carne, tanto limpidius & delectabilius videt in suo corde. Apocal. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt inquinati; virgines. n. sunt, hi sequuntur agnum quocumque ierit. Quanto. n. mens ad subtiliorem profecerit puritatem, tanto secretius & dulcius in seipso sentit Dei familiaritatem; abstractus scilicet, ab omnib. verbis otiosis, & mortificatis omnium passionum desiderijs; tenuissima contentus diætæ, aquæ et facietate subtracta; trium aut quatuor horarum sonni quiete se recreans, & sic in Dei miseratione confidens, assequi poterit illam Angelicæ continentie puritatem: Beseleel uestiuit arcam auro purissimo intus, & foris. Arca, in qua Deus ponit thesaurum gratiæ, est anima deuota; quia intus & foris munditia, puritas & castitas est habenda: sicut arca Noë intus & extra bitumina fuit linita. Numerus septenarius, quem philosophi virgineum appellant, eod q̄ in primo limine, qui vsque ad denarium protenditur, alter numerus sociatus, nec gignit, nec gignitur, merito virginitati attribuitur, cuius non est generare per coitum. Can. 5. Labia eius distillantia myrrham primam, in quo significatur, q̄ anima continens debet habere verba honesta, desideria pura, & sancta membra: pp̄ primum labia, pp̄ secundum lilia, propter tertium distillantia myrrham primam: Vnde in collationibus patrum, donec pulsari nos carnis commotione sentimus, necdum ad castitatis peruenisse fastigia, sed adhuc sub infirmitate constitutos, incontinentie prelijs fatigari. Hortus conscietie diligenter est aradus per confessionem, purgandus per mortificationem, rigandus per deuotionem, & lacrymarum effusionem: quia dicitur in Genesis: Spinas & tribulos germinabit tibi: quia quandiu in carne corrupta viuimus, tribulationum & desideriorum stimulos sentimus: & ideo inter spinas & tribulos sumus, &c. sed liliu castitatis sumus, diligenti custodia opus est, ne a spinis dissipemur. Virga Moyse deuorauit virgas magoru, quia inuocatio sanctæ Crucis perimit omnes motus carnalium tentationum. 4. Reg. 13. & 24. Dicitur de latrunculis Moab, qui hoïem descendente ab Ierusalem in Hierico. i. de statu puritatis ad statum carnalitatatis, expoliant virtutibus. & gratia, & vultnerat in natura. Moab qui interpretatur ex patre, significat motus carnales, quos in carne eduximus a nostris parentibus; sicut morbus in parente sæpe traducitur in prolem: iste latro habet speluncam in domo mentis, spoliat eam affectu mundo, qui procedit ex sanctitate castitatis. Osee 6. Galaad ciuitas operantium idolum, supplantata sanguine, & quasi fauces viroru: Galaad qui interpretatur aceruus testimoniij est carnalis aia, quæ sibi sufficit in testimonium suæ dånationis, quæ est ciuitas operantium idolum, qñ format, reuocat ante oculos mentis, imagines mulieru & carnalium delectationu; & sanguine supplantatur, quia sæpe mortaliter in formatione illius idoli transgreditur, & quasi fauces viroru latronum, ut in faucibus, auaritas delectationis illicite. In latronibus, atrocitas tentationis noxiæ designetur. Mat. 25. Simile est regnu celoru decẽ virginibus, q accipientes lampades suas exierunt obuia, &c. Qui. n. ad nuptias illas celestes tendit, non est miru si castitate & virginitate ducit; vbi thalamus, est munditia carnis, thorus castitas mentis, visus contẽplatio, colloquiũ oratio, contactus dilectionis interne delectatio. osculũ cordis tranquillitas, conceptus ordinata voluntas, partus bonũ opus: propter quod Apoc. 18. Exite de Babylone popule meus, & ne participes atis delictorum eius: Babylone, quæ interpretatur confusio, caro nostra est, quæ ad confusione adduxit aiam, de qua debet exire, & contra eam per castitatem pugnare. Deut. 20. Si exie-

Coscietia.
Sciẽtia.
Sapientia.

Exo. 37.
Arca.

Can. 5. d

Verba.
Locutio.

Hortus.
Coscietia.

Imaginatio.

Nuptie.

Sponsa.

ris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, &c. Non timebis eos, quia Dominus Deus tecum est; sic debet homo exire ab illecebris carnis, contra motus carnales, & contra tentationes, quia prope est Dominus, omnibus innocantibus eum in veritate. Rom. 8. Vos non estis in carne, sed in spiritu; qui enim in carne sunt, Deo placere non possunt; quia qui seminatur in carne, de carne metet corruptionem.

Galat. 6.

Amantes castitatem à Domino diriguntur in agendis, & proteguntur in aduersis. Vnde de Ioseph castissimo dicitur, Dominus erat cum Ioseph, & omnia opera eius dirigebat, & Gen. 24. Dñs, in cuius cōspectu ambulo, mittet Angelum suum tecum, & diriget viam tuam; tunc. n. Angelus nobiscum mittitur ad dirigendum viam nostram, qñ Angelicam, & castā vitam sequimur, carnis concupiscentiā eneruantes: De virginibus dñs, Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt? Stola alba castitas munda. Isti dicunt canticum quoddam alij dicere non possunt; quia cum sancti laudent Deum de donis & virtutibus sibi datis, qui virgines non sunt, in talē laudem non prorumpunt, sed virgines laudant Deum de omnibus, de quibus alij laudant, & non ecōtrario. Matt. 22. Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Ista vestis nuptialis in nuptijs agni Christi est castitas, qua si quis indutus non fuerit, non intrabit ad eius nuptias.

Gen. 39.

Apoc. 7.

Apoc. vlt.

Sap. 7.

Tho. 2.

quia vt dicitur Apoc. vlt. Foris canes, & impudici, &c. Nihil. n. inquinatū intrabit in illam: qui castitatem vult seruare, ab immundis cogitationibus debet mentem custodire: quia calidis stercoribus, per quæ designantur immundæ cogitationes, quæ mentem inflammant & maculant, legitur excæcatus Tobias.

Apoc. 1. c
Cogitatio
nes.
Capilli.

Et ided dicitur de illo viro virgineo. Caput & capilli eius cādidi tanquā lana alba, & tanquā nix. In capite sunt sensus, in capillis insonabilibus, incessibilibus, inuisibilibus, innumerabilibus, cogitationes designantur; in quibus candor honestatis, & munditiæ debet esse. Sed multi sunt similes se pulchris dealbatis, quia sunt candidi exterius in apparentia, sed pleni interiori immunditia; ided habent candorem sepulchri, non candorem niuis vel lactis.

Gen. 39.

Operari.

Castitas & virginitas per tria corrumpuntur. Per morā in carnali delectatione & cogitatione, quæ statim est fugienda: Ioseph fugit à meretrice relicto pallio: Meretrix caro, Spiritus est Ioseph, cui dicit caro, dormi mecum; pallium, excusatio peccati. Sunt. n. aliqui, qui qñ impetit eos caro huiusmodi moribus, qui habent excusationem dicentes, q non curant, quia non consentiunt, cum tñ Abraham in suo sacrificio lega tur, cum diligentia abigere muscas: Item corrumpitur per curiosum aspectum, quia vt dicit Aug. in principio regulæ. Impudicus oculus impudici cordis est nuncijs. Vel per inhonesta verba. Gen. 34. De Dina. Item per superfluitatē ciborū, quia propinqua sunt venter, & genitalia; & venter pinguis de facili spumat luxuriam; vinum. n. & mulieres faciunt hoiem apostatari. Apoc. 17. De muliere meretrice, & Eze. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, saturitas, & abundantia panis, & ocium. Vnde ait Hiero. Sēper aliquid boni facito, vt semp te diabolus inueniat occupatū; quia ociosos vt plurimū tentat caro, & aqua quieta contrahit sordes; & ferrum, qñ non est in exercitio, rubiginatur. Status virginalis est excellētijs inter oēs status ecclesiæ; vt dicit Aug. de bono virginali: hic describitur quantū ad fructū, in centenario; quia virginib. debetur fructus centesimus, quantū ad meritum, in quadragenario; qui est numerus penitentialis: quantum ad statū firmū &

solū-

A solidum in quaternario, propter quatuor virtutes: quātum ad gradum, in millenario: sicut. n. vltra mille non est computare, sic vltra istam virtutē non est gradus altior in merendo. Apo. 14. Nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, hi sequuntur agnum: hi empti sunt de terra, &c. In quib. verbis ponuntur sex conditiones dignitatem virginum extollentes; commendantur à spirituali iocunditate, nemo poterat dicere canticum: à spirituali conformitate, hi sequuntur agnum; à spirituali imitatione, hi empti sunt; à speciali veritate, in ore ipsorum non est inuentum mendacium; à præcipua felicitate, sine macula sunt ante thronū Dei. Nota quare virgines dicuntur, empti de terra: Causa huius est, quamuis omnes electi empti sint de terra, virgines tamen, in sexu masculino sublimius & nobilius dicuntur empti, & sublati de terra, de contagio terreno, ratione capitis Christi, qui est fons omnis puritatis; quamuis mulieres virgines ratione matris Dei et altissimo modo dicuntur emptæ: Vel in masculino genere; Virgines dicuntur de terra sublati, propter pronitatem; quamuis. n. mulieres sint æquæ pronæ, vt viri, non tamen sunt ita inuertenda: Ided gloriosius est in viro seruare virginitatem, quàm in muliere. Gaudia siue privilegia virginum sunt duodecim. Sex à parte Dei, sex à parte sui, privilegia à parte Dei sunt ista: Quia virgines à sponso suo Christo pulchrius exornantur. Hier. 2. Nunquid potest virgo obliuisci ornamenta sui? Gen. 24. De Rebecca & eius ornatu: Castius desponsantur. 2. Cor. 11. Despondi vos vni viro virg. nem castam. Leuit. 21. In figura carnis obseruantur. Num; 1. Moy. puellas referuatæ, dulcius cōseruantur. Esa. 62. Habibit sponsum, &c. Strictius amplexantur. Hier. 3. 1. In charitate, &c. Felicitas coronantur. Psal. 44. Adducuntur regi virgines post eam, &c. Præiugia virginum ex parte sua sunt ista, quia inter oēs alios sanctos Christo perfectius conformantur. Apoc. 14. Virgines. n. sunt, & sequuntur agnū quocumque ierit. Decorius conuertantur, Zach. 9. Quid est bonum eius, &c. Psal. 44. Omnis gloria eius ab intus, in simbrijs aureis circumamicta varietatibus. Accepit, & gratiosius famulantur. 3. Reg. 1. Queramus Domino nostro regi adolescentulam virginem. Psal. 67. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuenularum tympanistrarum. Secretius contemplantur. 1. Cor. 7. Virgo cogitat, &c. Prudentius præstolantur. Matth. 25. Prudentes virgines acceperunt oleum in lampadibus, & paratæ fuerunt. Sincerior iucundantur. Hierem. 3. 1. Letabitur virgo, &c. De istis dicitur. Sine macula sunt ante thronum Dei; sine macula certè carnis, luxuriæ, voracitatis, gula, cupiditatis, auaritiæ. Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Dulciter à Christo virgines inuitantur: Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis: Libanus candidato interpretatur, per quam munda virginitas designatur. Hieronymus: Virginitas, est regalis purpura, qua qui indutus fuerit, cunctis supereminentijs erit. Cyprianus lib. de virginitate, Virgines sunt flos ecclesiastici germinis; decor & ornamentum gratiæ spiritualis, ac illustrior portio gregis Christi. Dan. 7. Vestimentum eius quasi nix candidum. Nix clara, munda, frigida; virginitas clara per innocentiam, munda per continentiam, frigida quantum ad concupiscentiam, fluida propter deuotionis exuberantiam. O virginitas amabilis, seruabilis habentibus, non habentibus autem irreparabilis, ac per hoc semper plangibilis. Sequentur itaque virgines virginem. Auguſt. de bono virginali. Pergite pueri ac puellæ, mares ac feminae, celibes & innuptæ, pergit-

Millenarij.

Apo. 14. 2

2. Cor. 11.

Apo. 14. 2

Can. 4.

Auguſt.

te perseveranter in finem; laudate dulcius, quem cogitatis vberius; sperate feliciter cui seruitis instantius; amate ardentius, cui placetis attentius; lumbis accinctis, & lucernis ardentibus expectate venturum ad nuptias: Ezech. 28. Omnis lapis preciosus ornamentum tuum. Sardus, Topazius, Iaspis, ite primus ordo lapidum preciosorum designat statum virginum; Nam virginibus post rubor verecundie; color excellentie; viror bonae fama; que tria in istis tribus lapidibus designantur: Sardus rubens ruborem verecundiae. Bernardus lampas est pudicitia mentis: In signum huius Rebecca virgo pulcherrima, & incognita viro, viso Isaac cooperuit caput suum pallio & descendit de Camelo: Topazius ceteras gemmas in claritate excedens, designat honorem excellentie; unde licet fructus trementis in quadragesimo centesimo, de eadem terra nascatur, tamen nobilior est qui debetur virginibus, unde Io. Nuptiae implent terram, virginitas paradysum: Iaspis vitidis designat virorem bonae fama: Quare residuum de virginibus designatis in alijs lapidibus preciosis 223. Secundus ternarius, &c. 2. Mach. 14. Rasas, qui continentia propositum multis annis tenuit, &c. Rasas interpretatur attractos Domino, & significat continentes & virgines: Nicanor, volens istum interficere, est caro; quingeni milites missi, sunt quinque sensus; nam per illicitos actus quinque sensuum, frequenter mens corrumpitur, quia intravit mors per fenestras vestras: quingenti autem quinque sensus significant: quia sicut centum praevalent facilliter contra unum, sic per illicitum actum cuiuslibet sensus facilliter corrumpitur corpus. & facilius anima: turbis autem malarum cogitationum irruentibus debet Rasas in domo abscondi, id est cauendo ne extendat sensus ad illicita, vel in domo orationis & contemplationis: si autem urbs nimis irruant, & ignem gratiae extinguere studeant, debet se primo, percutere gladio, per considerationem mortis; secundo, se precipitare per considerationem inferni; tertio, proijcere intestina per considerationem turpitudinis peccati. Virgines debent se parare, vt habeant lampades cordis mundas, & oleum deuotionis, & lucem sanctae operationis, vt cum spouo possint intrare ad nuptias. Quare 56. b. 84. b.

De vita nostra breui, & misera.

OMnes morimur, & quasi aquae dilabimur &c. aduerte quod fluxibilitas humanae naturae nomine aquae, & fluminis in multis locis scripturae designatur; quia flumen habet amaritudinem in ortu, velocitatem in motu, inquietationem in meatu & transitu. De primo Eccles. 1. Omnia flumina intrant mare, & a mari oriuntur: sicut enim in corpore humano hepar est locus communis totius sanguinis, & originale principium, licet totus sanguis non sit in hepate: Sic mare omnium aquarum est radicale principium, cum sit aquarum elementum primum; licet omnes aquae, non sint in mari: Ex illo principio contrahunt aquae amaritudinem & falsedinem, in quo designantur amaritudines culpae & multiplicis miseriae, quas habemus ab origine nostrae creationis: Et amaritudo poenae, quam habemus in medio & decursu nostrae breuis durationis; & amaritudo miseriae, quam habemus in fine nostrae resolutionis; sicut dicitur, Ecclesiastici primo, Ad locum unde eunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant; Et ita est in omni delectatione carnali, cuius concupiscentia suscitatur conscientiae stimulus, cuius experientia dum explicetur, nescit terminum; & amplius habet concupiscen-

Ordo.
Lapides.

Verecundia.
Gen. 24.

Hier. 9 f

Mois.

De hac re
vide io. 21.
129. 130.
148. 199. &
in tit. de
mole.
2. Re. 14.

Ecl. 1. b
Delectatio
Voluptas.
Concupiscentia.

A cupiscentia de anxietate, quam habeat experientia de voluptate: De secundo patet, sicut enim luna quam velocissime peragit zodiacum inter planetas, ita aqua fluminis, quae sequitur cursum lunae moratur: Ita fragilitas humana citissime peruenit ad suum finem. Esa. 23. Transi terram tuam, quasi flumen filia maris; praeteritum iam non est, futurum nondum fuit, ipsam autem nunc, quod finitur, iam, cum morte diuidimus, cum eius pars praeterierit, & pars futura sit: Ita tamen breuius durationis, causa est doloris & timoris in malis, qui semper vellent esse in sordibus suis, & timent de delictis transire ad poenas: Sed est maxima consolationis sanctis, quia sciunt, quod brevis est poena, & aeterna expectatur gloria. Psal. 136. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Syon: De tertio patet quomodo flumen inquietatur, & motu continuo pluuiae & ventorum. Matth. 7. Descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum fundatam super arenam, & cecidit. Cor enim habens intentionem & infructuositatem temporalium, modo inquietatur ex pluuia carnalitatibus, modo ex flumine cupiditatis, modo ex vento elationis, & idem cadit, quia non est fundatum supra veram petram, scilicet Christum: Sicut quasi insensibiliter aquae fluminis cauant terram; sic possessio temporalium, conscientiam. Quare 67. a.

Matth. 25. Prudentes virgines acceperunt oleum, media nocte clamor factus est, &c. Nox est vita praesens, plena aduersitate poenae, nigredine culpae, caligine ignorantiae, frigore ex defectu charitatis & gratiae: In hac nocte surgunt prudentes virgines, animae sanctae & incorruptae, quae se preparant & defuturo iudicio sibi prouident: sed quidam iacendo nolunt in hac nocte consurgere, sed tarde surgunt, cum viderint solem in ortu suo mundum vniuersum irradiare; Gens absque consilio, & sine prudentia; vti nam sapient, cum discretionem disponendo praesentia, & intelligerent, cum amaritudine, recogitando praeterita; ac nouissima prouiderent, cum solitudine prouidendo futura. Haec quadruplex prudentia designatur in quatuor animantibus terrae prudentibus. Prouerb. In lepusculo, circumspicere se habente, & cubile in petra collocante; in locusta sine rege, ordinate procedente; in stellione reptante, in formica, sibi prouidente. Quare 225. a. Hierem. 2. Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris; vide per iugem meditationem & memoriam; vias tuas, quam fragilis es per naturam, quam vilis per culpam, quam ingratus ad gratiam, quam dignus ad poenam, quam probus ad culpam: In conualle humilitatis, vt humilieris, non erigaris; in superbiam: Multa insuper sunt in operibus nostris, quae nobis videntur recta, sed cum discretus iudex venerit, iudicabit terram: Si aliquis esset in domo ruinosa, & sentiret parietes concuti, statim fugeret si posset, vel si non posset de peccatis statim contereretur & doleret, si tamen fidem haberet; nos autem quotidie experimur, quod domus corporis nostri ruit: nam dolor capitis, ventris, & omnium membrorum corporis nobis clamant, quod domus nostra minatur ruinam: ideo antequam irruat morbus, corrumpat corpus, dehuat rebus, deficiat opus, debemus fugere periculum, emendare dicitum, accumulare meritum, Quia opera illorum sequuntur illos. Sap. 5. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum actantia quid profuit nobis? rauerunt haec omnia tanquam umbra, & premittitur, via Domini ignorauimus: Umbra cum nihil sit, aliquid esse videtur; Sic temporales diuitiae: Diues. n. cum mortuus fuerit, nihil secum praeter peccata portabit. Nota illud Baruc. 3. Vbi sunt principes gentium qui in aibus celi ludu, qui argementum

Vita breuis.
Esa. 23. b

1. lid.

1. lid.

1. lid.

Deut. 32.

Confessio.
Mors.

Mors.
Umbra.
Prou. 1.
Diuites.
Principes.

Career. rum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines? exterminati sūt, ad inferos descenderunt: quamdiu hic viuimus in carcere, & exilio viuimus, qui quidem carcer est profundus, appetitu infatiabilis auaritia: tenebrosus, errore ignorantia; horridus timore pœnæ, quæ insunt animæ carni coniuncta: & ideo sancti desiderant educi de exilio, liberari de carcere tenebroso. Apostolus, Cupio dissolui, & esse cum Christo: quilibet considerare debet quicquid, & nescit, quando anima dissoluatur a corpore in morte, & post mortem corpus resoluatur in putredinē, putredo in vermem, uermis in puluerem. Et tunc si hoc consideres, abijcies omnem elationem, quando exhibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribūt omnes cogitationes eorum. Bernar. super Can. ser. 63. Vnde homini ista superbia: cuius erummosa natiuitas; cuius natiuitatem erummosam laboriosa demolitur pœnalitas; cuius pœnalitatem pœnator concludit mortis necessitas: Qui se existimat stare per gratiam, uideat per prouidentiam, ne cadat per culpā; uel qui stat in tempore, uideat cum timore, ne cadat ab amore. In via enim periculosum est stare viatori, & maxime nobis cum inter profectum huius uitæ & desertum, nihil reperiatur medium, sed sicut corpus nostrum cōtinue, aut crescit, aut decrescit insensibiliter; ira necesse est semper per spiritum aut deficere, aut proficere: ut semper ascendas, aut descendas; si a terrens stare, incipis ruere: propter quod uidit iacob in scala angelos ascendentes, & descendentes, non stātes, uel sedentes: Sciebant enim quod penduli sunt gradus intercalares ipsius scalæ, & via lubrica; vnde patet animine bonus est, qui melior esse non uult: Quia secundum Bernardum, Vbi incipit nolle fieri melior, ibi desinit esse bonus. Ratio prædicatorū est, quia secundum Bernar. In via Dei non progredi est regredi. Cuius probatio est, quia ut dicitur Iob. 13. Homo quasi flos egreditur, & conteritur, & refugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet: amor, & uiciū sunt quædam pondera, quæ animam collocant indiuers; ubi superbus, qui in ista uita inflatur quasi uter uento plenus, qui si parum acu pungatur, statim in nihilum restringitur, sic est de uita & superbia nostra, qui in quantum itacumque sumus excellentia, pūcti modica in firmitate, statim resoluimur in nihilum. Iob 20. Si ascenderit usque in cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in sine perdetur, & qui eum uiderint dicent, Vbi est uelut somnium euolans non inuenietur, transiet, quasi uisio nocturna: Excellentia enim temporalis honoris est quædam uisio fantasmatis, quæ hoc ostendit in imagine, quod non habet in rei ueritate. Luc. 16. Fili recordare, quia receperisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala; nunc autem hic cōsolatur; tu uero cruciaris, quia ut dicit Bernar. idus. Impossibile est, ut hic uentrem impleas, & de deliciis ad delicias transeas: nam ut alibi docetur in omni motu, termini habent rationem oppositionis; ideo si ista uita fuit deliciosa, alia erit erummosa, & dolorosa: Quia qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Ideo dicitur Apocalyp. 7. Isti sunt, qui uenerunt ex magna tribulatione; ecce terminus a quo. Sequitur, Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die, ac nocte in templo eius. Ecce terminus ad quem. Apocalyp. 3. In mente habet qualiter acceperis, & audieris, & serua, & age pœnitentiam; si ergo nō uigilaueris, ueniam ad te. In mente habe de præsentis, siue de futuro; Age pœnitentiam de præterito; Si non uigilaueris, &c. Si sciret paterfamilias, qua hora fur ueniret, uigilaret, & nō sineret perfodi domum suam. Ergo sobrius estote, & uigilate, quia aduersarius

A rius uester diabolus tanquam leo, &c. Nauclerus qui regit nauem nō in prora residet, sed in puppi; sic recte per hoc mare mundi nauigantibus; extremis nostris vacui erimus. Eccles. 7. Fili recordare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Ber. Nouissima nostra sunt mors, iudicium, & gehenna. Morte nihil est, nec cogitari potest horribilius, nihil gehenna intolerabilius, nihil iudicio terribilius; Ideo si hoc consideras, in æternum non peccabis; quia horum recordatio facit hominem timoratum; timor uero peccatum expellit, & negligentiam non admittit. 3. Reg. 19. Elias passus est pane subcinericio, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: quia quando Dominus conuertit aliquē ut consideret uilitatem suam, & fragilitatem suam, uidet seipsum esse cinerem, eod quod anima separata a corpore in morte, corpus tabescit in putredinem, putredo resoluatur in uermem, uermis in cinerem; & hoc considerando comedit subcinericio panem, quando in prosperitate, & aduersitate æquanimiter se habet, & quando ex hac consideratione perseverat in pœnitētia, tunc ambulat in fortitudine cibi illius per dies, & noctes quadraginta. Nam per dies prosperitas, per noctes aduersitas designatur. Si pēserit breuitas delectationis, & diuturnitas æternæ punitionis, totum quod est temporale, reputabitur quasi modicum; & modicum quod est in punitione immensum & æternum. Eccles. 40. Modicum tanquam nihil in requie ab eo in somnis, tanquam in die respectus; conturbatus est in risu cordis sui, tanquam qui euaserit in die belli: & sequitur, mors sanguinis in tropheæ oppositiones, & contritio, & flagella super iniquos creata sunt. Modicum enim habent peccatores, & quasi nihil delectationis, & tamen illa delectatio est quasi in somnis; & cū præsens uita eis concedatur, ut per bonum certamen perueniant ad beatitudinem, ea abutuntur, & falluntur, existimantes tempus belli esse tempus pacis; ideo sequitur de multiplici pœna, & diuturna eis debita Esa. 10. Adhuc paululum, modicumque, & consummabitur indignatio mea, & furor meus super scelus eorum; Paululum dicit, propter uitam hominis, quæ breuis est: modicum addit propter breuitatem totius mundi, finis est prope: breues enim dies hominis sunt: Quia homo natus de muliere, breui uiuens tempore, &c. Item paucitas dierum finietur breui: & in Psalm. Mane sicut herba floreat, & transeat, uespere decidat, induret, & areseat: Mane, hoc est in pœnitētia; transit de malo in peius, dum ardore tentationum, sicut herba siccat; Mane etiam iuuentutis floret in deliciis, & transit, quia in eodē statu nō permanet; uespere, hoc est in extrema ætate, decidit in mortem, induratur in cadauer, & arefcit in puluerem. Iaco. 4. Quid est uita nostra? uapor ad modicum apparēs: Vapor enim uidetur esse corpus, & soliditatem non habet: sic est uita nostra, quasi uesica uento inflata, & sicut uapor uento dispargitur: quia modica impulsionē deficiamus, sicut lanugo, quæ prouenit ex herbarum flore marcido, citō euanescit. Et sicut spuma gracilis, quæ a uento dispergitur. De istis omnibus Sap. 12. Transit uita nostra tanquam uestigium nubis, &c. Tanquam flos agri sic efflorescit quoniam spiritus pertransibit in illo, & nō subsiste, & nō cognoscerit amplius locum suum, quia de talibus in Psalm. 136. Transiui & ecce non erat; quæ uiuui eum, & non est inueniens locus eius. Contumabitur indignatio & furor meus super scelus eorum: in quo notatur acerbitas iudicij, & diuturnitas supplicij, quæ tamen supplicia diuersos, & ultra uires cruciabunt, & in eis uita subsidium extinguendo seruabunt uita, terminus finietur, quatenus sine termino cruciatus uiuat, quia

Timor.

mD

Psal. 102.
I sa. 10.

&c.

& ad finem per tormenta properabunt, & sine fine deficientes durabunt; E
sicut dicit Gregorius, & Damascenus: Vnde Job, hoc scio à principio, ex quo
positus est homo super terram, &c. Quære in tabula de hypocrisis. Luc. 12.
hac nocte rapient animam tuam a te, &c. Quære in tabula de morte. Sap.
2. Vmbra transitus est tempus nostrum, &c. Sed vtrum hæc vmbra sic in
clinaretur, quod declinaret; sic declinaret, quod minueretur. Hæc est enim
natura vmbra, ut quanto magis inclinatur, tanto magis sunt logio-
res, & quanto magis surgunt, tanto sunt minores. Vnde poeta, Vesperum
describens, dicebat. Maiores cadunt altis de montibus vmbra. Et propheta
Hieremias sexto capite, Veli vobis, quia declinauit dies, quia longiores fa-
ctæ sunt vmbra vesperti. Vbi plangit illos, qui quanto magis ad finem acce-
dunt, tanto magis vmbra temporalium diligunt. Sic spiritualium vmbra-
rum, hoc est inclinari, quod deponi, deficere, vel minui. Dicuntur autè ar-
bores habere quatuor vmbra, eo quod bis in anno sol transit super capita
eorum: quorum capitum summitas est, inter æquinoctialem, & tropicum
canceri. Vnde Lucanus de Arabicis loquens venientibus Romam in auxi-
lium Pompeio dicebat: Ignotum nobis Arabes venitis in orbem, Vmbra
mirati nemorum non ire sinistras. Et nos similiter quatuor vmbra habe-
mus in via, scilicet ænigmata errorum, sophismata spirituum malignorum,
phantasmata terrenorum, paradigmata, & similitudinem diuinorum. Iob
9. Dies mei velocius fuerunt cursore, fugerunt, & non viderant bonum;
transierunt velut naues poma portantes. Existentes in mari non uidet ce-
leritatem cursus sui, nisi comparatione ad littoris stabilitatem. Sic nec nos
perdimus breuitatem vitæ, nisi comparatione ad æternitatem. Et sicut na-
ues poma portantes relinquunt in littore odorem, non autem refectio-
nem, sic temporalia, quæ fugiunt sicut vmbra, solum relinquunt affectionem ad
confusionem, non ad remunerationem. Triplex status vitæ humanæ, qui
designatur per triplicem diuisionem aquarum, quæ inuenitur in scripturis,
quære. 3.

De vita actiua, & contemplatiua.

Gen. 27. **D** Et tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, abundantiam fru-
menti, vini, & olei, & seruiant tibi populi. Quatuor tangit, in quibus
est uniuersalis refectio, frumenti, quæ est in soliditate sacræ scripturæ, vel
lectionis: vini, in dulcedine deuotionis, & contemplationis: olei, in suauita-
te, & medicina orationis: Seruiant tibi populi quantum ad regimen præla-
tionis. Tria prima ad contemplatiuam pertinent, ultimum ad actiuam; vnde
de ista benedictio est prælati, qui debet esse exercitatus in sacra lectione, de
uota oratione, subditorum gubernatione, & adificatione, vt sit eius bene-
dictio in rore cæli, per contemplationem, & pinguedine terræ, per actio-
nem. Quære de vita actiua in tab. de opere meritorio. Apocalyp. 12. Data
sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, vt uolaret in desertum. 14. a. Iaco. 5.
Exemplum accipite fratres longanimitatis, laboris, & patientiæ prophetas,
qui locuti sunt in nomine Domini, id est, uidere, quod longamines fuerunt
in expectando, laboriosi in agendo, patientes in iurando, alti in contem-
plando, viriles in agendo, fortes in moriendo. 2. ad Thimoth. 2. Laboro vs-
que ad vincula quasi male optans. Gen. 29. Tandem Iacob positus optatis
nuptijs, scilicet Rachelis amorem sequentis priori prætulit; Lya laboriosa
interpretatur. Quære 21. b. 23. a. Gene. 24. Habitabat Isaac in terra australi,
&c.

A & ingressus fuerat ad meditando inclinata iam die. Terra illa australis
est cælestis patria, a qua procedit ventus australis spiritus sancti, qui calefa-
cit humorem deuotionis, augmentat, & fecundat arbores, scilicet consci-
tias nostras. Ille auster dum flat, facit fluere aromata spiritualium gaudio-
rum in primitijs spiritus, & prælibatione cælestis dulcedinis, in eis, qui ha-
bitant in terra illa. Can. 4. Veni auster, perfla hortum meum, & fluant a-
romata, &c. Sed tamen inclinatur ad proximos: quia si proximus dani-
ficatur in re, ministrant ei suam possessionem; si infirmatur in corpore,
sedulam visitationem; si est in notorio crimine, lucratur eum per charita-
tiam correctionem; si languet in tentatione, impetrat ei remedium per
orationem. Ezechiel. 10. Apparuit in cherubin similitudo manus homi-
nis subtus pennas eorum. Cum enim habemus pennas contemplationis,
quibus aliquando supra nos volamus, debet etiã apparere in nobis manus
hominis similitudo, id est, efficacia virilis penitentia, & actionis per con-
formitatem ad Christum ex humanitate crucifixum: quia sicut auis cum
duabus alis sursum volat, sic nos per vitam actiuam, & contemplatiuam.
Leuit. 25. Sex annis serues agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam,
colligesque fructus eius, &c. Quære 146. a. sancta animalia ibant per con-
templationem, & reuertebantur per actionem: Duæ manus tenentes thro-
num Salomonis sunt vita actiua & contemplatiua; quæ in humanitate Chri-
sti, qui est thronus diuinitatis, exëplariter refulserunt. Et quia virgo Maria
in istis duabus fuit perfectissima; idem in eius assumptione legitur euange-
lium de Maria & Martha: per quas istæ duæ vitæ figurantur, Moy. duas ta-
bularum portauit populo, quia per duas tabulas, istæ duæ vitæ figurant, quæ debet
in prælatis spiritualiter relucere. Quære de istis duabus vitis in tabula de
prælati, de ocio, de deuotione.

Ezech. 1. &

C

De virtutibus in generali.

Quatuor mulieres commendatæ in Scriptura designant quatuor virtu-
tes. Quære 12. a. in lib. Genes. Item crines Samsonis designant
ornatum virtutum, quibus integris, fuit fortis, nec recessit ab eo spiri-
tus Domini. Quære 12. a. In lib. Iud. Et illud Apocalyp. 2. Caput, &
capilli eius candidi, &c. De virtutibus cardinalibus, & theologis figuratis
in longitudine, latitudine & altitudine arcæ. Quære 18. a. sicut ex incor-
poratione radij solaris in nube aquosa à terra eleuata quatuor colores iri-
dis generantur, sic radius diuinæ gratiæ subintrans animam a terrenis sepa-
ratam per deuotionem roridam generat in anima quatuor uirtutes: nã co-
lor igneus, qui ex cælo trahitur, vt dicit Beda, designat charitatem, iusticiã.
Color, qui ex aere puro trahitur, charitatem, temperantiam: Color, qui ex
aqua, pietatem, prudentiam. Color gramineus qui ex terra, fortitudinem,
humilitatem. Vel per istos quatuor colores Iridis, quatuor virtutes cardina-
les. Color igneus de cælo, iusticia. Psalm. Iusticia de cælo prospexit: Co-
lor ex aqua, prudentia: Color ex aere, temperantia: Color ex terra, fortitu-
do. Quære de istis quatuor coloribus. 16. a. b. in Gene. Quod quatuor cir-
culi arcæ designant quatuor virtutes cardinales. Quære 66. a. in Exod. **Aff. Q. 10.**
Quod ex quatuor affectionibus, quasi ex seminibus generantur quatuor
virtutes cardinales, & quomodo sunt necessaria in omni uirtute. Que-
re 26. a. b. per diuersas proprietates lilij designantur diuersæ virtutes.
Quære 93. a. in Christo inueniuntur virtutes, quæ designantur per con-
ditiones arboris. 94. b. sicut Sol causat septem dies, ita Christus in ani-
ma

Mulieres.

Iris.
Arcus.
Beda.

Aff. Q. 10.
nes.

Sol. Septem virtutes: tres theologicas, & quatuor cardinales. Quare 94. b. **B**
Ternarius. Quod tres virtutes theologice sunt tres portæ ciuitatis, 95. a. Quod per
 proprietates huius designantur tres virtutes theologice. 96. b. De tribus vir-
 tutibus theologice. 138. b. Quare de virtutibus in tota tabula de pulchri-
 tudine spirituali. Quot virtutes requiruntur ad perfectionem vitæ. 150. a.
Quaternarius. Quatuor virtutes cardinales designantur in quatuor coloribus cinguli sa-
 cerdotalis. 162. a. Quando quatuor virtutes designantur. In quatuor pen-
 nis, de quibus Ezech. 1. Quatuor pennæ vni. Quare 211. 8. a. Et per qua-
 tuor facies, quibus cuiuslibet perfectio designatur, & demonstratur, vt di-
 cit Greg. per faciem vnusquisque cognoscitur, facies leonis fortitudo, ho-
 minis prudentia, bouis temperantia, aquilæ iustitia. Ista sunt quatuor ani-
 malia quadrigantia, id est, animam ad portam gloriæ trahentia. Ista sunt
 quatuor rotæ circulares: figura quadrata est solidissima; vnde Scriptura
 Evangelica propter solidam veritatem est quadrata, in quatuor euange-
 lijs contenta; quia quatuor exeunt de paradiso flumina. Quod virtutes
 designantur per quatuor portas ciuitatis, quam vidit Ioan. in Apocalyp.
 Quare 180. b. Quinto modo. Quod anima ornatur virtutibus, vt sit spon-
 sa Christi. 196. a. mulieres Christum querentes parauerunt aromata, &
 vnguenta, per quæ virtutes designantur, vt sit in corde, humor deuotionis;
 in carne liuor mortificationis; in toto homine vigor operationis, & splen-
 dor conuersationis; talibus vnguentis delectatur, & vult vngi Christus, vnde
 Gregor. in homelia paschæ. Si odore virtutum relecti cum opinione
 bonorum operum Dominum querimus, profectus ad monumentum il-
 lius cum aromatis venimus; diuersæ horæ diei designant diuersas virtu-
 tes, quia mane est exordium perfectæ conuersionis, meridies profectus
 conuersationis; vespere terminus perfectionis & consummationis. Prouer.
 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfe-
 ctam diem. Propheta diuidit diem in tres partes dicens vespere, mane, me-
 ridie, annuncio laudem tuam. Dominus vero diuidit diem in duode-
 cim partes. Ioan. 11. Nonne duodecim horæ diei? Vt ergo conorde-
 mus diuisionem Prophetæ cum diuisione Domini, dicamus quod mane
 conuersionis quatuor habet horas: Meridies conuersionis, quatuor:
 vespere perfectionis, & consummationis, quatuor. Et quælibet istarum hora-
 rum in Scriptura dies appellatur, propter successiuas illuminationes spiri-
 tuales, quæ sunt in anima. Ad mane conuersionis, pertinet timor pœ-
 næ, dolor pœnitentiæ, odium culpæ, amor iustitiæ. Sic enim in mane dor-
 mientes expergiscuntur, surgunt labores incipiunt, fures disparent, &
 fugiunt, aues suauiter, & blande garriunt: ex quibus intelliguntur quatuor
 prædicta. Primum ergo est timor pœnæ, de quo 1. Reg. 7. Intouit Do-
 minus fragore magno in die illa. Quare 38. b. Secundum est dolor pœniten-
 tiæ. Cum enim anima illuminata est ad culpam cognoscendam, & timet
 pœnam, consurgit ad penitentiam. 1. Reg. 7. Fili Israel conuenerunt in Mas-
 phat, habueruntq; aquam, & effuderunt in conspectu Domini, & ieiuna-
 uerunt die illa, & dixerunt ter, peccauimus Domine: Masphat interpretat
 contemplatio peccati, tunc. n. dies penitentia in aia, cū in ea peccatorū suorū
 consideratio, lachrymarum, saltem cordis, in conspectu Dñi effusio, & car-
 nis afflictio, & oris confessio, & hoc est, conuenerūt, & c. quæ sunt 4. pœnæ
 illius diei. Tertius est odium culpæ: cum enim vehementer conteritur, vi-
 litas peccati ei aperitur, & tunc de præteritis dolet, abstinere a futuris; ma-
 lorum societas ei displicet, bonorū societas ei placet. Et hæc sunt quatuor
 puncta

A puncta illius diei. Hester 13. Tu scis domine, &c. Quartum est amor iusti-
 tiæ: Cum enim anima incipit magis ac magis proficere, & meridiano fer-
 uori appropinquare, & detestari culpam, sine delectatione esse non possit,
 incipit amare iustitiam, Hiero. 33. In diebus illis germinare faciam David
 &c. Iustitia enim est, reddere vnique quod suum est. Quare in tabula
 de iustitia: Ad meridiem nostræ conuersionis quatuor pertinent, spes ve-
 niæ, desiderium patriæ, compassio alienæ miseriæ, eruditio sapientiæ. **Meridies.**
 Primum ergo est spes veniæ; videns enim anima iam se exiisse tenebras per
 timorem, & expiisse peccatum per pœnitentiam, & se odisse culpam, &
 amare iustitiam, concipit quandam securitatem, & incipit altius conuer-
 si, & viuere in spe veniæ. Hier. 17. Non sis mihi tu formidini, spes mea tu
 in die affl. & ionis. Nullus ergo debet desperare de peccatorum multitudine:
 quia in multis abundauit culpa, in quibus postmodum superabunda-
 uit gratia: Exemplum in Magdalena. Nō pro magnitudine, quia post gra-
 uissimam infirmitatem videmus reuerti perfectam sanitatem: non pro tē-
 poris quo fuit in peccato longitudine; quia quanto diutius ægrotauit in fir-
 mus, tanto dulcius tractat eum pius medicus; non pro reciduiandi ingratu-
 dine, quia ita se habet pugniæ conditio, vt sæpe labatur, & sæpe resurgat,
 nec pœnitentia dicitur qui cadit, sed qui desperans fugit & cecidit: Se-
 cundus est, desiderium patriæ: verè hoc est præcisè meridies, quando dies
 est feruentissimus & calidissimus, eo quod sol in supremo quasi in sui or-
 bis centro emicet, omnium nubium obscuritate remota validiores radios
 terris immittit. Can. 1. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi
 cubes in meridie, ne vagari incipiam post gregem sodalium tuorum; ani-
 ma enim illa, quæ singulari dilectione proximum diligit, & per excessum
 deuotionis ad patriam illam tendit, vbi verè meridies, quia cognitio pura
 & clara sine ænigmatate, dilectio sincera sine sophismate, esse sine mutabili-
 tate, viuere sine infirmitate, agere sine anxietate, desiderat & experit, ibi
 quiescere cum Christo, nunc in spe & in primitijs spiritus; aliquando in re,
 & in omnimoda plenitudine; nec vagatur bestialiter aut otiosè, modo se
 eleuans supra se per elationem & præsumptionem; modo infra se per des-
 perationem; modo à sinistris per immoderatam compassionem, vt sit ni-
 mis remissa; modo à dextris per indiscretum rigorem, vt sit nimis iusta.
 Tertium est compassio alienæ miseriæ; sole enim existente in medio cœli,
 in meridie incipit inclinari, quia sancti in altitudine contemplationis posi-
 ti, sicut sol feruens in meridie, inclinantur per compassionem ad eos, quos
 vident reperere circa terram: Habitabat Isaac in terra australi, & egressus
 fuerat ad meditantium, inclinata iam die. Quare 38. a. Quartum est erudi-
 tio sapientiæ. Quia enim non sufficit compassio animi, nisi adsit instructio
D verbi: idè amplius inclinatur dies per verbum prædicationis proximo con-
 descendendo. Iud. 19. Considera quod dies declinior sit, & appropinquat
 ad vespeream. Consideratur declinatio, considerando, quod loquaris vtilia,
 necessaria, non falsa, non impropria; cui loquaris, vt secundum qualitatem
 auditoris formetur sermo doctoris; vt dies diei eructat verbum, & nox no-
 cti indicat scientiam: Quomodo, quia modo asperè de supplicijs, modo blã-
 dè de præmijs. Ad quid, quia ad proximi edificationem, non ad tui osten-
 sionem, sicut Paulus. Act. 20. Per triennium nocte & die non cessauit, cum
 lachrymis monens vnumquemque vestrum. Et forte hic quatuor signifi-
 cantur, per quatuor, quæ in meridie videmus. Tunc enim naturaliter ho-
 mo leuior, & hæc est spes veniæ: Sol eleuatur, contemplatio & desiderium
 patriæ.

Dies.
Perfectionis.
Virtutes.
Mane.
Pœnitentiæ.
Dies.
Declinatio.
Dies.

Perfectio. patriæ. Aër feruentior, compassio fratrum miseræ; radius purior, eruditio
Vesper. sapientiæ: Ad vesperum nostræ perfectionis, quatuor pertinent. Exemplū
 vitæ, modus temperantiæ, humilitas conscientiæ, finis perseverantiæ. Pri-
Rom. 13. d mum ergo est exemplum vite; hora nona est, quando sol magis inclinatur,
Conuersa- in exemplum, nec tamen in hoc gloriam quærit propriam. Rom. 13. Dies
io. appropinquavit, abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis;
Arma. sicut in die honestè ambulemus. Arma lucis sunt exempla perfectionis &
 virtutis, vt sit in victu parcus, in vestitu abiectus, in sermone discretus, in
 oratione assiduus & deuotus, in opere strenuus. Secundum est modus te-
 perantiæ, quando ita modum tenemus in omnibus, vt neque plus quàm
 expedit, neque minus quam necesse est, agimus. Illa. n. hora quando dies
 est &c. quære 2.a. Tertium est humilitas conscientiæ. Omnibus enim viri
 liter effectis & modo debito, & alijs circumstantijs ritè obseruatis, solet va-
 na gloria titillare mentem, & idèd necessaria est humilitas conscientiæ, vt
 homo pensans suam infirmitatem, in claustro suæ conscientiæ semper la-
3. Reg. 1. f teat per humilitatem; non egrediatur per vanitatem, ne audiat illud, Aedi-
 fica mihi domum in Hierusalem, & habita ibi, quacunq; enim die egres-
 sus fueris, scito te interficiendum: vnde & ad hoc pertinet, quòd dies illa
 hora incipit nebulare. Hanc ergo humilitatem habes, cum de te æstimas
 parua, de alijs magna; cum omnes honoras, & à nullo honorari desideras,
Ast. 23. vt in te impleatur illud, Viri fratres, ego cum conscientia bona conuersa-
 tus sum ante dominum, vsque in hodiernum diem. Quartum est finis per-
 seuerantiæ: tunc enim dies clauditur, & meritum terminatur: quia multi
 laudabiliter inchoant, qui turpiter terminant. Vnde ad uesperascentem iam
 die, in noctis tenebris & caligine mulier ornatu meretricio occurrit vecor-
 di iuueni, & decipit eum: idèd contra ipsam diligenter insistendum est, &
Luc. 14. c orandum illud: Mane nobiscum domine, quoniam ad uesperascentem, & incli-
 nata est iam dies: quam perseverantiam assequimur, si non marcescamus
 in otio, si non interrompamus bonum opus fastidiosi, si obliuiscamur pos-
 teriora, si extendamur ad anteriora; & sic impletur illud, Ordinatione tua
 perseverat dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Et forte ista quatuor signifi-
 cantur in illis quatuor, quæ in vesperis videmus: Stellarum splendores de-
 monstrantur, radiorum feruores temperantur, flores colliguntur, labores
 retribuuntur. Ad perfectionem prælati tria requiruntur, fortitudo in actio-
 ne, dulcedo in contemplatione, sollicitudo in gubernatione. Ad fortitudi-
 nem actionis quatuor requiruntur, sine quibus nulla actio est perfecta;
 viros fidei, nitores spei, feruores charitatis, pauores humilitatis. Isti sunt quatuor
 lapides preciosi in primo ordine, & designantur in Iaspide, Saphyro, Car-
 bunculo, Chalcedonio: Viror fidei, &c. quære de hoc & de septem virtuti-
H bus, theologicis & car. lin. lib. 94. b. Dulcedo contemplationis consistit
 in quatuor, quæ sunt patitas incorruptionis, &c. Quære 32. a. Et no. &c.
 Sollicitudo prælationis consistit in quatuor, &c. quære 150. b. Fidei succe-
 dit cognitio veritatis, spei tentatio aternitatis, charitas perficitur per igni-
 tam dilectionem summæ bonitatis, prudentiæ respondet luminositas cla-
 ritatis, fortitudo sanitas impassibilitatis, iustitia leuitas agilitatis, temper-
 antiæ puritas subtilitatis. De anima nostra intelligitur illud, Hierusalem
 quæ edificatur, vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. In ista enim
 ciuitate sunt quatuor ædificanda. Muri, quantum ad incorruptionem fi-
Pf. 127. dei; templum, quantum ad deuotionem spei; turris, quantum ad charita-
Ciuitas Ie- tis
rusalem.
Anima.
Ecclesia.

A tis eminentiam: palatium quantum ad iustitiæ formam: sed huius ciuita-
 tis muros, impugnat hæresis: templum, hypocrisis: turris, superbia; palatiū
 iustitia. De istis, scilicet fide, spe, charitate, iustitia, quære in proprijs tabu-
 lis. Pulchritudo spiritualis causat ex virtutibus, quære 147. b. & 148.
 Sicut per vitia receditur à Deo, sic per virtutes anima reducit ad Deū;
 & qui recesserunt per gulam, debent ad Deum conuerti, & reuerti per ie-
 iunium, abstinentiam, & temperantiam: qui per luxuriām, per fortitudi-
 nem in operibus castitatis & mortificationis: qui per auaritiām, reuertat-
 ur per iustitiām, vt detur vniciquæ quod suum est, corpori necessarium,
 pauperi saperfluum, qui per iram, reuertatur per prudentiam: qui per in-
 uidiām, per charitatem: qui per accidiā, reuertatur per spem: qui per super-
 biam, reuertatur per humilitatem; & istud debet fieri in quadragesima. Ge-
 nes. 40. Videbam vitem, in qua erant tres propazines, paulatim crescere in
B gēmas. Istæ tres propazines sunt tres virtutes, fides, spes, charitas, quæ cor-
 respondent tribus viribus animæ, sicut in germine operatur calor natura-
 lis, viget humor nutrimentalis, occultatur ratio seminalis: unde virtus ger-
 minis sapit naturam & proprietatem radicis, tamen paulatim, & insensibi-
 liter in flores, frondes, fructus se diffundit: Et tamen flos à fluendo dicitur,
 quia faciliter fluit: Ita in corde innocentis, fides operatur calorem vitalem;
 spes deuotionem, quasi humorem nutrimentalem, charitas se abscon-
 dens in intimo, quasi rationem seminalem; & dum anima nihil sapit, ni-
 si celestem proprietatem, retinet suæ originalis gratiæ dignitatem, quam
 in ea Deus infundit paulatim; In flores veræ locutionis, & frondes hone-
 stæ conuersationis, & fructus castitatis, & meritoria actionis se diffundit. Sed
 leui occasione hæc castitas violatur, si passim exponatur. Ecclesiast. 39.
 Florete flores quasi lilium, date odorem, frondete in gratiam. Et quia pu-
C dicitia suam præmiū habebit in patria, vbi nullatenus corrūpitur, & in-
 terim prout potest in uia, angelos, imò angelorum dominum miramur;
 idèd castitatis lilium dicitur in æternum florere ante Dominum; Iustus
 germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum. Ezech.
 8. Per octo gradus ascendebatur ad templum, sic nos per octo virtutes ascen-
 dimus, & sequimur Christum; Primus gradus per fidem: Quis ascen-
 det in montem Domini? Innocens manibus, & mundo corde: fides e-
 nim purificat cor. Act. 15. Per hunc gradum non ascendunt rationē na-
 turalem sequentes; quia cæca est in cognitione huius veritatis; & idèd
 præcipit hominem in foueam erroris; non ascendunt fortilegi, non præ-
 stigiosi, non magici, de quibus, Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt
 vsque ad abyssos animæ eorum, &c. Secundo ascendimus per spem: Quæ
 est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumus ex aromatis myr-
D rre, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij; quære 230. b. Sed qui despe-
 rant, non ascendunt, sed descendunt; Submersi sunt in mari rubro, abyssus
 si operuerunt eos, descenderunt in profundum, quasi lapis: desperan-
 tes sunt in mari per amaritudinē conscientiæ; Rubro, per ruborē verecun-
 diæ; operiuntur abyssis, p. subtilē excusationē: cooperiunt. n. se, & descēdūt
 in gternā, & profundā dānationē. Tertius gradus est per charitatē. Quæ est
 ista, quæ ascendit de deserto, delitijs affluens, innixa super dilectū suū? Cū ma-
 gna delectatione ascendit, qui suauiter portat ad locum, quæ multū deside-
 rat: sic qui diligit, suauissime uiuit, & delectabiliter pondus tolerat. Augu.
 Amor meus: pondus meū eo feror, quocunq; feror. Nam qui amat, nō
 laborat, Basil. qui diligit fratrem suū in tranquillitate est cor eius: p hūc gra-
 dum

Scmca

Pfal. 23. a.

Errores.

Pfal. 106.

Can. 3. d.

Spec.

Exo. 15. 3.

Charitas.

Can. 2. c.

Auari. dum non ascendunt auari: Argentum thesaurizant: extra sunt, ad inferos descenderunt. Quartus gradus est per fortitudinem: Dedit dominus Caleb fortitudinē. & vsque in finem permansit illi virtus, vt ascēderet in excelsum terrę locum. Econtrario descēdunt voluptuosi & carnales qui ab oī tentatione vincuntur. Iob 7. Sicut consumitur nubes & pertransit; sic qui descendunt ad inferos, quia tales dissoluuntur calore concupiscentiæ, sicut nubes distillat ex solis calore. Quintus gradus est per prudentiam, qđ sit in illis, qui sibi ipsis profunt, vel orando cū non sint fortes ad opera pœnitentiæ corporalis, vel sanctorum & orationum suffragia a sanctis petendo. Vnde Iud. 9. Ascēdit, & orabat ad dominum Deum Israel, vt dirigeret viam eius: Et sic ad ascendendum valet ingenium, vbi robor non sufficit. Can. 7. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Econtrario descendent imprudentes per stultitiam, qui nec bona agūt, nec suffragia orationum à Deo petunt. In Aegyptum descendit populus meus, vt colonus esset tibi. Sextus gradus est per tēperatiā, Vnde de aīa casta dī: Sicut flos de radice eius ascendet. Radix occulta, flos purus, & casta aīa, continet in se, & abscondita vanitatib. mundi, & puritatem suam custodit: econtrario descēdunt luxuriosi. Pron. 5. de talibus: Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius properāt. Septimus gradus est per iustitiam. 1. Mac. 4. Dixit Iudas & fratres eius, contriti sunt inimici nostri, ascendamus mūda re & renouare sancta, & congregatus est omnis exercitus, & ascenderunt in montem Syon. Ad exercentes. n. iustitiam pertinet, vt repurgēt sancta, & purgent corda vitijs, & loca sancta ecclesiastica ab infamibus personis & grauaminib. Econtrario descendunt per iniustitiā, cuiusmodi sunt principes, & praelati, qui terras suas non purgant à malis personis & vitijs. Esa. 24. Descendent cum eis vnicornes, & tauricum potentibus. Vnicornes, qui vnum cornu habent, illos significāt, qui habent tm̄ vsū simplicis gladij. Tauri, qui habent duo cornua eos significant, qui habent vsū duplicis materialis & spiritualis, qui descendunt in infernum cum malis subditis, quos non corrigunt, sed eis fauent & consentiunt; Quia consentire est, non arguere cum possis; quod pertinet principaliter ad praelatos. In cuius figura vix pingitur infernus, quin semper pingantur ibi principes, Episcopi, & Abbates. Octauus gradus est per morrem. Luc. 14. Amice ascende superius: Et sicut in morte quidam ascendunt ad gloriam, sic mali descendūt ad pœnam. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendūt: Dixit dominus Moy. qđ acciperet aromata cōfecta ex quatuor speciebus, vt vngeret arcam in sanctis sanctorum, quæ erat ex omni parte circumdata, vel circumtecta auro: quod fit cum anima pro exercitio quatuor virtutum in via, in cęlesti patria circumdatur gloria, & tunc se laris turbinibus Aquilonis, spirat Aufer Spiritus sancti, & fluunt aromata, qñ affluunt de litijs cęlestibus, ut impleatur illud, Surge Aquilo, veni Aufer, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Perfectio vite, in dispositione Cherubin designatur in scripturis; Nam circa Cherubin legitur erectionem, situm, statum, gressum: Erectio, pertinet ad temperantiam, per quam erigitur spiritus super carnis corruptionem aggrauantem. 2. Paral. 3. Cherubin stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domū. Tunc. n. vera temperatiā, & castitas obtinetur, qñ per orationem superior portio rōnis erigitur in Deū, & per sollicitā circumspectiōē, inferior conuertitur ad regendū corpus suum: vnde in collationib. patrum dī, hæc est consummatio castitatis, vt vigilantē oblectatio libidinis nulla pertingat; vt

A quiescentem somniorum non fallat illusio, sed cum dormienti tantū per sopitę mentis incuriam, commotio carnis obrepserit, quemadmodum sine vlla titillatione voluptatis excitata est, & ita sine vilo pruritu corporis cōquiescat. Situs siue dispositio, pertinet ad prudentiam. Exod. 25. Cherubin vnus erat in latere vno, &c. Quære 149. a. Status pertinet ad iustitię stabilitatem. Ezech. 10. Cherubin instabant a dextris domus, &c. Quære 106. b. Gressus, pertinet ad fortitudinem, per quam progredimur de virtute in virtutem. Ezech. 10. Cum ambularent Cherubin ibant pariter & rotę; iuxta eas ambulabant Cherubin ante faciem venti suam, idest in directum, & tñ reuertebantur & rotę sequebantur. Quia per actum fortitudinis debemus nos in anteriora extendere, non retrocedere non languescere, pigrescere, & in cordibus nostris interminabilitatem æternitatis hñe: vnde sicut alæ Cherubin designant contemplationem, sic rotę designant actionis fortitudinem. Ita qđ quatuor rotę designant quatuor virtutes Cardinales: Super caput Cherubin leguntur quatuor, firmamentum, thronus, species, saphyri, similitudo aspectus hominis: In firmamento, quod non participat proprietates naturę corruptibilis, impassibilitas; in throno, potestas; in saphyro, qui refrigerat ardorem, interior sanctitas; in aspectu filij hominis, veritas, quæ perficit aspectum creaturę rationalis: Tunc ergo erit præmiū plenitudo nostrę naturę, cum in corpore nostro erit impassibilitas; in irascibili potestas, in compassibili sanctitas, in rationali veritas: Cherubin legitur factus ex quadruplici materia, auro, ære, oliua, abiete: Aurum excellit preciositate, æs soliditate, oliua vinctuositate, abies proceritate: In auro preciositas fidei: Fides nostra preciosior sit auro: In ære soliditas spei; dicitur de sanctis, solidissimi, quasi ære fusi sunt: In abiete, quæ abeundo in sursum sic dicitur, & parum habet terreni humoris, dilectio Dei, per quam anima defertis terrenis sursum tendit: in oliua, quæ vinctuositate sua ignem nutrit, dilectio proximi: quia sicut illud oleum ignem nutrit, vt patet in lampade, sic dilectio proximi dilectionē Dei, & eius gratiam in anima nutrit. Quære de istis, scilicet, de fide, spe, dilectione, seu amore Dei & proximi, in suis proprijs tabulis & applica hic. In lilio processus & conditio virtutum pulchrę figuratur: quia liliū habet distinctionem partium, positionem secundum locum, pulchritudinem florum, processionem secundum incrementum. Distinctio partium est, quia habet in imo radicem, sedis trianguli similitudinem; quot. n. folia sunt in flore, tot sunt ternarij in radice: hastile in medio secundum rectitudinem; florem in summo habentem pulchritudinem. In radice quæ regitur, designatur fides, quæ est de eis, quæ non videntur, cuius ipsa fuit primiceria. Osee vlt. Ero quasi ros, & Israel quasi liliū germinabit, & erumpet radix eius, vt Libani: Ros est diuina gratia, qui descendit in aère sereno, flante Austro: germen vegetabilium, vi caloris erumpit, & virtutem radice ostendit; Ideo sequitur: Erumpet radix eius, vt Libani: tanto. n. fides nostra magis crescit in altum, quanto rore diuine gratię amplius fuerit fecundata; sicut arbores Libani ed altius crescunt, quod radices in imo demergunt. Hec est fides, quæ vincit mundum, quæ nescit descensum. In rectitudine hastilis, significatur directio spei. Exod. 25. Facies candelabrum ex auro purissimo. Quære 203. b. In pulchritudine floris ostenditur charitas, quæ in summo virtutum collocatur. 3. Reg. 7. Fecit Salomon mare fusile. Quære expositionem in tab. 3. Reg. Habet etiam liliū positionem secundum locum: inuenitur enim liliū in campo, in horto, in templo: in campo, generaliter exponitur; in horto, specialiter cultoditur;

Beatitudo.
Materia.
Cherubin.
Iob 37.
Dilectio
ximi Dei.
Lilium.
Ternarius
radicis.
Fides.
Ose. 6. c.
Ros.
3. Reg. 7. f
Lilium.

ditur; in templo artificialiter pingitur: Liliū campi humilitas, quæ in omnibus se exponit. Ego flos campi, & liliū in conuallium: Liliū in horto significat castitatem, quæ diligenter custodienda est, ne per tactum alienum, sicut flores in horto, marcescat primo, & postea putrescat: Liliū quod in templo pingitur, designat contemplationem puritatem: Quid enim est aliud anima contemplatiua, quam quædam pictura spiritualis manu sapientissimi artificis formata, semper existens in Dei presentia? Si mus ergo liliū campi per humilitatem. Cantic. septimo. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Vallum fit vt res custodiatur, quia anima plena virtutibus in sola humilitate custoditur; vnde comparatur phiala, qua fracta, omnes virtutes funduntur & perduntur; quia sola superbia destruit omnia si comitetur. Simus liliū horti per castitatem, Cant. septimo. Labia eius. Quære 222.a. Simus etiam liliū templi, per contemplationem, Eccles. 50. Quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis: Rosa habet ruborē, liliū candorem, thus pallorem. Quia anima contemplatiua in modo rubet, ex meditatione dominicæ passionis; modo cadet, ex illuminatione rationis; modo pallet, ex desiderio dissolutionis: Cupio, ait, dissolui, & esse cum Christo. Can. 1. Equitavi meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea: Mens enim deuota quasi duplicem habet exercitum. s. pedestrem, quatuor virtutum cardinalium, quibus expugnat vitia deorsum quasi in terra; & theologiarum, quibus quasi impugnat regnum cæli, quod vim patitur, & violenti rapiunt illud. Mat. 11. Quære 35.b. Iud. 16. Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea; quia cum superior pars rationis, quæ per caput intelligitur, virtutibus spoliatur, quæ per crines intelliguntur, deficit gratia per quæ robur & fortitudo viget in aia & excecatur à Philistijm, à dæmonibus, & peccatis, vt nec Deum, nec seipsum cognoscat. Renascuntur tñ crines & fortitudo recuperatur, quia per penitentiam virtutes perdite, & gratia renouatur. Leui. 14. Ponuntur septem quæ requirebantur ad mundationem leprosi, qui munda tus est, & vt patet ibi ex textu: Ista erant, d. o passeris, lignum cedrinū vermiculus, Yfopus, & patiens radebatur, lauabatur, vngebatur. In quibus designantur officia septem virtutum, per quas lepra omnis peccati perfecte mundatur. In passeribus designatur humilitas, quæ curat lepram superbia. Quære 104.a. Secundò, addebatur lignum cedrinum, quod suo odore serpentes interficit; hæc est sobrietas & abstinencia, quæ motus carnales reprimat; & mundat lepram gulæ: dicitur Naaman leproso, lauare septies in Iordane. Quære 30.b. Tertiò, addebatur vermiculus, hoc erat coccus bis tinctus; hoc est charitas, quæ totam inflammat animam per modum dilectionis in Deum & pietatis in proximum; hic mundat lepram inuidiæ: Quartò addebatur Yfopus, herba petre adhaerens, & maculas faciei emundans, hæc est spes; per quam firmiter adhaeremus Deo, vt nihil possit nos ab eius seruitio amouere, quæ mundat lepram accidiæ. Leu. 16. Mense 7. affligetis &c. Quintò, lauabatur leprosus, in quo designatur castitas, quæ mundat lepram luxuriæ: Laui te aqua, & mundaui sanguinem tuum. Sextò, radebatur; rasio pilorum est abiectio superfluum; hæc est humilitas & paupertas, quæ mundat lepram auaritiæ. Extendens Iesus manum dixit, volo mundare, & confessam mundata est lepra eius; In quo significantur misericordes, qui manum extendunt ad pauperes. elemosynas dando, à lepra peccati mundantur. Septimo, leprosus vngebatur sanguine, & oleo,

A oleo, hæc est mentis tranquillitas siue pax, & mititas, quæ mundat lepram iræ. Leui. 14. Poner sacerdos de sanguine hostiæ, &c. Manus, pedes, aurea, pollices iunguntur, quādo ob amorem passionis & sanguinis Christi, qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, nō comminabatur, obstruuntur, & cohibentur, ne respondeant, & ne reddant malum pro malo, & additur oleum compassionis proximi, & sic omnis lepra mundatur. Can. 6. Pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis, vt castrorum acies ordinata. Pulchra propter puritatem cognitionis, & affectionis; vt luna, propter vbertatem deuotionis; electa ut sol, propter claritatem conuersationis; terribilis, vt castrorum acies ordinata, propter varietatem virtutis multiplicis. Multiplex enim est virtutum acies in anima Deamica, scilicet ordinatio affectuum, disciplina morum, armatura orationum, robur meriti, tenor zeli, consuetudo assiduitas, numerositas triumphorum, quæ ex fide, & charitate originem trahit. Ascensionem in corde suo disposuit in valle lachrymarum. Gratia enim, quæ est radix uirtutum reformata facultatem liberi arbitrii; dans eidem proficere circa actus uirtutum; & quia virtutes consistunt circa arduū, idē talis profectus dī hic ascensus. Fides ergo facit aiam ascendere per puritatem intentionis, sub metaphora floris; spes sub metaphora virgulti nel uirgæ, per sanctitatem meditationis; charitas sub metaphora flammæ per ignitionē affectionis; prudentia, sub metaphora aquilæ, per subtilitatem contemplationis, temperantia sub metaphora nubis per refrigeriū carnalis delectationis; fortitudo sub metaphora leonis per patientiam tribulationis; iusticia, sub metaphora fontis, p opera pietatis. De fide Esa. 11. Flos de radice eius ascendet. Radix occultatur in terra, sustentans arborē, dicitur dens se latē, obuiantia quæcunq; ante se penetrās. Fides est de inuisibilibus, radix & fundamentū totius edificij spiritualis; diffusa p mundū, tandē penetratur duritiā infidelitatis, quia intrabit plenitudo gentiū ex purissimis partibus plantæ præcedens colore visum, odore olfactum, lenitate factum demulcens, puritas, est intentionis, omnes sensus spirituales reficiens, qui ascendunt ex fide sicut flos procedit ex radice. De spe, quæ facit ascendere subiuncta, &c. Esa. 53. ascendit sicut virgultum coram Deo, & sicut radix de terra sitiētī, non est ei species, neq; decor; Virgultum constitum diuersis, & ananis arboribus, cor repletum sanctis meditationibus; terra sitiēs, spes afficiens, quæ speciem tollit, & decorem, dum per languorem desiderij quandam, inducit in anima spirituale pallorem: quæ est illa, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrha, thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Ascendit per desertum sancta meditatio, quæ grauata non est crapula huius seculi, & ebrietate curarum, ascendit dū supernas mansiones mente circuit; ascendit, vbi sponsus cubat & pascitur; ascendit, flagrantia sancti desiderij ex affectionibus spei prodeūtis; Sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ. Desertū illud, memoria mortis est, quod mens ingreditur per sanctam meditationem, sic nos inuenientes ea, quæ hic sunt, vasa ingredimur solitudinē; cogitare. n. debemus qd oia deserturi sumus; quicquid hic apprehendit corporalis sensus; sola mala vel bona nobiscū portantur, & ibi meritorum præmia inuenturi; quia recipiet vnusquisq; prout gessit in corpore suo, siue bonū, siue malū. Per desertū ascendit, qui ex meditatione mortis, & memoria, ad contemptū transitoriæ voluptatis proficit. Vrinā Dñe nobis uilesceret flos temporalium, vt cōicaremus fructū gremiorū. Et quia ex illa meditatione procedimus per desertū amaritudinem poenitentia; quod significat myrrha, & confusimus gratiosē ad

Electa.

Virtutū acies in aia.

Psal. 83. b. Gratia.

Ascensus. Fides.

Fides.

Spes.

Cor. Virgultū.

Can. 4. c.

Desertum memoria mortis.

Deum, cuius est, post mortem adulatorium ferre, quod significat thus; sed **E**
ex more nihil negligimus ex his, quæ nobis videntur, sed ex his, quæ diuini-
 nitus inspirantur. Ideo debemus cum his vniuersum puluerem pigmenta-
 ri exhibere, vt pigmentarius intelligatur, vel Deus, vel homo Dei vica-
 rius: alioquin sinistro sensu pigmenta rigamus & facile, dum adhuc sunt
 in herba decipiuntur. pro cinamomo cicutam; pro myrto tollentes vricam:
Pigmenta
rius.
Charitas.
Prudentia
Hier. 49. c
Aquila
Volatus
Auis.
Anima.
Contempla-
tio.
Temperan-
tia.
Fortitudo.
 Deum, cuius est, post mortem adulatorium ferre, quod significat thus; sed
 ex more nihil negligimus ex his, quæ nobis videntur, sed ex his, quæ diuini-
 nitus inspirantur. Ideo debemus cum his vniuersum puluerem pigmenta-
 ri exhibere, vt pigmentarius intelligatur, vel Deus, vel homo Dei vica-
 rius: alioquin sinistro sensu pigmenta rigamus & facile, dum adhuc sunt
 in herba decipiuntur. pro cinamomo cicutam; pro myrto tollentes vricam:
 De charitate quæ facit ascendere sub metaphora flammæ, &c. Iud. 13. Cum
 ascenderet flamma altaris, &c. Quare. 28. b. 29. a. De prudentia faciente a-
 scendere sub metaphora aquilæ. Hier. 49. Ecce quasi aquila ascendet & vo-
 labit, & expandet alas suas super Bostream: Subtilis enim contemplatio mo-
 re aquilæ agitur, qñ aliquando in gyrum se flectit; modo subito cosidē vel
 similes nunc paulo latiores, nunc paulo contractiores circuitus repetit,
 & semper in idipsum redit, modo. n. reuerberatis oculis se in imo, & co-
 dem loco diutius suspendit, & mobili agitatione se quasi immobiliter figit:
 Sic enim anima contemplatiua, modo de inferioribus ad summa ascendit, **F**
 modo econtrario descendit; modo immobiliter fixa in Deo quiescit, &c.
 in hunc modum Can. 8. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs af-
 fluens, innixa super dilectum suum? Cogitemus puellam quandam tene-
 ram & delicatam in multa deliciarum affluētia educatam, multo vino ma-
 didam, vtpote, in cellam vinariam introductam, & torrente voluptatis po-
 tatam, & quasi præ nimia teneritudine vix posse incedere, & præ nimia e-
 brietate viam, quam tenere debeat, nullo modo posse discernere; talis est
 anima contemplatiua, quæ hic describitur, quæ sic mundum deseruit, vt cę-
 lestibus delictijs affluens renuat consolari, nisi cęlestibus delictijs delectetur;
 & quasi nil in eo videt, in quo confidere debeat, tota innititur super eum,
 quem diligit; quia totum quicquid est, quicquid potest, eidem ascribit. De
 temperantia, quæ facit ascendere sub metaphora nubis, per refrigeriū car-
 nalis delectationis. Hier. 4. Ecce quasi nubes ascendit, & si hæc verba de
 exercitu Diaboli, secundum spiritum; vel de exercitu Babyloniorum, ad li-
 teram, intelliguntur: tñ moraliter de aīa casta, quæ quasi nubes ascendit,
 dum carnis incentiuum gratia refrigerat & reprimat. Can. 7. Dixi, ascendā
 in palmam, & apprehendam fructus eius: quæ crucifigunt carnem, & vi-
 ctoriam de ipsa obtinent, & apprehendunt fructus eius, qui per sanctifi-
 cationem apprehendunt auidē primitias spiritus: quia omnis disciplina
 in presenti non videtur esse gaudij, sed mœroris; tamen exercitatis
 pacatissimos fructus reddit. De fortitudine, quæ facit ascendere sub meta-
 phora leonis per patientiam tribulationis. Hier. 4. Leo ascendet de cubili
 suo, & prædo gentium se leuabit, quod & si exponatur ad literam de Na-
 buchodonosor; tñ anima dñi tanquam leo de cubili suo ascendere, qñ potest
 tribulationibus & tentationibus quibuslibet patienter resistere; & gentes **H**
 prædatur, qñ motus animales interficit in se, vt locum fornicationis obri-
 neat virtus castitatis; locum gulæ, virtus sobrietatis; & ita de alijs, vt sic alli-
 dat paruulos suos ad petram. Can. 4. Dentes tui sicut greges totarum, quæ
 ascenderunt de lauacro: omnes gemellis fetibus, & sterilis non est in eis.
 Dentes sunt animæ fortes, sibiipsis insensibiles, toti corpori vtilis, qui sine
 carne & cute sunt nudi, & quasi tonfi, quia per amoris fortitudinem, quæ
 fortis est vt amoris dilectio, inueniantur ab omnibus superfluis alieni qua-
 si greges dum in pacuis æternę vitę pariter gradiuntur, & pastorem bo-
 num sicut bonę oues sequuntur, & dum proficiunt in seipsis ad premiū,
 & in alijs ad exemplum profunt, tonfē & fecundę & gemellis fetibus esse
 descri-

A describuntur. De iustitia, quæ facit ascendere sub metaphora fontis per o-
 pera pietatis. Genes. 2. Fons ascendebar de terra irrigans vniuersam super fi-
 ciem terræ, quod fit quando ex fonte intimæ affectionis anima consideras
 terram suæ originalis fragilitatis, diffunditur ad pauperes aridos & indigē-
 tes, omnes, quantum in se est, reficiens per opera pietatis. De isto ascensu
 Can. 6. Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascenderunt de lauacro, om-
 nes gemellis candidis, & sterilis non est in eis. Dentes sunt viri iusti per in-
 nocentiam candidi & sicut grex ordinati; & sicut greges, quæ ministrant
 lac, lanam, & alia, erogando temporalia, quæ ascenderunt de lauacro, quia
 cum elemosynę piē distribuuntur, breuiter omnia mundantur. Item da-
 te elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et gemellis fetibus,
 quia pietas promissionem habet vitæ, quæ nunc est, & futuræ, vel quia dā-
 tibus elemosynam dat Deus temporalia & æterna; & sterilis non est in
 eis, quia nullum opus pietatis remanet irremuneratum: quin etiam pecca-
 tori retribuat in hoc seculo, vel futuro. Ex Christi passione fides nos-
 tra radicatur, spes roboratur, charitas inflammatur. Charitas mudat leprā,
 quæ est in potentia operatiua; fides illam, quæ est in intellectuua; Charitas
 in aīa relinquit timorem reuerentiæ, in ingressu; amorem perseverantiæ,
 in operis consummatione, & egressu: Ideo mundati triplicis leprę & infir-
 mitatis, cutis, vitæ carnis, cicatricis: Fides autem sicut publicas veritatem,
 ita vitare tenerit infectiuam familiaritatem; ideo mundatiua est duplicis
 lepræ intelligentiæ; quia per professionem publicæ veritatis mundatur le-
 pra capitis, & barbæ; per vitationem corruptiue familiaritatis, mundatur
 lepra domus. Spes autem vnum habet oculum supra se in Deum, ne gene-
 reretur desperatio, & alium infra se, ne generetur præsumptio: & ideo ad spē
 duo pertinent; puritas intentionis eleuatæ in Deum, & humilitas interioris
 hominis reflexa ad se ipsum; & hæc duo sunt, quæ mundant duplicem
 lepram. In affectiua, pura simplicitas, lepra caluitij & recalculationis: vera
 humilitas, lepra vellis, & pellis. Virtutes fouent hominē innocentem ad
 modum pueri: Erimus itaque pueri puri & innocentes, si fuerimus parui,
 & humiles sine superbia; deuoti, diligentes patrem & matrem, sine accidia:
 dulces, & benigni, sine inuidia; mites, & pacifici, sine iracundia & odij p̄se-
 uerantia, non cupidi, neque nimis anxij, sine auaricia; paucis cōtenti, sine
 gula, & gastrimargia, mundi & cōtinentes, sine luxuria. Exemplum de tri-
 bus pueris. Dan. 1. Spiritus sanctus est vnus, vna spiratione procedens, à
 quo septem radij diffunduntur super terram cordis humani. Apoc. 1. A sep-
 tem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, & sic Spiritus sanctus
 non multiplicatur, cum a multis, vel in multis donis participamus; sed ma-
 gis participantes vnit, & in seipso recolligit, sicut multi radij a sole proce-
 dunt, & in vnitate luminis, quæ est in sole, se recolligunt; ita tota ecclesia,
 & quælibet fidelis anima radijs septem virtutū illustrata dicitur vna: vna
 est columba mea. Vnde Cyprianus, quando multi radij, & vnum lumen,
 multi arboris rami, sed robur vnum radice tenaci fecundat, & quando de
 fonte vno riuu multi defluunt, & numerositas, licet diffusa videatur ex inū-
 dāte copix largitate, vnitas tamen seruat ex Origine: auelle radiū corpo-
 ris solis, diuisionem vnitas non patitur, ab arbore frage ramū, fructus ger-
 minare non poterit; à fonte præcide riuū, abscessus arefcit, sic ecclesia Dñi
 luce perfusa, radios suos per totum orbem diffundit; vna tñ est, quia nec a-
 licubi vnitas corporis separatur. Ab hac itaq; vnitate spiritus est leprentaria
 vnitas in aīa secundum septem virtutum exercitia: prima est fides, quæ v-

Ascendere
Diuites.

Act. 11.
Luc 2.

Sap 7.

Spiritus S.

Ecclesia
Dei
Vnitas sep-
tenaria.
Eph. 4.

num Deum eredit in speculo, & in ænigmate; vnus Deus, vna fides, vnus
baptisma, vnus Deus, & pater omnium. Vnus Deus creator; vna fides in cre
dendo, vnum baptisma peccata ablucendo & gratiam infundendo; quia æ
quale est sacramentale munus, a quocunque detur. Vel vnum est baptis
ma, quia non iteratur, sicut nec passio Christi, quæ est causa ipsius. 1. Cor.
Fides una 12. In vno spiritu omnes nos, & vnum corpus baptizati sumus. Dicit autem
fides vna, hoc est indiuisa quo ad vnitatem primam, cui innititur, & quoad
articulos, quos credimus, & quantum ad vnitatem eiusdem generis habi
tus in omnibus, sicut idem volentium dicitur vna voluntas, & duorum si
milium vna facies. Ex hac vnitatem tolluntur in ecclesia diuersæ hæreses, &
sectæ: Sicut Christus in se diuersas naturas vnit, & diuersitates virtutum
eliminavit, & diuersos cultus ad vnitatem fidei reduxit. Ipse est pax nostra
quæ fecit vtraque vnum.

Eph. 2.

Psal. 26

Secunda est vnitatis spei, quæ se in vnum arduum erigit: Vnam petij a Do
mino hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus
vitæ meæ. Ephes. 4. Vocati estis in unam spem vocationis vestræ per par
ticipationem gloriæ: Nihil enim sperat anima fidelis, nisi esse ciuis illius pa
triæ cælestis, de qua dicebat, unam petij, &c. Ipsa enim domus gaudiosa pp
hospitiis præsentiam, quia Deus est ibi semper præsens per spirituale euidē
tiā, pp hospitæ benevolentiam. s. Mariā; pp hospitū familiæ concordiam.
Ecce quam bonum, & quam iucundū habitare fratres in vnum: In hac. n.
domo militantis ecclesiæ est diuersitas in moribus, in actibus, in voluntati
bus, in habitibus. Tertia est charitas, quæ vnum diligit, & per amorem v
nitē in vnum tendit sicut flamma. Ephes. 4. Solliciti seruire vnitatem spiri
tus in vinculo pacis: hoc est vnitatem, quæ facit Spiritus S. pacem infun
dens in dilectionem, vt per pacem omnes vniantur interius, vt sic vniti in
Deo, ferantur superius sicut flammæ multarum candelarum vnitatum,
vt sit multitudinis credētium cor vnum & anima vna. Act. 4. & Rom. 12.
Sicut in vno corpore multa membra habemus, &c. Sequitur. Singuli autē
alter alterius membra. Et hoc per mutuum seruitium. Gala. 4. Omnes vos
vnum estis in Christo Iesu. Vnus spiritus, totū corpus vnum per mēbra,
iuncturas, compages viuificat, & pacem in mutuis obsequijs conciliat. O
culus. n. non tantum sibi videt, sed etiam pedes dirigit in gressibus suis, &
manus in operibus suis: os non tantum sibi comedit, nec stomachus sibi so
li digerit, sed commune negocium geritur, quod toti corpori nutriendo &
proficiat, & sufficit: ore sumitur, stomacho digerit, lingua si qua pars cor
poris læditur, quasi affectum cōpatientis, & vocē patientis affluens cōtra
laudentem clamat, quid me lædis cor de cōi vtilitate sollicitū consilia dispo
nit apud se pro alijs ita, sicut pro se; manus ad obsequiū pedū se humiliat.
Si verò casu altera ab altera vulneratur, nec percussa repercutit, nec zelo
vindictæ armatur, sed illa quæ læsa sit, quasi reatus sui cōscientia, & quasi do
lore pœnitentiæ compuncta velut satisfactionis nomine, sorori læsa mede
lam curationis, quàm meliorem potest, adhibere festinat: Nonne humilita
te obsequij, vt parcatur implorat? Si præsenferit oculum minantē gladium,
inter caput vibriari mox se manus inter caput, & gladium interponit, & sic
periculo se exponit, vt dum parcatur capiti, nō parcatur sibi: quo nos hæc
exempla pertrahunt, nisi ad charitatem. Si enim legē amoris scripsit Deus
in nobis, ut sciamus, quid debemus proximis.

Vnitatis
Religio

Corpus
Membra.

Quarta est discretionis, & prudentiæ, quæ unū eligit. 1. Mach. 8. Cōmit
tu ni Romani per singulos annos magistratū suū vni homini. Prudentia
est

A est quasi oculus inter virtutes, & dux & auriga earū. Vnde Sen. in lib. de
secundis epistolis, Non præcedit armēta degener taurus, sed qui magnitu
dine decoris ceteros vincit: elephantorum greges robustior ducit. De hac
vnitate. Can. 4. Vulnerasti cor meū soror mea spōsa in vno oculorū tuorū,
& in vno crine colli tui. Aia fidelis est soror Christi per fidē; est spōsa quā
que copulanda ei per spē, quā venient nuptiæ agni, & dabitur ei, vt operiet
se bysso splendenti & candido, quæ sunt iustificationes sanctorū: vulnerat cor
Christi, & intima penetrat, sublimi cōtemplatione, quasi in vno oculorū,
& subtili prædicatione, quasi in vno crine colli spiritū intelligentiæ & affe
ctu sapiētiæ. Ipsi sunt vnus oculus, vnde qui rasi sunt in Samione, & septē
oculi, qui visi sunt à propheta in lapide vno. Zach. 3. De septem crinibus, in
quibus existit fortitudo. Iud. 16. Et quemadmodū balistarius oculos vnit, quā
vult sagittare, vnū claudendo, & quasi alterum acuendo: ita qui vult sapiē
tiam penetrare subtili cōtemplatione, claudat oculū rationis, & acuat oculū
cōtemplationis. Quinta est fortitudinis, quæ in vnū oēs vires corporis
recolligit; pugna. n. vnanimiter aggressa victoriā parit, vnde vnitas fortes
facit, & fortis in vnū se colligit, quia virtus vnita fortior est, quæ dispersa. Iud.
20. Dī egressi itaq; sūt oēs filij Israel, & pariter cōgregati, quasi vir vnus,
& percussit Amon vsq; dū incaleceret sol. Sic ergo in cuneū vnū contra
inimicos nostros cōstringamur, ne diabolus in nobis introitū inueniat: sed
simus inimicis nostris terribiles, vt castrorum acies ordinata: sagitta. n. non
facile frangitur, quæ in eadē pharetra pluribus cōsociatur, quæ sine aliqua dif
ficultate frangi potest, dum sine aliarum coniunctione in manu tenetur:
Sic filij Israel, quasi vir vnus instabant faciendo opus.

Sexta est tēperantiæ, quæ carnē & spiritū in vnū redigit: vt caro subijciatur
spiritui nō spūs carnī: sed spūs vnitus Deo, carnē sibi conformē faciat in spi
rituali obsequio. 1. Cor. 6. Qui adheret Deo vnus spūs est; fugite fornicatio
nē. Fornicatio. n. spiritualis est, quā voluntas obedit carnī; voluntas rōnalis est
inter Deū, & sensū carnīs, sicut mulier inter virū legitimū, & fornicatorē
& adulterū; sensus. n. carnīs, quasi adulter vel fornicator est. Si. n. voluntas
copuletur cū Deo, vnit se cū spōso suo legitimo, & sunt duo in vno spū; si ve
rō, copuletur sensui carnīs, adulterat & facit filios adulteros, & sunt duo
in carne vna. Filios adulteros, appello vitia, quæ ex tali illicita coniunctio
ne nascuntur, sicut filios legitimos virtutum opera, quæ ex prima coniun
ctione proueniunt.

Septima est iustitiæ, quæ sū vnā regulam oīa dirigit, sū vnā mensurā oīa
corrigit, sū vnā efficaciam oīa punit, sū vnū numerū oīa numerat;
secundum vnum pōdus omnia ponderat, non personam accipit; legem to
lerat, quam tulit. Psal. 110. In conueniendo populos in unum, & reges vt
seruiant Domino. Tunc. n. seruitur Domino per actum iustitiæ vnanimi
ter, quando maiores & minores diliguntur, diriguntur, corriguntur, pro
mouentur æqualiter. 1. Mach. 4. Ornauerūt faciem tēpli coronis aureis. i.
animam, seu conuersationem, quæ est facies, virtutibus diuersis, quæ sunt
coronę circulares, pp perfectionem; aureæ, pp valorem; ad differētiā virtu
tum consuetudinariarum. 2. Mac. 4. Menelaus quēdā vasa aurea furabatur,
quod cum certissime cognouisset Orias arguebat eū: Vasa aurea in tēplo
sunt omnes virtutes gratiæ in templo animæ, quas informat iustitia:
quæ preciosa est inter alias, sicut aurum inter metalla. Vnde philosophus
5. Ethic. Iustitia fortior est cunctis virtutibus, & eius actiones amplius mi
rantes hoīes, & delectabilius conspiciunt, quæ stellam lucidam rutilā rem ar
te solis

Balistari.

Cōtemplatio.

Pugna.

Vnitas for
tes facit

Nuptiæ
Sponsus.

Filij
Iustitia.

Religiosus.

te solis ortum, vel post eius occasum: Vasa ista furantur, cum virtutibus E
non exerceantur; & ea in iustitia sit reddere unicuique quod suum est, me-
rito arguantur, qui sibi non reddunt innocentiam, superioribus reueren-
tiam, paribus concordiam, inferioribus misericordiam. Istæ enim sunt par-
tes, quæ reponuntur sub prima parte iustitiæ, scilicet sub spem liberalitatis:
Innocentia. Est ergo iustitiæ liberalis prima species innocentia, quam debet quilibet
sibi ipsi Prouer. 12. Iustitia custodit innocentiam viam, impietas autem peccato-
rem supplantat: Innocentia est puritas animi, cuius actus est seipsum im-
maculatum custodire, alij iniuriam non facere, nec propriam vltionem quæ-
rere: ridiculum enim est odio nocentis, innocentiam perdere; nec scelus be-
nè vnquam vindicatur scelere: vnde Seneca: Multos . . . dedit, qui suas
iniurias noluit vlcisci acerbius. Et Quidius: Vlciscendo nimis extitit ille no-
cens; Ideo sequitur, Impietas peccatorem supplantat, id est crudelitas ho-
minem crudelem superat: Vnde in libro de clementia ad Nerocem: Magni
animi est proprium, placidum esse, trar quillumque, & iniurias atque of-
fensas spernere & despiciere: Muliebre est furere in ira, ferarum quidem,
Ira. & generosorum præmordere, & vrgere proiectos. Elephanti leonesque tran-
seunt ea, quæ impulerunt: ignobilis bestię pertinacia est Non decet regem
seua, nec inexorabilis ira; nec multum supra eum eminet, cui se irascendo
Iustitia. exequat: Secunda species iustitiæ liberalis est reuergentia quæ exhibenda
Reuerentia. est superiori: vnde Christus dicitur implese omnem iustitiam; quia cum ef-
fere omnem iustitiam: Vnde de illis, qui nec Deo reuerentiam, nec super-
Matt. 3. Reuerentia. Irreuerentia. Baruch 4. Cõcordia. G
rioribus obedientiam exhibent, dicitur, Iustitias Dei nescierunt, necambu-
lauerunt per viam mandatorum eius: Est enim reuerentia virtus, honorẽ
exhibens personis in aliqua dignitate constitutis, & hoc propter Deum,
quia in illis honoratur Deus, aut contemnitur. Tertia species est concordia,
quæ debet pari. Esa. 32. Erit opus iustitiæ pax & concordia, q̄ est virtus
concius & compatiotas, & pariter viuentes in eadem dilectionis affectio-
ne coniungens: Et sic reuerentiæ effectus est secundum philosophos, ma-
iores uenerari & imitari; Ita huius effectus est proximorum vtilitates se-
ctari: De primo dicit Seneca. Optimum est maiorum vestigia sequi, si rectè
præcedant. Idem in secundis epistolis. Non præcedit armenta degener tau-
rus, elephatorum greges excellentissimus dicit: Inter homines optimus,
animorum rector eligebit, ideoq; summa felicitas gentium erat, in quibus
non poterat esse potentior, nisi melior: Ideo Possidonius philosophus dice-
bat, quod in aureo seculo regnum erat apud sapientes; & nos ponimus,
Ecclesia. in primitiua ecclesia omnia fuisse ordinata, vnde aureum seculum refert
Possidonius ad statum ecclesiæ primitiua, vel ad statum innocentia: Tul-
lius de officio concordia dicit ex verbis Platonis, Non nobis nati solummo-
do sumus, ortusque nostri partem patriæ vdicat, partem amici, ciues, vili-
tatem in medium asferre debemus: Quarta species iustitiæ liberalis est, mi-
sericordia, quæ debetur inferiori. Tho. 14. Filijs vestris mandate, vt faci-
ant iustitias, & elemosinas, id est opera misericordia. Prouer. 21. Qui
sequitur, misericordiam & iustitiam, inueniet vitam & gloriam: Est autem
Liberalis. misericordia virtus, per quam animus mouetur super calamitate afflictæ;
de qua Tullius ostendens, quod est eius officium dicit, virtus ista nil a se alie-
num putat; comoda alieni vel damna sua estimat: Prouer. 10. Non pro-
derunt thesauri impietatis; iustitia liberabit à morte, hoc est quando pro-
pter Deum fit opus misericordia, & si indigni sunt illi, quibus elemosy-
na.

na datur, & ingrati. Vnde Sen. Si Deos imitatis, da etiam ingratis: Nam & Seneca.
sceleratis & pyratibus maria patent: ingratus enim fecit non tibi iniuriam, sed Dare.
sibi: ideo imitare agros fertili, qui plus afferunt, quã accipiunt: si verò que- Misericor-
ris quis est ingratus, respondet, is est ingratus, qui dissimulat; ingratiſſimus dia.
omnium, qui oblitus est: Ex quatuor affectionibus animæ pululant quasi Pietas.
ex feminibus, omnes virtutes. Quare 26. a. Hester 1. Septem diebus rex Exemplū.
Assuerus, qui interpretatur beatitudo, iussit conuiuium præparari in vesti- Ingratus.
bulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu confitum erat; & pen- Hest. 1. a
debant ex omni parte tentoria aurei coloris, carbasini, & hyacintini, suste-
tata funibus byssinis atque purpureis, qui eburneis circulis inferi erant, & Hortus ne-
columnis marmoreis fulciebantur: Hortus quidem nemorosus, in quo pa- morosus.
ſcitur, inter illia castitatis, dominus Iesus Christus, donec aspiret dies æter-
nitatis & inclinetur vmbra nostræ mortalitatis, est deuota anima, vel sancta
B ecclesia, virtutum floribus adornata: Pædet autem per circuitum huius
horti tentorium aurei coloris per paupertatem seu temporalium abdicat-
tionem: Tentorium carbasini coloris per castitatis decorem, & carnis mor-
tificationem: Tentorium hyacinthini coloris, per obedientiæ subiectionem,
quibus tribus tentorijs hortus conscientia protegitur, ne folia virtutum
C virent æstu carnis, mundi, aut dæmonis adurant: Byssus autem genus est
lini candidissimi, propter quod funes byssini significant in se varia gaudia
paradis; quibus tria prædicta tentoria ponderosa: quia virtus est de arduo
& difficili, casti, obedientia scilicet, & paupertas ne corrumpant, sustentantur,
quia propter spem cœlestis gloria, prædicta tria, quæ sunt difficilia, æquami-
niter toleramus: Isti autem funes byssini circulis eburneis inferuntur, quia
D prædictis virium animæ spiritualibus exercitijs acquiruntur: Funes autem
atque tentoria columnis marmoreis sustentantur, in quibus ratione longi-
tudinis intentio recta, ratione firmitatis finalis, perseverantia designatur;
quibus tanquam columnis innititur ista fabrica spiritualis Mat. 13. Simile
est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, id est
virtutes, inuenta vna preciosa margarita; Hæc est charitas, quia maior om-
nium, & fortior omnium, virtutum est charitas. Apoc. 1. Caput id est volu-
tas & capilli id est virtutes, candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix;
quatuor virtutes cardinales designantur per quatuor rotas in curru igneo
quibus in cœlum rapitur Elisæus; Exod. 25. Quatuor circulos aureos præpa-
rabis, quos ponas per quatuor arcæ angulos; quatuor enim virtutes cardina-
les quatuor sunt, rotæ vel circuli propter perfectionem rotæ, quia his
vehitur anima ad portum gloria: Istæ rotæ arcæ animæ, in qua est vna cū
manna, Vrna aurea, voluntas absque peccati rubigine, vel macula corrup-
tionis; plena dulcedine deuotionis & cœlestis consolationis: Virga rectæ
intentionis, florida exercitatio sanctæ operationis, atque tabulæ testamenti
firmæ & lapideæ contra statum cuiuslibet tentationis, scriptæ litteris diuina
inspiracionis in benedictione Iacob; Ecce odor filij mei & c. Multiplex
virtus designatur. Quare 26. a. Bene. 24. Seruus Abrahæ suspendit in aures
ad ornandum faciem Rebeccæ: Abrahæ dominus pater, seruus Abrahæ
Christus formam serui accipiens; Rebecca deuota anima; in cuius facie ad
ornandum, vt sic Deo accepta, Christus ponit virtutes, dona, & beatitudi-
nes. Apo. 1. Datus est ei calamus similis virgæ, ut meturetur templum, & c.
Templum conscientia; calamus noticia; virga iustitia; quibus Christus mē-
surabit, quæ sit longitudo patientiæ, latitudo misericordiæ, altitudo desiderij
gloriæ, profunditas humilitatis propriæ: Vel possunt istæ quatuor mensuræ
referti

Seneca.
Dare.
Misericor-
dia.
Pietas.
Exemplū.
Ingratus.
Hest. 1. a

Hortus ne-
morosus.

Cõscientia.

Virtutes.

Charitas.

Apo. 1. c
Capilli.

Animæ.

Gen. 32. f

Animæ.

Animæ.
Ecclesiæ.

Temperan-
tia.
Eze. 1. b

Pfal. 74.
Iud. 10. a

Can. 3. d

Natura hu-
mana.

referri ad quatuor virtutes Cardinales. 3. Reg. 6. Malleus & sésuris non sunt audita in templo, dum ædificarentur: quia lapides prius quadrabantur & poliebantur in Libano, & postea ponebantur in templo: Sic lapides viui, qui sunt in superna Ierusalem collocandi, prius poliuntur & quadrantur in Libano ecclesie militantis: Vnde temperantia redditur incorruptio; prudentia, perfecta cognitio; obedientia, exaltatio; perseverantia, indefessa gratiarum actio: Eze. 1. Quatuor pennæ vni. Istæ sunt quatuor pennæ gratiæ, reformantes quatuor defectus naturæ, consequentes defectus culpæ: Nam constantia iuuat impotentiam; reuerentia refrænat malitiam; misericordia temperat concupiscentiam; sapientia illustrat ignorantiam; & sic natura læsa, & deformata per culpam, sanatur & reformatur per virtutes & gratiam: Vel possunt ista referri ad quatuor virtutes cardinales: Istæ sunt pennæ columbæ de argentea, quas desiderat anima deuota: Quis dabit mihi pennas vt columbæ, & volabo & requiescam? Iud. 10. Surrexit Iudith de loco, in quo iacuerat prostrata coram domino, & abstulit a se cilicium, & exiit se vestimento viduitatis suæ, & lauit corpus suum, & vixit myrrhino optimo, & discriminavit crines capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimento iocunditatis: Iudith consistens, anima penitens; quæ tunc de loco, in quo prostrata iacuerat, surgit, cum peccatum detestando dimittit: Cilicium & vestimenta dimittit, cum, secundum glossam, luctum penitentis spei consolatione perfundit: corpus suum lauat, dum carnis opera lachrymis mundat; vngit se myrrhino optimo per carnis mortificationem: discriminat crines capitis sui, dum cogitationes examinat per discussionem: Capiti suo imponit mitram, dum vitiorum obtinet victoriam: Induit se vestimentis iocunditatis; dum se exercet in operibus charitatis: Induit sandalia obseruantis preceptorum; assumit dexteralia, spem, scilicet futurorum bonorum: Assumit etiam lilia castitatis & munditiæ, in aures deuotionis & obedientiæ, annulos fidei perfectæ, & ornavit se omnibus ornamentis, id est omnium bonorum spiritualium insignijs: Hæc sunt insignia & vexilla, quibus deuota anima Deo desponsatur, & quibus peccatrix anima Deo reconciliatur. Can. 3. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani; columnas eius fecit argenteas, reclinatoriū aureum, ascensum purpureum media charitate, constituit propter filias Ierusalem: Per Libanum quæ interpretatur candidatio, intellige candorem castimonie: Per argentum, nitorem eloquentiæ, per reclinatoriū aureum, splendorem sapientiæ, per ascensum purpureum, pallorem patientiæ; & postea ponitur arbor amicitie: in Tren. 4. Candidiores niue, nidiore lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphyro pulchriores. Candor niuis, mundiciam pudicitie; Nitor lactis vnctionem sapientiæ; Rubor ebore, sanctitatem patientie; Decor saphyri, florem redolentiæ, vel decorem contemplationis superne: Possunt autem ista quatuor virtutibus cardinalibus, vel quibuscunque alijs coaptari: Quære de virtutibus in tota tabula de gratia & charitate; quia idem est effectus. Ezechiel 16. Ornata es auro & argento, vestita es, bysso, & polymito: Secundum Bedam quadruplex malum incurrit natura humana per peccatum, ignorantiam, impotentiam, concupiscentiam, malitiæ: Contra prædicta quatuor anima per virtutes & gratiam reformatur, in auro fulgor sapientiæ, contra ignorantiam, seu contra ignorantie nubilum; in argento valor constantie contra impotentie excidium; in bysso nitor munditiæ contra concupiscentie stimulum; in polymito, decor innocentie, contra malitiæ damnum: Est enim polymitum secundum Pzpiam textura diuerforum

A nerforum coloram. Vnde Eze. 16. Vestiuu te discoloribus, calceauu te hyacinthis. Prædictis quatuor virtutibus, quæ etiã possunt quatuor virtutibus cardinalibus coaptari fulcitur deuota anima, quasi quatuor columnis, quæ erant in tabernaculo, quasi quatuor circulis, & rotis aureis, quæ erant in mensæ quadrangulo, quasi quatuor scyphis in modum nucis, qui erant in candelabro, quasi quatuor rotis, quæ erant in basibus domus salus, quam ædificauit Salomon, vt scribitur 3. Reg. 7. Quasi quatuor coloribus, qui erant in sacerdotali cingulo. Exod. 29. Quasi quatuor coloribus, qui resplendent in Iride; quasi quatuor facibus, quibus cognoscuntur sancta animalia; quasi quatuor pennis, quibus volant ad cælestia. Ezechiel. 1. Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni, quasi quatuor circulis aureis, quibus ferebatur Domini arca. Exod. 25. Et nota quod in ædificio nobili, qualis est domus Dei, ecclesia Christi, dicente Sapiente, Sapientia ædificauit sibi domum; & excidit in ea columnas septem. Et Apostolus 1. ad Thimoth. 3. Domus Dei, est ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis. In tali domo debent poni columnæ nobiles pro ornamento, & sustentamento & defensionis munimento; quales sunt prælati, vt quilibet sit columna alta, per prudentiam, recta, per iustitiam; firma, per fortitudinem; & constantiam; picta & polita per temperantiam, sensuum custodiam, morum refugientiam. Psalm. 98. In columna nubis loquebatur ad eos. Exod. 13. Præcedebat in deserto in columna ignis per noctem, & nubis per diem. Exod. 26. Columnas operuit auro. Iud. 16. Samson apprehendit, & concussit columnas, quibus domus innitebatur. Hester 1. Columnis marmoreis fulciebatur. Iob. 9. Columnæ eius concutiuntur. Iob 26. Columnæ cæli contremiscent: Ego confirmaui columnas eius: Thronus meus fecit argenteas. Dedi in te columnam ferream. Confregerunt columnas aureas. Aurum excellit omnia metalla in colore, valore, & pondere; in colore castitas; in valore charitas; in pondere humilitas designatur. Ezechiel. 28. Omnis lapis preciosus ornamentum tuum, Sardius, Topazius, Iaspis, Chrysolitus, Onix, Berillus, Saphyrus, Carbunculus, Smaragdus, & aurum opus decoris tui. In his verbis describitur anima virtutibus insignita, no uem angelorum ordinibus conformata. Videmus in virginibus ruborem verecundiæ, honorem excellentiæ, virorem bonæ famæ; quæ in primis tribus lapidibus designantur. Quære 216. b. Secundus ternarius lapidum est Chrysolitus, Onyx, Berillus, Chrysolitus, aureum habens fulgorem, significat sapientiam, quæ necessaria est virginibus, & cunctis alijs, ne eis tanquam fatuis, claudatur ianua, si paratæ non fuerint, & oleum in lampadibus non habuerint: Onyx niger, significat humilitatem, quæ laudabilis est virginibus, vt patet in flore Virginum, matre Dei: Respexit, ait, humilitatem ancillæ suæ, &c. Vnde Bernardus; Laudabilis virginitas, quam humilitas ornat. Berillus pallidus, abstinentiam debitam designat; quæ etiam necessaria est virginibus: vnde Io. Difficile inter epulas seruatur virginitas.

Tertius ternarius lapidum, Saphyrus, Carbunculus, Smaragdus: Saphyrus, fluxus sanguinis repressius designat, quod virgo Christi debet reprimere carnis malitiam; quia tribulationes carnis habebit. Carbunculus, ardoris emissius significat, quod virgo Christi debet ardentem petere sponsi præsentiam, nec frangi dilatione; quia dilatione desideria crescent, alias desideria non sunt; vt patet in Magdalena, quando Christum

Quatuor-
tus.

Præc. 16.

Pfal 74.
Eccle. 24. b
Eccle. 26. c
Caa 3. d
Hier. 1 d
Hier. 32 d.

Alqno T

EX 33

stum

Rum quærebat: Greg. Desideria dilatione crescunt, quia si dilectione deficiunt, desideria non sunt: Smaragdus, maximi nitoris contentivus, significat immacessibilem virginittatis aureolam: Isti omnes lapides includuntur in auro virginittatis: Et nota quibus virtutibus debeat ornari anima, vt fit digna à Christo desponsari. Quære 12. b. Et nota, quod quadruplex est quadriga Christi, quælibet habet quatuor rotas & duos equos trahentes & vnũ aurigam regentem: Prima quadriga est amicitia. Ista figuratur per currum igneum Elię. Ecce curtus igneus, &c. Quatuor rotæ, &c. Quære 30. a. Secunda quadriga est munditia. Quatuor rotæ sunt parcitas comesttionis, puritas affectuonis; asperitas vestis; sedulitas exercitationis; trahitur duobus equis, sensuum refrænatione, paupertatis amore; vel diligentia examinationis & contritionis, & frequentia confessionis; auriga, consideratio mortis: Et in isto curru ferebatur Eunuchus: Et ecce vir Æthiops: Tertia quadriga est patientia; quatuor rotæ, sunt promptitudo pœnitentię; detestatio culpæ commissa; memoria pauperis Christi; timor inferni: trahitur duobus æquis magnanimitate, & hilaritate auriga fortitudo: In hoc curru vel quadriga hac, ferebatur Iob, de qua Abacuc 3. Quadrigæ tuę saluatio: Per equũ varium & fortem, fortitudo patientiæ designatur: Quarta est quadriga intelligentiæ. Quatuor rotæ. ingenium, studium, contemplatio, reuelatio: Trahitur duobus equis, sapientia, & scientia; auriga, fides: Hęc quadruplex quadriga figuratur. Zach 6. Ecce quatuor quadrigæ egrediebantur de medio duorum montium: Duo montes designant altitudinem & firmitatem duorum testamentorum: qui dicuntur etiam resonare propter resonantiã veritatis: de quadriga amicitia ibidem: In quadriga prima equi rufi; De quadriga pœnitentiæ ibidem: In quadriga secunda æqui nigri, de quadriga munditiæ ibidem: In quadriga tertia equi albi, de quadriga intelligentiæ ibidem: In quadriga quarta equi varij, & fortis; varietas in equis designat varietatem intelligentiæ & sensuum in scripturis. In 3. Reg. 7. Salomon statuit duas columnas in porticu templi, idest Christus ad decorem & conseruationem conscientia, quæ templum est Christi, Columnam vnam dexteram vocauit Ioachim; secundam vocauit Booz: Ioachim interpretatur firmitas; & designat temperantiam, quam adulatio & ambitio non infirmat: Booz interpretatur in quo robor vel fortitudo, & designat patientiam, quam persecutio, flagella, ira, non frangit: In his duabus columnis templũ animæ sustentatur. 4. Reg. 4. Dicit Sunamitis: Faciemus ei, scilicet Elifæo, cœnaculum paruum, & ponamus, &c. Ibi ponuntur virtutes, quæ sunt necessariæ animæ ad hoc, quod Deus in ea hospitetur. Quære 56. a. Cor triplicii littera scriptum. c. o. r. designat cameram omnipotentis regis; in qua Deus non inhabitat, nisi virtutum floribus adornetur; vt patet de premissa historia de Sunamite. Idem patet Eze. 9. Ecce, septem viri; &c. septem viri, sunt septem virtutes: Fides, Spes, Prudentia, Temperantia, Fortitudo, & Iustitia: vir indutus lineis in medio eorum est charitas; porta superior Christus, qui est ostium, qui & aquilonaris dicitur, propter corporis mortificatione: quilibet istorum habet vas interius in manu; quia quælibet virtus est contra vnum vitium: Vir in medio scilicet charitas, Vas interius non portat spirituale, quia est vniuersaliter contra omne vitium, & contra radicem omnium vitiorum: atramentum scriptoris memoria passionis; quæ viget in illo, qui Deum ardentè diligit, incaustum sanguis Christi, sed ad renes debet portari; quia in corde debet teneri; Hi omnes iuxta altare æneum iubentur ingredi, quia conscientia, quæ est altare, vbi offerunt

A runt Deo gratum sacrificium, debet prædictis virtutibus custodiri & ornari. Dicitur autem viro, qui est in medio; Transi. &c. Quære 30. b. 40. b. 29. a. b. 44. a. Genes. 24. Angeli ascendebant in scala Iacob, &c. Per istam scalam designatur fides vel quælibet alia virtus; huius scalæ duo latera, fides diuinitate, & humanitate; vel munditia mentis, & corporis; vel amor Dei, & proximi: Gradus, duodecim articuli: Vel continentia quinque sensuum, & sic de alijs virtutibus; Per istam scalam ascenderunt viri Angelici ad Deum, & descendunt ad proximum; vbi videtur Dominus innixus scalæ; quia per istas virtutes ad ipsum certitudinaliter peruenitur. Eze. per septem gradus ascendebatur ad templum, idest per septem virtutes ad cœlum: virtus est fundamentum totius ædificij spiritualis, quod non subuertitur. Edificauit domum suam, &c. Quære 45. a. 114. a. septem sunt gradus beatorum, ad quos ascendimus per septem virtutes quasi per septem gradus illis correspondentibus; Ad gradum Angelorum ascendimus per charitatem & obedientiam; Ad gradum patriarcharum, per spem, longanimitatem & hospitalitatem, siue misericordiam; Ad gradum prophetarum, per fidem firmam & plenam; Ad gradum Apostolorum, per iustitiam; Ad gradum martyrum, per fortitudinem & constantiam; Ad gradum confessorum, per prudentiam & abstinentiam; Ad gradum virginum, per temperantiam, castitatem & mundiciam.

De viribus anima & sensibus.

Deus creauit hominem rectum, vt dicitur in Ecclesiastico; cui alludit verbum Aristotelis primo de anima, & acceptum est de Platone; ait enim sic; Aspectum rectum, & circulum reflexum, & diuidens ex vno in duos circulos dupliciter coadunatos; Item in vnum in septem diuisit circulos, quasi essent cœli motus, animæ motus; hoc tenemus, quia rationalis anima aspectum habet rectum, quasi prorepta a puncto ad punctum extensione suarum virium ad obiectum, & maximè, in quantum est rationalis; quia sicut linea recta est inter duo puncta, inter quæ non potest protrahi, nisi vna recta linea; sic anima rationalis, vel intellectiua ad solum vnum, verũ, infinitum, terminatur; in quantum affectiua, ad solum vnum, bonum infinitum, & quia idem est verum & bonum infinitum, ideo tota tendentia animæ, quæ a Deo, vt eius imago, quasi recta linea egreditur, & ad ipsum sub ratione vnius finis reflexa terminatur, vnus circulus appellatur; Ille autem circulus in duos diuiditur, scilicet cognitionis & affectionis seu dilectionis, quia per istas duas lineas reflexas, creatura rationalis illi principio, a quo originaliter egreditur circulariter, & scilicet terminatur: adunantur autem, & se mutuo interfecant: Isti duo circuli in duobus punctis spheræ mentis sunt; eo quod vis affectiua vim intellectiuam in creatura sensibili quasi in vno puncto; in alio verò circa intelligibilia, quasi in alio puncto ipsam interfecat; vel in creatura, quasi in vno puncto, in creatore, quasi in alio puncto se interfecant: & sunt æqualis ambitus isti circuli, quia omne cognoscibile est diligibile, & econtra: Vel potest dici, & melius; quod vnus circulus animæ comprehendit totam partem intellectiuam, videlicet intellectum & voluntatem, alter verò totam sensitiuam: Et isti duo circuli dupliciter coadunantur, siue in duobus punctis se interfecant; in essentia animæ, quasi in vno puncto; & in obiecto sensibili, quia si in alio: Alter vero istorum scilicet circulus virtutis apprehendit sensibilem,

Scala Iacob, fides.

Mat. 7. Virtus fundamentum ædificij spirit.

Vide c. 49. Eccle. 7. Homo rectus.

Anima rationalis.

Nota aspectus & reflexus circulos.

Circuli duo se in interfecant.

libilis, cuius operatio est per modum lineæ recte aspectū dirigendo ad obie-
ctum, circulatur per speciem rei, quam ad se trahit dādo iudicium; Iste cir-
culus in septem diuiditur, quia vis sensitua quinque sensus particulares,
& sensum communem, siue imaginationem, & æstimationem in se clau-
dit, vt sic appareat quod cum in septenario. numero sit vniuersalis perfe-
ctio, rationalis creatura vltimam perfectionem, creaturæ communicabilē,
in se claudit, quod vires animæ debent prudenter custodiri, quia sunt septē
crines capitis Sampsonis, in quibus consistit fortitudo Spiritus sancti. 1. Ma-
chabor. 10. Ierusalem sit sancta & libera cum finibus suis: Ierusalem fi-
delis anima sit sancta per vite veteris depositionem, libera per meritoriam
actionem, cum finibus suis, id est cum sensibus, & viribus suis, quia non so-
lum in parte intellectiua, sed etiam in parte sensitua debet suo modo hone-
stas, & sanctitas relucere.

In septena-
rio perfectio
vniuersa-
lis.
Crines.
Ierusalem.

De vindicta.

Quare in tabula de Ira, de odio, de tribulatione, patientia, & persecu-
tione, de inuidia, de iniurijs, de remissione iniuriarum.

Aug. Homines quorum spes in Deo est, non debent reddere mala pro
malis: Et illud: Mat. 18. Serue, nequam, omne debitum dimisi tibi, quonia
rogasti me; nonne oportuit & te miseri conserui tui? Et illud saluatoris:
Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt: Et Stephanus pro lapidanti-
bus orauit; in tabula de misericordia & pietate.

De visitatione infirmorum.

Genes. 37.
Misericor-
dia.

Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos; Et hic applica
totam histo. Tob. Et quomodo Christus visitauit nos: Non egent, ait,
qui sani sunt medico, sed qui malè habent. Quare in tabula de pietate, de
Eleemosyna, & de misericordia.

De via triplici.

Via triplex
dies.

De via triplici per quam debemus incedere. Exod. 3. Viam triū dierum
ibimus in solitudine, & sacrificabimus Deo nostro: Ista triplex via
est incipientium, proficientium, perfectorum: Et bene iste processus in via
spirituali cōparatur diei; quis sicut lux in principio diei est modica, & paula-
tim crescit in magnā; sic est de via iustorum. Prou. 4. Iustorum semita quasi
lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem: Via penitentiu
incipit ab ortu contritionis. Num. 22. Videns asina, &c. Asina sensualitas,
Balaam ratio, personales affectus, Angelus gratia, q̄ est magni consilij An-
gelus: Gladius, discretio iudicij; Vineę vnde vinum elicitur, sunt gaudia pa-
radisi; Hoc est vinum purum, quod latificat cor hominis; Duæ maceria,
culpa & pœna; Maceria præcludit aditum vineę, sic culpa & pœna præclu-
dit malis aditum paradisi; Et sic incipit ab arcto, sed terminatur in latum
spei: Eduxit me in latitudinem, saluum me fecit quoniam voluit me; hæc
latitudo quadrupliciter extenditur. Dilataberis ad orientē; Contritus enim
post confessionem, sperat gratiam, peccati remissionem, pœnæ æternæ libe-
rationem, gloriæ adaptionem. Vita proficientium incipit, ab arcto tribula-
tionis. Iob 5. Eripiet pauperem, & terminatur in latum consolationis; In
tribu-

Psal. 17.
Gen. 28.

Psal. 4.

tribulatione dilatasti mihi Vita perfectorum incipit ab arcto dilatacionis.
Prou. 13. Spes: Arctum enim est eis esse in hoc mundo; Ideo cupiunt dila-
tari, & esse cū Christo, & tendunt in altū contēplationis: Ambulabam in
latitudine. Vel dic, q̄ peregrinatur in solitudine huius mundi per triduum
contritionis, cōfessionis, satisfacionis: Iusti per triduum dilectionis Dei sui,
proximi, contēplantes per triduum meditationis, deuotionis, delectationis:
presidentes, per triduum veritatis, vite, iustitiæ, & doctrine. Religiosi per tri-
duum paupertatis, castitatis, & obedientiæ. Eamus itaq; cautē, vt ad termi-
nū valeamus peruenire. Singulariter autē prædicta triplex dies religiosi in
dicitur, vt vadant per viam castitatis mētis, oris, operis: non. n. vocauit nos
Deus in immunditiam, sed in sanctificationē, vt simus casti affectibus, casti
sensibus, & sermonibus, casti effectibus, & operibus. Secunda dies est vt in-
cedant per viā paupertatis, diuitiando parentales affectus, mundiales appe-
titus, curiales strepitus: quia nemo militans Deo, implicat se negocijs seculi
laribus, vt ei placeat, cui se probauit. Tertia dies est, vt incedant per viā obe-
dientiæ, non querentes quæ sua sunt, non sequentes propria desideria, vt
non confundantur in voluntate propria, sed prōptē, spōtanē, perfectē, pu-
rē obtemperent imperanti, & obediant præcipienti. 1. Pet. 3. Quasi filij o-
bedientiæ non figurati prioribus ignorantia ueltræ desiderijs.

Triduum per
desertum.

1. ad Theff.

4. Religiosi.

2. Timo. 2.
Obedientiæ.

De veritate.

Veritas luci comparatur: Candor est lucis æternæ speculum sine ma-
cula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. 3. Esd. 3. cū quæreretur
quid esset fortius, & præualeret, respondit vnus, q̄ vinum, sed, vt ibidem de-
terminatur, fortior est veritas, & vincit, & præualet. Vinum est curiositas
siue error; Rex est elatio potestatis; mulieres sunt concupiscētiæ carnales;
quia cor emolliunt. Stulta autem apparet ratio erroris, cum cōparatur ve-
ritati, quia dē vinum seducens mentem, quantum ad intelligentiam veri,
secundum rationalem. Et hoc est vinum erroris, faciens mentē vanā, quo
ad effectum boni, quo ad concupiscibile; conuincens in securitatē, quo ad
irascibile. Rōnem ergo seducit. i. seorsum a via veritatis abducit, quærendo
quædam apparentia physica, & sophistica, in quibus non est veritas, nisi in
sola apparentia. Sicut lux in noctiluca, vel in pisciū squama, vel in quercu
putrida. Esa. 28. Absorpti sunt a vino. Et in eodem, Caupones tui miscue-
runt vinū tuū. Facit ēt vinū curiositatis mentē vanā, quo ad concupiscibi-
le: quia. n. non habet rationē veri boni, lō ibi mēs non quiescit, sed semper
querit aliud: Facit ēt mētē vanā, quoad irascibile; q̄a in nullo credit posse re-
prehendi, cū tñ tota fortitudo huius vini sit reprehēnsibilis: fortior ergo ve-
ritas. Audet ēt elatio potestatis se cōparare veritati, & certe fortior est veri-
tas. Vis non timere potestatem? bene fac: Sequere ergo veritatē, & nō time-
bis regis potestatem, seu fortitudinē. Audet ēt mollicies carnalis, designata p
mulierē se opponere, & cōparare veritati: in hoīe. n. carnali est timor mol-
liciei plus q̄ Dei, vel religionis; Vñ dē ibi, q̄ pp mulieres multi demētes fa-
cti sunt, & pp mulieres serui facti sunt: quia necesse hēt seper timere, qui
carnali uolūtati vult satisfacere. Et adde palmis cōdebat regē de sinistra ma-
nu, &c. Vide totū. Quod fit quando carnalis anima per adulationē, quæ si-
nistra manus est, placet prælato. Eccles. 19. Vinum, & mulieres faciūt ho-
minem apostatate etiam sapientes: iniquus ergo rex, iniquæ mulieres, in-
quam vinum, sed veritas præualet, & regnat in æternum. Veritas sem-
per est præferenda, quia ut dicit Aristoteles, duobus propositis amico, Veritas.

Sap. 7.

Principes.
Error.

Mar. 6 c & veritate sanctum est præhonorare veritatem. Hinc est quod Io. veritatem dicebat Herodi: Non licet, alicui habere uxorem fratris tui. Et Dan. 5. Baitasat, Mane. Techel. Phares. Veritas semper est inquirenda maxime in iudicio, quia sententia debet esse clarior luce: Hinc ait dñs ad informationē iudicis. Descendam & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere cōpleuerint, an non sit ita, vt sciam; quare de quadruplici vertiate. 1 s 1. a.

De vanitate.

Vanitas. **M**undus. **Q**uare in tabu. de diuitijs & voluptatibus, de mundo, de morte, de vita misera, & de curiosis.

De visione Dei.

Quod Deus videtur à multis in via, quere de apparitione Dei. 1. a. que rein 3. Reg. 19. Nō in igne Deus, non in commotione Deus, sibilus auræ tenuis, ibi dñs: Quia per humilitatem & mundiciam vñ Deus: Beati mundo corde, qm ipsi Deum videbunt: Sed fm Bern. In sermone de assumptione virginis Marię: Tria oculum impediūt tenebra, & fumus superbiæ, humor immuditæ, puluis auaritiæ: Exo. 3. vadā & videbo visionē hęc, & c. Quia soluto calceamento naturalis rationis, vñ Deus per fidem, in ardore amoris diuini. Matt. 17. Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem, & duxit illos in montē & c. Quia mens casta, quæ designatur in Io. obediens in Petro, tēporalia contemnens, quæ in Iaco. meretur Deum videre, quære 104. b. in Mat. 23. a. 25. a. 32. a. 38. a. Zacheus Christū videre non potuit, do nec in arbore in Sycomorum ascendit, quære. 32. a. 36. a. 38. b. 42. b. 43. b. 49. a. 51. a. Magdalena vidit, quia feruenter quæsiuit, & quærendo perseverauit: Moy. vir mitissimus in monte contemplationis ieiunans vidit dñm: tres reges grata munerificationis, aurum fidelis cognitionis, thus deuotionis, myrrham mortificationis, Deum videre meruerunt: pastores in simplicitate viuentes, cum humilitate quærentes, Deum viderunt: Paulus per deuotionem & cōtemplationem raptus, Deum vidit: mulieres cum deuotione quærentes, vnguenta virtutum & bonorum operum portantes, Deū viderunt: Iacob dormiens & lapidem capiti supponens, vidit dñm innixus scilæ, quære 55. a. Fel piscis Tobie. i. amaritudo penitentię clarificat oculos ad videndum Deum. Paulus depositis squamis de oculis vidit Deum: Quod Abraam vidit Deum in seruire dici; tres vidit, & vnum adorauit. Et no. quod ex quo fratres Ioseph cognouerunt eum, ausi sunt ei loqui; quia ex quo filius Dei incarnatus est, & in terris visus, & agnitus est, cum maiori fiducia quam ante, possumus ei nostras necessitates ostendere.

De Christo.

DE Christo, Quære in tota tab. de virgine matre eius, quia ibi sunt multæ historię cōes filio & matri. Et no. q Christus, est ille angelus, qui præcessit filios Israel in exitu de Agypto. i. illos, qui exeunt de mundo, & intrant solitudinem religionis; In columna ignis per noctem, iustammans per dilectionem; in nocte aduersitatis; & in columna nubis per diem, rigās & temperans per humorem deuotionis in die prosperitatis: Item ipse est ille angelus, qui descendit cum Azaria & socijs eius, scilicet, cum cunctis fidelibus

A fidelibus fidem trinitatis habentibus, refrigerans ardorem tentationis; siue procedat à stupa superbiæ, pice, immundicie, malleolis auaritię, naph. ha hy pocrisis & vanæ gloriæ. 98. a. b. Christus est ille serpens æneus in palo crucis erectus, quem aspicientes oculo sincere fidei a Diabolo, mundo, & carne vulnerati, continuo curatur. Et no. de hoc noīe Iesus, qd interpretatur saluator quare conuenit Christo. 14. a. in 3. Reg. ipse est ille fluuius, qui ingreditur de loco voluptatis patris ad irrigandum paradysum ecclesie militantis; sine eius humore non pot. afferre fructus meritorum. quare 15. b. Quod Christus figuratur per David, & de eius incarnatione. 13. a. b. Qd Christus est ostium per quod intramus paradysum, & ibidem de eius incarnatione. 14. a. Hoc ostium, & c. de eius compassione, & suscitatione Lazari: De eius pietate qñ satiavit quinq; millia hoīum; de remissione peccatorum in Magdalena; in muliere deprehensa in adulterio; in latrone in cruce, cui dedit regnū; & de crucifixoribus: Pater, ait, ignosce illis: Quo comedit cum Zachæo & peccatoribus: Quod Christus designatur per virum indutum lineis, i. carne purissima virginali, qui habebat atramentū scriptoris ad renes, i. latus apertum in cruce, cuius incausto, id est sanguine precioso consignantur in fronte, in baptismo, oēs qui sunt in Ierusalem, i. in ecclesia; Et quicumq; hoc signo ab ipso non fuerint consignati; peribunt: Eze. 9. Quod Christus figuratur per Elisæum, qui incubuit super puerum mortuum, i. genus humanum, carnem nostram assumendo, quem baculus Giesi nō potuit suscitare. quære 39. b. Quod Christus est liber scriptus cunctis virtutibus & exemplis, qui semper præ oculis est habendus, quære 40. b. Christus est verus sol iustitię, quia ad modum solis antiqua renouat, culpā remittendo & gratiam infundendo: occulta demonstrat, per fidelem eruditionem; multiformia generat per duorum virtutum infusionē & meritorum aggregationem; quia sicut sine solis influentia nihil generatur, sic sine Dei gratia nulla sit operatio meritoria; Et sicut sol per motum suum in Zodiaco causat quatuor tpa anni, estatem, hyemem, ver, autumnum; sic Christus causat ista quatuor tpa spiritaliter in hemisphærio mentis nostræ. Quære 26. b. Christus est ille Samaritanus, qui interpretatur custos, quia nisi dñs custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam; Iste hoīem descendente ab Hierusalem in Hierico, genus humanum cadens ab altitudine status innocentie ad infimum præsentis miserie, posuit super equum diuinitatis, & cōmisit itabulario. i. prelato, dans duos denarios, vtrumque. s. testm ad eius curam, & assignauit eius vulnera, adhibens medicinam sacramentorum; quia latrones Dēmones expolierant ipsum gratuitis, & vulnerauerant in naturalibus; Ideo Christus est verus p̄ximus, & verus frater, qui facit nobiscum misericordiam, 165. Quære de eius fraternitate in pietate & misericordia ad nos. 61. b. Christus figuratur per Ioseph, qui interpretatur saluator, quem si Ruben non inuenerit in cisterna conscientie, debet scindere vestimenta per confessionem, cum fletu per contritionem, & dicere: Puer non comparet, & ego quo ibo? Ipse. n. est via, veritas, & vita. Quo ibis sine via, nisi in præcipitium? sine veritate, nisi in errorem & deuium? sine vita, nisi ad mortem & supplicium? Christus est ille agnus, qui fuit mortuus & resurrexit; qui potuit aperire septē signacula libri diuine prædestinationis, circa mysteriū nostræ incarnationis, que ipse aperuit, septem figuras, circa nostram redemptionem in scripturis positas, in seipso explicando: Incarnatio fuit figurata in Sātōne, quære de alijs. 124. in Apoc. Christus est arbor pulcherrima & fructifera, de cuius fructu viuunt omnia; & designatur per

1. Pet. 2.
Gen. 19.
Gen. 15.
Exo. 14.
1. Reg. 17.
Gen. 8.
Job 54.
Gen. 22.
Exod. 2.
Gen. 19.
Dan. 6.
Dan. 13.
Act. 12.
4. Reg. 19.
Mat. 14.
Mat. 8.
Heb. 7.
Apo. 1.

lignum vitæ in medio Paradisi, vt est in sacramento altaris: Per lignum vitæ, quod est ex vtraque parte fluminis, quod affert duodecim fructus per singulos menses, & folia eius sunt ad sanitatem, quare in tabu. Apo. Per illam arborem maximam, pulcherrimam fructiferam, in medio terræ, vt dicitur in Daniel. quare de hoc 94. b. 14. b. 95. b. 50. a. 55. b. Christus est ille lapis abscissus, de monte, de lapicidina vteri virginis, sine manibus, sine humanis operibus, qui confregit statuum mundanæ vanitatis, quare in tabula super Daniel. Est autem Christus illa manus, quæ scribit sententiam damnationis contra peccatores, Mane, Techel, Phares. 69. a. 11. 2. b. 5. 1. a. Ezech. vidi aquam egredientem de templo à latere dextro: quia omnis gratia deriuatur ad nos à Christo, & a suo latere dextro vulnerato. Ezech. Vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu, &c. Ibi ostenditur, quò Christus fuit in Adâ sin corpulentam substantiam, & quò mundum illuminat, & inflammat. Quare 44. b. 1. Reg. 14. Ascendit Ionathas. i. Christus, in cælum reptas pedibus & manibus; Quia Christus ascendit confixis in Cruce manibus & pedibus oportebat, ait, pati Christum; & armiger eius post eum; quia quilibet crucis signifer oportet, quod crucem suo modo perferat, si vult ascendere post eum, quia Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. 1. Para. 2. Cum ignoremus quid agere debemus, hoc solû residui habemus, vt oculos nostros dirigamus ad te: Sic liberatus est Loth de Sodomis; sic Abraam de Hur Chaldæorum; sic populus Israel de manu Aegyptiorum; sic Dauid de persecutione Saulis, & de manu Golyæ; sic Noe de diluuiio; sic Tobias à plaga cæcitatibus; sic Iob a passionibus suis; sic Isaac de manu patris, qui eum voluit immolare; sic Loth de incêdio Sodomorum; sic Moyses de manu Pharaonis; sic Daniel de lacu leonum; sic Susanna de falso crimine; sic Petrus de carcere; sic Ezechias de manu Senacherib; sic Petrus de periculo submersionis; & discipuli: Domine salua nos, perimus; sic Mardocheus & populus Iudeorum de manu Haman. Exo. 3. Vadam & vi deo visionem hanc magnam, quare rubus ardet, & non comburatur; hoc refert ad eius incarnationem. Quare 13. a. Christus designatur per illum, Sim lem filio hominis, propter assumptionem nostræ carnis; qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. i. oïum ecclesiarum. Nota totum. Quare 31. a. 51. b. Et per illum angelum. Apoc. 10. Vidi alium angelum fortem descendentem de cælo amictum nube, & Iris in capite eius, & facies eius erat sicut sol. 78. b. Quare expositionem in tabula super Apo. Et per illum: Vidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, & c. 44. b. Quare expositionem in tabula super Apo. Itè agnus, qui in medio throni est reger eos, & ducer ad vitæ fontes. Quare 23. b. Itè vidi supra montem Syon agnum stantem, & cû eo cætum quadraginta quattuor millia. 24. b. Itè ostendit mihi fluuium aquæ vitæ procedentem de sede Dei, & agni: quia a Christo ois gratia nobis datur. Quare 25. a. Itè vidi alium angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: Quare 32. b. Item beati, qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. 25. b. Item Iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdine. 32. a. Itè milit angelus falcem acutam in terram, & vindemiam vinearum. Quare 38. b. Itè liber deuoratus, factus est in ore dulcis tanquam mel. 15. a. Itè Christus est ille qui soluit septem signacula libri clausi, quæ nullus alius poterat soluere. 43. b. 83. a. Exo. Totus mons Synai fumigabat, eo quod descendisset deus in igne, hoc refertur ad eius incarnationem. Quare. 29. b. Christus est ille angelus, qui descendit, & mouet aquam piscinæ & curatur infirmus à quacumque detineatur infirmitate, quare 67. b. 68. 84. b. Luc. 2. Inuenietis infantem

Mat. 29.
Atem panis inuolutum; in cuius figura Moy. inuetus est in fiscoella scirpea Exod. 4. expositus in carecto fluminis, & filia Pharaonis misera eius, ait, de infantibus Hebræorum est. Gen. 28. Vidi Iacob angelos ascendentes per scalam, & dominum innixum scalam. Scala crux & penitentia, per quam dominus primo ascendit, cui & innixus & affixus fuit, quia à principio natiuitatis vsq; ad crucem, tota vita eius non nisi penitentia fuit. Deut. 32. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos & super eos volitans: Comparat se Christus aquilæ, propter contemplationem, & pullorum suorum prouocationem: vulturi, propter desiderium conuersionis peccatorum, quia vultur cadauer diligit & sectatur: gallinæ, propter educationem & defensionem pullorum. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos, &c. 3. Reg. Salua me domine mi rex, &c. Quare 14. a. Gen. 41. Vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi; in quo figuratur quod Christus à fratribus suis venditus erat saluator futurus, & Ioannes vocandus: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Quare 15. a. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis, inde diuiditur in quatuor capita. 14. a. 15. b. 18. a. b. Mar. 5. Cum tetigisset mulier Iesum, confestim siccatus est sanguis eius. Quare 41. b. Quare de ipso quomodo in latere suo fert nobis ostium, & quinque viuos fontes in corpore suo aperuit, ex quibus fluit aqua mundans, & sanguis calidus lepram nostram sanas. Quare de istis in tabula de cruce, de passione, de sanguine Christi. Apo. 20. Apertus est liber vitæ: Ille est liber extensus ante oculos nostros, in quo possunt legere clerici & laici; affixus asserib. crucis, sicut alphabetum puerorum, vt in ipso legere valeamus: eius. n. opera sunt operum nostrorum sigillum, bulla, norma, & regula, quæ scripta ad nostram informationem non in pelle aliena, sed in corpore proprio; non nigro incausto, sed precioso sanguine, roseo, rubicundo; quia, sicut Aug. Omnis Christi actio nostra est instructio; Cuius libri litteræ sunt charitatis, quæ pro nobis mori voluit; castitatis, quæ nobis ostendit; & alia virtutum opera, quæ nos docuit. Sicut. n. dicit Greg. Dñs in carne apparuit, vt humanam naturam admonendo excitaret, exempla præbendo accenderet, moriendo redimeret: Crux. n. est sicut perpendicularum, vel regula cementarij: vnde sicut eam oia nostra opera diriguntur, & quicquid est tortuositatis in operibus nostris, ex hac regula potest cognosci: quia vt dicit Grego. Cum lignum regulæ iungitur, in qua parte intumescit, reperitur: Dñs ergo noster inter homines sobriè, piè, iuste conuersatus, vera locutus, mira operatus, indigna passus, in omnibus fuit nobis regula viuendi, vt imitaremur exempla, veneremur excelsa miracula, eruditioni crederemur, & ob passionem grati essemus; vita. n. sua vitam nostram instruit. Nā ouem se exhibuit in vita, leonem in morte; vt ex hac viuendi regula simus sicut ovis, mansueti benignitate, mundi castitate, fecundi charitate, passibiles compassionem; lanam ministrantes, per temporalium dispensationem; lac per dulcem deuotionem, fetus patientes, per doctrine eruditionem, terram fimo stercorem; zantes, per penitentiam actionem; carnem exhibentes, per martirium; pellem in qua scribit, ad exemplum. Gen. 27. Statim vt sensit vestimentorum eius fragrantia ait: Ecce odor filij mei, &c. Vestimenta Iacob sunt humanitas Christi, quibus diuinitas velata est; vt nobis appareret in carne visibilibus, quæ redunt fragrantiam & odorem, quæ ex consideratione passionis, per quam facta sunt. Ps. 29. Conscidisti faciem meam. sicut in passione, & circumdedisti me læticia in resurrectione; mouetur anima ad deuotionem, & ex deuotione ad gratiarum actionem, quasi conceptum parit: & ideo sequitur, benedi-

oens ait. Ecce odor &c: Quia anima in illa deuotione, concipit Christum; & in gratiarum actione quasi conceptum parit. sicut ex odore masculæ plantæ, impregnatur planta femella: Et quia anima in illo statu exuberat abundantia gaudiorum spiritualium, ut magis videatur ei, quod fit in paradiso, quod in terra; idem sequitur, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Ingratus est igitur nimis, qui tanti beneficii obliuiscitur: Obliti sunt Deum, qui sanauit eos, &c. Exemplum de pincerna Pharaonis, qui succedentibus prosperis, oblitus fuit Ioseph coniectoris sui: quia prosperitas mundana facit obliuisci Deum, & eius beneficia. 4. Reg. 4. Non erat in puero, neque vox, neque sensus, donec Helysæus incubuit super eum, &c. Quare 35. b. 9. a. 4. 1. b. Matt. 9. Secuti sunt eum duo cæci clamantes miserere mei fili David. Et de Cananea à sinib. Tyri egressa, &c. Et illud Puella tibi dico, surge. Gen. 27. Sic Ioseph, qui figurat Christum, solem, lunam, stellas adorare Christum: quia cætus angelicus in sole designatus, quia permansit in luce sapientiæ: & luna, congregatio sanctorum in patria: stelle, multitudo sanctorum in via, adorant dominum Iesum Christum. Dixit Abraham trib. pueris, Requiescite sub arbore, &c. Quia anima purgata à peccatis, illuminata fide trinitatis, lassata labore penitentiae, in Christo inuenit locum quietis: Venite, ait, ad me oēs, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. In Can. 2. Sub umbra illius quæ desiderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo: Vnde nota, quod dicit, quiescite sub arbore; tunc. n. maxime delectat requiescere sub arbore, cum videmus in folijs virorem, in ramis expansionem, in floribus odorem, in fructibus saporem. Talis arbor est Christus, in cuius folijs inuenitur immarcescibilitas doctrinæ; in ramis obumbrantibus & refrigerium præstantibus. suauitas gratiæ, in floribus puritas vitæ, in fructu gustus sapientiæ. Inde est quod pro ista quatuor Christus quadruplici arbori comparatur, pro virore foliorum comparatur arbori plantatæ in irriguo secus decursum aquarum, cuius folium non defluet, quia plantata est humanitas in fluëto omnium gratiarum, cuius doctrina nunquam defluet: propter expansionem ramorum comparatur Terebintho, genus est quercus. Eccl. 24. ego quasi Terebinthus, expandi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. Gratia. n. confert Christus ad refrigerium tentationis, sicut rami expansi mitigant excessum caloris: Propter odorem florum, comparatur arbori, quæ dicitur amygdalus. Eccl. 12. Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, dissipabitur capparitis: Amygdalus tria habet, corticem, testam, nucleum; & Christus in trib. consistit substantijs, habet corticem carnis, testam anime & mentis, nucleum diuinitatis: Cortex habet amaritudinem, testa fortitudinem, nucleus dulcedinem: Cuius flos purissimus & candidissimus, quia Christi vita purissima & immaculata. Locusta precipites habens saltus, peccator inordinatus: Capparitis herba renibus valens, petreæ ad herens. peccator luxuriosus, & obstinatus. Conuersatione. n. Christi, & odore vitæ eius, dissipatur peccatoris lasciuia & duritia, & impinguatur gratia: Propter fructus saporem, comparatur arbori vitæ. Prou. 3. Sapientia est lignum vitæ his, qui apprehenderit eam. Gen. 3. Lignum vitæ in medio paradisi: Cherubin, & gladius flammeus collocati sunt ad custodiendam viam ligni vitæ: Sed attende, quod Cherubin plenitudo scientiæ interpretatur: Gladius timorem incutit, flamma ardorem immittit. Sic ergo humiliter in timore, feruenter in amore, sapienter cum discretione accedens, hunc sapientiæ saporem obunabis: Christus ergo arbor bona, fuit lignum in irriguo plantatum, in incarnatione propter plenitudinem gratiæ: Terebinthus extendens ramos suos in passione, per extensionem brachiorum, in Cruce: Amygdalus,

A dalus, qui primo floret in resurrectione; nam Christus resurrexit primitiæ dormientium; lignum vitæ, in ascensione; cum ascendens in altum suos conuificare fecit, & sedere in celestibus: Hec autem arbor bona, fructus bonos facit: ex incarnatione. n. habemus fructum habentem dulcedinem, ex passione fructum habentem medicinalem amaritudinem; ex resurrectione fructum habentem altitudinem; ex ascensione fructum habentem plenitudinem & dulcedinem: Dulcedinem. pp. exemplum humilitatis profundæ; amaritudinem, propter exercitium patientiæ; altitudinem, pp. dotalitium gloriæ; plenitudinem, in solatium ecclesiæ. De primo. Eccles. 11. Breuis in gloria super apes, initium dulcoris habet fructus eius; sua. n. incarnatio fuit initium omnium dulcoris, quia tunc per totum mundum melliflui facti sunt cæli. De secundo. Num. 14. Terra illa fluit lacte & melle. Sicut ex his fructibus cognosci potest, terra illa dicitur celestis patria pro stabilitate: lac de carne fluit, mel de celo cum rore descendit: Lactea ergo dulcedo de carne trahitur, quoniam gaudium de glorificatione corporis generatur. Sed melliflua dulcedo descendit quoniam de beatitudine celestis naturæ, anime nostre gaudium surgit. In lacte dulcedo sola, non summa, quia in contemplatione humanitatis Christi dulcedo sola non summa: in contemplatione diuinitatis, dulcedo sola & summa. Mar. 8. Dominus salua nos perimus. Ecce quod in omni periculo ad Christum debemus recurrere, quia ipse est potens, sciens, volens nos ab omnibus liberare. 2. Paral. 24. Non eritis vos quod dimicabitis, sed tantummodo confidentes, state, & videbitis auxilium Domini super vos: O Iuda & Ierusalem nolite timere, non paueatis, cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum: verba sunt consolantis mæres, & eos qui sunt in tormentis. Quod. n. ipsi timent aggrediendo humiliter, & non timet, neque paudent interius & exterius. s. sustinendo viriliter, & ipsi stant perseuerando loganimiter. Torum operatur in eis diuina clementia & confidentia, introitus & exitus, & post exitum perseuerans cum Deo letitia: Et hoc est quod dicitur. Non eritis vos, &c. Inde est quod sancti in tormentis positus non dñabat ignis, sed reflectebatur ad cruciantes. Exemplum in camino puerorum, quos non contristauit, sed ministros regis constituit, quia magnitudo diuinæ dilectionis in sanctis superat vim ardoris: Qui. n. amat non laborat. Sap. 16. Creatura tua, tibi factori de feruies, excadescit in tormentis aduersus iniustos, & leuior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt; quod adhuc habet locum in verè penitentibus, qui vestimentis & alimentis asperis delectabiliter vrunè, de quo peccatores grauius cruciantur & penaliter afficiunt. Angelus portauit Heliæ panem subcineritium, & vas aquæ confortans eum, donec veniret ad montem Dei Oreb. Ille Angelus est Christus qui precipit comedere panem panis & afflictionis, & aquam infundit consolationis & deuotionis, quibus confortati vadimus vsque ad montem Dei. Ille est Angelus, qui Agar ancillam, fugientem dominam suam carnem. s. rebellantem spiritui & rationi, reducit ad eam, Reuertere ait ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. Ille est Angelus qui precessit filios Israel in deserto in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem: Ille est Angelus, qui liberauit Petrum de carcere; peccatorem. s. à vinculis peccatorum. Eze. 10. Manus Domini tetigit me, & erexit me super genua mea: Ista est illa manus. Emitte manum tuam de alto, eripe me de aquis multis: s. n. erraueris per ignorantiam, vel febricitaueris pro concupiscentiâ, aut langueris pro fragilitate & impotentia, vel lepra infectus fueris pro malitia aut luxuria, si hæc manus tetigerit te, inuenies medicinam: Sic sanatus est Thomas ab errore: Nisi, ait, videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam: Sequitur, Dominus meus, & Deus meus: Sic sanata est focus Petri à febre.

Luc. 4.
Matt. 8.
Mat. 9.

bus: Tetigit Iesus manus eius & dimisit eam febris: Sic Ezechias ad tactū manus Dñi, vt dictum est, super genua erectus est: Sic Iesus manum extendit, leprosum tetigit, & statim mundatus est: Sic puellam mortuam, aīam. s. per culpam mortuam, tetigit, & reuixit: Filia, ait mea modo defuncta est, veni, & impone manum tuam super eā, & viuet Luc. 24. Iesus iunxit se duobus discipulis euntibus in Emaus, & c. Quia Christus iungit se illis, qui de ipso conferunt & loquuntur, & talibus immittit lucem cognitionis, & confirmat spem; & pręstat gratiā & cōsolationē; vnde reuersi sunt in Ierusalē cum gaudio; quod fit cum nobis contēplatione cęlestis patrię apparet nobis tanq̄ in peregrini spem, & videmus in ænigmate, non in essentia, & extradomum in itinere; quia apparet nobis transitorie: Duo sunt, qui coambulantes, Deum aspiciunt ratio, & intelligentia, cum furim & raptim incedunt: Fingit se dñs longius ire, nec recedit: quia aliqñ ad ipsos gratia diuinę contēplationis subtrahitur, vt ex hoc auidius reuocetur, & reuocata fortius gñetur, vt dicit Bern. Ideo redit pro beneplacito suo, vt illi dispensatoriū, redire, semper voluntarium manere, ad eos intrare appellatur, qñ ista pretij instātia perditā gratia, vel ad tps subtracta reparatur: cibos. n. apponimus, cum ei gratias agimus: In voce exultationis & confessionis sonus epulantis: Panē frāgit, cū delectatione cęlesti nos pascit: Et bene in fractione panis cognoscitur Dñs, quia ex illuminatione conscientię, & infusione gratię suę nobis pręsentia declaratur, sed euanescebat ab oculis, cū admiramur ex vniuersitate suę incomprehensionis, vel incomprehensibilitatis. Matt. 8. Dñe salua nos, perimus: Hoc dñt discipuli in periculis maris positi, dicentes nos, qui in hoc mundo nauigamus, q̄ in oī tpe, tribulatione, & periculo, ad ipsum recurrere debemus; dicentes cum Iob 13. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo: Ad dñm cū tribulaber clamauī, & exaudivit me. Incarnatio Christi fuit lucerna accensa: Lux in testa, diuinitas in humana natura: Sed fracta lucerna corporis in passione, lux fidei pura effulsit in resurrectione: Sicut fracta lucerna Gedeonis, verum lumen apparuit: quia fracto corpore alabastrō, ex odore vnguenti domus ecclesię plena fuit Ioan. 12. Leui. 23. Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimę, spatulasq; palmarū, & ramos ligni diuersarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram dño Deo vestro: Natura palmę est, q̄ fructus eius valet in vulneribus cōiungēdis: Hęc est patientia lætificans & sanans dolores carnis, prouocās lætitiā mentis: Fructus arboris pulcherrimę, sunt opera Christi, cuius pulchritudinem sol & luna mirātur, in quem, fm Petrum, desiderant Angeli prospicere: a quo oīs pulchritudo causaliter, originaliter, exemplariter, derivatur: Quia pulchrum pulcherrimum ipse mundum mente gerens, similitq; ab imagine formans: Hmōi arboris fructum sumit, qui Christi opera coram oculis suę mentis instituit, & ad eorum imitationem pro viribus se extendit, & spatulas palmarum. i. triumphorum & victoriarum: Sunt. n. spatulae rami, ad instar spatularum formati, & ramos ligni densarū frondium. i. snās de opacitate scripturarum. Et salices de torrente. i. exempla sanctorū, qui perseverāt in perpetua mentis viriditate, nec fructum carnalem faciunt, sicut nec salices; quia in castitate viuunt. quia si redeunt ad memoriā opera saluatoris, si triumphus resurrectionis, & passionis; si pręmia æterna, quę nobis promittuntur in scripturis; si exempla, quę habemus a sanctis semper lætabimur in tribulationibus nostris. Ioan. 10. Ego sum ostium, per me si quis introierit; & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet; Est Christus ostium, quia per ipsum ingrediuntur oves in æternum vitidarium;

Mal. 47.

Incar-natio.

Iud. 7.

1. Pet. 1. c.

Ostium.

Ingre-

- A** Ingrediuntur afit contemplando eius diuinitatem, & egrediuntur contem- plado humanitatem: In ipso pascua inueniet vterq; noster homo; interior, intus in contemplatione diuinitatis; exterior, foris in contemplatione humanitatis, & carnis saluatoris: Hęc. n. est terra fluens lac & mel, in quam introducit Dñs filios Israel. Lac emanans de carne dulcedo, & dilectio de contemplatione humanitatis: Mel proueniens ex aëre dulcedo de contem- platione diuinitatis. De hac introductione Exod. 3. Moyf. pascbat oues Ie- tro, & cum duxisset gregem ad interiora deserti, venit ad montē Dei Oreb. Moyf. vir mitissimus Christus, qui ducit oues ad interiora deserti, hoc est ad immarcessibilia gaudia paradisi, & ad mōtem Dei Oreb, quod interpre- tatur mensa, hoc est ad contemplandam excellentiam diuinitatis, pro possi- bilitate humana, in qua est delectatio summa qđ Christus nos liberat a po- testate Diaboli & aduersariorum, qđ figuratum est qñ Naas Amonites te- nebat obfessos viros labes Galaad, quibus dictum est: Cras erit vobis salus cum incaluerit sol. i. cum nascetur vel patierit Christus. Quare 47. a. s. 1. a. 78. b. Gen. 3. Lignum vitę in medio paradisi. Quia Christus arbor plantata secus decursus aquarum, oīum gratiarum, afferens oēs fructus, vt dī Apo. 1. & Dan. 4. Est in medio paradisi ecclesię militantis, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi. Apoc. 1. Simile filio hominis in medio septem candelabrorum aureorum, & c. Sub figura viri contemplatiui loquitur hic Io. Cō- uersus, ait, siue a terrenis ad cęlestia, ab infimis ad suprema, a tēporalibus ad æterna, vt viderem in carne Dei filium, quia in terris vīsus est, & cum homi- nibus conuersatus est: Sic voluit videre Moyfes Exo. 3. quō rubus ardebat, & non cōsumebatur, quō Dei filius de Maria nascebatur, & virginitas in- regra seruabatur; sic. n. ibi dī: Apparuit Dñs ī flāma ignis de medio rubi, & videbatur q̄ rubus arderet & non cōbureret; quia virginitas Marię calore Sancti spiritus fecundatur, sed non violabatur: Hugo: Amor; qui in eius corde ardebat, in eius carne mirabilia faciebat, flāma in rubo, partus in vte- ro: Rubus illuminabatur, & comburebatur, quia virginitas Marię fecun- dabatur, sed non violabatur: Hinc ait Bernardus: O beate Ioannes, magnū signū apparuit ī cęlo, mulier illeſa, sole amicta: sed maius signum apparuit in terra, rubus ardens sine combustione, virgo concipiens & pariens, sine corruptione: Sic itaq; cōtemplanti occurrit Christus in medio septem can- delabrorum aureorum, in medio. scōium Ecclesiarum. Quare 115. b. Quod ecclesia ædificata est in sāguine Christi. Esa. 15. Vineā facta est dilectio meo in cornu filio olei: septuaginta eam, lapides elegi ex ea, & ædificauī turrin in medio eius. Quare 114. a. Et nota quanta diligentia persequitur Christus salu- tem nostram; Matt. 20. Exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Quare in tabula super Mat. Gen. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dñs; Verbum est patris æterni, de persona filij in- carnati; eius ager est sancta ecclesia, plena odore fructuum bonorum ope- rum; in quo verbo ostendit personę vnionem, ex proprietate filiationis; Ec- ce odor filij mei, quia. n. in trinitate media persona erat, rectē mediator Dei & hominum veniebat Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem; qui prædestinatus est filius Dei in virtute. Secundo osten- dit suę gratię diffusionem ex fertilitate fructificationis: Sicut odor agri pleni; ipse enim Christus est thesaurus euangelicus; in quo est omnis the- saurus sapientię & scientię absconditis, ex quo colligit fidelis populus Ad Col. 2. thesaur. omnium gratiarum & donorum fructus; ager inquam, plenus gratia & veritatis, de cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. Quia simi-

Baruc 3.
Exo. 3. a

Ad Col. 2.

Theaur.

simi-

simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro Hierc. 41. Habe-
 mus thesaurum in agro frumenti, hordei, olei, & mellis. Quere 75. b. Ter-
 tio innuit culpam remissionem, ex largitate benedictionis, cum benedixit Do-
 minus. Hoc est illud semen, in quo omnes gentes erant benedicendæ, quæ
 propter peccata primi hominis fuerant condemnandæ: Hinc saluans An-
 gelus Virginem ait, Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uter-
 tris tui. Apoc. 10. Vidi alium angelum fortem, descendentem de cœlo, ami-
 ctum nube, & Iris in capite eius, & facies eius erat sicut Sol: Vbi osten-
 dit circa Christum auctoritatem nostræ redemptionis: quia angelus utique
 magni concilij, quia nullus inuentus est, nec in cœlo, nec in terra, nec sub-
 tus terram, qui posset inuenire consilium de humano genere liberando, aut
 qui posset soluere septem signacula libri signati, donec iste Angelus venit,
 qui signata aperuit, & captiuum hominem liberauit: Quarto ostendit viri-
 litatem executionis: Fortem utique fortis mortem superando, hoste expu-
 gnando, limbam spoliando, cœlum referando. Fortis, & potens in prælio:
 quia fortitudo, & decor indumentum eius, humilitatem exinanitionis de-
 scendentem de cœlo: Inclinauit enim cœlos diuinitatis, & descendit ad val-
 lem nostræ mortalitatis, & caligo sub pedibus eius, nostræ peccatorum ve-
 ritatem incarnationis amictum nube, scilicet, virginea carne, quia dixerat.
 Solem nubem tegam: Pieratem reconciliationis, quia Iris in capite eius, clari-
 tatem conuersationis, uel resurrectionis: Facies eius ut Sol: Populus Do-
 mini, nec Aegyptum exire potuisset, nec ad terram promissionis uenire, nisi
 Angelus Domini ei viam demonstrasset, unde consideras genus humanum
 multi, licitatem sui morbi sub ratione multiplicis remedij, perit Dei filium
 sibi dari: quia enim eramus ignorantia excecati, ideo doctorem petimus ve-
 ritatis, O sapientia, quæ ex ore altissimi prodijisti ueni ad docendum nos
 uiam prudentiæ, quia eramus sub iugo diaboli captiuati, petimus in secun-
 da antiphona datorem libertatis, O Adonai, & dux domus Israel, ueni ad
 liberandum nos in brachio extento: Adonai interpretatur dominus, vel do-
 minator, quia eramus peccatorum funibus circumplexi, petimus auctorem
 remissionis, O radix Iesse, Veni ad liberandum nos, iam noli tardare, quia
 ianua carceris non nisi per Dei filium poterat aperiri, qui clauem habet
 Dauid, id est, potestatem Dei patris, ideo petimus per Dei filium, ostium car-
 ceris aperiri, O clauis Dauid, ueni, & educ uinctum de domo carceris, quia
 eramus mortis tenebris inuoluti, ideo splendore filij Dei petimus illustra-
 ti, O oriens splendor lucis æternæ, ueni, illumina sedentes in tenebris, &
 umbra mortis, quia a decore primæ institutionis cecideramus, & macula
 propriæ transgressionis deformati eramus, petimus nostri status reforma-
 torem, & reparatorem, O rex gentium, & desideratus eorum, ueni salua ho-
 minem, quem de limo formasti. Et quia in via reformamur per gratiam, in
 patria per gloriam, quia tunc reformabit corpus humilitatis nostræ, confi-
 guratum corpori claritatis suæ, ideo in septima antiphona petimus gloriæ
 reformatorem, O Emanuel ueni ad saluandum nos, Domine Deus nos-
 ter, Emanuel interpretatur nobiscum Deus; ideo de isto angelo Dei fi-
 lio incarnato dicitur: Mitto angelum meum, qui preparabit viam tuam, an-
 te te; quia sicut in exitu Israel de Aegypto, dum ad terram promissionis po-
 pulus festinaret, eis dominus viam preparauit, mare diuidendo, Aegyptios
 submergendo, hostes impugnando, Manna cœlicum ministrando, columnam
 ignis per noctem, & columnam nubis per diem præmittendo; Sic Dei fi-
 lius incarnatus, nobis viam ad promissionis terram ad cœlestem patriam

Psal. 23.
 Prouc 31.
 Psal. 17.

Exod. 32
 Exod. 14 b.

Mala 30. a

A preparauit; Mare peccatorum inundantium diuidit, uirtute virgæ crucis,
 uirtute sacramenti confessionis; Manna tribuit corpus suum sub simili-
 tudine panis in sacramento ministrando; Aegyptios submergit, hæreti-
 cos extirpando, hostes repellit, demones coercendo; præcedit nos co-
 lumnâ ignis prædicationis, & eruditionis in nocte aduersitatis, & colum-
 nâ nubis gratiæ refrigerantis, & consolantis in die prosperitatis: Christus
 est, uerus Ioseph, uerus saluator, & ductor: ipse enim ait, Ductor tuus fui
 in solitudine, in qua erat serpens statu adures, scorpio, & dipas, Quere in
 tab. super Exo. figuratur per serpentem æneum, ad quem vulnerati aspici-
 tes sanantur a morsu trium prædictorum serpentum, qui designant concu-
 piscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam uitæ. Chri-
 sti pietas ad peccatores designatur in Ioseph, qui uenditus à fratribus dixit,
 Ego sum frater uester Ioseph, quem uendidistis pro salute uestra misit me
 B Deus ante vos: Christi incarnationem docemur contemplari in arcu cele-
 sti, cū dicitur: Vide arcum, & benedic qui fecit illum, ualde speciosus est in
 decore suo: Quere 16. a. Et in multis alijs locis quere super Genes. Chri-
 stus designatur per Elifæum, cuius precibus concipit prolem boni operis
 illa Sunamitis: Item ut ipsum mereatur concipere, debet hospitium præ-
 parare, faciendo ei cœnaculum paruum, mensam, lectum, sellam, & can-
 delabrum ibi ponendo. Quere 12. a. Et nota de Christi incarnatione, passio-
 ne, & resurrectione. Apocalyp. 19. Vidi, & ecce equus albus, & qui sedebat
 super eum, vocabatur fidelis & uerax, & cum iustitia iudicat; & pugnat: se-
 quitur, Vestitus est veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius uer-
 bum Dei; & exercitus, qui sunt in cœlo sequebantur eum in equis albis.
 Vocatur equus propter animositatem ad pugnam, albus propter assum-
 ptam carnem uirginem, super quam sedet diuinitas, quia per ipsam in om-
 nibus regebatur Christi humanitas, uocatur, & est filius Dei fidelis, in pro-
 missis, uerax in dictis & documentis, cum iustitia iudicat sententiando, &
 pugnat condemnando. Vestitus est veste aspersa sanguine, pro nobis tali
 colore tincta in passione. Vocatur uerbum Dei, per quod nobis innotuit
 ueritas salutaris, exercitus, qui sunt in cœlo. id est, Christiani qui sunt in ec-
 clesia, sequuntur eum in uestibus albis, id est, corporibus mundis, & men-
 tibus castis. Tales. n. sequuntur agnum quocumq; ierit. Christus in domo
 Zachari uult hospitari, sed Zachæus nō pot eum uidere, nisi ascendat in ar-
 borem Sycomorum. Quere 32. a. 36. a 38. b. Num. 13. Exploratores missi
 ad contemplantum terram promissionis, absciderunt palmitem cum uua
 sua, quam portabant in uecte vno duo uiri, ut uisa, & gustata illa mirabili
 uua ad intrandum terram promissionis populus Domini ardentius anhe-
 laret. Quere 16. a. b. Quod Christus est uerus noster proximus, quia ho-
 minem descendentem ab Ierusalē in Hiericho vulneratum super equum
 imponit, & curam eius egit. Quere 79. b. Apocalyp. 5. In dextera sedentis
 librum signatum septem sigillis, & c. Liber iste est æterna Dei dispositio de
 modo receptionis, & reparationis humani generis. Ille autem modus sep-
 templiter fuit figuratus, & ueritas illarum figurarum non poterat imple-
 ri, nisi per Dei filium incarnatum; ideo dicitur, quod nullus poterat solu-
 re illa septem sigilla nisi agnus, & c. Per sigillum claudens nostræ redemp-
 tionis mysterium, fuit figura uelans filij Dei conceptionem: fuit. n. eius co-
 ceptio in Samone figurata, quem angelus nunciauit, & per Itaiam pro-
 phetata. Ecce, ait, Uirgo concipiet filium, & c. Secundum sigillum fuit figu-
 ra suæ natiuitatis: eius. n. natiuitas in natiuitate Isaac fuit figurata, & in li-

Deducere
 concludit.
 Via.
 Ecclesia.

Exo. 13.
 Num. 21.
 Pictas.
 Gen 45.

Opus.
 Cor.
 Cōsciētia.

Septem si-
 gilla.
 Iud. 13.
 Ega. 7.
 Gen. 18.

bro Numerorum prophetata, quia dictum est, Orietur stella ex Jacob; Et ibi: Egredietur virga de radice Iesse. Tertium sigillum fuit figura suæ passionis, quæ figurata fuit in Abel, & in immolatione agni paschalis, & ab Isaiâ clarissime prophetata: vnde ait, Tanquam ovis ad occisionem ductus est. Quartum sigillum fuit figura designans eius descensum ad inferos, quæ figurata fuit quando Samson ambas portas ciuitatis asportauit. Et euidenter prophetata Zac. 9. Vbi dicitur: Tu autem in sanguine testamenti tui emisisti vinclos de lacu, vbi non erat aqua. Quintum sigillum fuit figura velans resurrectionem, quæ figurata fuit in filio mulieris Sareptanæ, quæ Helias à mortuis suscitauit. Et prophetata in Osea, Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos; Sextum sigillum fuit figura velans eius ascensionem, quæ figurata fuit, quando Elias in curra igneo translatus est in paradisum, & prophetata per Isaiam, dicentem in persona angelorum, Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra; Et in Psalm. 23. Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis, & potens. Attollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ. Et Micheas ait, Ascendet pandens iter ante eos. Septimum sigillum est figura velans eius aduentum ad mundum, qui figuratus fuit, quando Noe aliquibus alijs benedixit, aliquibus alijs maledixit, sicut ipse dicturus est in iudicio bonis, venite benedicti, & malis, ite maledicti. Et iste aduentus prophetatus fuit per Isaiam, dicentem, Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Ista septem sigilla Christus soluit, quando omnes prædictas figuras in assumpta natura impleuit. Exo. 19. Iam aduenerat dies tertius, & mane incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, micare fulgura, nubem densissimam operire montem; Clangorque buccinæ vehementius perstrepebat. hic ostenditur Christi incarnatio, vel resurrectio figurata, si ad incarnationem ista verba referantur; prima dies lex nature, secunda lex scripta, tertia lex gratiæ. Quælibet lex dies dicitur, quia in qualibet lux fidei aliquo modo radiabat; mane inclaruit, quasi principium serenæ diei, quando Sol iustitiæ, de Virgine natus fuit; in isto mane submersi sunt Aegyptij, quia potestas Dæmonum fuit arctata, tunc cœperunt audiri tonitrua comminationum, micare fulgura miraculorum, nubes densissimæ gratiæ operire montem ecclesiæ, clangorque buccinæ prædicationis euangelicæ vehementius perstrepebat, & tubilationis angelicæ, quia facta est cum angelo multitudo cœlestis exercitus, &c. Si de resurrectione exponatur, prima dies passionis, secunda sabati, tertia dominica resurrectionis; alia sicut prius de incarnatione. De figuris passionis, quære in tabula de cruce, & de passione, de figuris resurrectionis Christi, quære in tabula de resurrectione. De misericordia, & pietate Christi ad peccatores, nota hist. de Ioseph ad fratres suos, de patre ad filium prodigum. Luc. 15. quære in tabula super Luc. de Achab. Nonne, ait, vidisti Achab humiliatum? De Dauid, cui dictum est. Transiit Dominus peccatum tuum; de Magdalena: Remittuntur ei peccatum multum; de latrone, hodie mecum eris in paradiso. de Saule; Saule cur me persequeris? Quære in tota tabula de misericordia & pietate, & illud, Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me. De natiuitate & resurrectione Christi: Nota illud, tempus affuit, & sol refulsit, qui prius erat in nubilo: quia sol Dei filius, qui in sinu patris lucem habitat inaccessibilem; primo fuit sub nube scripturæ, figuræ vteri Virginis Mariæ. Sed tempus affuit illud, de quo ait Apostolus. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, & tunc sol refulsit. Semper fuit sub nube figuræ multiplicis, sub

A sub nube sanguinis, sub nube lapidis. Sed refulsit in die resurrectionis. Stella, quam viderant in oriente, antecedebar eos. Glo. Noua stella nouum hominem indicat: Stella est Christus, quæ sequi debemus: Ego sum radix, & genus David, stella splendida, & matutina: glo. huius mundi noctem illuminans, & lex informans, fax inflammans, pax conseruans, fons recreans & redundans. Hæc stella, cuius decor non marcessit, cuius amor non tepescit, cuius fulgor non obtenebrescit. Apocalyp. 3. Qui uicerit dabo illi stellam matutinam. Glo. me ipsum. Christus adest inuocantibus ipsum in tribulatione. Exemplum de Apostolis 1. Domine salua nos perimus. Et imperauit uentis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Exemplum de Ioseph liberato de carcere; de Dauid liberato de manu Saulis, & Goliaz, de Ezechia liberato de manu Sennacherib, de Sarra liberata de opprobrio, de Susanna liberata a falso crimine, de tribus pueris in camino ignis, de Daniele de lacu leonum, & Petro liberato de carcere: Flet Dominus in suscitatione Lazari, ut ostendat quanto affectu desiderat resurrectionem illorum, qui sunt mortui per peccatum. Et nota quante efficacitæ est tactus Christi, tetigit loculum, in quo portabatur mortuus filius uiduæ in porta ciuitatis Nain, & reuixit, Matth. 9. Filia mea modo defuncta est, sed ueni impone manum super eam, & uiuet. Et illud: Si tetigero simbriam uestimenti eius, salua ero. Mar. 7. Adducunt ei surdum, & mutum, & deprecantur eum, ut imponeret illi manum, & apprehendens eum misit digitos in auriculas eius, & expuës tetigit linguam eius, & dicit: Effeta, quod est aperire, & statim aperta sunt aures eius & solutum est uinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Et multa similia de tactu Christi, ut patuit in leprosis. Christus se exhibet nobis in doctorem ueritatis; in patrem, & matrem, in cibum, & porum, in doctorem, in redemptorem, in remuneratorem; luxta illud quod dicit Ambrosius: Omnia nobis Christus, si uulnus curari desideras, medicus est, &c. 4. Reg. 2. Dixit Elisæus: Sanauit aquas, & non erit ultra mors, neque sterilitas, &c. Elisæus interpretatur saluator, & significat Christum, de quo ait Apostolus: Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ. Psal. 97. Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Filij prophetarum sunt fideles, habitatio ciuitatis ecclesiæ est optima; sed aquæ tribulationum, & tentationum sunt pessimæ, quas Elisæus sanat immersione salis diuinæ sapientiæ, & gratiæ. 4. Reg. quære expos. in tabula Gene. 40. Vidit pincerna Pharaonis uitam, in qua erant tres propagines, &c. Vitis Christus Ioan. 14. Ego sum uitis uera; Tres propagines, tres substantiæ in Christo, diuinitas, corpus, anima: vel tres propagines in una uite, tres personæ in unitate diuinæ essentiæ; germen pertinet ad conceptionem, flos ad natiuitatem, uua ad passionem, quæ fuit expressa in torculari crucis. De istis tribus Isa. 4. Erit germen Deo in magnificentia. Exod. 4. Dixit Dominus ad Moy. Nō credent tibi, sequitur, sed dicent, non apparuit tibi Dominus. Propter hoc dantur ei tria signa, ut credant, primum est de uirga in colubrum uersa, aliud de manu leprosa, aliud de aqua in sanguinem uersa. Hæc tria, uirga, manus, aqua, Christum in eius gratia præfigurant. Est Christus uirga, quia uirtus Dei: Virgam uirtutis tuæ emittet Dominus ex Syon: Est manus, per quam pater omnia operatur: Emitte manum tuam de alto, &c. Est aqua sapientiæ. Si ergo signa quæruntur, debet credi uirge, & debet mouere ad credendum uirga, quæ tunc in colubrum est uersa, quando Dei filius carnem nostram, quæ ratione peccati naturam habet uenenosam, suscipit

Mat. 2

Apoca 22

4 Reg. 2. d

Ad Phil. 3

Psal. 10.
Psal. 143.

Io 3. pit, idè per serpentem æneum figuratur: Sicut exaltauit Moyses serpentem, &c. Quod enim erat virtus serpentis in palo suspensū hoc erat virtus dominicæ passionis, & Christi in ligno pendentis. Item moueat nos manus, quæ facta est leprosa, per assumptionem pœnalitatis, & tormentorū. Isa. 53. Reputauimus eum quasi leprosum: Itè moueat nos aqua in sanguine versa, quod fuit in flagellatione, in oratione, & laceratione: quia de latere mortui in cruce exiuit sanguis & aqua. Dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo. Christus liberator est de oībus tribulationibus, & tētationib. Exemplum de tribus pueris in camino ignis, & illud: Petrus cum cœpisset mergi, clamauit; Dñe saluū me fac. & Apostoli: Dñe salua nos, perim⁹. Petrus religiosus, vel quilibet Christianus, qui diuino insū aquas miseriarum uel delectiarum conculcat, sed sequitur: Cum uidisset uentum validū clamauit, &c. Sic aliqui sunt in quiete patientes, sed cū uenit uentus tentationis, & tribulationis, per impatientiam submerguntur. Isti sunt sicut calceulus de aquis sumptus, qui si suauiter tangatur est lenis; si ferro percutiatur, emittit scintillas ignis: sic isti si exasperentur, emittunt uerba ignita: Ideo isti debent clamare: Domine saluum me fac, & Iesus extendit manum, & saluantur: Christus est altare, cuius sunt quatuor cornua, quæ tangit Apostolus Eph. 3. Possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum; quæ re 45. b. 95. b. 2. Reg. 6. Dauid partitus est uniuersæ multitudini colliridam panis, & c. quare in tabula de Eucharistia. Filius Dei assumpsit carnem, ut per eum caro allice retur, caro redimeretur, caro resciceretur, caro reformaretur, & renouaretur. Vnde caro Naaman leprosi, per quem designatur humanum genus, lota in Iordane passionis, restituta est, sicut caro pueri parui: hæc quatuor sunt in ueteri testamento: nam de carne Adæ Eua reducit. Caro de carne mea. Adam, Christus, Eua, ecclesia, uel fidelis anima, quæ de latere Christi dormientis in cruce producit. Ex hoc considera, quantum debes Christum diligere, de cuius carne es. De secundo, De Golia. Goliath Diabolus, Dauid Christus, cuius carnem uoluit dare uolatilibus, & bestiis, id est, Iudæis, & Gentilibus. Baculus, est crux; petra corpus; quinque lapides, quinque uulnera Christi. De tertio, quod figuratum est in carne, qua passus est Helias in torrente Dorit. 3. Reg. 17. Sacramentum corporis Christi dicitur panis propter speciem, caro propter rem; mane, & uespere ministratur hæc caro, id est, a principio ecclesia usque ad finem. Torrentes Carit contritionem designat. Tren. 2. Deduc quasi, &c. Carit interpretatur diuisio, quæ fit in contritione a peccatis, & diuisio. Iob. 28. Lapidés excauant.

4 Reg. 3. De quarto de Naaman leproso, qui designat peccatorem, cuius caro; per emédationē a septem peccatis mortalibus ad modū carnis pueri Iesu, restituitur. 3. Reg. de duabus mulieribus meretricibus, quarum filium Salomō præcepit diuidi, sed uera mater doluit. Duæ mulieres, id est, Synagoga, & ecclesia, quæ meretricis esse dicuntur. Ecclesia propter statum gentilitatis, malum statum, in quo iam uidetur esse, de quo legitur in Apocalyp. uocās ecclesiam carnalem, scilicet ecclesiam malignantium meretricē magnam, Synagoga propter statum infidelitatis; Puer est Christus, quem Synagoga uult diuidi, dum partem eius Mariæ, partem Ioseph tribuit. Sed mater ecclesia puerum integrum uult manere, quia totam corporalem substantiā de Virgine Maria credit esse; hoc aut factū est gladio inscrutabilis iudicij Dei. Apo. 5. Vidi in dexterā sedētis super thronum librum scriptum intus & foris. Liber iste est Christus, siue eius conuersatio. Psal. 138. In li. tuo om

A nes scribentur: Dextera in qua est iste liber, est gratia: Dextera domini exaltauit me. Iste liber est scriptus intus, sapientia increata; foris, sapientia creata. Iste liber signatus septem sigillis, id est septem figuris, de quibus dictum est supra in ista tabula; uel ista sigilla sunt paupertas altissima, humilitas in sima, sinceritas unīa, ueritas firma, mititas summa, pœnalitas acerba, firmitas constantissima. Apo. 6. Vidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens, ut uinceret: Iste equus albus, Christus, qui dicitur equus albus propter diuinitatem; Equus dicitur propter animositatem pugnæ; procul odoratur bellum propter uirtuositatem influentiæ, propter humilitatem obedientiæ. Philip. 2. Factus est obediens usque ad mortem &c. Dicitur Christus equus albus innocentia singulari, sapientia spiritali, resurgenti exemplari. Apo. 19. a. Vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum uocabatur fidelis, & uerax, & cum iustitia iudicat: Arcus Christi fortitudo omnipotentis, lignum rectitudo iustitiæ, chorda dulcedo misericordiæ, quæ flectit iudicium, sicut chorda lignum: Corona Christi personalis excellentia. Can. 3. Egredimini filia Syon, & uidete regem Salomonem uirtualis præsidentiæ, iudicialis sententiæ. Apo. 6. Data est illi corona. Exijt Christus ad prædicandum, Luc. 8. Exijt qui seminat; ad præliandum, Ioan. 19. Exijt Iesus portans coronam spineam; ad iudicandum, Psal. 103. Exibit homo ad opus suum, quia pater omne iudicium dedit filio: Exijt ergo uirtute diuinitatis, vincens sub specie humanitatis, ut uinceret in iudicio æquitatis. Apo. 7. Vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei uiui, hic introducit saluator noster Christus, proponitur ut nostræ salutis procurator, operator, inspirator, examinatus. Et sic est nostræ salutis causa, cura, uia, forma: Et sic dicitur actor, factor, doctor, ductor. Christus dicitur angelus non natura, sed officio: habuit. n. officium prolocutoris, in erudiendo. Apo. 10. Vidi alium angelum stantem: propugnatoris, in eripiendo. Apo. 8. Vidi angelum descendentem de cælo. Mediatoris, in intercedendo. Apo. Et alius angelus uenit, & stetit ante altare: Iste angelus Christus ascendit super carnem, in reparatione naturæ: super mortem, in recuperatione prædæ: super orbem, in restitutione gloriæ. Ascendit enim super omnes cælos, ut adimpleret omnia. Apo. 10. Vidi alium angelum descendentem de cælo amictum nube, & Iris erat in capite eius, & facies eius ut sol erat, pedes eius tanquam columnæ ignis, & habebat in manibus libellum apertum: & posuit pedem dextrum super mare, & sinistrum super terram, & clamauit uoce magna, quemadmodum cum leo rugit: Hic ponuntur decem considerationes de domino Iesu Christo, circa mysterium nostræ redemptionis, dum dicitur Angelus; nam de ipso cantamus: Magni consilij Angelus: quare dicatur Angelus statim dictū est superius. Secundò à uiriliter executionis, fortem: fortis fuit, mortem tolerando, Abacuch 3. Ibi abscondita est fortitudo eius, fortior mortem superado. Luc. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum: Fortissimus de morte triumphando: Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Tertio ab humilitate exinanitionis, descendentem de cælo; quia descendit de occulto inuisibilem in manifesto uisibilem; quia in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est: Vel descendit de cognitione Angelorum ad cognitionem hominum: Vel descendit in uirginem, in mentem, in infernum, ad iudicium: Descensus in uirginem fuit mellificus ad incarnandū: Descendit sicut pluuia in uellus. Descendit in mentem rorificus ad consolandum.

Equus.
Iob 39. cAd Phi. 2.
Albus.I. 2. 1. 1. 1.
d. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.Apo. 10. a.
Apo. 8. a.

Psal. 23.

Psal. 71.

Psal. 132.

lan iam: Sicut ros Hermon qui descendit in montem Syon. Num. 11. Cū E
 descenderet ros. In infernum lucifluus ad liberandum. Eph. 4. Quid est q
 ascendit, nisi quia primum descendit. Esa. 64. Vtinam distrumperes cælos,
 & descenderes ad iudicium: Terrificus ad sententiandum. Psal. 143. Domi
 ne inclina cælos tuos & descende, vsque ibi, emitte manum tuam: Quartò
 tangitur veritas incarnationis, amictum nube. Esa. Solem nube regam: cū
 ista nube ascendit in cælum. Psal. 103. Pone nubem ascensum tuum; cum
 ista nube veniet ad iudicium: Ecce in nubibus cæli Dominus veniet.
 Quintò pietas reconciliationis, Iris in capite eius reconcilians omnia, &c.
 Ita est Iris contemplanda ad inuitandum, ad gratias agendum. Eccles. 43.
 Vide arcum, & benedic, qui fecit illum. Sextò ostenditur claritas contem
 plationis, facies eius erat vt sol: hoc dicitur de facie diuinitatis, vel de facie
 humanitatis, de qua dicitur: Resplenduit facies eius sicut sol: Vel per facie
 intelliguntur sancti, in quibus Deus cognoscitur, legitur, & contéplatur: F
 nam in sanctis est puritas, sanctitas, & Christi imago, quia formati sunt
 ad imaginem & similitudinem Christi. Ita Christi facies est fulgore cla
 rior. Apocalyp. primo. Facies eius sicut sol. Dulcore gratior, Heist.
 15. Valde admirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum: A
 mor fortior, Ezech. 3. Vt adamantem, & silicem dedi faciem tuam. Honore
 dignior Gen. 32. Vidi Dominū facie ad faciem, & salua facta est anima
 mea. Facies Christi est sol clarificans veritate. Eccl. 42. Sol illuminans cla
 ritate. Eccl. 43. Tripliciter sol exurens montes, viuificans felicitate. Ps. 113.
 Ortus est sol, & congregati sunt, &c. Fortificans æternitate, Psal. 88. Thro
 nus eius sicut sol in conspectu meo: In sole posuit tabernaculum suum.
 Septimò ostenditur æquitas rectæ actionis; Pedes eius vt columna ignis. G
 Actiones. n. Christi dicuntur columnæ habentes rectitudinem figuræ, alti
 tudinem staturæ, pulchritudinem sculpture: ad exemplar istarum actionū,
 Actiones nostræ debent esse rectæ, per intentionem; altæ, per retributio
 nem; pulchre, per charitatis informationem. Pedes etiam Christi dicuntur
 recti vel sancti, de quib. dicitur Rom. 15. Debemus nos supportare. Octa
 uò notatur veritas prædicationis, & habebat in 3. Luc. Quidam habent li
 brum in arca, vt illi, qui habent in corde sapientiam absconditam. Quidam
 in ore, vt illi, de quibus dicitur: Dicunt & non faciunt. Quidam in manu,
 de quibus dicitur, Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur, &c. Quia
 cepit Iesus facere & docere. Liber in manu Christi, est sacra scriptura, quā
 tenet in manu. i. in sua potestate, vt illum aperiat & doceat. Psal. 70. Deus
 docuisti me à iuuentute mea. Psal. 118. Da mihi intellectum, & scrutabor
 legem tuam. Nondò notatur prouidentia discretionis, & ponebat pedem
 suum dexterum super mare, hoc est super peccatores pessimos, qui dicun
 tur mare; quia sunt fluidi per luxuriam, tumidi per superbiam, feruidi per
 malitiam, spumosi per gulam: posuit itaq; pedem dextrum. i. prædicatores
 fortissimos super mare. i. super peccatores pessimos; sinistrum. i. prædicato
 res inferiores super terram. i. super minores peccatores: Vel dexter pes est
 prædicatio de appetitu æternorum, sinister prædicatio de contemptu mū
 danorum. Decimò notatur zelus vehemens, vt desiderium nostræ salutis:
 & clamauit voce magna quatuor vicibus. Ad litteram, legimus Chri
 stum clamasse in templo, prædicans Ioann. 7. Iesus clamabat, si quis si
 rjet veniat, & bibat: in campo, suscitans, Ioann. 11. clamauit uoce ma
 gna: Lazare veni foras. In cruce, orans, Iesus uoce magna clamans:
 in morte expirans, Matth. 27. Iesus interim clamans emisit spiritum.

Apoc.

A Apocalyp. 12. Raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius; hoc
 intelligitur de ascensione Christi, Apo. 14. Vidi, & ecce vidi nubem candi
 dā, &c. Hic describitur Christus in persona iudicis quantum ad humanita
 tem; vidi & ecce nubem candidam: nubes candida, caro Christi virginea, &
 purissima. Esa. 19. Ascendet Dominus super nubem leuem. Ista nubes est
 florida, humida, fluida, propter gratiarum redundantiā: dicitur nubes can
 dida propter puritatem, vel propter subintrantem diuinitatem. Sap. 7. Ca
 dor est lucis æternæ, & super nubem sedentem similem filio hominis. Se
 des est humanitatis, fessor diuinitatis, qui sedet super humanitatem, regen
 do autoritate, deducendo in veritate, & sanctitate. Nam sedit super huma
 nitatem, quando vniuit diuinitatem; Et hoc habetur in figura 3. Reg. 9.
 Fecit Salomon thronum de ebore gradem: Quamuis iste thronus possit dici
 Virgo Maria, proprie tamen corpus Christi, quod dicitur de ebore pro
 pter suam puritatem: dicitur similis, quia assumpsit pallium humanitatis
 passibilis, vel quia caro tua similis fuit carni peccatrici. Phil. 2. In similitudi
 nem hominum factus, & habitu inuentus vt homo: assumpsit enim defe
 ctus pœnales, non culpabiles. Tertiò describitur quantum ad autoritatem
 habebat in capite suo coronam, hoc est, in se, quia caput ecclesie Christus,
 vel in capite, id est, in diuinitate, quia caput Christi Deus: Quarto quantum
 ad iudiciariam potestatem, habebat in manu sua falcem acutam: Potestas
 iudiciaria comparatur falci, quia habet virtutem incisiuam, diuisiuam, pū
 gitiuam, quia in iudicio separabuntur agni ab hœdis; & dicitur acuta prop
 ter immutabilitatem, seu irreuocabilitatem. Ioel 3. Vitare falces. Apoc. 18.
 Terra illuminata est a gloria eius. Hoc exponitur de natiuitate Christi: tūc
 enim vidimus gloriam eius, gloriam quasi vniuenti a patre: Terra est san
 cta ecclesia, quæ à Christo illustrata veritatis eruditione, sanctitatis illustra
 tione, exemplaritatis ædificatione; illuminat in omnem hominem, ven
 nientem in hūc mundum. Num. 17. Virga sicca floruit in Amigda. Vir
 ga sicca in tabernaculo est caro Christi crucifixi in tumulo, quæ tunc e
 rupit in flores, eum assumpsit immortalitatis dores. Apocalyp. 22. Ecce ve
 nio cito, & merces mea mecum, dare vnicique secundum opera eius. A
 poca. 22. Veni Domine Iesu: Hoc ideo in principio cuiuslibet operis debet
 dici, quia eius virtute bonum opus inchoatur, consummatur, vt dicamus
 semper: Deus in adiutoriū meū intende. Dñs in lege, quod sacerdos septies
 aspergebat sanguinē; sic Christus septies aspersit suum sanguinem precio
 sum contra septem vitia capitalia, vel ad instituendū septē ecclesie sacramē
 ta in circuncisione, in sudore, in manibus, in pedibus, in flagellatione, in co
 rona, in lateris apertione. Christi oblatio fuit figurata in oblatione pueri Sa
 muelis; qui interpretatur postulatus a domino, quādo Helcana obtulit eū
 Hely sacerdoti in 1. Reg. 1. Quia Christus designatur per Ioseph; Reuer
 sus, ait Ruben ad patrem, cum non inuenisset puerum scidit vestimenta
 sua, &c. quare in tab. super Gen. Fluuius egrediebatur, &c.
 Plantauerat Dñs Deus paradysum, in quo posuit hominē, &c. Quare
 14. Eccl. Vide arcum. Quere 16. a. Io. 20. Nuptiæ facte sunt in Cana Gali
 leæ, &c. Christus cōmutat aquā dilectionis, in vinū cōpunctionis & spiri
 tualis consolationis. Mat. 22. Ecce prandiū meū parauī, tauri, & altitia mea
 occisa sunt, &c. quare in tab. super Mat. Esa. 8. Sume tibi librū grandē, &
 scribe in eo itilo hoīs, velociter spolia detrahe, cito prædare; hoc dñs de Chri
 sto, de quo Apo. Apertus est liber in te. De hac scriptura Exo. 17. Facies la
 minam aureā, &c. Quare 19. a. Huius libri scripturā expectabat genus hu
 manum

X x

manum

Iob 31.

manum, in cuius persona dicitur, Quis mihi tribuat auditorem, & desiderium meum omnipotens audiat, & librum scribit ipse, qui iudicat, ut in humero meo portem illum, & circumdē illū quasi coronam mihi: huius libri scriptura fuit initiata in sanctificatione, consummata in conceptione, aperta in natiuitate; audiuit .n. Dominus sanctorū patrū desiderium, & scriptus est liber monumenti coram eo timentibus eū. Liber iste exemplaris informationis cuiuslibet proponitur legendus. Ezech. 2. Expandit librum coram me, qui erat scriptus intus, & foris. Ab isto libro transcribenda est perfectio uitæ in libro propriæ conscientiæ. Esa. 30. In libro diligenter exara il lud: Oculi .n. legentis in hoc libro illuminantur ad intelligendum, aures referantur ad audiendum, manus fortificantur ad operandum, cōceptus exhilarantur ad delectandum. Esa. 29. Audient in die illa surdi uerba libri, & de tenebris in caligine oculi eorum videbunt, & addent mites in Domino, mites letitiam & pauperes in sancto Israel exultabunt. Sed hodie a lecturā huius libri auertuntur indiscreti ex ignorantia; astuti, & superbi ex malitia, vel negligentia. Vnde cōpletum est quod dicitur. Esa. 29. Erit nobis uisio omnium, sicut uerba libri signati; quem cum dederit scienti litteras, dicet, lege istum, & respondebit. Non possum, signatus .n. & dabitur liber ne scienti litteras, & diceret ei, lege, & respondebit, nescio litteras, quia tā clerici, quā laici auertunt oculos a lecturā huius libri. Corpus Christi sub sacramento figuratur in edulio lixato, in agno assato, in uitulo saginato; Lixatur hædulus, aqua contritionis, assatur agniculus igne compassionis; saginatur vitulus, adipe deuotionis noster Iesus præfiguratus est, ut fortis propugnator, per Iesum Naue: iustus reparatur per Iesum Iosedech: doctus legislator, per Iesum Sirach: quia Christus est uera lux, ideò clamare debemus, mane nobiscū Dñe quoniam aduerserascit. Dan. 7. Aspiciebam in uisu noctis, & ecce cum nubibus cæli filius hominis ueniebat. Noctis uisio prophetia uel legis figura. Nubes cæli, gratia Spiritus S. sicut cunctan virginē. Apoc. 1. Vidit diuissimus Ioānes in medio septē candelabrorum aurcorū, i. oīum ecclesiarū similē filio hoīs. i. Christum, qui uerus hō fuit, sed similis dicitur, quia carnē peccatricem sicut, & nos habere uidebatur: uesitum pondere, & præter alia ornamenta habebat in dextera sua septē stellas, & facies eius sicut sol ut uirtute sua lucet: claritas solis est lux diuinitatis, uestis pōderis, candor humanitatis, quia Deus & homo vnus est Christus; sub hac veste exiuit a patre, & uenit in mundum, ut nobis appareret inuisibilis, & fieret uerus Ioseph caro, & frater noster. Et nota, quod nos sumus serui Christi non solum per creationem, sed etiam iure belli acquiriti per passionem, quod etiam figuratum est 1. Paral. 18. Abisai filius Saruiæ percussit Edom in ualle salinarum, & constituit in Edom præsidium, ut Idumæa seruiret Dauid. Abisai salutare patris interpretatur, & designat Christum: Saruiā uincta uellere, charitatis uitam; Edom sanguineus, nostri sanguinis sibiūlus: Idumæa terrena, est natura humana de terra sumpta, Dauid manu fortis, uultu desiderabilis Deus pater: Abisai itaque filius Saruiæ, id est, Christus filius Mariæ, percussit Edom in ualle salinarum, id est, Diabolum in passione miseriarum, ut Idumæa, id est, humana natura seruiret Dauid, id est, Deo, 4. Reg. 4. Faciamus ei cœnaculum paruū, & ponamus in eo lectum, mēsam, sellam, & candelabrum. Ista uelut Sunamitis figurat animam, quæ nisi in hospitio mentis Heliæ, id est, Christi recipiat, non pōt parere prole boni operis. Ad hoc autē, ut Christū recipiat, debet construere cœnaculum paruū, per profundam humiliationē; lectulum

Iud 6.

Exo 12.

Luc. 15.

Luc. ult. d.

A lum quietis per distractionum abnegationem, mensā refectionis, per orationis fructuionem, sellā iudiciariæ discretionis per diligentiam exanationis, candelabrū aureū per resurgentiam cognitionis. Et sic hospitato Elia saxo, cōcipit anima fructum bonæ operationis. Eze. 17. Sum ā ego de medulla cedri, &c. Cedrus sublimis est Deus pater, in quo est altitudo authoris. Medulla istius cedri est Dei filius, qui est æqualis patri. Idē est tenorū pp diuinitatis deliquationem, & delectatione. Plantat autē ista medulla in mōte excelso. i. super eminentē Christi humanitatē, assumptā de sublimitate mōtis Israel. i. de regali stirpe Dauid, qui fuit filius Israel, erūpit autē in agrum fructiferū, qñ resuscitauit & reformauit genus humanū: uel plātata fuit ista medulla in mōte. i. in Virgine Maria, quæ pōt dici mōs, multiplici tōne: Christi resurrectio fuit figurata in Iona, qui fuit in ventre ceti trib. dieb; Vnde ait Saluator in Io. Sicut fuit Ionas in ventre ceti, &c. cætera. Item dicitur surgens mane Iacob tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit illum in titulum; &c. cætera. Quare ista in tabula de resurrectione. Titulus crucis Christi, in quo designat ut salus generis humani, fuit figuratus in lamina, quam summus Pōtifex portabat in fronte; de qua dicitur quod in frōte Pontificis erat lamina, in qua scriptū erat nomen Dñi ineffabile tetragrāmaton, cōtinens quatuor lineas, quæ significat principium uitæ, passionis: Ascētio Christi fuit figurata in illo signo, quod dedit Dñs Ezechia, de promulgatione uitæ suæ, qñ reuersus est sol decem lineis in horologio Achaz: Sol per decem lineas retrocessit, ita mysticō Sol iustitiæ, Christus Deus noster, qui illuminat omnem hominem uenientē in hūc mūdū. In horologio Achaz. i. totius mūdi per decem lineas, p quas ad nos descendere, retrocessit; est .n. horologiū uniuersitatis creaturarum; decē lineæ sunt cælū empyreū, chrystallinū, sidereū, septem aliæ lineæ sūt septē orbes planetarū; quia descendere Dei filius ad spheram passibilium. Alio modo dicitur horologiū, uniuersitas, chorus angelorū, nouē lineæ sūt nouem ordines angelorū; & Dei filius minoratus est paulō minus ab angelis, descendēs ad nos. i. usq; ad decimā dragmā perditā, quā inuentā exaltauit usq; ad dextram Dei patris, & sic reuersus est sol decē lineis, quibus descendere. Sap. 18. Cū mediū silentiū tenerent oīa, & nox in suo cursu mediū iter haberet, oīpotens sermo tuus &c. Hic describitur congruitas tēporis, quo filius Dei uoluit incarnari pro liberatione humani generis. Sicut .n. media nocte percussit oē primogenitū in terra Egypti, sic nocte peccati existente in suo medio, percussit antiquū hostē. Vnde describitur congruitas sui aduentus, tā ex parte medici, quam ex parte infirmi: Ex parte medici, & doctoris, quia uenit dū mediū silentiū tenerent oīa; Primū silentiū fuit tpe legis nature; quia tūc hoīes quasi bruta, nec Deū modo debito laudabant, & ab actionibus meritorijs cessabant: hoc silentiū fregit uox legis Mosaycæ, quæ docuit cultū unius diei; Instituitur ritus sacrificandi, & alia quæ pertinent ad præcepta & cœremonias legis Moylis. Sub primo silentio conuictū fuit genus humanū de ignorantia; quæ uia salutis eternæ nullus ex proprio ingenio potuit cognoscere. Vltimū silentiū erit in paradiso, quia tūc cessabit uita actiua, quæ Deū hic quasi quadā lingua loquit. Mediū silentiū fuit tempore legis Mosaycæ, quia quamuis laudes Dei tam in cœremoniis, quam in præceptis quodammodo loquerentur, quia tñ nec præcepta legis implebant, nec illa sacrificia, quæ erant figurata perfecta erāt, nec ratione sui, seu operis operati, gratiam conferebant; ideò tunc a perfecta Dei laude silebant; Et tunc fuit humanum genus conuictum de im-

Exo 28.

Ascensio.

Mundus.

Horologio.

Horologium.

Lineæ.

Angeli.

Ordines.

Incarnatio.

Nox.

Aduentus.

Silentium.

laus diuina.

na.

tentia. hoc silentium fregit uox legis gratiæ data a uerbo incarnato, quæ, **E**
 & Dei laudem, & eius cognitionem quantum spectat ad uiatorem, præ-
 cepta, consilia, sacra documenta, & omnia alia ad salutem pertinentia, per-
 duxit ad ultimum complementum: pari enim cursu procedunt rex, lex,
 grex. Et sicut ad legislatorem istum, qui est Christus Deus, & homo, nul-
 la perfectio potest addi aliàs Christus non esset Deus, sic nihil ad legē per
 ipsum datam, ut respicit uiatorem, nec ad gregem seu. populum per ipsum
 institutum, scilicet ad populum Christianum, ut est uiator, nulla perfectio
 potest addi: non ergo in primo silentio doctor venire debuit, ut probare-
 tur homo, & conuinceretur de ignorantia, ac per hoc ardentius docto-
 rem salutaris veritatis appeteret, & doctoris sapientia magis esse ho-
 mini necessaria, appareret. Nec in ultimo silentio uenire debuit: quia
 tunc erit finis, nec indigebimus doctore, nec erunt sacramenta, aut
 præcepta, nec illa, quæ pertinent ad uiatorem. Idèd in medio silentio
 noctis, Dei filius dicitur uenisse, ut eius sapientia ostendatur. Ideo o-
 stendit ex parte infirmi, quia uenit in medio cursu noctis. Nox tetra,
 torpida, tepida, frigida, pauida, est status peccati, in quo erat mundus, ado-
 rans idola ante Christi aduentum. Nox, ait, præcessit, dies autem appropin-
 quauit. Prima pars noctis peccatum originale: In hac prima parte venire
 medicus non debuit: quia futurum erat, quod genus humanum grauius
 infirmaretur, & magis apparet medici peritia, dum curat ab infirmitate
 grauiore, quam leuiore; magis etiam a tali graui infirmitate egrotans, desi-
 derat aduentum medici, quam in leui. Ultima pars noctis est mors corpo-
 ralis, uel infernalis; nec tunc debuit medicus uenire; quia frustra uenit me-
 dicus quando mortuus est infirmus. Medicus cursus noctis est status pec-
 cati actualis, & maxime in tenebris idololatriæ: hac igitur infirmitate in mū-
 do in suo summo inualecente, quia tūc summè uigebat idololatria, & per
 totum mundum tradebantur, qui idola non adorabant, tūc necesse fuit
 medico ue ire; quia dum mūdum a tali infirmitate curauit per passionē,
 prædicationē, & miraculorū operationem, maior apparuit indigentia egro-
 ti, & maior peritia medici: Propter ista ait Sapiens: idū medium silētiū, &c.
 Illud idē uocat Apostolus plenitudinē temporis: at ubi uenit plenitudo tē-
 poris, misit Deus, &c. Christus est ille uir indutus lineis, scilicet carne
 uirginea, qui portat atramentum scriptoris ad renes, & signat thau su-
 per frontes uirorum. Ezechiel. 9. Quare 111. a. 113. b. Christus influit
 omnes actus uiuificos, & omnia perfectionis exempla in totum corpus
 ecclesiæ, quod figuratum est Apocalyp. 1. Vidi in medio septem cande-
 labrorum aureorum similem filio hominis. Quare in tabula Apocalyp.
 in multis locis. Gen. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, &c. Istud fir-
 mamentum est Christus in medio generis humani fluxibilis, & labilis ad
 omne malum, nisi à Christo firmaretur, & stabiliretur. Mat. 21. Homo erat
 paterfamilias, &c. qui plantauit uineam, &c. Et in eodem. Exijt primo ma-
 ne conducere operarios in uineam suam, &c. Ille hō paterfamilias Chri-
 stus est, uinea ecclesia, de qua Esa. 5. Uinea facta est dilecto &c. Ibi uinea
 circumdedit sepē scripturarū. Torcular, in quo uinū exprimitur, sunt sacra,
 in quibus gratia confert. Turris in medio ad defensionem est Christus:
 quia turris fortissima nomen domini, Moraliza. totum quod sequitur. 4.
 Reg. 2. Dicitur quod Helias ascendens in cœlū dimisit pallium Eliseo, &c.
 factus est in Eliseo duplex spiritus, quam esset in Elia. Nota historia. He-
 lias interpretatur Dei mei donatio, designans Dei filium nobis datum:
 pal-

Genus hu-
manum.Aduentus
Incarnatio

Ad Ro 3.

Aduentus
Incarnatio
Ad Gal. 4.
Xps influit
omnes actus
uiuificos.

F

G

H

A pallium corpus suum. Ascendens in cœlum dimisit ecclesiæ sub panis
 specie in sacramento; Et fit in nobis duplex spiritus, quam esset in Christo;
 quia ipse habuit spiritum ad bonum agendum, non ad malum uitandum;
 eod quod peccare non potuit, Sed uirtute corporis Christi nobis datur spi-
 ritus ad bonum agendum, & ad malum uitandum: Et nota, quomodo in-
 carnatio filij potest contemplari ex generatione Iridis. Quare 16. a. Et no-
 ta que damna incurrit homo ex Christi absentia: Petrus periclitatur. Dñe
 saluum me fac. Præsens autem est Christus, ubi charitas est, quia ubi chari-
 ritas & amor, ibi Deus est: Lazarus moritur, Domine si fuisses hic, frater
 meus non fuisset mortuus: & hoc figurat mortem spiritualem: Pugnans
 vincitur, quia qñ Moy. non eleuabat manum, populus dñi vincebatur: De
 ueritate dubitatur, ut patet in Thoma absente: Ipse enim est uia contra pri-
 mum, uita contra finem, ueritas cōtra, tertium: & hoc per sui præsentiam. Vn-
 de Ruben, id est anima fidelis attēdens damna, & pericula, quæ patitur ex
 Christi absentia, cum lachrymis clamat, puer nō cōparet, & ego quo ibo?
 Dan. 2. Abscessus lapis de monte sine manibus; quia Christus natus est de
 Maria uirgine sine humanis operibus. Esa. 6. Vidi dominum sedentem su-
 per solium excelsum & eleuatum, & plena erat omnis terra maiestate eius,
 & ea quæ sub ipso erant, replebant templum: Seraphim &c. Hoc totum de
 Christo ad dexteram patris exaltato, intelligitur; unde circa Christi ascen-
 sionē tria exprimuntur: Coauthoritas in potestate; coequalitas in maiesta-
 te; consubstantialitas in diuinitate: Hæc dignitas & authoritas præsentia,
 uirtuositas influentia &c. 1. Paral. 22. Filius qui nascetur ex te, erit uir quie-
 tissimus; & ob hanc causam pacificus uocabitur, & pacem & ocium dabat
 in Israël cunctis diebus uitæ eius: Ille Salomon Christum designat; quia ip-
 se est pax nostra, quia fecit utrumque unum. Deut. 8. Ductor tuus fui in so-
 litudine, in qua erat serpens statu adurens, scorpio, & dipsas: Ista sunt tria
 peccata, quorum morsu perit populus in solitudine huius mūdi. In primo,
 luxuria designatur; in secundo, mundi auaritia, in tertio superbia: Sed reme-
 dium contra ista tria datur Christus Serpens æneus; Fac serpētem æneū, &c.
 Nota historiam, quare 40. b. Christi annunciatio fuit figurata in Samōne,
 Iud. 13. Apparuit angelus domini, & dixit ad eam. Concupies, & paries fi-
 lium, & erit Nazarus Domini: ab infantia sua, & ex utero matris sue ip-
 se incipiet liberare Israel de manu Philistinorum: Nota totam historiam
 Samōnis, qui interpretatur sol eorum; & totum, Christo, qui est sol
 iustitiæ, potest appropriari. Genes. 49. Isachar asinus fortis, accubans in-
 ter terminos, uidit requiem, quod esset bona, & terram, quod esset opti-
 ma, & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributus
 seruens: Tria exprimit, quæ mouent nos, ut omnes tribulationes &
 persecutiones pro Christo in patientia toleremus: Primum est, exem-
 plum capris nostri Christi, quia facile quilibet mala tolerat, quando uidet
 Dominam suam pati similia uel maiora: Christus autem passus est pro
 nobis, uobis: elinquens exemplum ut sequamini uestigia eius: Isachar in-
 terpretatur memorans Dominum, uel uir mercedis, quia memoria pas-
 sionis Christi nos facit fortes ad mala quælibet toleranda; unde sicut asi-
 nus uili sustentatur cibo, non conqueritur de onere imposito, patienter
 tolerat eam ceditur flagello, sic patienter similia uel maiora Christianus
 propter Christum debet tolerare: Secundò nos facit fortes in tribu-
 lationibus comparatio temporalium tribulium ad æternā, quia non sunt
 condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuel-
 labitur

Christi ab-
sentia.

Mat. 24.

Ioh. 11.

Exo. 17.

Ioh. 20.

Io. 14.

Gen. 37.

Esa. 6. a

Ascensio.

i. Par. 22. d

Ad Eph. 2.

Deut. 8. c

Num. 21. d

i. Pet. 2. d

Rom. 8.

labitur in nobis: Qui enim considerat honores, delicias, secundum
 apparentiam, & æstimationem hominum mundanorum, magnum aliqd
 videntur, quare de hoc supra in tabula de diuitijs, & temporalibus: Sed si
 ista omnia æternis gaudijs comparentur, nihil debent penitus reputari: Pro
 pter hoc Apostolus omnia talia arbitratus est vt stercorea vt Christum lu-
 crificare: Hinc ait Greg. Si consideremus quæ & quanta sunt, quæ nobis
 promittuntur in cœlis, vilescunt animo omnia, quæ habentur in terris, &c.
 Ideo dicit habitans inter terminos. Habitans per iugem meditationem, in-
 ter duos terminos qui sunt extrema nostri motus, & nostræ peregrinatio-
 nis, scilicet inter breuitatem & vilitatem temporalium, & æternitatem ac
 dignitatem cœlestium: Quidam sunt qui non habitant inter terminos, sed
 semper habitant in vno termino infimo, & ibi figunt suam considerationē
 & laborem; considerantes honores & diuitias, nihil de spiritualibus, seu cœ-
 lestibus considerantes, nihil de eis saporantes, quia omnem escam spiritua-
 lem abominata est anima eorum, quia habent palatum mentis infectum,
 & omne spirituale desipit eis; Isti non sunt fortes in tribulationibus & per-
 secutionibus, immo statim franguntur: Tertio reddidit nos fortes in tribula-
 tionibus & persecutionibus amor, & desiderium æternorum gaudiorum:
 Vidit, ait, requiem, quod esset bona, & quod esset optima, &c. Est enim ibi
 requies, quia ibi, & non alibi est quies omnium desideriorum: primo Con-
 fes. Fecisti nos domine ad te, inquietum est cor nostrum, donec quiescat in
 te: Quia sicut modica terra non potest magnam imaginem sigilli implere,
 sic nec omnis creatura imaginem Dei, quæ est in anima: Satiabor, cum ap-
 paruerit gloria tua: Est itaq; ibi requies bona, ratione fruitionis diuinitatis:
 Terra optima rone visionis humanitatis: Portio mea sit in terra viuentiū:
 Propter hac omnia Isachar, id est religiosus & vir fortis supponit humerū
 suum ad portandum quodcumq; pondus tribulationum & persecutionum.

De assumptione Beata Maria Virginis.

Can. 3. Hieronymus in sermone. Cogitis me, &c. Ex persona supernorum ci-
 uium in eius assumptione admirans Spiritus sanctus ait in Canticis:
 Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus?
 Et bene quasi virgula fumi, quia gracilis & delicata, quia diuinis extenuata
 disciplinis, & concremata intus in holocaustum incendio pij amoris, deside-
 rio charitatis; Vt virgula, inquit, fumi, ex aromatibus nimirum; quia mul-
 tis repleta erat virtutum odoribus; manans ex ea flagrabat suavissimus odor:
 Ascendebat autem de deserto præsentis sæculi virga de radice Iesse olim
 exorta; sed mirabantur electorum animæ quænam esset quem etiam meri-
 torum virtutibus Angelorum vinceret suauitatē: De qua rursus Spiritus
 sanctus: Quæ est ista quæ ascendit quasi aurora confurgens, pulchra vt luna,
 electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata: Admirantur aut spi-
 ritus sanctus, quia omnes de ascensu huius virginis admirantes facit; quæ
 quasi noui diluculi aurora rutilans ascensu suo resplendet, multis freta & val-
 lata sanctorum agminibus, vnde dicitur, Terribilis vt castrorum acies ordi-
 nata; Siquidem terribilis suis freta virtutibus, vt castrorum acies admodum
 ordinata; hincinde sanctorum Angelorum præsidij fulta: pulchra vt luna,
 immo pulchrior quam luna, quia iam sine defectu sui corruscat cœlestibus
 illustrata fulgoribus: electa vt sol, fulgore virtutum, quia ipse elegit eam sol
 iustitiæ vt nasceretur ex ea: Ad cuius profectō exequias quantum fas est
 credere

A credere, simulabantur Angeli, & vniuersæ cœlorum congratulabantur cu-
 riæ; Nec miramur, quia honor maternus eius est qui natus est ex ea: Legi-
 mus ergo quod tunc ad funera & ad sepultura quorundam sanctos An-
 gelos aduenisse, & exequijs eorum obsequia præstitisse; necnon & animas
 eorum vsq; ad cœlos cum hymnis & canticis detulisse: vbi & vtriusq; se-
 xus chorus commemorantur, frequenter auditi laudes cecinisse, & quæ perspi-
 cacious est, multo nonnunquam lumine eosdem resplenduisse; insuper & ad-
 huc viuentes in carne ibidem miri odoris fragrantiam diutius præsentisse:
 Quod si ad recreandam spem, & corroborandam fidem astantium saluator
 noster Christus ob merita suorum amplius comprobanda, talia ac tanta di-
 gnatus est exhibere per suos cœli ministros circa defunctos, quanto magis
 credendum est hodierna die malitiam cœlorum cum suis agminibus festi-
 ne obuiam aduenisse genitrici Dei, eamque ingenti lumine circumfulsisse
 B & vsque ad thronum, olim sibi et ante mundi constitutionem paratum,
 cum laudibus & canticis spiritualibus perduxisse: Nec immerito creditur,
 quæ saluator omnium ipse quantum intelligitur per se totus festiuus occurrit,
 & cum gaudio eam secum in throno collocavit: Alias quomodo impleuisse cre-
 ditur, quæ in lege ipse præcepit, Honora patrem tuum, & matrem tuam: Cer-
 te ista rō Hieronymi modo concludit matris Dei in carne & aia assumptio
 nem, sicut Angelorum associationem: Si. n. Angelos misit ad honorandum
 corpora sanctorum, defunctorum ad meritorum ipsorum ostensionem, fi-
 dei confirmationem, fidelium consolationem, ac per prædicta sanctorum
 corpora & reliquias reuelauerit; si matris suæ reliquias essent in terra, mul-
 to fortius corpus eius sacratissimum & reliquias reuelasset: Propter oia su-
 prædicta, Sequitur in sermone, Faciet inquit Dñs nouum super terrā, mul-
 licia circumdabit virum, verè nouum: Et omnium nouitatum supereminēs no-
 uitas virtutum, quoniam Deus, quem non capit totus mundus, sic ingressus est
 C hospitium ventris, vt corpus claustra nesciret: sicque gestatus, vt Deus to-
 tus in ea esset; & sic inde exiuit, vt sicut Ezechiel fatetur oino porta clau-
 sa remaneret: Vnde in eisdem canticis de ea canitur: Hortus cœclusus, fons
 signatus, emissiones tuæ paradisi: Verè hortus deliciarum, in quo consta-
 sunt vniuersa genera florum, & odora menta virtutum; sicque signatus, vt
 nesciat violari, neque corrumpi vllis insidiarū fraudibus: Fons itaq; signa-
 tus sigillo totius trinitatis; ex quo fons vitæ manat, in cuius lumine oēs vi-
 debimus lumen, cuius profectō emissio vteri supernorum ciuium oium
 est paradisi: De isto namq; vetricis agro Isaac patriarcha longe odorans aie-
 bat, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dñs: Talibus
 namque priores sancti diuinitus afficiebantur odora mentis, talibusq; inspi-
 rabantur de Christo præfagijs, quæ nasciturus esset in mundum; in quo esset
 D oium salus & benedictio æternæ hereditatis; Istæ siquidem sunt fidei vestes,
 quibus priores sancti vestiebantur; Istæ quos Rebecca immo Spiritus S. do-
 mi secum habuit, quibus induit Iacob filium suum; aliàs nisi a Spiritu san-
 cto seruata domi, & prolata essent: Quid miri odoris in eisdem patri Isaac
 hauriretur, vt diceret, cum præsentisset vestimentorum flagrantiam: Ecce
 odor filij mei sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus. Sequitur,
 Ideo per vestimentorum flagrantiam Christus annunciat, quem nos;
 quicunque baptizati sumus, induimus; in quo benedixit nos Deus;
 non qualicunq; sed omni, vt ait Apostolus, benedictione, spiritua-
 li in cœlestibus: Vnde & Elisabeth Mariæ loqui incipiens à benedictio-
 ne exorsa, ait, Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus
 ventris

Ioan. 1.

ventris tui: Cuius profecto in spiritu longe odorem trahens **refatus** Isaac benedicebat filium, in quo cœlestis omnis benedictio **undo effloruit**. Et bene plenus ager dicitur, quia plena gratia **Virgo Maria** pronunciat, de cuius utero credentibus fructus uitæ effluunt. Et nos, ait **Euangelista**, de plenitudine eius accepimus gratiam pro gratia. Sequitur, de huiusmodi nimirum ascensione ad cœlos multum admirantis intuitu, **scetorum contemplator cœlestium**: In caoticis vidi, ait, speciosam ascendentem sicut columbam desuper riuos aquarum. Et vere speciosam sicut columbam desuper riuos aquarum; quia illius specie colubæ ac simplicitate præmonstrabat, quæ super Dñm venit: Et bene desuper riuos aquarum, quia super aquas refectionis educauerat eam dñs, & nutruerat, ex qua multi educati riuus, oem irrigant terram deliciarum, & infundunt hortu voluptatis. Ex quibus quotidie lora, & perfusa beata Dei genitrix ascendit hodierna die, speciosa valde, & admirabilis; Cuius odor inestimabilis erat nimis, & ideo ineffabilis. Ad cuius profecto fragrantiam odoris ois illa celestis Ierusalém **lecta decurrit**, quæ circumdant flores rosarum, & lilia couallium, eod, q, omnes aeterni martyrio rubricata eam æternæ dilectionis cõplectuntur amplexibus, & uirginitatis splendore candidata, ac lilia in valle humilitatis enutritæ circũdant eam, uenerationis gratiã obsequentes. Virgo Maria rone multiplice cõparatur lunæ, quia luna est in incessu clara. Iob 31. Lunã incedentẽ clare; In aspectu pulchra; **Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora, pulchra ut luna?** In effectu pura, quia tenebrarum fugatiua, Lunã & stellas in potestate noctis; Secundu mutationẽ tẽporu mutabilis; Stultus, ut luna mutatur, sicut splendorem obscurabilis, Sol, & luna obtenebrati sunt; Secundũ conuersionẽ terribilis, quia sanguini similis; Luna conuertetur in sanguinẽ. Allegoricẽ loquendo claritas refertur ad mundiciã sanctificationis, quam habuit uirgo in incessu ex utero matris; Fecit lunã in tẽpore; pulchritudo refertur ad honestatem conuersationis: Pulchra ut luna: puritas, seu plenitudo luminis, quia fugat tenebras, refertur ad dignitatem conceptionis; propter illum conceptu fuit in plenilunio; & propter illum dicitur, quod cunctas hæreses sola interemit in uniuerso mundo. Eccl. 50. Quasi luna plena in diebus suis.

Can. 6.
Psal. 135.
Ioel. 3.
Ioel. 2.
Psal. 135.
Can. 6.

Rom. 12.

Mutatio sicut varietatẽ tẽporu, quia ex cõdescendẽtia charitatis, sicut ex gẽtia tẽporu; locoru, personarum, in cibo, potu, conuersatione, se oibus coaptabat. Eccl. 43. Secundum splendorem, obscurabilis, nam radios suæ dignitatis occultabat, & retrahebat per uirtutem humilitatis: Vnde ipsa est illuminare illud, quod in consummatione, scilicet perfectionis, & dignitatis minuitur per uirtutem humilitatis. Eccl. 43. De præcedenti mutatione dicit, quod mutabitur secundum mutationem temporum, locorum, & personarum, ut secundum Apostolum gauderet cum gaudentibus, fletum cum fletibus. Abacuh 3. Sol, id est, Christus, & luna Virgo Maria steterunt in habitaculo suo secundum conuersionem, terribiles quantum ad dolorem passionis; quando eius animam pertransiuit gladius. Apocal. 3. Sol, id est Christus in cruce, factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna Virgo Maria, stans iuxta crucem Iesu, facta est ut sanguis. Vel potest dici, quod Virgo Maria comparatur lunæ plenæ, post filij conceptionem, nam tunc luna est plena, figurat, scilicet, circularis, & designat plenitudinem dilectionis: Item tunc habet plenitudinem luminis, quæ recipit a sole, & designat plenitudinem gratiæ & conuersationis honestæ, quam recipiebat a Christo: Item tunc luna habet plenitudinem uirtutis, quoad refluxu maris, & motu aquarum, & augmentum humorum & medullarum, quæ augent

in

A in plenilunio, qui designat in uirgine matre Dei beneficia multa respectu nostri; quia eius uirtute, mare, i. cor peccatoris mouetur ad penitentiam; humor deuotionis augetur; uiatores in nocte huius mundi eius radijs diriguntur.

Beata Virgo fuit mulier noua multiplice nouitate, quia inter mulieres nouiter, hoc est supernaturaliter, concepta. Iudæis noua lux oriri uisa est gaudium, honor, &c. Quia inter mulieres nouiter, & singulariter sanctificata 4. Regum 2. Afferte mihi uas nouum, & mittite in illud sal: quia noua proles in ipsa, & de ipsa incarnata: Et tunc factum est nouum cœlum, & noua terra, id est, noua anima, & nouum corpus. Esa. 45. Ecce enim ego creo nouum cœlum, & nouam terram. Nouum quippe corpus Christi, quia sine virili semine. Et sic facta est noua mater, & impleuit totum illud, Nouum faciet Dominus super terram: Item ex noua annunciatione,

Jerem. 1. A
Luc. 1.
Isa. 41.
Isa. 43.

B & nouo nuncio, quia ait Gabriel: Aue gratia plena, quod alias de nulla fuerat dictum: Vnde ei competit illud: Noua annuncio uobis antequam oriatur: Item nouus modus concipiendi, portandi, pariendi, quia concepit saluo pudore, portauit sine labore, peperit sine dolore. Ecce facio noua, & tunc orientur. Vnde Beatæ Virgini, in qua facta sunt ista noua, competit illud: Audita feci tibi noua ex tunc, & a die, scilicet annunciationis, & consummata sunt quæ nescis, id est, sacramenta humanæ reparationis; & tunc creata sunt, scilicet in natiuitate filij Dei: Vnde de ea potest dicere filius: Ecce ego noua facio omnia: item in ipsa fuit nouum uotum uirginitatis inchoatum, quomodo, ait, fiet istud, quoniam uirum non cognosco; fuit enim primicia uirginitatis: item noua ecclesia per ipsam reformata repudiatis cerimoniis, & uteri Synagoga: Vidi ciuitatem sanctam nouam, &c. Expositio de ecclesia, quare Prou. 24. hominibus, uel ciuibus nouæ ciuitatis ecclesie multa noua dedit, quia noua corda, uerba, linguas, mada, uia, doctrinã, escã, potu, conuersationẽ, bellu, balneu, nomẽ, premiu, legẽ. Nouus rex, noua lex, nouus grex, & ita nouas sũt oia. De nouo corde Eze. 11. Dabo uobis cor nouu, & hoc in nouitate uoluntatis & operis ei seruiamus, & in nouitate uite ambulemus. De linguis Mar. 16. Linguis loquuntur nouis, &c. & hoc ut legẽ nouã prædicaret: Prædicate euãgeliu ois creaturæ, &c. De mandatis. Ioan. 13. Mandatum nouum do uobis. Et hoc ut expurgato fermento ueteri maliciæ, & nequitia, noua opera faciamus; Expurgate uerum fermentum, ut sitis noua conspersio. De noua uia Heb. 10. Habentes itaque fiduciã in sanguine eius, qui nunciãuit uia nouã, & hoc ut in nouitate uite ambulemus. Rom. 6. Hæc uia est penitentia: de noua doctrina Mat. 1. Quamã doctrina hæc noua? Et hoc ut errores sectarum ueterum uitemus.

Apoc. 21.

Luc 1.

Apoca. 21.

C Heister 6. Obscuro Domine, ut in epistolis nouis, id est, euangelicis documentis: dicit glos. Veteres Aman literæ insidiatoris, & Iostis Iudæorum corrigantur, id est secta ueterum errorum; de noua esca, id est, de corpore suo. Sap. 16. Hi & in breui inopes facti nouam gustauerunt escam, id est manna, in quo ut dicit glo. corpus Christi figuratur: Et hoc ut amodo nouo comedamus cum peruersis Iudæis in Ægypto, cucumeres, pepones, porra, capas, allia, & lactucas agrestes, quæ significant carnales delectationes. Non ergo istos sapes sentiamus, sed nouum delectamenti saporem in corpore Christi Sap. 16. Quibus dedisti concupiscentiam delectationis sui nouum saporem: de potu nouo, id est, de sapore sanguinis Christi. Matth. 9. Nemo mittit uinum nouum in utres ueteres. 1. Corinth. 1. Hic est calix noui testamenti, &c. & hoc ut extincto ardore concupiscentia

1. Cor. 5.

rix interius mundaremur. De noua conuersatione. Leuit. 26. Nouis super uenientibus vetera proieceris; Et hoc ut eis conformaremur, secundum Apostolum, Induite nouum hominem, &c. Et ibidem renouamini spiritu mentis uestræ. Quare quomodo renouatur aquila, accipiter, ceruus, serpens, & illos modos renouationis applica huic: Renoua cantilena, siue noua laude diuina. Immisit in os meum canticum nouum; Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit; Et hoc ut ubique & iugiter eum laudemus. Esa. 42. Cantate Domino, &c. De nouo bello. Et hoc ut nouo bellandi genere hostes humani generis, & ecclesie uinceremus.orando, ut Moyl. Amalech; Et patiendo, ut martyres; Sancti per fidem uicerunt regna, Vnde ait poeta: Nobile uincendi genus est patientia. De nouo balneo siue lauacro. i. de sacramentis, & maxime de sacramento penitentiae. Per la uacrum regenerationis, & renouationis: De nouo spiritu, siue de noua uoluntate & desiderio. Effundam super uos aquam mundam: Sequitur, Et dabo uobis spiritum nouum. De nouo nomine, Apostolus, Videte qualē charitatem dedit nobis Deus, ut filij Dei nominemur, & simus; De hoc Esa. 62. Hoc est nomē nouum, quod os Domini nominauit. De nouo pre mio, s. de reformatione & glorificatione corporum. Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, tunc renouabitur, ut aquila iuuentus nostra.

De consecratione ecclesie & anima.

Consecratur anima, ut sit dignum Dei habitaculum; sicut consecratur materialis ecclesia, ad similitudinem quippe dedicationis & consecrationis materialis ecclesie dicuntur fieri, septem circuitus, qui sunt septem considerationes. Considerare quippe debemus originis uilitatem; uita labilitatem & breuitatem, mundi defectibilitatem & fallibilitatem, mortis necessitatem, propinquitatem, acerbitatem: Damnationis calamitatem, glorificationis felicitatem. Sic sacerdotes circum erunt muros Hiericho, & corruerunt. Quere historiam in tabula. Secundo debent fieri cruces interius & exterius. Crux exterior, mortificatio carnis; interior, afflictio mentis de peccatis commissis. In dedicatione materialis ecclesie ponuntur octo. s. sal sapientie, scriptura doctrina, finis memorie mortis; aqua contritionis, uinum letitie spiritualis, chrisma fame redolentis, lux edificacionis, thus deuotionis. Triplici autem ratione materialis ecclesia dedicatur, primo ut ab actibus & uisibus mundanis penitus separaretur. Nolite ait facere domum meam domum negotiationis. Secundo ut ad eam fugientes saluentur, unde ait canon: Reos sanguinis defendit ecclesia, ne uitam perdant & membra. Et hoc priuilegium fuit figuratum in Ioab, qui fugit in tabernaculum, & apprehendit cornu altaris. Tertio, ut orationes ibi facte facilius impetrentur & exaudiantur; & hoc fuit figuratum 3. Reg. 8. Vbi dixit Salomon de templo dedicato. Si quis nouerit plagam, & expandit manus, &c. Et sic dicitur, ut si quis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Ista omnia debent esse moraliter in anima Deo dedicata. Moyl. Primò fecit festum dedicatione ecclesie; secundo, Salomon; tertio Iudas Machabeus; per quos figurantur tria, quæ debent habere, qui deuotè celebrant ecclesie dedicationem; mansuetudinem & pietatem, quæ in Moyl. discretionē & sapientiam, quæ in Salomone: confessionis fidei audaciam, quæ in Iuda Machabeo designatur. antiquitus in conse-

Psal. 39.

Exo. 17. Hebær.

Ad Tit. 3. Eze 36. 1. Io. 3.

Philip. 3

Iosue 6. a

Dedicatio ecclesie.

Ioan 2.

3 Reg 2

Num. 7. 3 Reg 8. b 1 Mac. 3. g

A consecratione ecclesie erat unctio: Obtulerunt duces in dedicatione altaris in die, qua unctum est, oblationem suam ante altare: oblatio Dei, ut in prædicta autoritate, lætitia, & exultatio. Neemia 12. In dedicatione requi siuerunt Leuitas, &c. Et idem habetur Euidra 6. Fecerunt filij Israël, &c. Item templi ornatus & celebratio octo dierum. Mach. 4. Fecerunt filij Israël dedicationem altaris octo diebus; ornauerunt faciem templi coronis aureis, &c. Item bestiarum mactatio, & sacrificiorum multiplicatio. 3. Regum 8. Mactauit Salomon hostias pacificas, & immolauit eas Domino, & dedicauerunt templum Domino rex & filij Israel. Item sanguinis aspersio. Heb. 9. Nec templum sine sanguine dedicatum est, in prædictis figuratur octo, quæ debent habere celebrantes dedicationem; deuotionem, quæ significatur in unctio; misericordiam, in oblatione; spiritualem lætitiā, quæ in corporali exultatione; honestam conuersationem, quæ in ornatu templi; carnis mortificationem, quæ in bestiarum mactatione; crucis Christi memoriam & compassionem, quæ in sanguinis aspersio: horum omnium perseverantiam, & continuationem, quæ designatur in adimpletione septem dierum.

De Religiosis, & tentationibus.

Vidit Iacob in somnis scalam stantem, cacumen eius tangebatur cælum. Iacob religiosum, vel pœnitentem, vel tentatum designat. In quo debent esse quatuor antequam accedat ad uisionem Dei, primum est suppletio uiciorum, quod notatur in nominis interpretatione. Iacob interpretatur supplantator. Item extinctio carnalium desideriorum & concupiscentiarum: ided dicit, post solis occalum; feruor solis designat ardorem concupiscentiarum, & assumptio asperitatem mortificationum & laborum; quia tulit lapides, & supposuit capiti suo, idest menti, quæ in tribulationibus, laboribus, afflictionibus quiescit, iuxta illud: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi: cum. n. inquit, infirmor, tunc fortior sum. Item ligatio & clausio omnium sensuum corporalium & desideriorum carnalium: ided dicitur qd dormiuit. tunc sequitur uisio, in qua tria uidentur, scala, Dominus innixus scalæ, & Angeli ascendentes & descendentes. Scala est pœnitentia, cuius sunt quinque gradus. s. contritio, confessio, oratio, ieiunium, elemosina; hoc debet stare per fidem. Ro. 11. Tu autem fide stas: Stat super terram per spem, quia ipsa est, quæ erigit mentem. Glo. super quinto ad Rom. Stamus spe claritatis fraternæ erecti: Cacumen huius scalæ tangit cælum, quod fit per charitatem, quæ eleuat mentem ad Deum, sicut ignis naturaliter ascendit sursum. Per istam scalā ascendunt Angeli & descendunt, & hoc ad litteram, ut pœnitentibus assistant & eis ministrent: Vel ascendunt Angeli, uiri scilicet religiosi cœlestia contemplando, & descendunt sua peccata deplorando, & suos defectus considerando: unde illi angeli dicuntur ascendentes, qui bona pœnitentium ad Deum deferunt, de quibus ille qui dixit Tob. 12. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium, & mortuos per diem abscondebas in domo tua, & nocte sepeliebas, ego obtuli orationem tuam domino: Angeli descendentes sunt illi qui custodiunt pœnitentes, de quibus Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te. Mich. 2. Ascendit. n. pandens iter ante eos: Item ut per promissiones ad ascendendum alluciat, unde promittuntur hic duo. Primum, erit semen tuum quasi puluis secundum,

Num. 7.

3. Reg. 8. g

Heb 9. c

Gen. 28.

2. Cor. 12.

Rom. 5. a

Pf 90. c.

Psal 72.

secundum, dilataberis ad orientem: Item vt ascendentes in gloria suscipiant. Tenuisti manum dexteram, &c. Per istum etiam Iacob designantur luctantes & pugnantes in tentionibus, tribulationibus, persecutionibus: vnde dicunt petere luctando deuota oratione, vt ad dotum benedictione gratia recipiant ad resistendum tentionibus. Gen. 32. Ecce vir luctabatur cum eo vsque mane, qui dixit ei: Dimitte me iam ascendit aurora: Ille vir Deus est, ut postea dicitur in littera; Iacob qui interpretatur supplanator, est vir penitens, tentionibus resistens; Lucta est instantia orationis, duo brachia amor, & timor; vsque mane luctatur, & benedictionem obtinet, nam perseverantia in oratione peritum obtinet. Ille autem luctator tria acquirit, benedictionem, vnde & Iacob benedictus fuit in eodem loco; fortitudinem contra tentionem, vnde dicitur ei nequaquam ultra vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum, quia si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praeualebis? quasi dicat, a modo nullam tentionem timebis. Item nominis mutationem, quia ex Iacob efficitur Israel; quia per victoriam tentionis factus est discipulus contemplationis. Et est rectus ordo, primo vt sit gratiae effusio in benedictione; secundo accepit fortitudinem in tentione, tertio mentis eleuationem in contemplatione, & reddantur singula singulis; quia orauit, benedictionem accepit; quia fleuit, fortitudinem meruit; quia orando perseverauit, per contemplationem eleuatus fuit. Item ex tactu angeli nervus femoris emarcuit, quia virtute orationis, carnalis concupiscentia extinguitur, vel tepescit.

De electione.

Exo. 18.

IN electione praelati sunt tria attendenda, quae sunt, qualem oportet electum esse; quae forma electionis, quod officium electi. Circa primum nota, quod sunt septem differentiae hominum, qui excluduntur a diuina electione; prima est consanguinitas, secunda generis nobilitas, tertia fragilitas, quae est in pueris, quarta pusillanimitas, quinta superbia, sexta fragilitas, septima cupiditas. Quae septem excluduntur per illam regulam electionis, Prouide de omni plebe viros potentes, &c. Primas duas differentias hominum non attendit Deus: nec vult, quod nos attendamus in electione. scilicet consanguinitatem, & nobilitatem; alias duas fragilitatem & pusillanimitatem reprobatur; alias tres, superbia, fragilitatem, cupiditatem condemnat: Non ergo attendit Deus, nec vult quod nos attendamus consanguinitatem: Exemplum de filiis Zebedaei cognatis suis, quos non elegit ad custodiam ecclesiae, sed Petrum: imò, nec ad regnum, nisi per martyrium: imò matri petenti respondit, Nescitis quid petatis, &c. Sed, proli dolor, multi sunt, qui in electionibus conuertunt oculos ad consanguineos & amicos, quibus maledicit Abacuc 2. dicens: Vae illi qui edificat ciuitatem in sanguinibus, Qui dixerunt hereditatem possidemus sanctuarium Dei: Deus meus ponit illos vt rotam, &c. Exemplum de Abimelech spurio, qui voluit regnare super Sichimitas, allegauit dicens: Considerate, quia os vestrum, & caro vestra sum. Et commotus occidit septuaginta fratres suos, vno excepto. Item non debet attendi generis nobilitas, sed nota quod aliquos nobilitat scientia, alios potentia; nec hos, nec illos, sed alia inefficentia eligitur a Deo, vt patet in Apostolis simplicissimis, illitteratis, ignobilibus, puta, sanctitas, vt dicit Aug. in epistola ad Volusianum. Hi sunt, de quibus Gen. 7. Gigantes nominati, in quo potentia; statura magna, in quo nobilitas,

Matth. 20.

Psal 82.

Iud. 9. a

Abilitas, scientes bellum, id est habentes scientiam ad litigandum, in quo sciens hos elegit dominus: Item fragilitatem, & pusillanimitatem reprobatur Deus in electo: vnde per indignationem dicit Esa. 3. Dabit pueros Principes eorum, &c. vt terra, cuius rex puer est; Nemo enim eligit iuuenes in duces, quia non constat eos esse prudentes: Reprobatur ergo Deus fragilitatem in electo, ut patet Num. 8. Vel dicitur, Haec est lex Leuitarum, a 25. annis & supra, ingredientur, vt ministrent in tabernaculo; & cum annos 50. compleuerint custodiant quae sibi sunt commedata: fragilitas autem est in pueris pro quod a ministerio excluduntur: Item reprobatur pusillanimitatem, Deut. 20. Qui formidolosus est in corde pauido, reuertatur: Item datur Deus in electo superbiam, fragilitatem, cupiditatem. Exemplum de superbia in Lucifero. Et num. 16. In damnatione Coré, Dathan, & Abyron; contra quos descendit ira Dei, eorumque per superbiam & violentiam volebant accipere summum sacerdotium: Et in Ozia, qui percussus est lepra; eorumque praesumptum adolere incensum coram domino: Item datur in electo fragilitatem tam in doctrina, quam in vita: In doctrina, vt pseudoprophetas, de quibus Hier. 23. In prophetis Samariae vidi fallitatem, & hanc damnatur, dicens, quia tu scientiam repulisti repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: Item est fragilitas in vita, vt in hypocritis, & hanc datur in reprehensione praepositi templi; per quam significantur hypocritae, cui dixit dominus, quis tu hic aut quasi, quis hic? Et in condemnatione Absalon; Qui dicebat, Quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniat omnis, qui habet negotium, vt iuste iudicet: Item datur cupiditatem, vt patet in Isione, & in Leuita, cuius manum impleuit Manicheas: Secundum videndum est, quae sunt conditiones eligendi, quae sunt septem. Prima est sanctitas. Num. 16. Quicumque elegerit dominus, ipse erit sanctus: Esa. 44. Ecce puer meus electus, quem elegi, &c. Secunda est virilitas Eccl. 7. Noli fieri iudex, nisi virtute distumpere valeas eorum iniquitates: Tertia est discretio, quia si quis domui suae praeesse nescit, quanto ecclesiae Dei diligentiam habebit? De his Deut. 1. Date ex vobis viros, ecce virilitas; sapientes & gnatos, ecce discretio; quorum conuersatio sit probata in tribubus suis; Deut. 1 b ecce sanctitas: Quarta est humilitas. Dixit Samuel ad Saul, nonne cum paruulus es in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Et Esa. 48. Elegi te in camino paupertatis: Quinta est fidelitas; Elegerunt Stephanum virum plenum fide: Sexta est zelus legis diuinae; Phinees pater noster zelando legem, accepit testimonium sacerdotij eterni: Septima est misericordia, & haec fuit in Dauid. Dauid in misericordia sua consecutus est sedem regni in saecula; Sequitur de forma electionis, in qua sunt quatuor attendenda, primum est oratio, & haec fuit in electione Mathiae. Orantes dixerunt: Tu domine, qui nosti corda, &c. Secundum est eligentium ciuitas: hoc fuit in electione Aaron; ubi in signum cuiuslibet tribus fuit posita virga in tabernaculo, & dixit dominus, Quae elegero, germignabit virga eius; Tertium est bonitas persona. 4. Re. 9. Elegi te meliorem de filiis domini nostri. Quartum est quod sit de gremio ecclesiae. Deut. 17. Non poteris alterius facere regem, qui non sit, &c. Sequitur de officio electi, quorum primum est orare pro delictis suis, & subditorum; Elegit eum dominus sacerdotem sibi, ad sacrificandum ei hostiam laudis, id est orationem: idem designatur per Angelum; Sterit angelus iuxta aram, &c. Secundum est infor mare & praedicare contra ignorantiam subditorum. Deut. 21. Ad verbum eius, quem elegeris, quicquid mundum, vel immundum erit iustificabitur; Item ad reducendum errantes per exemplum bonae conuersationis; ad paciscendum elurientes cibo corporalis sustentationis: Hinc dictum est Petro pasce verbo, pasce exemplo, pasce corporali subsidio.

Eccl. 10.

2. Para 26.

Osee 4.

Esa. 22.

2. Reg. 15. 2

2. Mach. 4.

Iud. 17.

Num. 16. 2.

1. Tim. 3.

Deu. 1 b

1. Re. 15.

Act. 6.

1. Mach. 2.

1. Mach. 2.

Act. 1.

Deute 17. c

Apo. 8.

Ioa. 21.

AD Prælatum & Sacerdotem pertinet ſanctitudo munditia: Sacerdos, quæ accedunt ad me, ſanctificentur, ne forte percutiam eos: Sobrietas abſtinentia. Vinum & omne quod inebriare poteſt, &c. Paupertas, ſiue abrenunciatio omnis poſſeſſionis iniquæ & malè acquiſita, quia non debent eſſe negociatores ſicut laici. Deut. 18. Non habebunt ſacerdotes & Leuitæ partem & hæreditatem in reliquo populo: Aſperitas vitæ, Iud. 4. Induerunt ſe ſacerdotes cilicij, & altare domini operuerunt cilicio. Zelus iuſtitia, Num. 25. Fuit tam illi, quam ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiterni eo quod zelus eſt pro Deo ſuo; Sacerdotes tui induant iuſtitiam. Surrexit & vocauit Eſdras ſacerdotes, & dixit ad eos, Vos iniquè feciſtis, &c. Prærogatiua ſcientiæ, Deut. 17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris; ſequitur, venies ad ſacerdotes, &c. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius requirent, &c. Iubilus & exercitium laudis diuinæ. 2. Eſdr. 12. Steterunt ſacerdotes habentes ſtolas cum tubis, & Leuitæ filij Azab habentes cymbala collaudantes dominum. Sicut autem quatuor in prælato & ſacerdote deteſtanda: Ignorantia, quia ſi cæcus cæco ducatur præſtet ambo in foueam cadunt; & alibi, quia tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi: Et alibi, Diligite lumen ſapientiæ omnes, qui præeſtis populis. Eſa. 28. Sacerdos, & propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt animo, errauerunt in ebrietate. Hier. 2. Sacerdotes tenentes legem veſtuerunt me, & alibi, Canes muti non valentes latrare. Item mendacium, falſitas; adulatio, turpiloquiū, ſcurrilitas, & omnis indecentia ſermonis, quia lingua eorum eſt domino conſecrata. Hier. 5. Prophetabant Propheta mendacium, & ſacerdotes plaudebant manib. Ambroſius in ſermone, qui legit documenta de paſſione, Mendacium eſt ſe ſacerdotem vel clericum conſiteri, & contrariū huic ordini operari. Item doſiſitas, Hier. 6. A Propheta uſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Item crudelitas, quia pij Prælati & Sacerdotes, patres omnium pauperum & miſerorum debent eſſe. Hier. 32. Principes eorum, & ſacerdotes, & Propheta eorum verterunt ad me terga: Eſt autem ſciendum, quod tria debemus ſacerdoti & prælato: Decimam. Gen. 14. Benediſtus Abraam à Deo excelſo, qui creauit cælum, & terram, & benediſtus de excelſo, quo protegente hoſtes in manibus eius traditi ſunt: Obedientiam & ſubiectiõnem. Deut. 17. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdoti, qui eo tempore miniſtratur, morietur, &c. Honorem & reuerentiam: In tota anima tua time dominum, & ſacerdotes eius ſanctifica. Eſt autem ſciendum, quod duplex eſt officium ſacerdotis, vnum reſpectu Dei, ad populum ei reconciliando; ideo dicitur deſcendere in ſcala Iacob ſub typo angeli: ſecundum reſpectu populi, ad Deum offerendo vota, oblationes, orationes pro peccatis populorum: Et ideo in prædicta ſcala dicitur aſcendere; vnde officium ſacerdotis duplex eſt. ſ. Dei ad populum, & populi ad Deum. Et quodlibet iſtorum eſt triplex: officium quippe ſacerdotis ad populum eſt, curare, docere, corrigere: curare in ſacramentorum adminiſtratione, docere in prædicatione, corrigere in confeſſione: Ipſe. n. dominus Ieſus Chriſtus per miniſterium ſacerdotum curat animæ infirmitates per ſacramentorum diſpenſationem. Et ſecundum iſta tria tota trinitas operatur in officio ſacerdotali: Nam pater omnipotens curat in ſacramentorum diſpenſa-

A ſpenſatione; ſapientia filij docet & illuminat ignorantiam in prædicatione; bonitas & vnctio ſancti ſpiritus corrigit malitiam in confeſſione: Et ſic eſt ſacerdos miniſter totius trinitatis; & ex iſto triplici ſacro actu dicitur ſacerdos, ſacra miniſtrans; ideo ſacrarus & ſanctiſſimus debet eſſe: in primo diſpenſat ſacrum ſacramentum; in ſecundo ſacrum verbum: in tertio ſacrum beneficium: Vnde de primo dicitur eis: Nolite ſanctum dare canibus. Primum ergo officium ſacerdotis Dei ad populum eſt curare ſacramentorum diſpenſatione; Vnde in figura eorum dicitur Apoſtoliſ: Infirmos curate, Mat. 7. mortuos ſuſcite, leproſos mundate, dæmoneſ eiſcite, gratis accepitſtis, gratis date: In quo tangitur differentia quorundam eſſeſtuum, quorum cura-
tio ad ſacerdotem pertinet; primum quod curatur, vocatur infirmitas; in quo intelligitur peccatum veniale, quod licet animam non interficiat, reddit tamen eam debilem ad bonum, languidam & infirmam: Secundum quod curatur eſt lepra, per quam intelligitur originalis culpa: Lepra enim contrahitur à parètib; quia leproſus generat leproſum communiter; Sic omnes ab Adam infecto propagati, naſcuntur infecti; & filij ira: tertium eſt mors, per quam deſignatur culpa mortalis actualis; quia ſicut mors priuat corpus vitæ, ſic culpa mortalis priuat animam vitæ ſuæ, quæ eſt gratia & ipſe Deus: quartum eſt ereptio à dæmonio, per quam intelligitur obſtinatio, & finalis impenitentia, quæ perfectè eſt culpa diabolica: Prædicta omnia curantur per diſpenſationem ſacramentorum, quorum confeſtio pertinet ad ſacerdotale officium: vnde & ſacramenta dicuntur vnguenta, quæ conficiuntur à ſacerdotibus ad curationem infirmorum. 1. Paral. 9. Filij ſacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant; Ided ſacerdos dicitur medicus vnguentarius; Vnguentarius conficiet vnguenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis: Propter iſtam multiplicem infirmitatem, a qua curant ſacerdotes, dictum eſt eiſ, Infirmos curate: Non ſunt tales illi, de quibus dicitur, Mat. 10. Veh paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos; lac comedebatis, lanis operiebamini, quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis; quod infirmum fuit non conſolidatiſtis, quod ægrotum non ſanatiſtis, quod fractum non alligatiſtis, quod abiectum non reduxiſtis, quod perierat, non quaeruiſtis: Sed contra ſimoniacos dicitur, gratis accepitſtis, gratis date: Secundum officium ſacerdotis eſt prædicare, & docere; Hoc enim annexum eſt officio ſacerdotali, & ei qui habet curam animarum, vnde legitur de legali ſacerdote, quod ſacerdotes docebant populum in Iuda habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas vrbes, arque erudiebant populum; Hoc etiam fuit figuratum Exo. vbi loquitur Moyses de tunica hyacintina ſacerdotis, in qua dicuntur fuiſſe tintinnabula, vt audiretur eorum ſonitus, quando ingrediebatur; & egrediebatur ſanctuarium, & non moreretur: Vnde dicit Gregor. Sacerdos ingrediens & egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non audiatur; quia iram Dei contra ſe prouocat, ſi de eo ſonitus prædicationis non exeat: Tertium officium ſacerdotis eſt. Iudicare in confeſſione per clauem ſcientiæ, & corrigere per clauem poteſtatis, vnde dicitur quod Iofaphat, per quem deſignantur ſuperiores prælati conſtituit Leuitas, archidiaconos ſacerdotes, decanos rurales, & familiares principes ex Iſrael, id eſt preſbyteros parochiales, vt iudicium, & cauſam Domini iudicarent: & optinè dicit, cauſam Domini; ad differentiam cauſarum, quæ pertinent ad forum contentioſum, & principum: de quibus vix aut nunquam deberent ſe introuitètere; Vnde ibidè dicitur, Videte quid facitſis; non enim hominiſ exercetſis iudicium, ſed Dei: Et quodcumq; iudicaueritſis in

vos redundabit, ſcilicet de cauſis, quæ pertinent ad formam confessionis & salutis animarum debent ſe intromittere diligenter; & poſt parum dicitur, Vbi eſt quaſtio de lege, de mandato, de ceremonijs, de iuſtificationibus oſtendite illis, vt non peccent in Deum, & ne ira veniat ſuper vos, & ſuper fratres veſtros: Et ideo ipſis ſacerdotibus indicitur ſobrietas, vt non turbetur eorum ratio in iudicio: Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibetis, quando intrabitis tabernaculum teſtimonij, ne moriamini; & ſtatim ſubditur ratio, vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum, veritatem & errorem, ſcilicet circa fidem, inter pollutum & mundum, id eſt inter peccatum & virtutem, circa mores; vt doceatis filios Iſrael omnia legitima mea: Sed, pro dolor, ſcriptum eſt, Sacerdotes cõtempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuarium meum, id eſt inter ſanctum & profanum nõ habuerunt differentiam, & inter mundum & pollutum non intellexerunt, & a ſabbatis meis auerterunt oculos ſuos, & coinquinabant in medio eorum principes quaſi lupi rapientes prædam, ad effundendum ſanguinem, & ad perdendas animas, & ad auarè ſectanda lucra: Principes vocat archidiaconos & ſuperiores prælatos, qui propter munera remiſſi ſunt in corrigendo exceſſus ſacerdotum: hodie enim verificatũ eſt, quod ſicut populus, ſic ſacerdos: Attendat autem, quod Hely, quamuis in ſenectute legatur malus non fuiſſe, tamen reprobus eſt ab officio ſacerdotis: eò quod audiuit vitia filiorum ſuorum, & eos durè & efficaciter non corripit: quod eſt terribile verbum Episcopis, Archidiaconis, Decanis, & omnibus habetibus curam animarum, & negligentibus corrigere ſubditos; Attendant etiam quod propter vindictam correctionis & ardorem cæli cõfirmatum eſt ſacerdotium Phinees filij Eleazari; vt habetur Num. 25. vbi dicitur, erit tam ei quam ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiterni eò quod zelatus eſt pro Deo: imò & expiauit ſcelus filiorum Iſrael: Sunt itaq; tria officia ſacerdotis Dei ad populum, curare ſacramentorum diſpenſatione; docere in prædicatione: corrigere, & iudicare, in confessione; quæ nominantur nomine ſacerdotis, cũ dicit ſacerdos: Officium etiam ſacerdotis populi ad Deum eſt triplex, qd nota in prædicto verbo per acceſſum: Tripliciter enim ſacerdotes pro populo accedunt ad Deum, vacatione, oratione, oblatione, vacatione accedunt per intellectum; oratione per affectum; oblatione per effectum: Eſt ergo ſacerdotis officium vacare per meditationem & contemplationem diuinorum, ſecundum quod dicitur de bono curato, in lege Domini voluntas eius, in lege eius meditabitur die ac nocte; & 2. Par. 31. Præcepit Ezechias habitantibus Ieruſalem, vt darent partem ſacerdotibus & Leuitis, vt poſſint vacare legi Dei; vnde & a ſacerdotibus requiritur legis intellectus; Aggei 2. Interroga ſacerdotes legem. Et Malach. 2. Labia ſacerdotis custodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius requirent. Hieronymus. Si ſacerdos legem Dei ignoret, probat ſe non eſſe Dei ſacerdotem: ſed e contra de ſacerdotibus moderni temporis: Ipſi paſtores ignorauerunt intellectum; omnes in viam ſuam declinauerunt, vnusquisque a ſummo vſque ad nouiſſimũ: Et ex hoc habent hodie hæretici occaſionem corrumpendi populum ſimplicem, ideo dicitur ibidem: Omnes beſtiæ agri, id eſt infideles & hæretici venite ad deuorandum; ſpeculatores eius cæci omnes; nescierunt vniuerſi, canes muti: Officium etiam ſacerdotis eſt orare pro populo ad Deum, iuxta illud: Stetit Angelus iuxta aram templi habens thuribulum, & c. Leuit. 10. Propterea data eſt vobis gratia, vt parcatis peccatis multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu Domini 2. Mach. 1. Orationem faciebant ſacerdotes,

tes, & cæteri respondebant: & alibi inter veſtibus, & alitare plorabant ſacerdotes miniſtri Domini, dicentes; Parce domine; ſed contrarium de modernis dicitur. Stupor, & mirabilia facta ſunt in terra; Prophetæ prædicabant mendacium, & ſacerdotes plaudabant manibus; & populus meus dilexit talia. Officium etiam ſacerdotale eſt, offerre pro populo ad Deum ſacrificium. Omnis pontifex pro hominibus aſumptus eſt, vt offerat dona, ſacrificia, & cætera. Sed hodie verificatur illud, quod dicitur, Sacerdotes iam non circa altaris ſacrificia dedit erant, ſed contempto templo, feſtinabant participes fieri palæſtræ, & cætera. Et Malach. 1. Dicit Dominus ad nos, O ſacerdotes, qui deſpicitis, id eſt, facitis deſpici nomen meum; & dixiſti, in quo deſpeximus te, offerriſti panem pollutum ſuper altari meo, & dixiſti, in quo polluiſimus te; in eo quod dicitis menſa Domini deſpecta eſt, id eſt, facitis quod menſa Dei ab infidelibus propter malam vitam noſtram deſpiciatur, & fides contemnatur. Hieronymus, Corpus Domini, quantum in ſe, polluit, qui indignus ad altare accedit. Et pone huc illud de Nadab, & Abiu ſacerdotibus, qui poſuerunt ignem alienum in thuribus, a quo & combuſti fuerunt: & illud: Ignis in altari meo ſemper ardet; quem nutrit ſacerdos, ſupprens ligna, &c. & nota ſalutarem monitionem Apoſtoli, hoc ſentite vobis quod & in Chriſto Ieſu, qui ea, quæ ſunt in Chriſto Ieſu acutè ſentiunt ſe eſſe ſpirituales oſtendunt, qui ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Secundo quia tales ſunt Chriſti familiares, & ei ſe conformant. Sentire de domino in bonitate & in ſimplicitate cordis querite illum; Bonitas dicit affectionem, quære imitationem. Tertio ut tanquam vera membra, ſana, non paralytica a Ieſu Chriſto, tanquam a uerò capite recipiamus uitam gratiæ, perficientes motum operat omniſ ſanctæ proficientis, & ſtabilitatem perſeuerantiæ indeficientis: nam a capite fluit ad omnia membra ſenſus, & motus. Vnde iſta nobis inſinuat Apoſtulus dicens, Hoc ſentite in uobis, &c. Circa quod eſt ſciendum, quod ſenſus olfactus debet ſentire in Chriſto Ieſu odorem conuerſationis, ut dicitur in odorem unguentorum tuorum, curremus. Si Iſaac præuidens in ſpiritu Chriſtum naſciturum de lumbis ſuis, præſentens fragrantiam conuerſationis eius dixit, Ecce odor filij mei, &c. Et vere ſentire debemus fragrantiam conuerſationis eius, quæ nulla ſceditatis commixtione corrumpitur, vnde ipſe dicit, Baſſam non mixtum odor meus: Huius odoris fragrantiam ſentire debemus triplici ex cauſa, primo, ut germinemus tanquam arbores ad ſonum aquæ decurrentis; ſecundo ut recurramus tanquam infirmi, ad odorem floris redolentis; tertio ut curramus tanquam canes venatici, ad ſenſum beſtiæ præcurrentis: Primũ fit cõcipiendõ bonũ propoſitũ; ſin per aſtationẽ ad bonũ; tertiu per zelũ diuinæ iuſtiæ. De primo, Truncus eius ad odorẽ aquæ germinabit, &c. Aqua eſt conuerſatio uel gratia Chriſti decurrens per totum mundum; ad cuius odorem illi qui ſunt trunci diuini ab eccleſiæ arbore, & aridi per ſterilitatem bonorum operũ non germinant germen bonarũ actionũ. De ſecundo, Nardus mea, id eſt conuerſationis fragrantia, dedit odorem ſuauiſſimũ, uere odor nardi recreat, & confortat, ſic & conuerſatio Chriſti debiles, & infirmos confortat ad labores penitentiaſ ſupportandos, & fruſtus bonorum operum perducendos: hũc odorẽ ſenſerat Ioannes euãgelista, qui dicebat, ut legitur in eius uita, Olor tuus cõcupiſcẽtias generauit in me æternas. De tertio, cur remus, ſ. tanquã canes venatici in odorẽ unguentorũ tuorũ, qd fit p Chri-

ſi ſeruentem dilectionem: Ideò adoleſcentulæ dilexerunt te nimis, Sed, proh, dolor, tria impediunt, q̄ non ſentimus ſenſu olfactus odorem conuerſationis Chriſti; ſcilicet fluxus rheumatis, fetor, mors: Rheumatici ſunt curioſi, & amor temporalium dediti, qui ita obturati ſunt de inordinato amore temporalium, quòd nihil poſſunt ſentire diuini, nec delectat eos, immodò contriſtat odor conuerſationis Chriſti; immodò tanquàm buſones ad odorem vineæ florentis, fugiunt: Ego quaſi vitis fructificauit, &c. vitis Chriſtus, fructificatio eſt odoris fragrantia conuerſationis eius, quam fugiunt buſones, & omnia venenata, per quæ designantur peccatores: Fetidi ſunt luxurioſi; & aſcendet fetor eius, & aſcendet putredo eius, quia ſuperbè egit: Mortui ſunt ſuperbi qui etiam ſentire non poſſunt fragrantiam huius odoris; Bern. O domine Ieſu qui nõ ſentit odorem tuum, aut fetidus, aut mortuus eſt. Debemus ſentire in Chriſto Ieſu ſenſu guſtus, id eſt dulcedinem quæ eſt in Chriſto Ieſu: Sicut Iudæi inuenientes manna in deſerto, & ſentientes inſtimabilem & inexpertam dulcedinem eius, dixerunt admirantes, Manhu, quod eſt interpretatum, quid eſt hoc? Cui quaſtioni reſpondit dominus in euangelio, Hoc inquit eſt corpus meum, id eſt hoc manna eſt ſignificatiuum corporis mei: Sub umbra illius quem deſiderabam ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo: Hanc dulcedinem debemus ſentire ſenſu guſtus triplici ratione: Primò, vt membra noſtra deficientia robaremus tanquàm famelicij, ſecundò, vt appetitum recuperemus tanquàm faſtidij, tertio, vt cibos communes & veteres reſutemus tanquàm delicatij: De primo dicitur quòd Ionathas extendit virgam ſuam in fauam mellis, & conuertit ad os ſuum, & guſtauit, & illuminati ſunt oculi eius; Ionathas eſt Chriſtianus; virga, cognitio vel contemplatio: Fauus, Chriſti dulcedo, cuius guſtus eſt delectatio in meditando: & hæc illuminat oculos ſpirituales ad cognoscendum proprios defectus, & pericula peccatorum: De ſecundo, Sub umbra illius quem deſiderabam, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo; deſiderat deuota anima Chriſtum, cuius fructus dulcis, eſt eius conuerſatio: quæ reddit appetitum cœleſtia ſaporandi; ideò dicitur, Fructus eius dulcis gutturi; de tertio, Quæ ſuſum ſunt ſapite, non quæ ſupra terram: delicatij ſunt, qui cœleſtia guſtant; cibi communes & veteres carnalitates; Vnde ait, Epulemur, non in fermento veteri malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis; quia vt dicit Gre. Guſtato ſpiritu, deſpit omnis caro: Sed hunc ſenſum tria impediunt; ſatietas quo ad gulam. Aug. Palato non ſano omnia ſunt amara: Omnem eſcam abominata eſt anima coru, & appropinquauerunt ad portas mortis: Amaritudo cibi, quo ad iram, vt patet de coloquinatidis poſtis in condimento, ad quarum guſtum clamauerunt filij prophetarũ, mors in olla: Cruditas, quo ad indeuotionem & accidiam, &c. Tertio debemus ſentire ſenſu tactus; vnde dicebat illa mulier, Si tetigero ſimbriam veſtimẽti eius, ſalua ero: ſenſu tactus a fluxu ſanguinis ſanamur; & etiam ipſum dominum debemus tangere, vt robaremur; quæ omnia fuerunt ſignificata in hæmorrhoiſa; & ſecundum diuerſos euangeliſtas, hæmorrhoiſa, patiens fluxum ſanguinis, eſt anima peccatrix; veſtis Chriſti, eſt humanitas, quæ velat diuinitatem. Apoc. 19. Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine: Amictus lumine ſicut veſtimento: Hoc veſtimentum tangit, qui fide formata Chriſti incarnationem credit, vt dicunt gloſſæ; & tali tactu ſaluatur, id eſt purificatur; Act. 15. Fide purificans corda illorum: De hoc Mar. 9. Si tetigero ſimbriam veſtimẽti eius ſalua ero: Fimbria quæ eſt vltima pars veſtimẽti, eſt Chriſti paſſio, qui fuit vltimus actus humanitatis ſuæ, quæ tangit anima pecca-

peccatrix per iugem recordationem, & tunc ſanatur à plaga cuiuſlibet tentationis: De tactu ſimbriæ Luc. 8. Et tetigit ſimbriam: De ſanatione Mar. 5. Vbi dicitur quod ſenſit corpore, quòd ſanata erat plaga: Et reſcẽ, per memoriam paſſionis Chriſti ſanamur & ſanctificamur ab omni fluxu ſanguinis tentationis. Leuit. 6. Qui tetigerit ſanguinem hoſtiæ ſanctificabitur: Tactus q̄d. Item tetigit dominam: quòd fit per charitatem, quia tactus eſt duorum immediata coniunctio, vt dicit philoſophus: & charitas eſt, qua eſt immediate coniungimur Deo, quia amor eſt vis vnies & transformans; Qui adheret Deo vnus ſpiritus eſt; & tunc roborata eſt, quia vt dicit Ambroſius. Nihil fortius anima habente charitatem; Vnde Apoſtolus, charitas omnia ſuffert Luc. 8. Dicit, aliquis tetigit me; Nam ego ſenſi, id eſt cognoui virtutem de me exiſſe; Ex his patet, quòd debemus ſentire ſenſu tactus ea, quæ ſunt in Chriſto ſeu quæ veſtimentum, per fidem incarnationis, vt a peccatis purificemur; ſimbriam, per memoriam paſſionis, vt a tentationibus liberemur; ipſius domini corpus, vt in tribulationibus robaremur; ſed & hunc ſenſum tria impediunt, vt patet in ebriolo & furioſo, quod refertur ad ignorantiam; & hoc ſignificatur in Petro, cui dixit, Vade retro Satana, non ſapis ea quæ Dei ſunt, & in huius designationem dicitur de ebriolo & furioſo, verberauerunt me, & non dolui, traxerunt me, & non ſenſi: Secundum impediẽtũ eſt nerui motui litigatio, vt dicit quardam gloſſa; & hoc quo ad inuidiam, quæ non ſolum ligat neruos, immodò etiam putrefacit oſſa. Prouer. 14. Putredo oſſum, inuidia: Tertium eſt intercluſio motus, vt patet in paralytico, & hoc dicit gloſſa, Mat. 9. quod pertinet ad obſtinationem, quæ non ſolum intercludit omnem motum, immodò omnem habilitatem ad motum: vnde ſicut Paralyticus non poteſt curari, niſi per miraculam; ſic etiam de obſtinationis; eſt peccatum ad mortem, nõ dico, vt pro eo roget quis: Debemus etiam ſentire ſenſu viſus, quæ ſunt in Chriſto, triplici ratione, primò, vt ei compatiamur, Attendite & videte ſi eſt dolor &c. Secundò vt compatiendo tabeſcamus, Recordare paupertatis, &c. Et reſpondit dominus: Memoria meior ero: Tertio vt ad certamen paſſionis velociter curramus: Hebr. 12. Per patientiam curramus &c. Impedimenta huius ſenſus ſunt cæcitas ex parte viſus adempti; quæ refertur ad infidelitatem. Sap. 2. Dominus huius ſæculi excecauit eos, &c. Secundum eſt defectus lucis ex parte aëris, & refertur ad defectum gratiæ; quoniam multi ſunt, qui non ſolum lumen gratiæ non ſentunt ſenſu viſus, ſed etiam non cognoscunt, donec defecerit, vt habetur de Hely, qui non poterat videre lucernam, donec extingueretur: Tertius defectus eſt abſentia obiecti, id eſt Chriſti: refertur ad elongationem Chriſti, quia longè a peccatoribus ſalus: vnde ait, Sicut elongantur cœli a terra, ſic vix mor à vjs veſtris, &c. Debemus ſentire, quæ ſunt in Chriſto, ſenſu auditus: Hodie ſi vocem dñi audieritis, nolite obdurare corda veſtra, quia hodie dedit vocem ſuam. Chriſto, vocem virtutis, quia ſeptem verba protulit, per quæ ſeptem miracula & ſuper naturam operata ſunt, quia protulit verba humanitatis, benedictionis, largitatis, charitatis, commendatæ caſtitalis, indigentæ corporalis, virtutis conſeruationis, & per hoc facta ſunt ſeptem miracula, quæ ſunt ſolis obſcuratio, petrarum ſciliſio, inferni ſpoliatio, veli rumpio, monumẽtorum aperio terra commotio: Primum itaque fuit humiliatio, cum dixit, Hely hely lamazabatani, hoc eſt Deus meus, vt quòd dereliquiſti me? Ecce verbum humiliatiois, quia licet eſſet rex regum & dñs domiſtantium, cum ſe derelictum dicit, hoc verbum audiuit ſol, per quod designantur ſuperbi, qui ad videndum ſolẽ totius ſalgoris ſui lumen voluit

offendere, unde, & de ipſis Iob 31. S. vidi ſolem cum fulgeret, ſupple male
 Apoc 6. mihi accidat, & vocat hic ſolem ſuperbum, arrogantem: tales enim debent
 Ezc. 32. obſcurari per miſericordiam & humilitatem, audito verbo humilitatis
 Proter 15 Chriſti, vt dicat poſſit de illud; Factus eſt ſol quaſi ſecus cilicinus; & hoc eſt
 Luc 23 f. quod promiſit dominus; Solem nube tegam: Secundum fuit benignitatis
 Proter 30. cum dixit, pater ignoſce illis: hoc audierant petrae id eſt iracundi, qui admo-
 Eccle. 14. dum periratum ſunt offendicula aliorum, & ſciſſæ ſunt, quia mollis respon-
 ſio frangit iram: Tertium fuit largitatis, cum dixit latroni ex nimia pietate,
 hodie mecum eris in paradifo, hoc audiuit infernus, & reddidit quos tene-
 bar; per infernum qui eſt inſatiabilis, vt dicitur, intelligitur auari, de quibus,
 Inſatiabilis eſt oculus cupidi; qui ad modum inferni debet ea, quæ iniuſtè
 detinet, reſtituere audita largitate Chriſti: Nam vt dicit Auguſt. Non
 dimittitur peccatu niſi reſtituatur ablatum: Quartum fuit diuinae chari-
 tatis, cum ſpiritum ſuum in manus patris commendauit dominus: In ma-
 nus tuas commendo ſpiritum meum; hoc verbum audiuit velum, & ſciſ-
 ſum eſt per medium, per velum designantur inuidi, qui ita velant faciem
 ſuam, q̄ non poſſunt videre eos, quibus inuidet; in cuius ſignum dictu eſt,
 Ezc. 12. Velabis faciem tuam & non videbis: hoc velum ſcinditur cū audita charitate
 Iob 19. c. Chriſti mundus ad Chriſtum conuertitur. 2. Cor. 3. Cum conuerſus fuerit
 homo ad Deū auferetur velamen &c. Quintum fuit verbum comendatæ
 caſtitaſ; cum dixit, Mulier ecce filius tuus; hoc verbu audierant: corpora
 Thi. 5. a. mortua, & reſurrexerunt: corpora mortua & ſerida ſunt luxurioſi, ed quod
 peccant in corpus ſuū, ſed mortua dicuntur propter illud, Vidua viuens
 in delicijs mortua eſt; tales. n. audita comendatione caſtitaſ, debet reſurge-
 re a peccato carnis: Sextum fuit verbum indigentiaſ corporaliſ, cum dixit,
 Iob 19. f. Sitio; Hoc verbum audierunt monumenta, & aperta ſunt: Monumenta
 Pſal 5 b. ſive ſepulchra ſunt gulofi; Sepulchrum patens eſt guttur eorum; Hinc eſt,
 quod locus, in quo mutmurauerunt filij Iſrael pro cibo & carnibus voca-
 tus eſt ſepulchra concupiſcentiaſ; Num. 11. hæc aperiri debent per confeſ-
 ſionem, audita Chriſti indigentia, Hiere. 5. Quasi ſepulchrum patens vni-
 uerſi: Septimum fuit verbum comendatæ virtutis, ſcilicet perſeuerantiaſ,
 Iob 19. cum dixit, Conſummatum eſt: unde tunc dixit Centurio, verè filius Dei
 erat iſte: hoc audiuit terra, & mota eſt; per terram, quæ ponderoſa eſt, deſi-
 gnantur accidioſi, qui debent moveri ad pœnitentiam; audita morte Chriſti:
 Pſal. 59. Commouitſi terram, & conturbatiſi eam, Commotio pertinet ad contri-
 tionem, conturbatio ad confeſſionem, multiplicatio locupletationis ad ſatis-
 factationem: Sed tria iſtum ſenſum impediunt; diſtantia, quod ad ſuperbos,
 Eccle. 15. Longe abeſt à ſuperbia & dolo: Somnus, quo ad pigros: Eccle. 22.
 Pſal. 57. Cum dormiente loquitur, qui narrat ſtulto ſapientiam: obturatio, quo ad
 vſurarios; ſicut aſpidis ſurdæ obturant ſuas aures: Auerſio, quo ad inobedi-
 entes. Eſa. 30. dicuntur filij mendaces, filij nolentes audire legem: Debilitas
 Matth. 9 c. auris, quo ad imbecillitatem. Heb. 5. Imbecilles eſtis ad audiendum: Stre-
 pitus ſive tumultus, quo ad infideles; unde dominus curando, vel ſuſcitan-
 do puellam, eiecit tibines: Fluxus ſuper aurem, quod ad carnales. Eccle. 21.
 Audiet luxurioſus & diſplicebit ei; Sequitur, Projicietur illud poſt tergum
 ſuum.

De Extremo iudicio.

Deute. 33. **M**ulta ſunt attendenda, quæ omni homini timorem incutiunt: Primū
 eſt comminatio ſcripturaſ; Si arripuerit iudicium manus mea, red-
 det

A det vſionem. Apocalyp. 1. Gladius ex vtraque parte acutus ex ore eius exi-
 bit. Secundum eſt ſollicitudo, quam habebant antiqui de iſto iudicio.
 Iob 31. Quid faciam cum ſurrexerint ad iudicium, & cum quaſierit, quid
 respondebo. Malach. 3. Sedebit conſlans, purgans, &c. Tertio, ſigna præ-
 cedentia iudicium quinque, quæ tanguntur; Luc. 21. Erunt ſigna in ſole &
 luna & ſtellis &c. per quindecim dies, ante diem iudicij præcedent quindecim
 dies; iram iudicis futuram manifeſtantia, quæ dicit Hierony. ſe inueniſſe
 in annalibus Hebræorum: Prima die eriget ſe mare quadraginta cubi-
 tibus ſuper altitudinem montium, ſtans in loco ſuo quaſi murus: ſecunda
 die deſcendet tantum, quod vix videri poterit: tertia die marina belua
 apparentes, dabunt mugitus vſque ad cælum: quarta, ardebit mare &
 aquæ: quinta, herbe & arbores dabunt rorem ſanguineum: ſexta, ruent
 ædificia: ſeptima, petrae inuicem collidentur: octaua, fiet generaliter terra
 motus: nona, æquabitur terra: decima, exibunt homines de cauernis, quaſi
 amantes, & non poterunt loqui: vndecima, ſurgent oſſa mortuorum:
 duodecima, cadent ſtellæ: tertiadecima, morientur homines viuentes
 tunc, ut cum mortuis reſurgant; quartadecima ardebit cælum & terra,
 id eſt ſuperficies terræ, & æris; quintadecima, fiet cælum nouum, & ter-
 ra noua; Et poſſunt assignari multæ cauſæ, quare talia ſigna debent præce-
 dere extremum iudicium: Prima, vt futurum in propinquo malum præ-
 nunciant. Gregor. Multa debent mala præcedere, ut malum valeant ſine
 fine nunciare; Secundum eſt, quod tangit Gregorius dicens, quia in cun-
 ctis delinquimus, in cunctis ſerimur, ut impleat, &c. & ſubdit; Omnia au-
 tem quæ ad vſum vitæ accepimus, ad vſum culpaſ conuertimus; Tertia, vt
 creaturaſ omnes oſtendantur ad vlcifcendum creatorem de hoſtibus: Sic
 fiet antequam Deus ſumat vindictam de inimicis ſuis; Quartum eſt,
 amiſſio benignitatis electorum, Erubescet luna, & confunderet ſol; Quin-
 tum eſt, dolor naturalis ſerui ad dominum; quia hoc habet dominus om-
 nis creaturaſ, per quem omnia facta ſunt; Chryſoſtomus, patre familiaſ
 moriente, domus eius turbatur, familia plangit, nigris veſtimentaſ ſe in-
 duit: ſic humano genere, propter quod facta ſunt omnia, circa ſuum fi-
 nem conſtituto, totus mundus turbabitur, cæli luminaria lugebunt, &
 candore depoſito nigris tenebris induentur: Sexto, attendenda ſunt ſigna
 paſſionis Chriſti, ſcilicet crux, clauis, lancea, & huiusmodi. Zachar. 12. Aſpi-
 cient ad me quem confixerunt: tunc enim apparebit ſignum filij hominis;
 Chryſoſt. Tunc non erit neceſſitas actionis, cum videbitur crucem, & Ie-
 ſum habentem in corpore ſuo teſtimonia paſſionis: Septimo, attendenda
 eſt magnitudo illius curiaſ, coram qua reprobi confunduntur; totus enim
 mundus ibi erit congregatus: Congregabo omnes gentes, & educam
 illas in valle Joſaphat, & ibi diſceptabo cum eis. Sedebit ſuper ſedem maieſ-
 tatis ſuaſ, &c. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, Vnde in Canon. Iu-
 das, Ecce dominus venit in ſanctis facere iudicium, &c. Octauo, poteſtas a
 qua non licebit appellare. Non eſt qui de manu tua poſſit eruere; Non
 iudicis per ſpicacitatem, quia tunc venit dominus, qui illum abſcõdi-
 ta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium; tunc nihil opertum, quod
 nõ reueletur; & nihil occultu, quod nõ ſciarur; & in his, quæ vnr modò eſſe
 iuſtitiaſ, iniuſtitiam agnoſcet; Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudica-
 bo. Bern. Veniet, qui male iudicata reiuſdicabit. Decimo, iudicis inflexibili-
 tatem. Prou. 6. Furor non parceret in die vindictæ, nec acquieſcit cuiuſquam
 precibus: Chryſ. Tunc nec diuites diuitibus, nec parentes parentibus inten-
 dent,

Signa quin-
 decim au-
 t: Iudiciũ
 vniuerſale

Cauſæ ſi-
 gnorum.

Eſa 29.

Zach. 12. d

Ioel 3.
 Matth. 25.
 Ad Rom.

14.

Iob 10.
 Luc 12.

sent, nec angeli, sicut solent, pro hominibus facient uerbum; quia ita iudicis non recipiet misericordiam: Unde in d. zelus iudicis. Sapien. 6. Accipiet arma: utam zelus illius: Sicut enim beati ab omnibus creaturis recipient gaudium, & latitiam, sic damnati ex omnibus recipient dolorē, & tristitiam: Aug. Mallent reprobī pœnas grauissimas sustinere. quam faciem iudicis uidere; Dicunt montibus, cadite super nos, & collibus aperite nos a facie ira agni, &c. Duodecimo, terror sententiæ, quæ tonitruum dicitur: Quis poterit tonitruum magnitudinis eius intruere? Tertio decimo attendenda est multitudo exequentium sententiam: Exibunt angeli, & se parabunt malos de medio iustorum, &c. Quartodecimo, angustia reprobiorum: Gregorius, O quam angusta erunt reprobis uia: superius erit iudex iratus; subitus horrendum chaos inferni; a dextris, peccata accusantia; a sinistris, infinita demonia ad supplicium trahentia; intus, cōscientia urēs; foris, inuidus ardens; Tunc miser peccator deprehensus, quo fugiet? late re erit impossibile, apparere intolerabile; Quintodecimo, imprudentia reprobiorum, Chrysol. Nec resistendi erit uirtus, nec fugiendi facultas, nec pœnitentiæ locus, nec satisfaciendi tēpus. Ex angustia enim omnium rerū nihil remanebit nisi luctus: Sexdecimo, defectus auxilij. Glo. super Luc. Iustorū animæ, & si natura suæ bonitate pietatē habēt, tunc cum iāta sui autoris iustitia, rectitudine constringuntur, ut nulla ad reprobos compassione moueantur. Decimo septimo, peccatorum denudatio; In fine hominis denudatio operum illius. Decimo octauo, quia aduersarij reprobiorum erunt angeli, & homines, Iob 20. Reuelabunt celi iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum, & loquitur de impio; Decimo nono, certitudo reatus, ipse enim iudex erit testis. Mala. 3. Ero testis uelox maleficis, adulteris, & periuris: præterea omnia facta impiorum, scripta sunt in libris conscientiarum. Apo. 20. Iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta sunt in libris secundum opera eorum: Vicesimo, celestium uirtutum commotio; Virtutes cœli mouebuntur, Chryso. Si rex processurus ad bellum, expeditionē mandat in populo, dignitates omnes mouentur, tota ciuitas seruet, quanto magis rege cœlesti fulgente ad iudicandum uiuos, & mortuos, ueniente, & de inimicis vindictam expetere uolente, angelicæ uirtutes commouebuntur, terribiles ministri terribiliorem dominum præcedentes. Iob 26. Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius; & non timore pœnali, sed stupore, & admiratione. Greg. Illum dicit, fratres charissimi, ante oculos ponite, nam quicquid modo graue cernitur, in eius operatione leuigatur. Quartum quod ualere potest ad timoris incussionem, est confideratio pœnarum æternarum, circa quas multa sunt attendenda. Primū est acerbitas pœnarum, quia si pœna purgatorij ita grauis est; constat pœnas inferni esse grauissimas: de pœna purgatorij dicit Aug. Miro modo, licet æternus non sit, grauis est ille ignis: exuperat enim omnem pœnam, quam aliquis in hoc mundo passus est. Secundum est pœnarum diuersitas, quæ sunt nouem in scripturis; duæ primæ sunt ignis, & vermis; dabit eis ignem & vermes in carne eorum, ut urantur, & sentiant in sempiternum: Tertia, est fœtor; Flatus Domini quasi torrens sulphuris incendēs eam. Quarta stridor dentium: Quinta inopia omnium bonorum in præsentia omnium malorum; Iob 27. Apprehendit eam quasi viator egeſtas. Sexta pœna tortorum; Tradidit eū tortoribus: Septima horror tam loci, quam demonij; Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror: Octaua, & nona erunt tenebræ, & vincula; Ligatis manibus, & pedibus proiicite, &c. Et non solum ibi erit tene-

A tenebrarum varietas, sed earum contrarietas; Gre. Horrendo modo tunc aderit miseris dolor cum formidine; flamma cum obfcuritate, & in eorum interitu ipsa a suis qualitatibus tormenta discordabunt; quia ipsi a conditoris uoluntate, dum uixerunt, discrepauerunt, & erit mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu; quia ibi mors semper uiuit, & finis semper ineipit, & defectus deficere nescit; mors perimit, & non extinguit; dolor cruciat, & pauorem non fugat, flamma comburit, & tenebras non excutit. Item Gregorius: Sempiternus horror inhabitat, quia eius ignibus traditi, semper in supplicij dolore sentiant, & in doloris angustia pulsati, semper feruore feriuntur, ut quod timent tolerent, & rursum quod tolerant sine cessatione pertimescant. Tertio, est attendendum quod circa pœnas est diuturnitas; Ite maledicti in ignem æternum, &c. Item uermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Esa. 66. & Iob 20. Qui fecit omnia, & non consumetur: Glo. ut sine fine crucietur, uiuere sine fine compelletur; in morte, cuius uita mortua fuit; in culpa, cuius mors uiuet in pœna. Aug. 19. de ciuit. Dei. Ibi dolor permanet; ut affligat, & natura perdurat, ut sentiat, & utrumque non deficit, ut pœna deficiat. Rabanus, Quid horribilius dici, & excogitari potest, quam damnationis vulnera suscipere, & dolores uulnerum nunquam finire? Quartum est pœnæ immensitas; Hiero. tāta in inferno erit vis doloris, quod mens ad aliud dirigi non poterit, nisi illud, quod vis dolorem impellit: quintum est consolationis defectus, Bern. Quid erit, cum se uidebit illa miseranda congregatio, omni consolatione nudata, in tenebras exteriores eiecta, & ab illa bonorū ecclesia perpetua excacatione exclusa? Sextum est, pœnarum inutilitas, quia ex eis non corrigetur uolūtas; Aug. de fide ad Petrum, In inferno, etsi erit stimulus pœnitudinis nulla tamen erit ibi correctio uoluntatis: & est notandum, quod dolor iste uenit ex diuersis causis, Primū, ex temporalium amissione, quæ summe dilexerunt; Homo cum interierit non sumet omnia, &c. Secundo ex hoc, quod tempus merendi transijt; Hier. 8. Transiit etas, finita est messis. & nos saluari non sumus: Tertio ex amissione gloriæ, Chrysol. Omnes gehennæ cruciatus superat, carcere æternis bonis, quibus in potestate habuimus perfrui: Quarto ex societate hominū igne infernali exustorum. Esa. 13. Unusquisque ad proximum stupebit, facies combustæ uultus eorum: Quinto ex loci qualitate, quia erit fumosus, tenebrosus, fetidus & clausus. Esa. 45. Illi fumi erunt in furore meo, &c.

F I N I S.

